




Aquisgranum.
Historia
Palatina

12236

CAROLI LUDOVICI TOLNERI
HISTORIA PALATINA,

SEU

Primorum & Antiquissimorum

COMITUM PALATINORUM AD RHENUM.

Res gestæ eorumque in Palatinatu Rhenano vera & indubitata, hactenus non satis cognita succesio.

Ubi & simul agitur

I. De Primorum & antiquiss. Comitum Palatinorum ad Rhenum Genealogia vera ex ipsis Antiquitatum fontibus, Auctoribus ut plurimum coævis, MStis antiquissimis, Imperatorum Diplomatibus, ipsorum denique Rheni Palatinorum Comitum literis eruta.

II. De Palatinatus Rhenani incrementis & decrementis.

III. De Vicariatu Palatino ejusque antiquitate.


IV. De Majoribus Domus & Comitibus Palatii usque ad tempora Caroli M. & Conradi I. Imp.

V. De Archi-Officiis Imperii, & inprimis de Archi-Dapiferatu & Archi-pincernatu.

VI. De rebus gestis C. Palatinorum ad Rhenum, à temporibus Conradi I. Imp. usque ad Rudolphum I. Imper. Habsburgicum.

Adjectus Codex Diplomaticus Palatinus, seu Diplomata & Imperatorum & Comitum Palat. Rheni, ipsam Historiam Palatinam illustrantia & confirmantia.





FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumptibus FRIDERICI KNOCHII, Bibliop.
ANNO MDCC.

POTENTISSIMIS, SERENISSIMIS,
CELSISSIMIS

PRINCIPIBUS AC DOMINIS,

DOMINIS.

COMITIBUS

PALATINIS AD RHENUM, &c. &c. &c.

OMNIBUS ET SINGULIS
DIVINA CLEMENTIA ADHUC
VIVENTIBUS.

DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS
HISTORIAM HANCCE PALATINAM
HUMILLIME DEVOTISSIMEQVE
D. C. Q.

AUTHOR
C. L. T.



RRÆFATIO
Ad
LECTOREM.

Illuſtre, ut eleganter Puteanus lib. 1. Hiſt. Inſubr., antiquitatis ſignum eſt, Originem neſciri aut confundi, nec pulchriori monumento durat rerum memoria, quàm cum quæri ea debent, quæ ſecretiori loco temporum lapſus abſtruſit. Etenim cum rebus in memoriâ ſervandis, nulla ætas, nullus lapis, nulla moles ſufficiat, quantumvis, ne plurima perirent, remotior antiquitas ſtrenuè allaboravit, prohiberi non potuit, quo minus magna nec inutilis futura præteritorum cognitio ſepulta jaceat, cujus hinc inde veſtigia, per veritatis Hiſtoricæ ſcrutatores colliguntur. In potiſſimis veterum negligentiam accuſari neceſſe eſt, qui ſi prolixius & adcuratius papyro mandaſſent, quorum recordatio poſteris non minus proficua, quàm jucunda eſſe poterat, dubium non eſt, quin lux egregia narrationibus modernis affundi poſſet. Verùm ſua ſectabantur Monachi, apud quos eruditio ſcribendique artificium, quantumvis ſæpe ineptum hærere credebatur, ut veluti per fortunam, quæ mediæ ætatis Hiſtorica recenſent, ne priſca magis afferam, ad nos perveniſſe videantur. Quicquid tamen horum ſit, ampli ſimam ſcrutinii materiam relictam eſſe conſpicimus, in qua ſe ingenium curioſorum laborque ſatis, ſi commodum fuerit, exercere queat. Effugére multa veteribus, quæ, ſi ad limam revoces, dicta cum mente aliisque latentibus circumſtantiis conferas, multo te negotio ad abſtruſiora perducunt, quæ ſuperior ætas non vidit. Perfodi quandoque parietem neceſſe eſt, ut theſaurus in fornice latens eximatur, quem ibi deliteſcere, nulla ſubiit priores ætate ſuſpicio. Id, quod in rebus Palatinis eveniſſe videmus, quarum origines nimis quam remotæ & fallaces vel in errorem perduxerant hactenus incautos, vel ſpem omnem abjicere coegerunt, otio ſufficienti & monumentis neceſſariis deſtitutos: Utrumque enim cum ferrea patientia requiritur ab eo, qui pulvillos excutere vetuſtatis, ſitum abſtergere & fugientes literas, ceu teſtimonia veritatis ad vitam cum fructu ampliſſimæ cognitionis revocare geſtiat. Equidem ſua laus eripienda non eſt Auctoribus, qui in hac Palæſtra Cauſæ Palatinæ deſudarunt: tulerunt operæ ſuæ pretium, gloriam laboris & doctrinæ non vulgaris. Sed ut omnia reperiſſe dicamus, ut ne ſpicilegium quidem, plus dicam, correctio in multis relicta fuerit poſteris, experientia prohibet, quæ plurimos errores, contradicente manifeſtâ veritate, ſcriptoribus iſtis impingit. Addam, quod aliqua ne primis quidem digitis attigerint, & quæ Hiſtoricorum ſors eſt, ſilentio prætermiſerint, quorum meminiſſe magnoperè lecturos juvabat.

PRÆFATIO.

Ea tamen ignorâsse potius,quàm studio neglexisse suspicio est, cum nemo temerè claves ad secretiora domus conclavia perducturas abjiciat. Adeoque magna supereſt laborum ſeries, nec ſi aliqui plus veteribus hodie videant, argumento eſt, non ſecuturos, qui auguſtiora & his inventuri ſint,inq; medium ſuo tempore prolaturi. Et ego vadum tentare remque moleſtiſſimam, longisque lucubrationibus indigentem,magnis animis aggreſſus ſum: intra quidem ambages & absque partium ſtudio. Hoc enim veritatis ſimplicia corrumpit,nec permittit, ut, quæ fateri neceſſe eſt, fateamur: quàm feliciter autem nobis negotium ceſſerit, exiſtimabunt poſteri,quibus integrum,ceu par eſt,judicium relinquo. Neque ei operam dedi,ut floſculis verborum nitidis non tam gratiam dictis adponerem, quàm nudæ veritatis documenta & rationes obfuſcarem. Simplici planè uſus ſum ſtylo,qui nihil inflati ſapiat,multo minus ad oſtentationem comparatus ſit. Id enim hic agere abſque noſtro conſilio prorſus alienum foret. Utrum autem veniam ab Eruditis petere vel eorum favorem potius exſpectare conſultius ſit, quod à recepta paſſim ſententia non abſq; ratione diſcedam, ambigere me non ſinit veritatis apud æquos exiſtimatores conſideratio,cui nemo non prudens aſſurgit. Hoc quicquid eſt operis ſuſceptum non fuiſſet,niſi crederem,me humeris Giganteis impoſitum,& ſi meâ me umbrâ metior,longius quàm alii proſpectare potuiſſe,neque dictis,niſi ex indubio Auctorum teſtimonio fidem facio,quorum verbis allegatis, citra immutationem plerumque uſus ſum,nihil veritus aurium faſtidium, quibus in ipſa ruditate, quâ remotiorum ſeculorum indoles intelligitur, voluptas quædam naſcitur. Trithemio,quem plurimi ſectantur,eam,quam vulgò faciunt fidem non adhibui; toties enim in errore deprehenſus eſt,ut ipſe tanquam primarius & haud dubius omnium in Palatinis confuſionum author, aliis hunc cæco aliquo ſed fallaci judicio ſequentibus,& ut fieri ſolet,fideliter exſcribentibus anſam eoſdem errores errandi, præbuiſſe videatur. Non enim Trithemio inſolens ſed inſolita prorſus & inveterata conſuetudo eſt,ut perſonas in ſcenam diverſas, nominis aliqua ſimilitudine deluſus,ſtrenuè confundat,res præclarè geſtas modo huic, modo illi, prout ipſi commodum videtur, attribuat,quas tamen,ſi diligentius inveſtigâſſet,facilè ad alios eoſque legitimos poſſeſſores pertinere exploratum habere poterat, neque enim à Trithemii moribus abhorret,ut in magnos Chronologiæ errores ſe induat,quandoq; integrum ſeculum confundat,cujus exemplum nuper Chronici Hirſaugienſis editor ſatis dilucidè oſtendit, quot denique quantosque ſolæciſmos in Chronologia altero Hiſtoriæ oculo commiſerit,non eſt ut hic operoſius deducamus,teſtes interim inter alios allego locupletes Joh.Gerh.Voſſium l.de Hiſtoricis Græc.&L[illegible] Helwigium in antiquit.Laurishaim., H.Meibomium, qui pluries oſcitantiam ejus craſſiorem & neglectum imperterrito & ſagaci calamo perſtrinxerint, ut majori jam demonſtratione poſſimus ſuperſedere, ne patientia Lectoris abutamur,quem brevitatis ſtudio ad ipſos authores remittimus; placet tamen adducere Clariſ. imò & oculatiſſimum Meibomium, qui in notis ad diploma Thaſſilonis Ducis Bavariæ p.490. hiſce verbis ſcribit: Trithemium in Chron. Ducum Bavar. & Comitum Palatinor.Rheni perſonas & tempora mirificè confundere.etc. Verùm enim verò eo jam verè deventum eſſe conſpicimus,ut,quiquid celebriorum quorundam placitis adverſatur,tanquam falſum & hæreticum, rectè monente Joh. Cluvero,traducatur,idque ſolum veritati habeatur conſentaneum,quod eorum principiis quantumvis falſis innixum,jam altas in plurimorum animis radices egerit. Ut de Frehero

)(3 noſtro

noſtro nihil dicam, cujus fama eo apud omnes loco habetur, ut falli non poſſe vetuſtatum callentiſſimus judicetur. Homo tamen fuit, & quem aliqua fugere poterant, quæ ipſius admiratori in cognitionem venerunt: quod & de aliis celebrati nominis Auctoribus, quorum Cimelia famamque veneror, dictum velim. Si autem & ego, in re tam intricata & difficili hominem me eſſe faſſus ſim, erroresque mihi ſubnati fuerint, cùm maximè ſubterfugerem, in mitiorem ut arripiantur partem, obnixè rogo. Nemini enim, qui homo ſit, illud privilegium conceſſum eſt, ut quantumcunque pro veritate luctetur, eam, velut in tempeſtate cynoſuram nautæ, amittere nequeat: jactamur quandoque opinionibus, & quæ majori ſpecie abblandita eſt circumſtantia, ſecretis fallendi cuniculis fidentiores corripit, ne confeſtim falſos ſe eſſe deprehendant. Quod itaque B. Lector, calculo Tuo veritate probandum duxeris, id me ſcripſiſſe profiteor, ego enim, juxta illud Plauti, verum amo, verum volo mihi dici, mendacem odi etc. Quod improbandum, illud quaſi à vero diſſonum revoco & expreſsè retracto, idque tamen ſi tamdiu, donec mutare liceat, comiter tuleris, & adductis antiquitatum documentis aberrantem reduxeris in viam, ſummoperè mihi gratulabor, nam ſicut errare vel minus ſapere communis eſt infirmitatis, ſic in errore perſiſtere horrendæ eſt iniquitatis, ut verè quidam JCtus loquitur. Cæterum plus quam Herculeos labores exantlaſſe mihi videor, ſi ſudores, ſi lucubrationes, ſi legendi ſcrutandique aſſiduitatem animo metior, ad quæ, neſcio quæ ſors inopina me impulit. Occaſionem ſuppeditârat fortuita conſideratio, diſtinctio minus obſervata noſtris, quæ Advocatum Monaſterii S. Maximini, quod eſt in ſuburbio Trevirenſi, & Advocatum urbis & totius Eccleſiæ Trevirenſis intercedit, & ex lectione vetuſti cujuſdam Chronici Trevirenſ. à me deprehenſa eſt, quàm diſtinctionem à Palatinis hucuſque ſcriptoribus ſive neglectam incuriâ, ſive præteritam ignoratione video. Poſteaquam enim ex antiquitatibus Hiſtoricis certiores erant redditi Scriptores, Palatinos Comites Rh. Eccleſiæ Trevirenſis Advocatos fuiſſe, & cognoverant Hetzilonem Comitem Lucemburgicum Ducemque Bavariæ, fratrem D. Cunigundæ Imperatricis, aliosque ex eadem domo deſcendentes Comites idem axioma nominis & dignitatis tuliſſe, extemplò ſed prorſus invitâ veritate ſuſpicabantur, eosdem Comites & PALATINOS RHENI fuiſſe. Etenim è nulla Hiſtoria id ipſum probari poterit; quod vel Hezilo vel ejus Pater Sigefridus aliive ex eorundem poſteritate, Palatii curam geſſerint, Palatinorum Comitum titulo & ſummâ hac dignitate inſigniti. Maximè verò intererat, probè talia diſcernere & docere, Sigefridum ejuſque poſteros, nihil ac Advocatos Monaſterii S. Maximini Trevirenſis fuiſſe, quâ in opinione me Browerus & Maſſenius in Annal. Trevir. diligentiſſimi viri, & inprimis doctiſ. Nic. Zilleſius in defenſione Abbatiæ S. Maximini Trevir., cujus labor & induſtria inter alia etiam in eo ponitur, ut probet ex Cæſareis ipſorumque Lucemburgicorum Comitum vetuſtis, liquidis & authenticis Diplomatibus & documentis, verum eſſe, quod ſentimus. Ex quo inſuper intelligere eſt, quæ ratio & cauſa fuerit, cur Comites noſtri Palatini Rheni in membranis chartiſq; vetuſtioribus PRINCIPALES & CAPITALES Eccleſiæ Trevirenſis Advocati ſalutarentur, ſcilicet ut ab illis, qui Monaſterii S. Maximini tutelam defenſionemque geſſerant, dignoſcerentur, utpote quos minus principales & particulares fuiſſe conſtat, ſi conferantur monumenta apud Maſſenium l. cit t.2. pag. 7.

Archi-Episcopi Brunonis literæ fundationis Domus Hospital. S. Nicolai apud Confluentes de A. 1110. & Diploma Frid. I. Imp. de A. 1157. Ex quo autem Henricus Rheni Palatinus Dux Sax. Brunsvvicensis, Conradi Comitis Palatini Rheni & Ducis Sueviæ gener, hanc Advocatiam Johanni Archi-Episcopo Trevir. An. 1197. resignaverat, illā lapsu temporum Henrico tandem Lucemburgico (post Imperatori) fratri Balduini Archi Episcopi Trevirens. A. 1302. concessit, sic particularis ista cum Principali Advocatia, utraque verò Domui Lucemburgicæ adhæsit, quâ de re plura inferius commentabimur. Nec minus solicitè à me observatū est, confusionem nominum antiquiorum Ezonis & Hezilonis, quorum hoc Henricum, illud Erenfridum indigitat, magnas tenebras (quibus etiamnum totius ferè Germaniæ Historiam immersam videmus) in Palatinis rebus peperisse. Inde etiam factum est, ut Hetziloni D. Cunigundæ fratri & Palatini dignitas, & ditio cum omnibus terris adsignaretur, quibus tamen caruit, imò ne vestigii quidem glebæque ex tam vastis regionibus Palatinis possessor. Ezoni potius hæc adscribenda fuerant, filio scil. Hermanni Comitis Palatini, cujus Ditmarus l. 3. pag. 92. meminit. Qualia ut specimina sunt errorum, ita & seductionum, quas alii, veluti re penitus explorata, nec in dubium ulterius revocanda, gregatim sequebantur. Ut igitur veritatum Historicarum quædam est affinitas & conjunctio, ut unâ adoptatâ, ad alias tacitis blanditiis invitere, factum est, ne voluptati talia perscrutandi profundius remoram objicerem, sed expansis quasi velis pronoque alveo ad abstrusiora devolverer, quæ pristini auctores & confunderunt temerè, & multis obscuritatibus sinistrè explicando, ut fieri solet, implicarunt. Gaudeo verò in materia præstanti tempus me collocâsse, cujus impensi nec dum pœnitet, neque pudebit, si gratum operæ pretium à literatis tulero, quorum judicio suus cuique ex merito honos rependitur. Verùm scrutationis finem facio, Zoilos aliosque, qui solitâ libidine detrahendi omnibus, quod vitare nemo potest, nisi qui omnino nihil scribit, nocere gestiunt, atque tanto intentius, ut loquitur S. Gregor. in Moral., de alieno judicant, quanto sua profundius ignorant, omni, quâ possum humanitate deprecatus, ne dentem Theoninum commentatiunculis nostris impingant, quorum non aliud invidiæ & improbitatis præmium erit, quam momordisse. Si vero admonitiunculam rejecturi sunt, cum Poëta nobis una eademque sententia erit:

Nil morsus rapidos, Zoile, curo tuos
Nil mihi nasuti noceant, tu livor abesto,
Et tua fac meliùs, si potes, invidia.
Quæ potui, feci, sed si quis plura requirat,
Consulat, ingenio qui meliore valet.

Hoc denique moneo, atque te, Benevole Lector, obnixè rogo, ut cum correctioni interesse non potuerim, & permulta errata remanserint Typographica, illa, quorum præcipua pagina finalis exhibet, & alia, si quæ sint leviora, pro eâ, quâ polles, humanitate benevolentiaque corrigas, gravioribus ignoscas. Vale. Dabam Francofurti ad Mœnum Anno Domini MDCC. 5. Kal. Februarii.

INDEX

INDEX
CAPIT.



CAPUT

1. 2 236

VI

GLORIA STIRPIS PALATINÆ

Seu

Genealogia Comitum Palatinorum Rheni hactenus nonsatis cognita et nova, ex ipsis Antiquitatis Histor: fontibus eruta et exornata

Studio

C. L. T. P. C.

Tonantius Ferreolus Praefectus Praetorio in Italia sub Honorio ... ob ... Ux: Papianilla f. Afranii Syagrii Romani Regis ... ob

Pharamundus Rex Francorum ... Ux Veruca f

Tonantius Ferreolus ... n. circ. 450 ... castro juxta Nemausum ob ... Ux N. ... f. Aviti Imp. et Soror Papianillae quae uxor erat Sidonii Apollinaris ... ob

Childericus 1. Rex Francorum ob Tornaci 481 Ux Basina Thuringa

Ferreolus ... Ux Industria f ... ob

Clodoveus Mag. R. Fr. n. ... Ux S. Chrotildis f. Chil...

... bertus Senator Romanus n. ... ob ... Blitildis ...

Arnoaldus Dux Aquitaniae n ... Ux ... f ... circ A 601

S. Arnulfus Major Domus, Epis Metensis n. circ 570 ob 641 ... ob Treveris in M...

Ux Doda f. Viberti Com. Bonon. ...

Ansegisus Major Domus D. Austras n ... Ux S. Begga f. Pipini de Landen Majoris Dom ob 690 ... Dec ... occisus in Venatu

Pipinus Crassus Heristallius Major Domus n ... Ux 1. Alpais Soror Dodonis ... ob in Monast...

Carolus Martellus, Major Domus n. circ 686 ... Carisiaci febre A 741 22 oct ... Ux Ruotrudis f ... ob 725

Pipinus Cog. ... Major Dom n. 714 El. Rex Fr 751 ob 768 24 oct Parisius ... Ux Bertha f. Chariberti C. Laudune... ob 783 12 ...

Carolus Magnus, Imp Occiden 742 ... Jan. ob 814 28 Jan febre et Pleurit. Aquisgrani ... Ux ... Hildegardis f. Childebrandi D. Suev n. 758 ob 783 30 Apr febre ...

Pipinus ... ob 810 ... aet 33 Ux ... Ludovicus Pius ...

Bernhardus R. Ital. ob 818 17 Apr Ux N

Lotharius

Pipinus Com in Longenfeld ob Ux N

Bernhard C. ... Herbert C. Vermand ... Pipinus C. Silvanect ... Ux N ... ob 910 ... Ux N

... Ux Gisilbert ...

Arnulfus D. ... ob ... Herbert 2 C. Verm ... ob 943 Ux N ... Bernhard ... ob ...

Raginerus ...

Luitpoldus D. Bav. ... Herbertus 3 C. Vermandor ... ob 993 20 Dec. Ux Ottogna ...

Raginerus ... C. Hannon

Arnulfus Malus D. Bavar ... ob 937 Ux Gerberga ... Ux ... Caroli Ducis Lo... ob

Raginerus ... C. Hannon ... Ux ...

Arnulfus Com Palat Bavar ... Eberhardus ... Hermannus C. ... Ux ...

Lambertus ... Lovan ...

Bertholdus Com Pal Bav ob 9... ... Ezo Com Pal Rheni ... Ux Mathil... Hetzelo Com Pal ... Ux ...

Balderic... Lovan ...

Wernerus C. Pal Bavar ob Ux N ... ob 1020 ... Hermann ... Ezo C. Pal Rh ... Ludolfus C. Pal Rh ob 1031 ... Mathild ... Henricus C. Pal Rh D. de La... Ux Adelheid

Henricus ... Lovan ... Ux ...

Otto C. Pal Bav ob ... ob 10... Henricus Pal Com. D. Bav ... Ux ... ob 1052 ... Sigefridus Com Pal Rh ... Ux Gertrud...

Otto C. Pal Bav ob ... Wilhelmus Com Pal Rh ob ... Ux N

Otto 2 C. Pal Bav ... Dux ... March ...

Conrad ... Franc ... Otto D ... Friderich ...





Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap
Cap
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap
Cap
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

Cap

Cap
Ca
Ca
Ca
Ca

Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Ca
Ca
Ca
Ca
Cap
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

Pepinus Com Lengenfeld n ob Ux N

Ermengardis n Giselbertis D Austrasiae d 945 ob

Ux Hugo Comes n ob Ux Hiltegar

Bernhard Com in Lengenfeld ob in bello Norm 980 Ux N

Ricuinus I Com Lotharingiae n occisus 923 Ux N ob

Guntramnus Habsburg Ux N

Arnulfus Dux Exercitus Arnulfi Imp n ... in bello Normann ... Ux N

Bertolfo Com Kanzelinus n ob 992 f Comitis ...

Ricuinus 2 Com Ardnen n ob Ux N

Wernharius Epus Argent ...

Luitboldus D Bav n caesus ab Hung 907 4 Aug Ux Cunigundis ... ob

Gothofredus Com Arduen n ob 930 Ux Cunigundis d ob

Arnulfus C Malus D Bav n ob 937 14 Jul Ux Gerberga f Rudolfi Com Franc ob

Sigefredus Com Lucemb n ob 998 20 Nov Ux Hadewichis d ob

Arnulfus Com Pal Bav n ob 953 Aug Ux Reia f ob

S. Cunigundis ... Ux Henricus Sanctus Imp d ob ... 1040 3 Mart febre in ... Confug Sep Bamberg

Bertholdus Com Pal Schir n caes 982 12 Jul Ux N

Wernerus Com Pal Schirens n ob Ux N

Otto 1 Com Pal Schir n ob 1094 Ux Hatha Nassov d ob

Otto 2 C Pal Schir n ob 1079 Ux Hazzega f R Arag ob

Otto 3 C Pal Wittelsbach n ob 1105 Ux Richardis Saxon d ob

Otto 4 C Pal Wittelsb n ob 1146 in Palest Ux Heilica f Frid Lengenfeld d ob

Otto 1 Dux Bav El 1180 n ob 1183 ... Jul Sep ... Ux Agnes f Theod Com ... ob

Ludovicus Comes Palat Rhen D Bavar n 1174 ... 1231 15 Sept Kelheimii Sep Schirae Ux Ludmilla ... 1204 ob

Ludovicus n ob puero:

Elisabetha n Ux

Otto Illustris Com Pal Rhen D Bav n 1206 ob 1253 28 Nov Landshutae Sep ... Ux Agnes f Henr C Pal Rh d 1225 ... ob 1269

Rudolfus I Imp n 1218 1 May Limburgi Cor 12.. 2 Nov ob 1291 15 Jul Ux Anna f Burchardi ... henberg C d ob 1281

Ludovicus Comes Palatinus Rheni D Bav n 1228 13 Apr Heidelbergae ob ... 1294 1 febr Sep ...

Mechtildis n ... Com Pal Rh d 1273 Aquisgrani ob 1304 ...

Rudolfus Cog Balbus Com Pal Rh Elect D Bav n 1274 4 Oct ... ob 1319 ... Aug in Anglia Ux Mechtildis f Adolfi Imp d 1290 1 Sept ... ob

Ludovicus Imp n 1283 Cor 1328 6 Ian Romae ob ... nachii 1 Ux Beatrix f ... 2 Margaretha f Wilh C H...




Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Cap
Cap
Ca
Cap
Cap
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

1 2 236

XIII



Carolus Magnus
Pipinus Rex Ital:
Uχ: Bertha.
Ludovic.
Bernhardus
Pipinus Com:
Eberhardus Com:
Udo Comes Franconiæ
Conradus Com: Franc:
Arnulfus cog. Malus Bav: Dux
Gerberga Uχ:
Hermannus
Eberhardus
Arnulfus Com. Pal.
Ezo s. Erenfridus Comes Palat: Rheni
Uχ: Mathildis
Hezilo
Bertholdus
Ludolfus C. Pal. Rh.
Otto C. Pal. Rheni D. Suev.
Henricus C. Pal: Rheni
Wernerus Comes
Casimirus Rex Poloniæ
Otto 1 Com. Palat: Schiren
Uladislaus Dux Polon:
Otto 2 Com. Palat: Schirens
Boleslaus R. Polon:

Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

Petrus 2. Rex Arag. n. ob: 1213. 12. Sept: Ux: Maria f. Wilh: Montpessul: d. ob:

Henricus pius Dux: ob: 1240. Ux: Anna ob:

Primislaus Dux C. ob: 1257. Ux: Elisabetha ob:

Sophia n: Ux: Her. Mc. Hild. mani L. Thuring: d. Rabotenas ob: d. ob

Jacobus 1. Rex Aragon: n. 1206. ob: 1276. 27. Jul: Ux: Iolandis f. Andreae R. Hung: d. 1250. ob:

Conradus Glogovi ens: Dux: n. ob: 1206.

Salomea n. Ux: Con: Glogoviens: d. ob:

Elisabetha n. Ux. Ludov. Frid: 2. Imp: d. ob.

Petrus 3. Rex Arag: n. ob: ... 1285. a ... Ux: Constantia f. Manfredi R.

Primisl. Henricus Glo: gov: Du. Ux: N. ob: 1290.

Anna n. Ux: Ludd. ob:

Ludovicus Cog: Severus Co ob: 1294. 1. feb: ... Ux: Maria ... Ris f. Rudolfi 1. Imp: d. 1273.

Fridericus R. Trinacr: Sicil. n. 1272. ob: 1337. 24. Jun. Ux: Eleonora Caro. li R. Sic: Neap. d. 1342. ob: 1341. 4. Aug:

Primislaus Glo gov. Du. n. ob:

Beatrix n. Ux: Lud. d. ob: 1322.

Ludovicus 4. Imp. n. 1283. ob: 1347. 11. Oct: ... Ux: Margaretha Holland: Imp.

Petrus 2. Arag: R. Sicil: n. ob: 1342. Ux: Elisabetha f. Ot toni D. Carinth: d. ob:

Elisabetha n. Ux: Steph: d. ob:

Stephanus Bav: D. n. ob: 1377. 12. Maij:

Adolfus ob: 1305. Lud. C. Oetting: d.

Beatrix n. Ux: Ruperti Com: Palat: Rhen: d. ob: 1366. Sep:

Rupertus Cog: Parvus et Durus Rheni n. 1325. 15. febr: Amberga. Sep:

Rupertus Imp: n. 1352 1. Ux: Beatrix f.

El. 1400. 20. Aug. ... Colonia ... 2. Elisabetha f. Frid. 4. Burg: Norimb. d. ...

Ludovicus C. Barbat: Elect: n. 1378. ob: 1436. 30. Dec: Heidelb.

Ux: 2. Mechtildis f. Lud: D. Sabaud. d.

Stephanus D. Bipont: n. 13.. ob: 1459. 14. Maij. Ux: Anna f. Frid: C.

Ludovicus C. Mitis Elect: n. 1424. ob: 1449. 13. Aug: Wormat: Ux: Margaretha f. Amadei 7. D. Sabaud. d. 1447. ob: 1479. 30. Septemb:

Fridericus D. Simmer. Ux: Margaretha f.

Philippus Ingenuus Com: Pal. Elect. n. 1448. 14. Jul: ob: 1508. 28. feb: Germersh: Ux: Margaretha f. Lud. D. Bavar: d. 1474. 11. Mart: ob: 1501. 28. Januar:

Johannes 1. D. Simmer. Ux: Johanna f. Joh: C.

Rupertus Cog. Virtuosus C. Pal: Rh: D. Bav: n. 1481. 14. Maij. ob: 1504. 20. Aug: Ux: Elisabetha f. Georgii D. Bavar: d. 1499. 10. feb. ob: 1504. 17. Sept: ...

Johannes 2. D. Simmer. Ux: Beatrix f. Christ.

Otto Henric: Elect: n. 1502 ob: 1559. ... Ux: Susanna f. Alb: 4. D. Bav: ob: 1543.

Fridericus 3. Cog: Pius C. Pal: Rh: Elect: fit: 1559. n. 1515 ... Ux: Maria f. Casimiri March: Branden: d. 1537. 12. Ju

Ludovicus Cog: Facilis Com: Palat: Rh: Elect: n. 1539. 4. Jul: Simeriae ob: 1583. 12. Octob: Heidelbergae. Ux: Elisabetha f. Philippi Landgravii Hasso-Cassel. n. 1539. 13. feb: Cassellis. d. 1560. 8. Jul:

Fridericus 4. Cog: Sincerus. Elect: n. 1574. 5. Mart: ob: 1610. 9. Septem: Ux: Louysa Juliana f. Wilh.

Fridericus 5. Elect: Rex Boh: 1619. n. 1596. 16. Aug: Ambergae ob: 1632. 19. Nov: peste: Ux: Elisabetha f. Jacobi R.

Carolus Ludovicus Com: Pal: Rh: Elect: n. 1617. 22. Dec: ob: 1680. 28. Aug: Edingae. Ux: Charlotta f. Wilhel: L: Hass.

...lus Elect: Pal. n. 1651. 31. Mart. Heidelb. ob: 1685. ... ibidem 1685. 16. Maii. Ux: Wilhelmina Ernestina f. Frid. 3.


Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Cap
Cap
Ca
Ca
Cap
Cap
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca

1 2 236

XV (2)



Arnulfus D. Cæsus à Normannis 891 24 Jun. Sep. ux N
Luitpoldus D. Bav. Orient. n Cæsus ab Hungris 908 9 Jun. Sep. in m. melck ux. Cunigunda f Erchangeri Com. d ob
Arnulfus Cog. Malus D. Bavariæ n ob 937. 14 Jul. Ratisbonæ Sep. ibid. ad S. Emer. ux. 1 N f Taxi R. Hung d ob 2 Gerberga f Rudolfi Epis. d ob
1 Eberhardus Dynast. Ebersperg n ob
3 Hermannus Comes Palat. Rheni n
ux: Henrici Bav. Palat. Bav n
Bertholdus Comes Palat. Bav. ux N
Heinricus Dux Bav. n. 940 ob 995
Rex Burgund. d
ob 1007 21 Jul Sep. Ratisbonæ
Henricus C. Sanct. Imp. n 972 ob 1024
Casimirus 1 Rex Polon n 1015
Boleslaus 3 Rex Polon
Wladislaus 2 R. Polon n 1104
Boleslaus Dux Uratislav. n ob 1201
Henricus Cog. Pius. Dux n ob 1241 ux. Anna f. R. Bohem. ob.
Conradus Dux Glogoviensis n ob 1296
Henricus D. Glogoviens. n ob 1309 ux. N
Primislaus Dux Glogoviensis ob
Beatrix. n ux 2 Ludovici. Imperat. ob 1323
Ludovicus Imp. n 1283 Cor. 1315. 6 Jan. Aquisgrani ob 1347 ux. 1 Beat 2 Margaretha f. Wil. C. Holland
Ludovic n 1228. 13 April ux 3 Mechtildis. f

Cap

Cap
Cap
Cap
Cap
Cap

Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca
Ca



CAPUT I.

Quo ostenditur

Comites Lucemburgicos nunquam fuisse Comites Palatinos Rheni, uti hactenus creditum.

SI quicquam tenebris involutum, A
spinis impeditum variisque difficultatibus obnoxium fuit, in rebus ad Historiam & antiquitatem pertinentibus, id Palatinas origines esse judico: Has enim cùm inter Historiæ incerta plurimi Scrutatores studiosâ industriâ exquirerent, majoribus ac antea dubiis onusti redierunt, ut negoti- B
um pœnè deploratum esse & vel Delio natatori imperveftigabilem existimârint. Eapropter non ineptè Bernh. Zechi in Regenten-Saal pag. 533. Ist eine Sach ungewiß / so ist es der Ursprung und Beschreibung der Pfaltzgraffen bey Rhein und ersten Churfürsten / die fürnehmste Scribenten / welche die Archiven der heutigen Pfaltzgraffen fleissig durchsuchet / müssen gestehen / daß man von den C
alten Pfaltzgraffen und Churfürsten nichts gewisses wissen könne. etc. Hinc etiam Zeiler in itinerar. German. ita : Wer der erste Churfürst in der Pfaltz gewesen / ist nicht bekant. Münsterus eadem inscitiâ laborans, sciendi tamen cupidine flagrans, literas satis humiles pro obtinenda *rerum Palatinarum* informatione ad *Johannem* Com. Palat., Ducem Bipontinum literatissimum, & in conquirendis Historiarum antiquitatibus curiosissi- D
mum Principem exarabat, sed non nisi talem obtinebat responsionem: Wo die Pfaltz zu Kaysers Ottonis III. Zeiten und etliche Jahr

her-

A hernach ihren Sitz gehabt / dieweil die Chur von einem Land in das
andere / als Schwaben / Sachsen und folgends in Bäyern gefah-
ren / do wissen wir keinen satten Bericht zu geben. Pergit inte-
rim *Münsterus* proculdubio *Trithemium* sibi ipsi pariter non constantem
secutus, constituendo Rheni Palatinos primosque Imperii Electores *Sige-
fridum* ejusque filium *Henricum* D. Cunigundæ fratrem, Luxemburgicos
B Arduennæque Comites. Verùm res tota omni careret difficultate, si re-
centiores Historici antiqua vocabula *Ezo, Ezelinus* & *Hetzil*, *Hetzilo* bene
distinxissent. *Ezo* enim *Ezzo*, *Ezil*, *Ezilinus* nihil aliud quàm *Erenfridum*,
Hetzil verò & *Hetzilo*, *Heintzil* (quod *Aventinus* in A.B.l.5. *Böeclerus* in Impp.
German. in Ottone II. p. 356. aliique quàm plurimi malè cognomentum sta-
tuére) nil nisi *Henricum* denotat, eodem modo, quo apud veteres Berno
C Bernhardum, Benno Benedictum, Bucco Burchardum, Cuno Conradum,
Eppo Eberhardum, Gozelo Gothofredum, Sizo & Siso Sighardum signifi-
cabat. v. Meibom. in not. ad Chron. Marcan. p. 414.

Ex quo cognitu facillimum est, recentiores scriptores *Trithemium* scil.
in Chron. Hirs. t. 1. pag. 156. & qui eum secuti, *Leodium, Münsterum, Aven-
tinum, Cuspinianum, Nauclerum, Freherum, Henningesium, Reusnerum, Fabri-
D tium, Paræum, Blarerum à Geiersberg*, *Hoffmannum* aliosque confunden-
do hæc antiquiora vocabula in recensendis antiquissimis Comitibus Palati-
nis Rheni, maximos necessariò commisisse errores. Unde postea neglectâ
hac vocabulorum distinctione, in rebus Palatinis omnis exorta confusio, &
memorati auctores non potuére aliter, quin *Luxemburgicos* & *Arduennæ
Comites*, numero Palatinorum inserverint, qui tamen nunquam Palatini
E Rheni exstitére, neque quicquam terrarum in veteri Palatinatu possedére
(haben niemahlen einen Fuß breit an der alten Pfaltz gehabt.) Certissi-
mum enim est, & ex sequentibus etiam clarius patebit, neque *Sigefridum* Co-
mitem 1. Luxemburgicum D. Cunigundæ Patrem, neque ullum ex ejus fi-
liis; *Hetzilonem* scil. seu *Henricum*, *Theodoricum* Episc. Metens., *Adalbero-
nem* Archi-Episcopum Trevirensem, *Giselbertum*, *Fridericum* Comitem II.
F Luxemburgicum, neque ullum ex ejus nepotibus ex filio *Friderico* jam di-
cto, *Henricum* scil. *juniorem* Comitem Luxemburg. postea Bavariæ Ducem,
Theodoricum, *Adalberonem* Episc. Metens., *Giselbertum* Comitem III. Luxem-
burg., *Fridericum* Lotharingiæ Ducem ab ullo aliquo coætaneo & vetusto
fideque dignissimo Historico, ut *Witichindo, Luitprando, Ditmaro, Wippone,
Hermanno contracto, Sigeberto, Lamberto Schafnaburg.* aliisque, neque in ul-
G lo aliquo genuino antiquissimorum Imperatorum diplomate unquam ap-
pellatum fuisse *Comitem Palatinum Rheni*, ut ex variis ab *And. du Chesne*
Historiographo Regio in Historia *Domus Luxemburgicæ* Genealogica allatis
antiquissimis Imperatorum Diplomatibus, ipsorum etiam supradictorum
Comitum Luxemburgicorum literis, aliisque permultis optimorum aucto-
rum testimoniis, antiquissimis denique Monasteriorum in eodem Duca-
H tu Luxemburgico vicinoque tractu existentium documentis, ipsâ luce me-
ridianâ clarius patet.

Porrò supradictum *Sigefridum* Luxemburgicum ejusque filium *Het-
zilonem* s. Henricum D. Cunigundæ fratrem, postea An. 1003. in Bavariæ
Ducem

Ducem Electum, NON NISI à RECENTIORIBUS scriptoribus, ut re- A
ctè observarunt *And. du Chesne* l. cit. p. 6. & *Massenius* l. cit. t. 1. p. 485., titulo
Comitum Palatin. Rheni insignitos fuisse, Trithemio scil. in Chron Hir-
saug. t. 1. p 156., Leodio in vita Frid. II. Elect. Pal. 1. pag. 11., Münstero in
Cosmogr. l. 3. c. 344., Cuspiniano in vita Henr. II. & Conradi II. Impp.,
Crantzio Sax. l. 4. c. 30., Nic. Cisnero in Orat. de Ottone c. 3. p. m. 38., Fa-
britio in Saxon., Frehero in Epist. ad Gebwold., Henningesio in Theat. Ge- B
neal., Reusnero in Geneal. Auctuario, Irenico Exeg. Germ. l. 3. c. 54., Lazio
l. de migrat. Gent. l. 3. p. 85. 140., Aventino in Ann. Bav., Brunnero in Hist. 3.
Electorum secular., Brotufio in Ghron. Mersburg. l. 2. c. 5., Meibomio in not.
ad Chron. Bergens. p. 294., Alstedio, Paræo in Hist. Palat., Blarero à Geiers-
berg l. de Electoratu Palat. p. 143. 313., Hofmanno in Genealogia Comi-
tum Palat. Rheni, Spenero in Oper. Herald. p. 669. alisque infinitis rerum C
German. Scriptoribus. Quos omnes hac in re rectissimè perstrinxerunt
& refutarunt Nic. Burgundus in Hist. Bavar., Raderus in Bavaria sancta,
Miræus in fastis Belg. voce Cunigund., Gebwoldus l. de Septemviratu &
passim in Epist. ad Freher., D. Blondel. l. de Barrensi Ducatu p. 89. Mosel-
gowe Comites, & Adelreitzer in Annal. Bav. eos rectè non nisi Metenses,
Mosellanicos, Luxemburgicos Arduennæque Comites appellarunt. adde D
Chiffletium in Vindic. Hispan. in Lumine Genealogico p. 177., ubi eundem
Sigefridum cum D. Blondello in Geneal. Francica non nisi Comitem Lu-
xemburgicum, nunquam Rheni Palatinum nominavit. Imò manifestissi-
mum est omnibus, qui ejus ævi res gestas in Imperio, Historiasque à coæ-
vis auctoribus descriptas vel leviter cognitas habent.

Rejectis itaque hâc in re recentioribus proculdubio deceptis authoritate E
Trithemii, qui facile aliis postmodum eundem errorem errandi auctor esse
potuit, ad vetustiores eorumque testimonia recurrendum est, & inveniemus
Hermannum ejusque filium *Ezonem* id est Erenfridum, veros & antiquissi-
mos *Palatinos Comites Rheni* exstitisse.

1. Audiamus *Ditmarum* Coævum l. 4. p. 92. Chron. ex edit. Maderi de
matrimonio Ezonis cum Mathilde Ottonis III. Sorore hoc modo dis- F
ferentem: *Cæsaris hujus* (Ottonis III.) *Soror Mathildis nomine Hermanni
Comitis Palatini filio Ezoni nupsit & hoc multis displicuit, sed quia id non
valuit emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter* (cur autem
matrimonium hoc Ezonis cum *Mathilde*, quæ jam vitam monasticam est
professa, multis scil. monachis aliisque personis Ecclesiasticis displicuerit,
alibi forsan exponemus.) G

2. Eandem *Ditmari* assertionem confirmat nobis alius auctor itidem
coævus *Monachus Brovvillerensis in vita Ezonis* Com. Palat. fundatoris Mo-
nasterii Brovvillerensis, qui circa A. 1060. vixit, ubi *Ezonem* Comitem Palati-
num *Hermanni* Comitis Palatini filium vocat. vid. & Ægid. Gelenium l. de
magnitud. Colon. Agripp. p. 135. & in auctuario vitæ S. Engelbert Archi-
Episc. Colon. pag. 302., Papenbrochium in Actis Sanct. t. 5. Maji. ad 21. d. H
Maji., Henningeſ. in Geneal. Impp. Sax., Æl. Reusner. in Geneal. pag. 265.
Theod. à Rhay è Soc. Jesu Anim. Illust. Cliv. Juliac. p. 71.

A Quæ omnia tertiò antiquissimos *Imperatores* itidem coævos suâ quoque authoritate confirmasse ipsa eorum Diplomata (quæ hodieque in Originali produci possunt) loquuntur. Inter alia autem Imperatorum. Diplomata duo *Henrici* cognomine *Sancti* veritatem istius clarissimè evincunt, in primo Dipl. dat. Romæ 1014. mense Aprili, quo Ecclesiæ Romanæ Regalia confirmavit, testis adducitur *Ezo* Comes Palatinus noster, quod vid. apud Baro-
B nium in Annal. Ecclesiast. ad An. 1014. & Goldastum in Constit. Imper. t. 1. p. 229. In secundo ejus Diplomate dato Triburiæ An. 1023. 4. Id. Dec. Harichoni Abbati S. Maximini Trevirens. fusius ejusdem *Ezonis* Palatini nostri mentio fit. h. modo: Quamvis ab Ecclesiasticis institutionibus &c. idcirco tam præsentium quàm fut. fidelium nostrorum solertiæ notum fieri cupimus, qualiter nos ex *Abbatia S. Joh. & S. Maximini*, quæ in *subur-*
C *bio Trevirorum* sita est, ubi *Haricho Abbas* præesse videtur, quasdam curtes, villas, possessiones scil. 656. mansos à præfato Abbate in beneficium accepimus & his fidelibus nostris *Ezoni* videlicet *Comiti Palatino* & *Henrico Duci* (scil. Bavariæ, filio Sigefridi Comitis Luxemburgici) *nec non Ottoni Comiti ea conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam senio confectus commodè nobis domi militiaque servire* non poterat, *Ipsi & Herdes*, qui
D hæc beneficia habent, *pro eo Abbate suisque successoribus Curiam Regalem petant* & *in expeditionem eant.* &c. Integrum vid. apud N. *Zillesium* in defensione S. Maximini Trevir. Monast., & infra in Cod. Diplom. Palat. In hoc autem Diplomate Lectori quædam observanda veniunt, quæ ordidine subnectemus.

1. Quod Imperator ipse in hoc Diplomate *Ezonem* Comitem Palatinum
E *maritum Mathildis*, de qua supra *Ditmarum* audivimus, (quem alii ut *Witichindus* in Geneal. Soxon. p. 1. c. 13. & 15. apud *Freher*. in Orig. Pal. 3. *Paræum* in Hist. Palat. pag. 517. *Erzelinum* f. *Entzelinum* vocant) distinguat ab *Herzilone* f. Henrico Luxemburgico C. postea 1003. in Ducem Bavariæ electo, Sigefridi Luxemburgici Comitis filio.

2. Quod Imperator eos non appellet fratres. Hic explodendus est cras-
F sissimus error *Reusneri*, quando *Ezonem* seu *Erenfridum Palatinum* nostrum cum *Sigefrido Luxemburgico* Comite unam eandemque personam facit, atque *Ezoni* Palatino nostro *duas filias* adscribit D. Cunigundem, uxorem *Henrici Sancti* Imp., & *Richezam* uxorem Mieslai II. Regis Poloniæ, cum potius *diversissimæ* fuerint, illa, filia Sigefridi Luxemburgici, hæc, filia Ezonis Palatini nostri. v. supr. in Geneal.

G 3. *Ezo* Palatinus noster in hoc Diplomate ratione dignitatis supremæ (juxta regem) comitivæ Palatii, ab Imperatore rectè præponitur *Henrico* Duci Bavariæ,

4. Quod inde ratio peti possit, cur antiquiores Scriptores *de sede veterum Comitum Palatinorum Rheni* fere nihil annotaverint, de quo jam dudum multi conquesti sunt: Ut *Münsterus* in Cosmogr. l. 3. c. 250. ita:
H **Wo die Pfaltzgraffen vor 400. Jahren sich auffgehalten / habe ich weder auß Büchern noch von Leuten erfragen können.** Et Freinsheimius in tract. de Vicariatu Palat. c. 9. num. 16. pag. 93. h. m. *Veteres Comites*

mites Palatini ubi commorati fuerint vix reperitur. &c. & alius, *ubi curiam habuerint, cui præsederint regioni, à nullo inveni scriptum, nec Principes ipsi, qui hodiè Palatinatui præsident, id sciunt.* V. & Cosmograph. Mercatoris. Ratio istius hæc erat, quia ipso Imperatore teste, in diplomate supra allegato, Comites Palatini Rheni eorumque hæredes ubique *Curiam Regalem petere*, inque *expeditiones ire* necesse habuerunt, ideoque raro domi atque in sede sua se continere potuerunt, hinc rectè etiam Claris. Conringius in censura Diplomatis Ludoviciani cap. 11. pag. 203. scribit: Comites Palatinos Provinciales in provinciis ordinariè vixisse, Palatii verò Comites partem Aulæ fuisse, & Aulam Imperatorum ubique comitatos, *rarissimè extra Aulam degisse*; & mox: *Perpetuo itaque Comites Palatii in Aula comitatu fuére.* Et rursus: Provinciales non nisi extra Aulam, illi verò *Palatii Comites in Aula solùm officio suo fungi potuére*, jus enim dixére Provinciales non nisi in Provinciis, Palatii verò Comites tantùm in Aula s. Palatio Imperatoris. Sed notandum est, *Ezonem* s. Erenfridum Palatinum nostrum *sedem suam* cum familia habuisse *in castro Thonaburg* (hodie Thomberg, Præfectura jam Ducatus Juliacensis, qui Duces quondam Vasalli Comitis Palatini Rheni exstitére, de quo alibi) aliquando etiam in *Brovvilre*, quod *Hermannus* Comes Palatinus primò habitabile fecit, teste *Ms.*[to] *Brovvillerensi* antiquissimo, ubi etiam filius ejus *Ezo* Comes Palat. *nuptias cum Mathilde* Ottonis III. Imp. Sorore circa An. 988. celebravit, teste Ms.[to] Brovviller., de quo infra fusius.

Deinde fallitur quoque *Freherus* noster, quando in Orig. suis Palat. p. 1. c. 11. h. modo scribit: *neque enim quicquam habemus de prisca illa & inclyta Palatinorum gente, quorum tota prosapia & progenies nobis incerta & incognita est, eoque magis, quod nec in una eorum familia hæc dignitas* HÆREDITARIA ET SUCCESSIVA ERAT. hucusque Freher. Dignitas enim hæc Palatina jam à temporibus Ottonis I. maximè *successiva & hæreditaria erat. Hermanno* enim Palatino successit in eodem Palatii Officio *filius Ezo*, teste Ms.[to] Brovvillerensi de vita Ezonis; adde Gelenium in auctuario vitæ St. Engelberti Archi-Episc. Colon. p. 303. Deinde *Ezoni Palatino* successit *filius Otto*, teste Manuscripto Brovvillerensi apud Papenbroch in Actis Sanct. t. 5. Maji. Hoc deinde An. 1045. Goslariæ in Sueviæ Ducem electo, successit in Palatii Officio ejus *PatruelisHenricus* Comes Palat. Rheni, Dominus de Lacu, ratio istius erat, quia Ottonis Palatini nepotes ex fratre *Ludolfo*, *Henricus* scil. cognomento furiosus & Monachus & *Cuno* adhuc in juventute constituti, per ætatem officio Palatii præesse non potuerunt, quorum alter postea ob crudelitatem in uxorem, cui propriis manibus caput ab humeris gladio avulsit, rejectus & in Monasterium detrusus fuit, alter verò *Cuno* An. 1048. in Ducem Bavariæ electus, non diu pòst in Hungaria veneno sublatus est. Maximè ergo dignitas hæc successiva erat, de q. infra fusius.

Ex supra dictis clarissimè patere puto dignitatem comitivæ Palatii non in *Sigefrido Luxemburgico* ejusque filio *Henrico*, uti hactenus creditum, sed in *Hermanno* ejusque filio *Ezone S. Erenfrido* & nepotibus resedisse; hinc etiam patet, quantos commiserint errores supradicti scriptores con-

A fundentes vocabula *Ezo* & *Hetzilo*, & quamvis hi duo amicissimi fuerint, ita, ut etiam conjunctis viribus se *Henrico* cognomine *Sancto* Imperatori opposuerint, & quidem ILLE, ob destinatam sibi per Ottonem III. Imp. in Italia A. 1002. in articulo mortis constitutum, Imperii coronam, insigniaq; ab Ottone III. S. Heriberto Archi-Episc. Coloniensi tradita, *Ezoni Palatino nostro* Imperii Vicariatum, absente Cæsare, tum temporis in Germania
B exercenti deferenda, sed ab Henrico S. Hereberto violenter extorta, de q. vid. Surium in vita S. Hereberti & infra in *Ezone*. HIC verò ob *dotem D. Cunigundæ sororis* alienatam & Ecclesiæ Bambergensi collatam; tamen quantum ad *familiam* & *nomina* diversissimi fuere *Ezo* & *Hetzilo*, hic enim rectius *Henricus*, ille rectius *Erenfridus* veris suis nominibus appellantur.

C 1. HIC uxorem habuit *Mariam*, teste Arenbeckio in Chron. Ducum Bav., Aventino, Brunnero, Adelreitzero in Annalibus Bavar. ILLE verò *Mathildem* Ottonis III. sororem, teste Ditmaro l. cit. Ms.to Brovvillerensi de vita Ezonis apud Papenbroch. in Act. Sanctor. t. 5. Maj., Henningesio in Theat. Genealog. de Impp. Saxon., Æl. Reusnero in Geneal. p. 265., Gelenio l. de magnit. Colon. & in auctuario vitæ S. Engelb., Theod. à Rhay è soc. Jes.
D l. Anim. Illustr. Cliv. & Juliac. pag. 71.

2. HIC filius fuit Sigefridi Comitis I. Luxemburg. & Hadvvichæ. ILLE filius fuit *Hermanni* Comitis Palatini Rh. & *Heilevvigis*, teste Ditmaro aliisque jam memoratis.

3. HIC Comes fuit Luxemburgicus & Arduennæ, postea An. 1003. In Ducem Bavariæ electus; ILLE Comes *Palatinus Rheni*. v. Ms.tum Brovvil-
E ler. apud Papenbroch. lib. cit., Gelenium lib. cit., Theod. à Rhay. lib. cit., Stangefol. in Annal. Circul. Westphal. pag. 245.

4. HIC obiit in Bavaria An. 1027. 1. Sept. sepultus Osterhofii, testibus Aventino, Brunnero, Adelreitzero in Annal. Bav. ILLE obiit Salfeldiæ in Thuringia, (quam cum pertinentiis ab Henrico sancto Imp. sibi jam reconciliato dono acceperat) An. 1034. vel rectius 1035. 31. Maji. ætatis 80. sepul-
F tus in Monasterio Brovviller. à se An. 1024. fundato, teste Ms.to Brovvillerensi in vita ejus apud Papenbrochium l. cit. t. 5. Maji., Gelenio l. c., Theod. à Rhay lib. cit. pag. 71.

5. HIC nullos reliquit liberos. v. Aventin, Brun., Adelreitzer. in Annal. Bav. ILLE 10. liberos reliquit 3. filios & 7. filias, quas vid. supr. in Geneal. teste Ms.to antiquissimo Brovviller. de vita ejus apud Papenbroch. l. cit.,
G Gelenio lib. cit, Trithemio in Chron. Hirs. t. 1. p. 159., quos tamen perperam Henrico D. Cunigundæ fratri adscribit.

6. HIC denique cum Patre Sigefrido non nisi Monasterii S. Maximini, quod est in suburbio Trevirensi, advocatus fuit, teste Kyriandro, Brovvero, Massenio in Annalibus Trevirens., Nic. Zillesio in defensione Monasterii S. Maximini Trevir., teste & Diplomate Henrici II. Imp. supradicto de An.
H 1023., quæ advocatia hujus Monasterii semper in domo Luxemburgica substitit. Adde doctiss. Chiffletium in Alsatia Vindicata p. 12. ILLE verò & Successores ejus *Otto*, *Henricus* Com. Pal. Dominus de Lacu ejusque Privignus & ex testamento hæres, & in Palatinatu Rheni Successor *Sigefridus*, *Advocati* Prin-

cipa-

cipales totius Ecclesiæ urbisque Trevirensis fuére, vid. Maſſenium in An- A
nal. Trevir. t. 2. pag. 7. & Kyriand. in Annal. Trevir., Freherum ad Au-
ſonii Moſellā pag. 125. & in Orig. Palat., quæ advocatia urbis & Ecclesiæ Tre-
virensis ſemper apud Palatinos Rheni ordine ſucceſſorio permanſit, uſque
ad *Henricum* Com. Palat. Rheni, *Ducem Saxoniæ Brunſvvicenſem*, qui
eam cum omnibus pertinentiis, tam feudatis, quàm non feudatis & omni-
bus annualibus ſervitiis, quæ anteceſſor ejus Conradus Comes Palatinus B
Rheni habuit in villis Archi-Epiſcopi, in pago Trechere (vel Drachere, cu-
jus mentio fit in Diplom. Henrici II. Imp. dato Abbati S. Maxim. 1023.)
aliiſque ſuper Moſellam villis A. 1197. *die Paſchatis* in Palatio Trevirenſi *Jo-
hanni Archi-Epiſcopo reſignavit*, juravitque Palatinus ſuper clavum Domi-
ni & ſuper omnes reliquias in capſide contentas, quod neque ipſe, neque
aliquis ſucceſſorum advocatiam hanc repeteret, formulam autem reſigna- C
tionis vid. apud Kyriandrum in Ann. Trev. p. 15. p. 165., Freher. in Orig.
Palat. p. 2. p. 86. Browerum & Maſſen. in Annal. Trevir. p. 2. p. 95. & infr.
in Codice Diplom. Palatino.

Palatini itaque *Rheni* antiquitus, & *non Comites Luxemburgici* urbis &
Eccleſiæ Trevirenſis *advocati* extitére, hinc etiam in Diplomatibus PRIN-
CIPALES *Advocati Eccleſiæ Trevir.* vocantur, ut in Brunonis Archi-E- D
piſc. Trevirenſ. literis fundationis Domus Hoſpital. S. Nicolai apud Con-
fluentes de An. 1110. vid. Maſſen. in Annal. Trevir. t. 2. pag. 7., & in Diplo-
mate Friderici I. Imper. dat. Treveris An. 1157. 8. Id. Jun. apud Zilleſium
lib. cit., Maſſenium lib. cit. & infra in Cod. Diplom. Pal., ubi *Conradus Co-
mes Palatinus Rheni* CAPITALIS ſ. Principalis Advocatus Eccleſiæ Tre-
virenſ. vocatur, ad differentiam ſcil. illius minus principalis Advocati Mo-
naſterii S. Maximini Trevir., qualis fuit Comes Luxemburgicus. E

Advocatia itaque hæc Eccleſiæ Trevir. poſtquam reſignata fuiſſet à Pa-
latino, in ſequentibus temporibus A. ſcil. 1302. in *Henricum Ducem Lucembur-
genſem* (poſtea An. 1308. in Imperatorem electum) fratrem *Balduini Archi-
Epiſcopi Trevirenſ.* tranſmiſſa fuit, ut patet ex literis dat. 1302. die lunæ poſt
mediam quadrageſimæ, quas vide apud Maſſen. in Annal. Trev. ad A. 1301.
adde And. du Cheſne Hiſtoire Genealogique de la Maiſon du Luxembourg F
in probat. & Chiflet. in Alſat. Vindicat. pag. 12. Henricus itaque Luxem-
burgicus Principalis Eccleſiæ Trevirenſis Advocatus factus, *hanc cum illa
particulari* ſ. minus Principali Monaſterii *S. Maximini* Advocatia *conjun-
xit*, quod originem ſuam traxerat ex antiquiſſimis Comitibus Lucembur-
gicis; Proavus enim ejus erat *Walramus II.* Dux Limburgenſis, qui ductâ G
An. 1214. *Ermenſinde* unicâ *Henrici* cæci *Lucemburgici* Comitis filia, qui
etiam ex *Ermenſinde* filia *Conradi* Comitis IV. Lucemburgici prognatus erat,
Comitatum Lucemburgicum & ſimul etiam cum eo Advocatiam Abbatiæ
S. Maximini Trevirenſis obtinuit, & ad poſteros *Henricum* ſcil. ſupradictum
Lucemburgicum, poſtea Imperatorem, tranſtulit, ut ex ſequenti ſchemate
Genealogico clarius patet.

Walra-

A

Walramus II. Dux Limburg. & C. Lucemb. filius Henrici IV. D. Limburg. & Arlon. obiit An. 1238. . . . . sepult. in Monast. ad Rodan. Ducis . . . . . . Ux. 2da Ermensindis f. Henrici Cæci C. Luxemburg. d. 1214. Maji. ob. 1246.

Henricus V. D. Limburg. ob. . . . . Ux. Cunigundis f. Adolfi Com. Montens. de ob.	Henricus Comes I. Lucemb. Cog. Blondus ob. 1270. Ux. Margaretha f. Henrici II. Comitis Barrens. ob. .

Walramus III. D. Limburg. ob. . . . . Ux. N. . . . . Pater Ermengardis Ux. Reinholdi C. Nassovii Ducis Geldriæ.	Adolfus Comes I. de Monte ob. . . . . . . Ux. N. Soror. Conradi Archiepis. Colon. ob. . Sator Comitum Montensium.	Henricus II. C. Lucemb. cæsus in prælio cum 2bus fratribus Balduino & Walramo A. 1288 5. Jun. propè Waronē contra Joh. D. Brab. & Adolfū Montens. comisso. sep. . . . . Ux. Beatrix F. Balduini Com. Hannon. d. . . . . ob. . . . . .

B

Walramus D. Exercit. Sagitta periit in Obsidione Brixiensi 1311. 10. Sept. Margareth monialis.	Henricus VII. Imp. Comes Lucemb. Advocatus Ecclesiæ Trevirens. Principalis, ut & S. Maximini Trevir. Nat. 1262. 17. Jul. Valentianæ. Electus Imp. 1308. 1. Nov. ob. veneno in Heturia 1313. 15. Aug. sep. Pisis Ux. Margaretha f. Joh. II. D. Brabantiæ. d. ob.	Balduinus Archi-Episcop. Trevirens. Elect. 1307. 7. Dec. ob. Treveris. 21. Jan. 1354. sep. ibid. Felicitas Uxor. Johan. Com. Lovan. d. ob. . . .

C

N.	Johannes Rex Bohem. n. 1295. . . . . Coron. 1309. 3. Feb. æt. 17. Pragæ. Cæcus evasit, ab Anglo sagitta percussus periit in prælio ad Cressiaeum 1346. 23. Aug. die Sabbathi sep. Luxemb. Ux. 2. Elisabetha f. Wenceslai R. Boh. d. 1309. . . . Aug. Spiræ. æt. 18. ob. febre & Phthisi 1330. 28. Sept. in Wisigrado in Hung sep. in Monast. Aulæ Regiæ.	Maria n. 1306. Ux. Caroli R. Fr. d. 1322. 24. Aug. Parisiis. ob. in Issouldum in Prov. Berry. 1324. circa festum anounc. S. Mar. puerperio. sep. in Monasterio virg. in Montargis. Beatrix n. 1304. Ux. Caroli R. Hung. d. 1318. Nov. Strigonii. ob. .

D

Margaretha n. 1313. Ux. Henr. D. Bav. despoosata 1322. prid. id Aug ob. . . .	Gutha n. 1315. . . . . desponsi. 1. Frid. M. Mis. 1322. 2dò Joh. filio Regis Fr. 1322. 3. Comiti de Barr. 4. Lud. V. Imp. filio. 5. Ottoni D. Austr.	Carolus IV. Imp. (antea Wenceslaus dict.) n. 1316. 14. Maji. h. 1. Pragæ Coron. 1349. 25. Jul. Aquisgr. Romæ 1335. 5. Ap.	Joh. Henricus n. 1322. prid. id. Febr. in Melnico. ob. . .	Anna & Elis. gemellæ n. 1323. 6. Kal. Apr. in Cham. Bavar. Elisab. obiit ibid. 1324. . Aug. Ana Ux. Ott. D. Bav. d. 1340. ob. 1344.

E Deficientibus autem postea *Ducibus Lucemburgicis* idem jus advocatiæ Ecclesiæ Trevirensis devolutum est in *Regem Hispaniæ* ratione Ducatus Lucemburgici ex eadem quoque & non aliâ ratione Galliæ Regem occupato Ducatu Lucemburgico, urbem quoque Trevirensem tanquam Ecclesiæ advocatum in suam suscepisse defensionem, in nupero bello vidimus.

Sigefridum itaque Comitem Luxemburgicum ejusque filium *Hetzilonem* s. Henricum nullo unquam tempore Palatinos Rheni exstitisse, neque
F Officio Palatii functos fuisse certum est. Jam progrediendum est ad eorum *posteros*, *nepotes* & *pronepotes*, atque ostendendum, *dignitatem Comitivæ Palatii* non in horum nepotibus, sed in *Hermanni* potius Palatini nostri posteris jure successionis resedisse, eosdemque & non Lucemburgicos Comitis Palatini titulo insignitos fuisse, non authores tantùm coævi
G & ipsa Imperatorum Diplomata, sed & ipsorum etiam *Comitum Lucemburgicorum* literæ attestantur. Exemplo autem nobis instar omnium sit diploma *de Henrico Comite Lucemburgico*, quod adhuc asservatur in Archivo Abbatiæ *Epternacensis* & hoc modo incipit : Notum sit tam præsentibus quàm futuris, quod *Henricus* Comes *Conradi* (Comitis IV. Lucemburgici. v. sup. Geneal.) piæ memoriæ filius, Bertrami defensoris nostræ Ec-
H clesiæ circumventus & deceptus muneribus & fraudibus, jus advocati in aratura. &c. Præsidente Domino HENRICO COMITE PALATINO (Rheni Domino de Lacu, Ezonis f. Erenfridi Comitis Palat. Rheni ex fratre Hetzi-

Herzilone nepote) CUI à DOMINO NOSTRO GLORIOSISSIMO IMPERARTOE AUGUSTO (scil. 4to) IN ITALIAM EXERCITUM (A. 1090.) DUCTANTE COMMISSÆ SUNT HABENÆ &c. testibus *Henrico* Comite Palatino, *Hermanno* filio *Hermanni* (Regis scil. Roman. ex Lucemburgicis, oriundi. A. 1088. defuncti) & fratre ejus *Theodorico* &c. v apud And. du Chesne in sæpè laudata Historia domus Lucemburgicæ Genealogica in probationibus. p. 31. in hoc diplomate quædam notatu maximè digna occurrunt. E

1. *Henricum* Lucemburgicum Conradi. I. Comitis 4. Lucemburgici, filium, atque è posteris Sigefridi supradicti oriundum non vocari *Comitem Palatinum*, contrà verò *Henricum Ezonis* ex fratre *nepotem*, ex Hermanni Comitis Palat. Rh. (de quo supra ex Ditmaro & Papenbrochio diximus) posteris, eodem Comitis Palatini titulo, quo jam majores ejus usi sunt, ut jam supra ostendimus, insigniri. F

2. *Clarissimum* evidentissimumque AANTIQUITATIS de VICARIATU PALATINI à scriptoribus Palatinis operosius hactenus sed frustra quæsitæ testimonium, de quo vicariatu Palatino infra susius dicturi sumus.

3. Vocabulum *Rheni* ut & illud *Bavariæ*, *Saxoniæ*, *Sueviæ* ad cæteros Palatinos provinciales in Imperatorum diplomatibus rarissimè adjectum deprehendimus, Ottonis interim & Henrici 2. 3. 4. temporibus Rheni æquè ac Bavariæ, Saxoniæ, Sueviæ Palatinos exstitisse, certum est. De *Arnulfo* Comite Palatino *Bavariæ* ab Ottone 1. Imp. constituto vid. Aventin. in Annal. Bavar. de Rheni Palatinis vid. Freherum in Orig. Palat. p. 1. c. 3. p. 21. ubi scribit: *Ottonum temporibus* Palatinos *Rheni* prius verè inauditos inclaruisse, & quamvis in supradicto diplomate vocabulum Rheni non adjiciatur, certum tamen est Henricum Palatinum in diplomate memoratum & An. 1095. defunctum, seipsum Rheni Palatinum Dominum de Lacu scripsisse, ut patet ex ejusdem literis fundationis monasterii ad Lacum An. 1093. datis, quas vide apud Freher. l. cit. p. 2. c. 9. ubi hæc verba: *Ego Henricus Comes Palatinus Rheni Dominus de Lacu.* &c. adde Leod. in vita Frid. 2. Elect. p. 1. p. 11. & in literis Johannis Com. Palat. D. Bipont. ad Leodum, Irenicum in Exeg. Germ. l. 3. c. 54. Annales Monasterii ad Lacum, Jus. Trithem. Chron. Hirsang. t. 1. p. 290. Nis. Bipontinum Comitum Palat. Rhen. quod vidi in Bibliotheca Joh. à Lent. S. Theol. D. & Profess. Herbornens. Zeil. in Topograph. Trevir. Archi-Episcopatus Voce Lacu. Gelenium. lib. cit. Theod. à Rhay. lib. cit. G H I

Sic *Ezo* supradicti Henrici Palatini Patruus & *Mathildis* Ottonis 3. sororis maritus rectè Palatinus Comes *Rheni* appellatur à *Tritbemio* l. cit. t. 1. p. 156. (quamvis eundem hunc Mathildis maritum cum Lucemb. D. Cunigundæ fratre confundat:) à *Leodio* l. cit. *VVitichindo* in Geneal. Sax. p. 1. c. 13. 15. *Frehero* lib. cit.. p. 1. c. 15. *Henningesio* in Theat. Geneal. in Geneal. Impp. Saxon. *Reusnero* in Geneal. p. 265. Paræo in Hist. Palat. 1517. A

Ægyd. *Gelenio* l. de magnitud. Colon. p. 315. & in auctuario vitæ S. Engel-
B berti Archi-Episc. Colon. p. 302. *Theod. à Rhay.* è Soc. Jes. l. anim. Illustr. Cliv. Juliac. p. 66. *Papenbrochio* in actis Sanct. t. 5. Maij. ad 21. Maij. *Stangefol.* in annal. circ. Westphal. p. 245. aliisque quam plurimis. Sic *Sigefridus* Privignus supradicti Henrici C. Palat. Rheni Domini de Lacu ejusdemque in Palatinatu Rhenano ex testamento hæres & successor seipsum, eodem modo, quo vitricus Palatinum Rheni scripsit, quamvis in diploma-
C tibus quibusdam non nisi Comes Palatinus audiatur, ut in diplom. Henrici 5. Imp. dat. Spiræ 1103. 4. Non. Mart. quo Imperator donationes monasterio S. Michael. in monte Abrinsberg (hodiè Heiligenberg è regione Heidelbergæ) factas confirmavit, mentio fit duorum Comitum Palatinorum *Friderici* scil. & *Sigefridi*, quorum ILLE Palatinus fuit Saxoniæ filius scil. Alberti Comitis de Summerseburg An. 1120. defunctus, HIC verò Palatinus Rheni An. 1113. denatus. Diploma vid. infra in cod. diplomat.
D Palatino. In alio diplomate Brunonis Archi-Episc. Trevirens. de An. 1110. testis adducitur: *Longè primus Nobilium Sigefridus Comes Paaltinus* & TREVIRENSIS ECCLESIÆ PRINCIPALIS ADVOCATUS de q. supr. dictum vid. Massen. in Annal. Trevir. t. 2. p. 7. Idem dicendum de *VVilhelmo* Rheni Palatino Sigefridi jam memorati filio & in Palatinatu Rheni successore, licet is cum aliis in diplomate Lotharii Imp. dat. Bambergæ, 1135. 16. Kal. Apr. non nisi Palatinus appelletur, testes enim in eo adducuntur:
E *VVilhelmus Palatinus* (scil. Rheni) *Fridericus Palatinus* (scil. Saxoniæ) *Otto Palatinus* (scil. Bav.) diploma hoc vid. infra in Cod. diplom. Palat. Idem quoque dicendum *de Hermanno* 2. Comite Palat. Rheni Wilhelmi Palatini in Palatinatu Rheni successore, hic licet à Dodecheno in Cler. ad An. 1155. & ad 1156. & à Chronographo Saxone s. chron. ad An. 1148. ex edit. Leibnitzii aliisque non nisi Comes Palatinus simpliciter vocetur, tamen in variis Imperatorum diplomatibus ut Conradi 3. de An. 1146. prid. Non. Jan. d. Spiræ. in alio d. Aquisgrani 1146. 3. Kal. Jan. apud Zillesium lib. cit. & And. du Chesne lib. cit. & Miræum in donat. Belg. 1. c. 59. in alio de An.
F 1144. apud Massen. l. cit. l. 14. p. 764. ad An. 1142. in alio de An. 1153. 4. Kal. Jun. dat. Treveris apud Miræum dipl. Belg. l. 1. c. 59. in alio de An. 1156. 15. Kal. Jul. dat. Herbipoli v. Ital. sacram. p. 665. in alio ejusd. Anni d. 15. Kal. oct. Ratisbonæ. Vid. Chron. Augusten. Goldast. constit. Imp. & apud Freherum, Miræum, Aventinum, aliisque innumeris *constanter Comes Palatinus Rheni* appellatur. adde Otton. Frising. l. de gestis Frid. I. Imp. De *Conrado* Rheni Palatino Hermanni Palatini in Palatinatu Rheni successore idem quoque sentiendum est, hic licet à Gobelino æt. 6. c. 60. aliisque scriptoribus Comes tantùm Palatinus nuncupetur, tamen in Imperatorum diplomatibus de An. 1157. 1158. 1159. 1161. 1163. 1168. 1174. 1180. 1182. 1194. Semper
G Comes Palatinus *Rheni* appellatur, diplomata hæc vid. infra in codice nostro diplomatico Palatino.

Sic secundò *Barvariæ* vocabulum ad Palatinos Bavariæ rarissimè adjectum deprehendimus in Imperatorum diplomatibus, in quibus non nisi generaliter *Comites Palatini* interdum etiam Comites Palatini de *Scheuren* & *VVittelsbach* salutantur, ut videre est in diplom. Friderici

1. Imp.

1. Imp. 1174. 14. Jan. in obsidione Roboreti v. Ital. sacr. in alio de A. 1156. 15. Kal. Jul. dat. Wurceburg. in alio ejusd. An. d. 15. Kal. oct. Ratisbonae. in alio de An. 1159. 15. Kal. Mart. dat. apud Marengam v. Ital. sacr. in alio de An. 1161. dat. ante portas urbis Mediolan. in alio de An. 1129. 7. Kal. Jun. dat. in Stokcha v. Hund. in metrop. Satisb. t. 3. p. 460. item in aliis de An. 1164. 1166. 1172. & infinitis aliis adde Radevicum l. de gestis Frid. I. Ottonem Frising. Lambert. Schafnab. Gobelin. & 6. cbo. *apud* Meibom. H

3. Idem observatur in *Saxoniæ Palatinis* ubi vocabulum *Saxoniæ* rarissimè quoque in antiquis Historiarum documentis appositum conspicimus, sic tempore transactionis inter Papam & Henricum 5. Imp. An. 1111. ex parte Imperatoris juravit *Fridericus Comes Palatinus* (scil. Saxoniæ filius Alberti Com. de Summerseburg.) v. Baron. Annal. Ecclesiast. ad h. a Flor. Wigorniens. in Chron. ad A. 1111. Idem testis adducitur in diplomate Henrici 4. de A. 1103. h. modo *Fridericus Comes Palatinus* (scil. Saxoniæ) V. infra in Cod. diplom. Palat. eundem Fridericum Chron Hildesheim. ad A. 1115. & ad A. 1120. non nisi simpliciter Comitem Palatinum vocat. adde Lambertum Schafnaburg. ad An. 1056. Ubi *Dedonem* Comitem Palatinum, & ad An. 1059. Ubi *Fridericum* (Dedonis fratrem, Friderici Saxoniæ Palatini filium) non nisi Comites Palatinos Vocat. v. & Ursperg. Chron. Trithem. in chron. Hirs. ad A. 1112. t. 1. p. 353. Ottonem Frising. in Chron. l. 6. c. 35. N. Cisker orat. de Ottone 3. p 41. Cluver. Hist. Univers. p. m 426. Maslen. Annal. Trev. ad An. 1112. Helmoldi chron. Slav. l. 2. c. 7. Arnold. Lubec. in Chron. passim. & apud anonim. de fundatione monasterii Gozerens. ad A. 1062. 1051. 1041. 1072. aliquando non nisi *Comites Palatini de Summerseburg* appellantur. v. chron. Pegav. ex edit. Reinecci p. 336. & in diplomate Friderici. 1. Imp. dat. Goslariæ 1157. K. Jan. ubi testes adducuntur *Fridericus* Comes Palatinus de *Summerseburg* & *Fridericus* Comes Palatinus de *VVittelsbach.* v. & Chron. Stederburg. ad An. 1162. apud Meibom. p. 454. Chron. Marienthal. apud Meibom. p. 255. diploma Lotharji dat. in Bardewick 1137. 16. Kal. Apr. quod vid. apud Meibom. in not. ad chron. Schauenburg p. 524. & ex centum aliis antiquitatum documentis luce meridiana clarius patet. I A B

4. Atque etiam hoc de *Sueviæ Palatinis* observari licet, ubi *Sueviæ* vocabulum rarissimè adjectum vidimus, cum non nisi simpliciter quoq; *Palatini*, & *Palatini Comites*, interdum Comites *Palatini de Tübingen*, ubi sedem posuere, appellentur. Sic de *Hugone* Comite Palatino de Tübingen, de *Gothofredo* Comite Palatino (scil. Sueviæ Monacho facto Hirsaugiensi) lege Trithem. in Chron. Hirsaug. ad A. 1148. 1215. chronicon de Guelphi, apud Canisiū in lect. antiq. Nauclerum; adde diplomata Impp. de A. 1114. 1116. 1117. apud Guillimasc. de rebus Habsburg. Stumph. de Helvet. interdum iidem Comites Palatini de Calve appellantur. Vid. dipl. Henrici 5. Imp. dat 1123. Argentinæ apud Crusium in Annal. Suev. p. 2. l. 9. p. 332. Ex supradictis satis clarè ostensū fuisse confidimus, *Lucemburgicos* nunquam Comites *Palatinos Rheni* exstitisse, quæ omnia autem ut majori adhuc cum specie adpareant, operæ pretiū est, ut singulos antiquissimos Lucemb. hactenus malè pro Palatinis habitos percurramus, atq; ex ipsorū *Antiquissimorum Lucemburgicorum literis*, C D

E ex *authorum*, ut plurimum, *coævorum*, imò & ipsorum denique *Imperatorum testimoniis*, neque *Sigefridum* scil. Lucemburgicum Comitem, neque ejus posteros unquam titulo *Comitis Palatini Rheni* insignitos atque condecoratos fuisse, ostendamus.

I. *Sigefridus* Comes Metensis, *Comes I. Lucemburgicus* fit A. 963, factâ Treveris A. 963. 15. Kal. Maij permutatione villæ suæ vuilnæ (Tuilen) in Arduenna cum adjacente territorio pro CASTRO LUCEMBURG (Originale permutationis documentum habet *Luscilinburch*.) quod ad *VVi-*
F *ckerum* monasterii *S. Maximini Abbatem* spectabat, illudque castrum situm erat in pago *Metingovvi* f. Metensi in comitatu *Gothofredi* Comitis, in quâ permutationis charta, quam exhibet And. du Chesne in Historia Lucemburg. in probationibus, *Sigefridus* hic non nisi *Comes de nobili genere* natus appellatur. Vid. & Massen. in Annal. Trevirens. t. i. p. 467.

G In aliis *ipsius Sigefridi* literis datis Treveris A. 993. 13. Kal. Octob. (quæ asservantur in Archivo monasterii S. Maximini Trevir.) Sigefridus *seipsum* non nisi *Comitem* simpliciter vocat h. modo: Ego Sigefridus *Comes* cum conjuge mea *Hadervvich*. &c. & in fine: me *Sigefrido Comite* (scil. Luxemburgico) cum conjuge mea Hadevvicha tradente, & item in aliis ejusd. Sigefridi literis dat. 964. 15. Kal. Oct. Treveris. h. modo: Ego Sigefridus *Comes indignus* mente pertractans. &c. vid. id. apud And. du Chesne lib. cit. p. 7. & Miræum in dipl. Belg. l. 1. c. 25. In alia donationis Charta *Evæ Comitissæ* (relictæ Hugonis Comitis mater Odalrici Archi-Episcopi Rhemens. & Adalbero ejus consanguinei qui Episcopus erat Metens. vid. Mabil-
H lon. in act. sanct. Ord. S. Benedict. sæc. 5. p. 400.) data Metis An. 965. 17. Kal. Septemb. inter testes adducitur h. modo: sign. Friderici Ducis (scil. Loth.) sign. *Sigefridi Comitis* (scil. Lucemburg.) sign. Giselberti Comitis signum Thieberti Palatini Comitis, sign. Tolmari, &c.

Porrò in alia donationis tabula *Egberti* ArchiEpiscopi Trev. dat. Treveris 981. quam donationem S. Paulino Trevir. fecit testis, adducitur h. m.
I signum *Theodorici* Comitis, sign. SIGEFRIDI COMITIS ET RERUM S. MAXIMINI ADVOCATI, sign. *Ottonis* Comitis. vid. apud Massen. in annal. Trevir. ad A. 982. quo clarissimè perspicitur Sigefridum ejusq; posteros Lucemburgicos non nisi MONASTERII S. MAXIMINI, quod est in suburbio Trevirensi, ADVOCATOS fuisse, NON AUTEM TOTIUS ECCLESIÆ TREVIRENS. cujus defensores & advocati antiquitus fuere *Rheni Palatini*, uti supra ostensum. v. & Freher. Orig. Pal. p. 85. 86. Ky-
A riand & Massen. in annal. Trevir. t. 2. p. 7. Nic. Zillesium in defens. Abbatiæ S. Maximin. quam advocatorum distinctionem in Trevirensi Ecclesia paucissimi scriptorum hactenus observarunt.

Sic ipse Imperator *Otto* 2. in diplomate dat. Capuæ 982. 6. Kal. Octob. *Sigefridum* hunc non nisi *Comitem* (scil. Lucemb.) vocat. v. diploma hoc ex Cartulario Gorziensi apud Mabillon. l. de re diplomat. l. 6. p. 575. Chifletium in Comment. Loth. p. 10.

In alia donationis Charta *Vodæ* Comitissæ uxoris Gozelini data *Mo-*
B *nasterio S. Maximini* An. 963. cujus originale adhuc in Archivo Monasterii S. Maximini asservatur, testis adducitur SIGEFRIDUS COMES ET ADVOCA-

VOCATUS, Richuinus Comes. &c. Sic *Gerbertus* auctor coævus, postea Papa electus & *Sylvestri* 2. nomine insignis, eundem *Sigefridum non nisi Comitem, nunquam Palatinum vocat*, in Epistolis Lutetiæ Parisiorum editis. Sigefridus enim hic cum Gothofredo Comite Verdunensi militans pro Ottone 3. Imp. contra Lotharium Franciæ Regem, qui contempta Cæsaris juventute, Lotharingiam invaserat, ab eodem Franciæ Rege in urbe C Verdunensi An. 984. captus & in Galliam ad fluv. Matronam abductus est una cum *Gothofredo* & *Gerberto* supradicto, qui in captivitate ad petitionem *Gothofredi* & hujus patrui *Sigefridi* varias literas scripsit in Germaniam transmittendas ad captivorum liberos consanguineosque A. 985. 17. Kal. April. aliasque vid. in Epist. num. 47. 51. 52. & num. 60. h. modo *Sigefridus Comes ad sua redit*, nunquam Palatinum vocat. adde Wilh. Nangi D Chron. & Miræi Donat. Belg.

Pariter Nic. Zillesius in defensione S. Maximin. satis accuratâ ejusdem *Sigefridi Comitis* Lucemburgici & *S. Maximini Advocati* sæpissimè mentionem fecit, sed nunquam *Comitem Palatinum* appellat. En exemplum: p. 41. *Sigefridus*, inquit, *Comes* latè in regione Arduennæ dominatus, moritur An. 998. 6. Kal. Dec. sep. in monasterio S. Maximini Trevirensium cum uxore sua *Hadewicha* ante Altare S. Clementis: adde Massen. in Annal. Trevir. ti. p. 485. ubi etiam adjiciunt Epitaphium ejus, quod, teste E Zillesio, hodieque exstat, & nuper in reparatione Ecclesiæ sepulchro ejus aperto geminas prægrandes claves repertas fecisse, docet in ejus sarcophago, quibus peritiores advocatiam geminam, quam habuit in monasterio S. *Maximini* & *Epternacensi* significatam volebant, juxta ea, quæ de clave & similibus in jure C. habentur: de quo & Massen. l. cit. hoc modo: *Agno-* F *scunt hujus temporis nonnulli Sigefridum Palatinum, sed recentiores, ego hunc Trevericum Lucemburgicæ stirpis auctorem & fortè Gothofredum Arduennatis Patruum, qui Sigefridus S. Maximini Trevir. tunc præpotentis Abbatiæ & armatis Imperii obsequiis devinctæ militiam, tutelamque advocati & Comitis honore, tituloque non expers sanguinis aviti, gesserit, & prorsus eum ipsum esse crediderim, cujus nuper in nova Basilica solo inter rudera Sarcophagus inventus Cadaveris prolixè Barbati, egregia specie visendus, tumuloque incisi versus eruti, qui tenebrosi diu latuerant, sequentes.*

Ob Culmen generis quondam non infimus Orbis, G
Cœno sordidior nunc malefacta queror.
Nempe sub istius lapidis fundamine fusus,
Perpetior casum omnibus ingenitum,
Ergo rogo similem passuros conditionem, H
Corde gemendo Deum sollicitare pium;
Ut mihi parcendo veniam tribuat Sigefrido.
Pacis Jerusalem transferat ad requiem.

Eadem denique ratione epitaphium *Ravangerii* Abbatis *Epternacensis*, ejusdem *Sigefridi* non tanquam Palatini, sed *Comitis tantùm* meminit h. modo.

I Hunc Otto primus transmisit Cæsar opimus
Sifridi monitis *egregii Comitis.*
Misit hunc talem qui vitam Cœnobialem
Hic reparare pio sufficeret studio.
Nam locus iste bonis hoc tempore Relligionis
Factus erat vacuus rebus & exiguus.

v. Mabill in act. Sanct. ord. S. Bened. sæc. 5. Bruschium ad An. 972. quo Sigefridus Canonicos ex hoc monasterio expulit.

A E contrà *Hermannum* Bavarum Sigefrido huic contemporaneum *Comitem Palatinum* vocitatum fuisse constanti Ditmari l. 3. p. 92. Justo Browillerensi de vita Ezonis, Aventini l. 4. A. B. Henningesii & Reusneri in Genealogiis p. 265. Gelenii l. de magnitud. Colon. p. 388. 315. & in auctuario vitæ S. Engelberti Archi-Episc. Colon. p. 302. Theod. à Rhay è soc. Jesu l. anim: Illustr. Juliac. Clev. p. 71. Papenbrochii in actis sanct. t. 5. Maij aliorumque testimonio celarum est.

B 2. Neque *Sigefridi* filios titulo *Comitis Palatini* insignitos fuisse ex sequentibus patebit.

1. *Hetzilo* id est Henricus cogto. senior primogenitus Sigefridi Lucemburgici filius ab Henrico cognomine sancto Imp. A. 1003. in Ducem Bavariæ electus

Ante Electionem in Ducem non nisi *Comes* simpliciter vocatur quod evidens est ex literis Tolmari Abbatis S. *Maximini* Trevirensis. (cujus monasterii ipse advocatus erat) de A. 996. *Noverit omnium industria fidelium tam præsentium quàm futurorum quod religiosa fæmina Domina Bertha viri Illustris Comitis Volcmari relicta* &c. Et COMITEM HENRICUM MONASTERII NOSTRI ADVOCATUM *aliosque viros nobiles adierit. Dedimus ei è contra in precario per manum sæpè nominati advocati nostri Comitis Henrici in eodem pago* (Moselensi) *& comitatu* (Gisleberti) *villam Dalhem nominatam cum Ecclesia & ejus decimatione & manso Dominicali* D *cum 12, mansis ingenuilibus & 20. servilibus.* &c. & in fine: *Omnia gessimus* COMITIS HENRICI ADVOCATI NOSTRI *consilio & instinctu* &c. v. And. du Chesne, l. cit. Sic Pater ejus *Sigefridus* eundem filium suum E in literis An. 993. datis non nisi *Comitem* vocat. vid. eas apud And. du Chesne in Hist. Lucemburg.

In alia donationis Charta *Irmengardis* h. modo: In *Comitatu Arduennensi qui Henrici Comiti subjacet, villa Hekesdorf in valle Alsunciensi, quicquid ibi visa sum habere.* Integrum ex Archivo Monasterii S. Maxim. v. apud And. du Chesne lib. cit. in probationibus.

In alio diplomate non nisi *Comes Arduennæ* vocatur; & in alio de An. 998. & de An. 1000. *Comes* simpliciter appellatur.

In alio Ottonis 3. Imp. diplomate de An. 993. *Arduennæ Dux* (scil. Exercitus, quia Imperatori militabat) nominatur v. illud apud Gelenium in Hierothec. p. 128. Ipse denique *Ditmarus* in Chron. eundem ante electionem in F Ducem non nisi *Comitem*, & *Militem*, post electionem verò semper *Ducem* Vocat. vid. lib. 4. Post electionem vero in Bavariæ Ducem etiam nunquam aliter quàm *Dux* ab Hermanno contracto, Lamberto Schafnab: Ditmaro,

maro, Sigeberto, Wippone aliisque salutatur. Adde diplomata Impp. & inprimis illud Henrici sancti de An. 1023. Jan. supra allegatum.

Contrà vero *Henrico* huic coævum *Ezonem* s. Etzelinum id est Erenfri- G dum, supradicti *Hermanni* Comitis Palatini Rheni filium, ejusdemque in Palatinatu Rheni atque ei annexo Palatii Officio successorem, *Mathildis* Ottonis 3. sororis *Maritum* non solum ab Imperatoribus in variis eorum hinc inde datis diplomatibus ut *Henrici* cognomine *sancti* de An. 1014. & de An. 1023. sed & à *Ditmaro* coævo in Chron. l. 4. p. 92. ex edit. Maderi, *authore Justi Browilerensis*, Ezoni itidem coævo, *Trithemio* in Chron. Hirs. tr. p. 156. *Witichindo* in Geneal. Sax. p. 1. c. 13. & 15. *Frehero* Orig. H Pal. *Paræo* in Hist. Palat. p. 517. *Henningesio* in theat. Genealog. in Impp. Saxon. *Æl. Reusnero.* In Geneal. p. 265. & in auctuario, Ægyd. *Gelenio* l. de magnitud. Colon. Agripp. p. 388. 315. & in auctuario vitæ S. Engelberti Archi-Epis. Colon. p. 302. *Theodor à Rhay.* è Soc. Jes. in l. anim. Illust. Cliv. Juliac. p. 66. *Stangefol.* in annal. Circ. Westphal. p. 245. *Papenbrochio* I in actis sanctor. t. 5. Maij. ad 21. D. Maij. aliisq; *Comitis Palatini Rheni* titulo condecoratum fuisse, luce meridianâ clarius constat.

2. Sic *Fridericum* Henrici supradicti fratrem nunquam Palatinum sed Lucemburgicum tantum *Comitem* appellatum fuisse, ex antiquis documentis fusius docet And. du Chesne in Hist. Genealog. Domus Lucemburg.

3. Eadem quoq; ratione neq; ejus fratres reliquos *Theodoricum* scil. Episcopum Metensem. *Giselbertum* Papiæ 1004. in rebellione præsente Imperatore à Longobardis occisum, *Adalberonem* Archi-Epis. Trevirens. *Palatinos Co-* A *mites* unquam appellatos fuisse, patet ex Hermanno contracto, Ditmaro, Lamberto Schafnab. Sigeberto, Kyriandro, Browero, Masinio in Annal. Trevir. ex Chron. Episcoporum Metens. ex Chron. antiquo Archi-Episc. Trevirens. And. du Chesne in Hist. Lucemburg.

Tertiò. Sic nullum quoque è *Sigefridi nepotibus* ex filio Friderico Comite. 2. Lucemburgico *unquam titulum Comitis Palatini* B gestâsse adeo certum est, ut verè probatione non egeat.

1. *Henricus junior* Comes Lucemburgicus, Arduennæ, & Mosellanus Friderici Lucemb. filius postea An. 1027. in Ducem Bavariæ electus. *Ante Electionem* non nisi *Comes Mosellanicus* appellatus est, idque testantur literæ d. An. 1025. 5. Kal. Febr. ubi *Comes* dicitur *Pagi Muselegowi* (Moselgaw.) & prædium Bibera situm esse in pago *Musolechowo* (Mosellano) in Comitatu *Henrici Comitis filii Friderici* (scil. Lucemburgici C Com.) in aliis non nisi *Comes simpliciter* vocatur v. And. du Chesne l. cit. Post electionem in Bavariæ Ducem semper Dux vocatur & non aliter v. Hermanni contracti Chron. Lambert. Schaffnab. Sigebert., Aventin. Brunner, Adelreitzer: in Annal. Bav. Zillesium in defens. Monast. S. Maximin. And. du Chesne lib. cit. in probat. p. 6. 26. Hic tandem dum nuptias pararet morte præventus obiit Treveris An. 1048. p. procedente autumno sep. ibid. ad S. Maximin. cujus Monasterii ipse advocatus erat. v. Avent. l. 5. Zilles. l. cit. sed notandum est in hoc Henrico *Münsterum*, *Henningesium* & *Æl.* D *Reusner.* in Genealogiis p. 177. in auctuario aliosque qui eos secuti sunt tripli-

triplicem commisisse errorem I. quando eundem *Henrici Senioris Ducis Bavariæ filium* scripserint, quod omnino falsissimum, cum nihil verius firmiusque sit, quàm Henricum D. Cunigundæ fratrem planè nullos reliquisse filios, sed filius potius fuit *Friderici* Comitis. 2. Lucemburgici. II. quando eum *numero Palatinorum Rheni* inseruere, qualis nunquam fuerat, ut ex supradictis
E ostensum. III. quando ipsi *filiam* adscripserint *Irmengardem*, nuptam *Conrado Duci Cattorum & Franconiæ Comiti Palatino Rheni*, cum certum sit eum nullos liberos reliquisse, sed ante nuptias defunctum fuisse v. Avent. l. 5. p. 431. And. du Chesne lib. cit.

2. Pariter *Theodoricum* Henrici junioris fratrem non nisi *Dominum de Limburg*. nunquam *Palatinum* appellatum fuisse, ex antiquitate Historica docet A. du Chesne. l. c. 3. Sic & neq; *Adalberonem* fratrem ejus Epi-
F scopum Metensem teste Sigeberto & Chronico Episc. Metens. 4. neque *Fridericum* Adalberonis fratrem A. 1046. in Lotharingiæ Ducem electum, neque ante neque post electionem Comitis Palatini titulo insignitum fuisse, ex authore triumphi S. Remaili c. 5. 6. 7. 11. Hermano contracto, Lamberto Schafnab. Sigeberto, Wippone, Berthâ in vita S. Adelheid. Chron. de Guelphis aliisq; tam Imperatorum testimoniis, quàm ipsorum etiam Lucemburgicorũ Comitum literis elucescit: adde And. du Chesne in Hist. Lucemb. in probatio-
G nibus. 5. Neque *Giselbertum* Friderici Lotharingiæ Ducis fratrem, & tertium Comitem Lucemburgicum nullo unquam *Palatini titulo* condecoratum fuisse, patet ex Chron. Canonici de Laon. authore triump. S. Remaili, Alberici Chron. Chron. antiq. Archiepiscoporum Trevirens. ad A. 1132. ex Zillesio lib. cit. ex Impp. Diplomatibus inprimis Henrici. 3. Imp. dat. Treveris. 1056. prid. Kal. Jul. apud Zilles. in defens. Monast. S. Maximin. Contrà verò *Henri-*
H *co* Lucemburgico contemporaneum *Ottonem* Ezonis supradicti *Rheni Palatini* filium ejusdemque in officio Palatii Rhenique Palatinatu successorem postea A. 1045. in Sueviæ Ducem electum, deinde *Henricum* Comitem Palat. Rheni *Dominum de Lacu* Ezonis Palatini ex fratre Hetzilone nepotẽ, Ottonis verò jam memorati patruelem ejusdemq; in Officio Palatii A. 1045. successo-
I rem *Comites Palatinos* vocitatos fuisse ex Imperatorum diplomatibus, aliorumque Comitum literis, quarum aliquas supra exhibuimus, ex auctoribus coævis, ut Brovvillerensi monacho l. de vita Ezonis, Hermanno contracto ad A. 1045. (adde & Freher. orig. Pal. p. 2. p. 11. Leodium in vita Frid. 2. El. l. 1. p. 11. 13. Trithem. Chron. Hirsang ad A. 1060. p. 20. & t. 1. p. 206. 209. Annales Monasterii ad Lacum Irenicum Exeg. German. l. 3. c. 54. Bucelium,
A Ægyd Gelenium l. de magnitud. Colon. & in auctuario vitæ S. Engelberti p. 302. Chron. Hildesheim. ad A. 1095. Bertholdi Chron. ad A. 1095. Dodechen. Topograph. Archi-Episcopatus Trevir. voce Lacu, Massen, Annal. Trevir. t. 1. p. 590. t. 2. p. 8. Papenbroch. in actis sanct. t. 5. Maij. ad 21. d. Maij. aliosque infinitos) ex ipsis denique Henrici Comitis Palatini Rheni Domini de Lacu literis fundationis Monasterii ad Lacum. de A. 1093. supra memoratis:
B ubi hæc leguntur verba: *Ego Henricus Comes Palatinus Rheni Dominus de Lacu*, &c. & perspicuè cognoscitur, imò ipsâ etiam luce meridianâ clarius patet.

Quartò: Nullum denique è *Sigefridi abnepotibus Conradum* scil. Co-

mites.

mitem 4. Lucemburgicum ejusque fratrem *Hermannum* Comitem Salmensem postea in *Regem Romanum* contra Henricum IV. Imp. A. 1081. electum, neque *Wilhelmum* Conradi filium Comitem 5. Lucemburgicum neque ejus fratrem *Henricum* (uti de hoc jam supra ex antiquo documento Abbatiæ *Epternacensis* ostensum est) *Comitis Palatini Rheni* titulo condecoratum fuisse, ex diplomate *Henrici* IV. Imp. de A. 1065. apud Zillesium, ex *antiquo Chron. Trevirensi, authore S. Remaili* Chronico *Alberici* Monachi trium fontium ex edict. Leibnizii, Chron. *Bertholdi* Constant. *Lamberto*, *Sigeberto*, *Marian. Scoto Aventino* l. 1. p. 467. *Massenio* lib. 114. l. 11. p. 663. & centum aliis ita manifestum est, ut verè probatione non egeat. C

Ex hisce itaque fusius deductis satis ostensum esse imò, quod ajunt in solis disco jacere puto, nullo unquam tempore *Lucemburgicos Comitum Palatinorum titulo* insignitos, eosque nunquam Palatinatus Rhenani possessores exstitisse, ceu malè hactenus creditum est. E contrà verò *Hermannum* Comitem Palatinum Rheni & Nemoris, ejusque filios & nepotes *constantibus coævorum* scriptorum, *Manuscriptorum antiquissimorum*, imò ipsorum denique *Imperatorum testimoniis*, Palatii dignitate illustratos, atque in hoc *solo Hermanno* Palatino (& non alio) ejusque posteris veris *Palatinatus Rhenani possessoribus* Comitivæ Palatii dignitatem aliaque Palatinis ditionibus annexa, *Vicariatus* & *Archidapiferatus* officia radicata fuisse certum est, imò per easdem quoque ditiones Palatinas Imperii Vicarios & *Electores* non solùm audiisse, sed & *Urbis & totius Ecclesiæ Trevirensis*, Monasterii Browvillerensis aliorumque quam plurium *Monasteriorum* in veteri Palatinatu existentium, atque in *Wilhelmi* Comitis Iuliacensis literis recognitionis feudalitatis A. 1230. *Ludovico* Rheni Palatino D. Bavar. ejusque filio *Ottoni Illustri* expressorum Monasteriorum *Advocatos* fuisse, apertissimè dijudicatur, in hisce autem literis, quas nobis exhibuit Freherus in originibus Palat. (vid. & infra in codice diplomatico Palatino,) hæ advocatiæ continentur: *Advocatia in Brichse* (Brisic, vicus Brisacensis propè Pintzig ad Rhen. Romanis antiquitatibus haud incelebris (*Advocatia in Vilerge* (Vileca celebre quondam virginum cænobium, ubi Hermanni Rheni Palatini ex filio Ezone f. Erenfrido neptis Abbatissam egit) *Advocatia in Wesle* (Wesel, Vesalia) *Advocatia in Berchen* (quod oppidum Hetzilo frater Ezonis Rheni Palatini in bonorum divisione obtinuit, ut Ægyd. Gelenius ex Justis Browvillerens. docet) *Advocatia in Pfaffingendorf*, *Advocatia in Holvvilre*; *Advocatia in Münstere* (vulgò Corn.: Münster, seu Monasterium ad Indam à Carolo Mag. fundatum, cujus Abbas hodiè Status Imperii, quodque Hetzilo Ezonis Pal. frater largiter dotavit, eiq; bonam Comitatus Nemoris partem contulit) *Advocatia in Greznich* (Gressenick) *Advocatia in Urochen* (Urechen juxta Coloniam Agripp.) *Bona in Zulpeche* (Tolpiarum veterum, hodiè Zülch de q. vid. Freher. in orig. Palat. l. 2. c. 8.) quibus attinet *Ecclesia S. Mariæ*, Advocatia D E F G H

C in

1 in Dornich COMITATUS ET JUS NEMORIS (quem filii Hermanni Rheni Palatini *Ezo & Hetzilo* inter se divisere v. Gelenium in auctuar. vitæ S.Engelb. p. 302.) Non video quid clarius in hac materia adduci possit.

Restat ut pauca disseramus de *Comitiis* ab Ottone 3. Imp. 985. Quedlinburgi in Paschate celebratis de his A. Witichind. in Geneal. Sax. p. 1. c. 13. & 15. ita scribit: Ottonem 3. 985. Comitia Quedlinburgi celebrasse, iisque interfuisse *Henricum* Bojariæ Ducem *Dapiferum*, *Conradum* Sueviæ Ducem *Camerarium*, EZELINUM (f. Entzelinum, Ezonem) Comitem
A *Palatinum Rheni* Pincernam, *Bernonem* Saxoniæ Ducem Mareschallum. Et *Ditmarus* in Chron. l. 4. p. 36. Ottonem 3. festum Paschæ (A. 985.) Quedlinb. celebrasse & ibidem 4. Duces ministrasse *Henricum* scil. ad *Mensam*, *Conradum* ad *Cameram*, HEZIL ad *Cellariam*, *Bernhardum equis* præfuisse, &c. Ubi sub nomine *Hezil Henricum* Comitem Palatinum Rheni *fratrem D. Cunigundæ* & Sigefridi Lucemburgici filium subintelligendum esse, *plerique Historicorum* hactenus perperam statuere, ex supradictis enim satis ostensum
B fuisse arbitror *Henricum* Lucemburg. D. Cunigundæ fratrem in nullis Imperatorum diplomatibus aliorumque Lucemburgicorum literis, à nullis auctoribus coævis fidei dignissimis, imò ab ipso etiam Ditmaro nunquam *Comitem Palatinum* appellatum fuisse, hinc vel *Ezonem* Palatinum nostrum tum temporis vel *morbo* vel *aliâ causâ sonticâ* impeditum, ad eadem comitia misisse fratrem suum juniorem *Hetzilonem*, vel pro *Hezil* rectius legendum
C putamus *Ezil* vel *Ezo* quod, ut dictum, *Erenfridum* denotat, illud verò *Hezil* loco *Ezil* vel *Ezo* vitio amanuensium irrepsisse, vel, si in ipso autographo & originali ipsius Ditmari justo, illud *Hezil*, (quod tamen adhuc nullatenus credimus) exstaret, ipsum *Ditmarum* errasse statuimus, eoque ma-
D gis, quia ipsum Ditmarum in eadem persona seu Henrico Luxemburgico D. Cunigundæ fratrem hactenus, ut dictum, à plerisque pro Palatino Rheni habito, alium quoque errorem commisisse deprehendimus, quando videlicet eundem *Henrici sancti Imperatoris generum* appellaverit, quod omnino falsissimum est, nec probationibus ullis suffulciri potest. Ita enim l. 6. in princip. scribit: *Rex per Thuringiæ & Orient. Franc. fines transiens ad Ratisbonam venit, ibique Regali habito Placito Militi suimet generoque Hen-*
E *rico. 12. Kal. April. cum omnium laude præsentium, cumque hasta signifera Ducatum* (Bavariæ) *dedit* &c. Certissimum enim est Henricum hunc Lucemburgicum non Imperatoris generum, sed potius ejus affinem fuisse.

Porrò *Confunduntur* etiam non rarò Saxoniæ Palatini cum Rheni Palatinis nostris. Sic *Fridericus* Comes Palatinus à Lamberto Schafnab. & Brunone apud Freherum in Epist. Recepisse ad Gebvvoldum Bavarum
F p. 10. & Leodium in Annal. f. vita Frid. 2. El. p. 12. ob potentiam, & in aula Henrici V. Imp. authoritatem tantopere prædicatus, *non fuit Comes Palatinus Rheni sed Saxoniæ* de quo vid. infra in Codice diplomat. Pal. in not. ad diploma de A. 1023. vid. & Cisnerum in orat. de Ottone 3. Imp. p. m. 41.

Sic

Sic Gotzilo f. Gothofredus Lotharingiæ Dux in partibus Mosellæ de quo Freher. in Epist. recipis. seu desuscepta ad Sebvvold & Blarer à Gejersberg lib. de Electoratu Palat. *non fuit Comes Palatinus f. Prætorio Præfectus.* G

Pariter *Ottones Com. de Rhinecke non fuêre*, ut quidam perperam credidere *Comites Palatini Rheni*, sed in Imperatorum diplomatibus non nisi Comites simpliciter appellantur, ut in illo de A. 1138. dat. Coloniæ. 3. id April. in alio A. 1135. & A. 1138. 4. id. April. de A. 1131. 8. Kal. Maij. dat. Treveris de A. 1146. Kal. Ianuar. d. Aquisgrani quæ vid. apud And. du Chesne in Hist. Luxemburg. Zillesium. de defens. Monast. S. Maxim. Trevir. & Miræum in Diplom. Belg. Sic & author Codicis Membranei de gestis Trevirens. in Biblioth. Francofurt. eundem Ottonem non nisi Comitem de Reinecca, & alibi Ottonem Comitem de Reneka vocat. Eadem quoque ratione *Conradus*, qui *Henrici* I. Imper. & *Eberhardi Palatini nostri* temporibus vixit, cujus ex Spangenbergi Chron. Mansfeld. c. 34. A. Witichindi Geneal. Sax. p. 1. c. 12. Knichen de Sax. non prov. jur. verb. Elect. c. 1. meminit *Buxtorfius* ad Aur. Bul. Caroli IV. c. 5. §. 56. & *auctor* des kurtzen Summarischen Berichts vom Chur-Pfältzischen Vicariat p. 4. ed. Heidelbergæ, 1657. *Non fuit Comes Palatinus Rheni*, sed Comes Franconiæ & vel Eberhardi Palatini nostri patruelis, ejusdem *Conradi Comitis Palatini Rheni* mentio fit in Statutis & legibus ludorum Equest. seu *Torneamentorum* latis, ut volunt, in Maidenburg die Sabbathi post octavam trium Regum, ut & in Göttingen A. 938. ut Goldast. I in constit. Imp. t. 1. p. 121. & t. 2. p. 41. cum tamen ipse *Henricus* I. hoc tempore jam diu è vivis excesserat, obiit enim A. 936. 2. Iul. hinc *Consiliarius* quidam Electoris Palatini antiquitatum peritissimus, omnia quæ de hisce ludis *Henrico* I. adscribuntur, rectè pro figmentis habet, eòque magis, quod neque *VVitichindus* neque *Ditmarus*, neque *ullus alius auctor coævus* horum mentionem fecerit, proinde rectè quoque *Meibomius* in notis ad Chron. Schauenb. p. 530. & in Chron. Corbej. p. 758. *Rixneri librum* de *Torneamentis* (quantum ad primos illos ludos Equest. ab Henrico I. institutos) *fabulosum* & commentitium reputat, consentiunt *Münsterus* & *Stumpfius*, qui eundem libri auctorem *fabulatorem hasteludiorum* appellant, *Bogislao Balbino* è Soc. Ies. in Epit. rer. Hist. Roxenerum frustra defendente. A

Simili quoq; modo *Gothofredus Com. de Calire* de quo Chron. Lautishaim. & Chronicon Weingarth. de Guelphis apud Caniscam in Lect. Ant. t. 1. p. 181. B *non fuit Comes Palat. Rheni*, sed aliquamdiu Palatinatus Rhenani *Administrator*, Palatinus potius fuit *Tubingensis* seu *Sveviæ*, & filius *Adelberti*. 3. cogto. Azimbart *S. Barbati Comitis Palatini Tubingensis* Comitis in *Calvve* & *Leonstein* A. 1093. 3. Non. Dec. defuncti & in Monast. Hirsaugiensi sepulti, ex *VViltrude* sorore *Leonis* 9. P. Rom. filia *Hugonis* Comitis de Dagisburg; de quo Gothof. vid. Trithem. in Chron. Hirsaug. ad A. 1148. & infra fusius in Sigefrido Palat. Sic neque *Adelhelmus*, neque ejus ex *Roberto* filio nepotes *Caneor* & *Turnibertus* Comites *Palatini Rheni*, ut quidam voluerunt, sed *Comites* tantùm seu judices *Pagi Rhenensis* (Rhingoviensis) fuere, neq; etiam *Pal. Rheni ex iisdem* originem suam traxerunt, ut Leodius l. cit. l. c. auctor Iusti Bipontini de Rheni Pal. Paræus in Hist. Pal. p. 151. Blarer à Gejersberg l. de C

D Electoratu Pal. p. 276. Rittershusius ap. Imhof. in notit. Procer. Imp. aliiq; statuere, sed *Ansfridus* Caneronis filius tantùm officio Palatii functus est apud Lotharium Imperat. de quo infra fusius. *Caneor* autem una cum matre *VVillusvvinda* instinctu consanguinei sui *Rutgardi* Episcopi Metensis Monasterium *Laurishaimense* (Lorsch. quod hodie cum pertinentiis jurisdictioni Moguntinensi subjacet) A. 764. ad fluv: Wisgotz hodie Weschnitz fundavit, qui postea ut & uxor ejus *Angela* variis prædiis illud dotârunt, ut villâ *Hagenheim* in Pago *VVormatiensi* ad. fluv. Salusiam & *Birstat* è regione

E Wormatiæ, *Monasterio in Scurra* cum pertinentiis suis, cui deinde etiam *Eginhardus* Caroli Mag. gener testamento reliquit & donavit *cellam Michlenstadt*, sitam in *pago Plumgovve* in Sylva *Odenevvaldt*, super fluv. *Mimilingum*; donationis chartam vid. infra in codice diplom. Palat. verùm Monasterium hoc ditissimum An. 1232. Archi-Episcopo Moguntino à Friderico 2. Imp. donatum, An. 1504. in bello Palatino-Bavarico. à Landgravio Hassiæ exspoliatum & An. 1620. in Bello Suecico planè exustum fuit.

F Sic denique *Sophiam* uxorem 2dam *Hermanni* Landgravii *Thüringiæ* & C. *Palatini Saxoniæ, non Rheni Palatinam* sed *Ottonis VVittelsbachii* Bavariæ Palatini filiam; Et *Luitgardem* uxorem Gothwaldi 3. Com. *Henneberg*, quæ An. 1131. Monasterium *Visera* propè Schleisingam fundaverat, & An. 1140. 30. Mart. vitam cum morte commutaverat, de quâ vide Henninges. in Geneal. t. 2. p. 1. p. 3. & 4. Spangenb. in Chron. Henneberg. l. 2. c. 8. non *Rheni* sed *Saxoniæ Palatinam* statuimus.

A

CAPUT II.

De Origine Palatinatus Rheni ejusque incrementis.

Quâ ratione Ducatus & Comitatus Imperii Romani sub *ultimis* Carolingorum temporibus vel *iisdem* jam *penitus extinctis*, & Imperio ad

B *Saxones* translato, *Henricum* scil. I. ejusque *filium Ottonem* I. Sub quibus Duces *eò jam potentiæ* pervenerant, ut Provincias sibi commissas *hæreditario* quodam jure ad se pertinere contenderent, sine ulla fere contradictione hæreditarii facti atque ad posteros jam transmissi fuerint, ex antiquitate Historica satis clarum imò certum est, v. Sprenger. in fontib. Jur. Publ. p. 1147. Rhet. de statuis Ruland. p. 123. Knichen de jure territor. c. 1. Sciendum ve-

C rò est, Imperio ad Francos (Conradum scil. I.) itidem è *Caroli Magni* stirpe, non quidem *directè* seu *linea masculinâ*, sed *indirectè* descendentes devoluto, (quo familia Franconica jam altius supercilium ferre cæperat) Veterem Palatinatum Rhenanum prima sui stamina duxisse, indeque originem reconditam accersere, hæreditarium quoque factum atque ad posteros translatum fuisse, literis historicorum luculentis fideque indubiâ proditum est.

D Enimverò id evenisse compertum est, postea quam *Eberhardus Palatii Comes potentissimus & Giselbertus* non minori potentiâ & dignitate Lotharingiæ Dux (qui Franciæ regnum junctim tenebanr. vid. Leod. An. l. cit. Frid. 2. El. Pal. p. 13. Henr. Coccejum in Jur. Publ. prudent. c. 3. §. 95.) fato suo concesserant, inque varias Lotharingia partes distraheretur de q. vid. Conring. l. de finit. Imp. c. 27. ceu ex variis antiquitatum Histor. testimoniis infra

infra clarius patebit. Id non minus probatu facillimum est, erutis Historiarum ruderibus, quod Hermannus Bavarus Comes Palatinus Rheni & Nemoris (de quo *Ditmar.* in Chron. l. 4. p. 92. *Gelenius* l. de magnitud. Colon. p. 315. & in auctuar. vitæ S. Engelb. p. 302. *Theodor. à Rhay* è Societ. Jes. l. anim. Illust. Cliv. Juliac. p. 71. Papenbroch. in actis sanct. t. 5 Maij. p. 52.) in Eberhardi Palatini ab Imperatore proscripti locum An. 938. Palatii officio decoratus concesserit. Eadem dignitate Provinciam quoque Rhenensem omnique illa amplissima terrarum spatia non solùm trans Rhenum Comitatum Nemoris in Agro Juliacensi, Comitatum s. pagum Meyenfeld in agro Trevirensi (de quo v. inf. in Cod. diplom. Palat. ad dipl. Ottonis, 1. de An. 966.) aliaque quàm plurima hodie in agro Coloniensi existentia loca complexus est. Neque suffecerat ea ditionum amplitudo: quin & cis Rhenum vastissimos terrarum tractus inde à *VVedano* & *Seynensi* territorio (si Nassovicam ditionem angustis tum finibus inclusam exceperis) in *VVetteraviam* & *Hassiam Fritzlariam* usque protendendos imperio suo continuerit, ambigere non licet. Ea enim omnia latissimo spatio protenso *Eberhardus* Palatii Comes & in Ducatu Franconiæ post obitum fratris sui Conradi 1. Imp. successor, in terra Francica, Salica seu Palatina id est Provincia Rhenensi (in quâ Aquisgranum Imperii sedes & Palatium erat, cujus non alius quàm Eberhardus Francus & Salicus, Præses & Comes esse potuit) ad utramque Rheni ripam tenebat. Unde etiam à Luitprando Potentissimus Comes vocatur. In hoc autem terrarum tractu situm quoque fuit veterum illud WILINEBURG, Witichindo Wilinaburch, Reginoni Wilineburg, in quo *Eberhardum* Palatinum nostrum una cum fratre suo *Conrado* 1. Imp. natum & educatum, & deinde An. 939. juxta Andernacum cæsum, ad Patrem Conradum Com. de. q. vid. Regin. ad An. 905. & juxta fratrem Conradum I. Imp. sepultum fuisse mihi persuadeo. Expresse enim de Imp. Conrad. I. testatur Witichindus l. 1. Ann. eum in civitate sua Wilinaburch terræ mandatum fuisse, quo autem nomine non castrum illud Limburgum in agro Wormatiensi (in quo postea Franconiæ Duces à Conrado cogto sapiente Ottonis 1. genero usque ad Conradum 2. cogto. Salicum sedem suam posuere) uti hactenus creditum, sed vel Weilburgum hodiernum Nassovicũ (Wilineburg Weileneburg contractè Weilburg à fluviis Lanâ die Lane & Weil sic denominatum) vel Lineburgum, Limburgũ, hodie Limburgũ ad Lanam subintelligendũ est, quasi dicas die Lanburg castrum ad Lanam, eodem modo, quo Dilleburgum à præterlabente amne die Dill nomen suum accepisse constat. Prius rectè astruit Cl. *Meibomius* diss. de Irmens. Saxon. c. 1. cum Urspergensi, idque confirmare videtur *Eginhardus* Caroli Mag: *Secretarius* in literis ejus quas vid. infra in Cod diplom. Palat. Deinde *Eberhardum* Palatinum nostrum una *cum fratre suo Conrado Imp.* varia loca in eodem tractu & in ipsâ Rhingovia possedisse, cognoscere possumus inter alia ex *diplomate Conradi* 1. *Imp.* quo Monasterio Laurishaimensi donavit prædia sua in *VVattenheim* (haud procul à cænobio *Schönaugiensi* fundato An. 1152. à *Comite quodam Nassoviæ* in Luremberg, de quo vid. *Trithem.* in Chron. Hirsaug.) & *Virnheim*

(quo vel VVirheim hodie *VVerheim* Nassovio-Dillemburgicum vel alium in vicino tractu locum subintelligendum esse puto) in *Pago Ringo-vve* in
D Comitatu *Utonis Comitis* (scil. Nassovici de Lürcmburg & Lopern, qui pater erat Hazechonis Episcopi VVormatiensis Com. Nassov.) diploma hoc vid. apud *Heil-vvigium* in antiquitatibus *Laurishaimens.* p.72. Posterius verò *Limburgum* ad LANAM itidem ad *Rheni Palatinos* quondam spectasse extra omnem dubitationis aleam positum est: *in eadem* enim civitate *Adelheidem* post obitum mariti sui *Henrici Comitis Palatini Rheni, Domini* DE LACU, nepotis supradicti *Hermanni* Rheni Palatini, sedem suam
E posuisse variisque donationibus Ecclesiam ibidem S. Georgi ejusque Canonicos (de quibus vid. *Chron. Limburg*) ditasse, cum *Bro-vvero* testatur *Massenius* in Annal. Trevirens. l. 12. p. 710. Præterea Ducem quendam Franconiæ, qui (forsan ejusdem Ecclesiæ fundator) eam insigniter dotaverit, ibique sepultum esse, ipsi istius *loci Canonici* hodieque testantur, atque varia munuscula ab eodem profecta etiam nunc ostendunt: Hæc autem amplissima terrarum spatia ad *Rheni Palatinos* quondam spectantia, atque
F ut dictum, in ipsam *Hassiam* usque cis Rhenum se extendentia, in sequentibus temporibus *Comitibus VVedanis, Isenburgicis, Seymensibus, VVitgensteinensibus, Nasso-vicis, Solmensibus* aliisq; horũ locorũ Dynastis in FEUDUM à Palatinis Rheni concessa fuerunt, de quibus infra fusius. Porro supradictas terras *Francicas, Salicas s. Palatinas* & morte *Giselberti* potentissi-
G mi utriusq; Lotharingiæ Ducis, & insecutâ *Lotharingiæ* DIVISIONE, imò & *Erenfridi Rheni Palatini Hermanni* filii matrimonio cum *Mathilde Ottonis* 3. *Imp. sorore* (de quo Ditmar. l. 4. p. 92.) & *Henrici Sancti* Imp. largissimis *donationibus* (de quibus infra) insigniter auctas, *Palatinatus Rhenani* NOMEN postea sortitas fuisse, à veritate non alienum existimo.

H Quantum autem *Lotharingiæ di-visionem* supra memoratam, aliaque ad eam spectantia concernit, hic paulo altius repetenda sunt. Clarum est ex Historica antiquitate, *Lotharingicum regnum* (olim Austrasia) *à Lothario Imp*, sic dictum, teste *Regin.* l. 2. *Mar. Scoto* l. 3. æt. 6. *Ottone* Frising. in chr. l. 5. c. 35. amplissimum, olim suos *habuisse Reges: Lotharium scil. Imp.* ejusque filium *Lotharium juniorem, Carolumque* denique *Crassum*, qui
I mascula prole destitutus illud ad *proximiores agnatos suos Arnulfum* scil. Imperatorem, *Crassi* ex fratre Carolomanno nepotem *transmisit*. Sed sub eo deficiente paulatim Caroli Magni stirpe, Regnum illud *in Ducatum* conversum fuit: *Arnulfus* enim Imp. filium suum ex *Concubinâ Helingardâ* naturalem nomine *Zuendiboldum* An. 895. in comitiis *VVormat.* in *Lotharingiæ Ducem* elegit.

A Hoc autem non diu post ob Proceres quosdam injuriose habitos à rebellibus subditis suis An. 900. id. Septemb. prælio obtruncato (v. *Schurtzfleisch* diss. *de di-vis. Imp. Caroli M.*) Lotharingiam *Carolus Simplex Cal-vi* ex filio *Ludo-vico Balbo* Imp. nepos, *Magni* verò *Caroli abnepos*, vivente tamen adhuc *Ludo-vico* IV. Imp. *Arnulfi filio legitimo* armis invasit. Verum enimverò *Proceres* Lotharingiæ repudiato *Carolo, Giselbertum Ragineri* Ducis *Mosell:* quem Zuendiboldus patrimonio suo privaverat, *filium, in Lotharingiæ Ducem* sibi elegere (vid. *Frodoardi Chr.*) qui cum

postea

postea variâ fortunâ cum *Carolo* de Lotharingia contendisset atque *à Carolo* B sæpius Ducatu pulsus fuisset, tandem tamen ab *Henrico 1.* Imp. cui *Carolus* Fr. R. gemino pacto Lotharingiam cessit v. Contin. Reginon. ad An. 924. Otton. Frising. chron. l. 6. c. 18. P. Æmil. in Carolo R. Fr. Masson. Annal. Franc. Conring. de finib. Imp. An. 925. *plenariè restitutus*, atque ducta An. 929. in uxorem ejus *filiâ Gerbergâ* (quam *Arnulfo* Bavariæ Palatinô, *Arnulfi Ducis Bav.* filio nupsisse perperam scribit *Cisnerus* in vita Frid. 2. Imp. p. 143.) in DUCATU CONFIRMATUS FUIT. *Giselbertus* itaque factus potentissimus Dux utriusque *Lotharingiæ*, *Brabantiæ*, *Geldriæ*, C *Zutphaniæ*. &c. Non sua tamen contentus fortunâ, rebus sibi prospere succedentibus, ita ut plerumque fit, elatus, atque eo tandem arrogantiâ compulsus fuit, ut *temerario quodam ausu* ad ipsam etiam *Imperii Coronam* aspirare non erubuerit. Rebellis ideoque factus *Ottoni* 1. sed infelici eventu: D à Cæsarianis enim *Udone* scil. & *Hermanno* Copiarum Cæsar. præfectis, in prædio quodam juxta *Andernacum ad Rhenum*, una cum *Eberhardo Palatino* rebellionis socio (à quo ipse *Giselbertus*, teste Luitprando, callidè illusus & frustraneâ potiundi regni spe inescatus fuerat) præter expectationem obrutus, tantumque non à subitaneo milite oppressus est. Sed ille ad Rhenum fugiens in ipsis *Rheni* fluctibus equo insidens armorum, ut E videtur, pondere gravatus submersusque periit An. 939. relicto parvulo *Henrico* 4. f 5. annorum puero. Huic *Imperator* verè *Magnus* & *Magnanimus*, nolens vindicare perfidiam in prole innocenti, læsæque Majestatis crimen à patre ejus commissum, tutorem constituit *Ottonem Rimini Mosellanici* Comitis filium; *Giselberti* verò Ducis *patruelem* addito *Ducis* titulo teste *VVitichindo* l. 2. his verbis: *Lotharingiæ regioni præfecit Otto* Rex *Odo-* F *nem Rimini filium, ut nutriret nepotem suum, filium Giselberti nomine Henricum* adde *Frodoard* Chr. *Alberici Chron.* & *Trithem. in Chron. Hirsaug.*

Ottone autem hoc itidem An. 944. è vivis sublato Imperator in Ducatu substituit *Hermannum* consanguineum suum *RheniquePalatinum* (hujus enim soror *Juditha* nupsit *Henrico Ottonis* Imp. fratri) ut ex antiquis docu- G mentis rectè docent Nic. *Vignierius* Barrensis Historiographus Regius in *Chron. Burgund* ad A. 944. & Tr. *Bellforestius* Historiograph. Reg. *in Annal. Franc.* l. 2. p. 34. adde *Frodoard.* sub quo *Henricus* pupillus An. 948. nono regiminis sui anno, pubertatis tamen annos nondum egressus, obiit, v. *Henningesii Theat. Geneal.* Quo mortuo *Lotharingia ducatus* divisus fuit: *Partem istius* administrandam obtinuit *Hermannus* Palatinus noster, altera verò pars cessit *Conrado Franco cognto sapienti* Weringheri filio. *Vignierius* verò H lib. cit. non obstantibus *Sigeberti* aliorumque testimoniis, non *Conrado*, sed *solo Hermanno* nostro, post Ottonis D. obitum, ducatum adscribit. Quicquid autem sit, *Conradum* hunc, si unquam Lotharingiæ partem administrandam obtinuerit, eidem non nisi *exiguo* tempore profuisse certum est, cum mox ductâ *Luitgarde* Ottonis. 1. filiâ in Ducem *Franconiæ* I & *Alsatiæ*, *Burggraviumque VVormatiæ* ab Imperatore electus fuerit v. *Ottonem Frising. in Chron.* l. 6. c. 30. *Meibom. in not. ad VVitichind* l. 1 p. 684. *Miræum in diplom. Belg.*: Verùm cum postea An. 953. *rebellionem* contra *Imperatorem cum Ludolfo* Imperatoris filio excitasset, *Metim* anno sequenti inopi-

A inopinatè obſediſſet, cepiſſet, diruiſſet atque etiam *Hungaros* in Lotharin-
giam omnia vaſtantes adduxiſſet, OMNIBUS DITIONIBUS exutus
fuit: De quo ita *Reginon: Contin. Omnium divitiarum nudus in gratiam tan-
dem intromittitur, vitâ, patriâ & prædio contentus*; & Trithemius in *chron. Hir-
ſaug.* t. 1. p. 100 h. m. *ad Ottonem* (Imp.) *lacrymis revertitur, orans Deum*
B *ut in pœnam & ſatisfactionem ſuæ perfidiæ in bello Hungarico ab Hungaris peri-
meretur, quod & factum eſt*: huc usque *Trithem.* in prælio ſcil. An. 955. 10.
Aug. in *campis Lycatiis*, juxta Auguſtam Vindel. commiſſo. adde *Sigebert.*
ad An. 957. *Fallitur autem D. Blondellus, quando Ottonem Friſing. l. 6. c. 28.
fruſtra refutans, hunc Conradum An 955. ἄπαιδα defunctum ſcribit in Geneal.
Franc. p.* 169. cum potius filium habuerit Ottonem, Patris in *Ducatu Fran-
coniæ* ſucceſſorem, avum ſcil. *Conradi* 2. Salici Imp. de quo alibi in Eber-
C hardo fuſius. Exauctorato autem *Conrado Duce* An. 953. (v. *Frodoard. chron
Blondell.* l. cit. p. 269. 271.) Lotharingia *Hermanno* ſolo tradita fuit, ita ta-
men ut *Bruno* Archi-Epiſcopus Colon. *Ottonis Imp. frater* ſimul ArchiDux ab
Imperatore conſtitueretur. Præſidente hoc *Hermannus Dux & Palatinus
Rheni* circa An. 959. vitam cum morte commutavit; cujus morte permul-
ti Lotharingiæ ducatum conſanguinitatis jure prætendebant, quorum
D præcipui fuere 1. *Fridericus* Ottonis Loth. Ducis filius, conditor arcis & Co-
mitatus *Barrenſis* quique A. 955. *Beatricem Ottonis* 1. Imp. ex ſorore, *Hadvvige*
neptem in uxorem duxerat 2. *Gerberga* ſoror Imperatoris *Giſelberti* Ducis
vidua, quæ jam ſecundo thalamo nupſerat *Ludovico* Franciæ Regi, ex causâ
filii *Henrici* ex priori marito jam defuncti, hæreditatem petierat, pro altero
E Regis filio *Carolo* An. 945. (et non 951. neque 953. ut *Chifletius* & *Blondell.*)
Pariſiis nato. v. *Frodoard.* Chron. *Meibom. not. ad VVitich.* p. 693 *Vignier.
chron. Burgund. Butkenius*, in *troph. Brabant. Diviſus* itaque ſub *Brunone Ar-
chi* Duce Lotharingiæ Ducatus v. *Vignier.* l. cit. & *Blondell.* l. cit. p. 271. 269.
& quidem Cæſaris auctoritate omnibus ſatisfacturi, ita ut 1. *Fridericus*
F (quem jam A. 959. & A. 960. *Ducis titulum* geſtaſſe lego) eam Ducatus partem,
quam *Conradus* ſapiens D. quondam tenuerat, *pro ſe ſuisque hæredibus ob-
tinuerit.* v. *Frodoardi Chron. And. du Cheſne dans l'Hiſt. Genealogique de la
Maiſon de Luxemburg & dans l'Hiſtoire de la Maiſon du Bar-
le Duc* p. 4. Chron. *Sigebert.* 2. *Carolo* verò Imperatoris ex ſorore nepoti, Im-
G perator *alteram Ducatus partem, Brabantiam* ſcil. cum Comitatibus *Bruxel-
lenſe, Nivellenſi, Namurcenſi*, aſſignaverit; *Ottone II.* poſtea id confirmante:
vid. *Vignier.* l. cit. & *Chron. Hildesheimenſe* ubi ita, *Carolo Lotharingiæ pos-
ſeſſio permanſit ſed anguſtioribus finibus deſcripta* adde *P. Æmil. in Hiſt.* Fr. R.

3. *Hermanni Ducis & Rheni Palatini filiis Ezoni* ſcil. ſ. *Erenfrido &
Heziloni* ſ. *Henrico Rheni Palatinis*, præter Comitatum Nemoris, inque
eo potiſſimum CASTRUM THONABURG hodie *Thomberg, Berchem*,
H & *Duren*, (quæ duæ ultimæ Præfecturæ per Rheni Palatinos ad *Comites Ju-
liacenſes* FEUDI nomine cum aliis terrarum tractibus quondam pervene-
re) *Brovvilre caſtrum & Dominium ad Lacum*, item pagum ſ. Comitatum
Meyenſeld, Münſterum Eifliæ. Palatiolum, hodie Pfältzel haud procul ab ur-
be Trevirenſi, aliaque ad Rheni Palatinos quondam ſpectantia loca, *illam
veteris Lotharingiæ partem* reliquerit, quam *Giſelbertus* Dux à finibus *Bra-*

bantiæ

bantiæ usque ad Mosellam & *utramque Rheni ripam* possidebat. Et quidem A imò. in *trans Rhenanis partibus*, bona pars *hodierni Ducatus Juliacensis;* Item pars *Arduennæ silvæ* præsertim ubi Rhenum attingit, in qua exstitere *Tolpiacum* (Castrum Giselberti, Ducis Zulpeche hodie *Zülich*, *Cochen*, *Clotten*, *Castrum Tris*, *Rheinecke Schonenberg*, *Erenberg*, *Broyl*, *Ludensdorf* aliaque. 2dò *cis RHENUM* potissimam *partem Ducatus Bergensis*, in quo inter alia *Curtis Angermund.* quam cum suis pertinentiis postea *Hermannus* 2. Rheni *Palatinus Lamberto Abbati VVerthinensi* vendidit, de B quo infra in decrementis Palatinatus Rhenani c. 3. n. 10. Deinde *Sigenburg*, *Limburgum ad Lanam*, *Bisenburg* ad Bisenam amnem hodie Isenburg (de quo infra c. 3. & in Henrico C. Palat. Rheni Domino de Lacu) Comitatus *VVedanus*, Comitatus *Seynensis* feuda hodie Palatina, *de quibus infra* c. 3. n. 14. aliaque adjacentia, *quæ ad veteres Rheni Palatinos* spectabant. C Idem *Advocatiam* Urbis & Ecclesiæ Trevirensis aliasque permultas diversarum Ecclesiarum *Advocatias*, expressas, in *VVilhelmi Comitis Juliacensis* litteris *recognitionis feudalis Ludovico Comiti Palatino Rheni Ducique Bavariæ* ejusq; *filio Ottoni Illustri* datis *Francofurti* 1230.16. *Kal. Martii*, quas literas vide apud *Freherum in origin. Palat.* & infra in cap. 3. n. 14.& in *Codice diplomat. Palatino* in illis hæ Advocatiæ memoratæ leguntur justâ serie quam repetimus: Advocatia in *Brisich*, (Brisacensis vicus propè *Sintzig* antiquitatibus Romanis celebris) Advocatia in *Viletge* (*Vileca*, D hodie *Vilich* celebre quondam Virginum cænobium cui Mathildis Erenfridi Rheni Palatini Hermanni neptis ut Abbatissa præfuit) Advocatia in *VVesle* (Wesel, Vesalia) Advocatia in *Berchem*, Advocatia in *Pfauphingendorf*, Advocatia in *Holvvilre*, Advocatia in *Münstere* (vulgò *S. Cornel. Münster* f. Monasterium ad Indam) Advocatia in *Greznick*, (Gressenich) Advocatia in *Urochem* (Urechem) Advocatia in *Dornich* (Dornic) Gallis E Tournay Urbs Brabantiæ, cujus advocatiæ originem à Sigefrido Rheni Palatino, Comite Brabantiæ ut Trithem. Chr. Hirs. t. 1. p.291. privigno, *Henrici C. Pal. Rheni Domini de Lacu petendam* esse autumo. Bona in *Zulpeche* (Zülch, Tolpicum) quibus attinet Ecclesia *S. Mariæ*, COMITATUS ET JUS NEMORIS (quem Comitatum filii Hermanni supradicti Rheni Palatini Ezo scil. & Hetzilo Rheni Palatini quondam inter se diviserunt de q. vid infr.) Item *Flovercke* (forsan Floverick) &c. F *Ex hac* itaque amplissim iLotharingiæ Ducatus *divisione* exorta fuit *nova Provincia Rhenensis*, PALLENTIA MAJOR & MINOR seu PALATINATUS RHENANUS, cujus non alius quàm supradictus *Hermannus* Dux, Comes Palatinus Rheni & Nemoris (de quo vid. *Æg. Gelen. l. de magnitud.* Colon. Agripp. p. 315. & in *auctuario vitæ S. Engelberti* Archi-Episc. p. 392. *Theod.* à *Rhay l. anim. Illust. Juliac. Cliv* p.71. G *Papenbroch. in actis Sanctor. t.* 5. *Maij.* ad 21. Maij.) PRIMARIUS AUCTOR ET FUNDATOR exstitit, qui deinde eundem *ad posteros*, filios scil. *Ezonem*.id est Erenfridum & *Hetzilonem* id est, Henricum Rheni Palatinos transmisit, de quo infra fusius.

Tolpiacum ſ. *Zulpeche*, *Zülick*, firmiſſimum quondam Giſelberte Caſtrum in Loth. Diviſione, ut dictum, ad Hermannum Palatinum ejusque poſteros devoluta, in omni antiquitate inprimis jam *Taciti ævo* celebratum fuit v. *Annal.* ejus l. 4. & *Freher.* orig. P. 2. c. 8. ad quod Caſtrum celeberrimus ille *Sicamber Clodovæus* ſcil. Magnus Franciæ Rex A. 496. *Alemannos* ingenti clade proſtravit, quæ inſignis Victoria è voto Chriſtianiſmi
A ſuſcipiendi cauſa fuit. Baptizatus enim eſt à S. *Remigio* Epiſcopo A. 496. in feſto nativitatis Chriſti v. Buſcher. in Belg. Rom. Gregor. Turon. Lambec. in Comment. Bibl. Cæſar. l. 2. c. 8. p. 703. In hoc *Caſtro Hermenfridus* quondam Thuringiæ Rex à Dieterico Rege Franciæ vel ejus filio Theodoberto de turri doloſe præcipitatus periit A. 524. vid C. *Sagittar.* in Gentiliſmo Thur. l. 2. c. 13. p. 294. 295. Idem Tulpiacum eſt, ubi Henricus I. Imp. circa Annum 914. *Giſelbertum* ſibi adverſantem obſedit, vi expugnavit, Ducemque dolo Lotharingi cujuſdam nomine Chriſtiani cepit.
B Idem denique *Tolpiacum* quod *Fridericus* I. Cog. *Victorioſus Comes Palatinus Rheni Elector*, cum fratrem ſuum *Rupertum* Archi-Epiſcopum Colonienſem contra vim hoſtium defendiſſet, deditione cepit v. Trithemii lib. de geſtis Frid. I. Elect. Pal. hinc doctiſſ. *Freherus* noſter in orig. Palat. 2. c. 8. gratulabundus de hoc Tolpiaco ſcribit: *Gau-*
C *deo*, inquit, *quod repererim, tam illuſtrem locum Palatinos etiam noſtros Præfectos agnoviſſe, nam ultra* 4. *ſecula eſt, quod acceptam ſine dubio à Francis Regibus ipſi Pratorio Præfecti iſtam poteſtatem & dignitatem Comitibus tum temporis Iuliacenſibus in feudum conceſſerunt, Advocatiam, inquam Tulpechenſem cùm Eccleſia ibidem S. Mariæ, ſed & ſupremo judicio Pallentia dicto, intus & extra Zulpeche, cum omnibus pertinentiis,*
D *in quibus* 23. *Curtes ad Schivelberg & banno foreſti inter Moſam & Rhenum alto & baſſo ſupra & infra terram.* Huc uſque Freherus, adde *Sagittar.* de Reg. Thuring. c. 13. n. 4. & Teutzel. **Monatl. Unterred.** de A. 1694. p. 467. Sic *& ego jam gaudeo, Veteris Palatinatus Rhenani* quam plurima loca *Iuliacenſibus* quondam à Rheni Palatinis in feudum conceſſa, ſingulari jam Providentia Dei per Duces
E *Neoburgicos* tanquam *Duces Juliacenſes & Montenſes* Rheni Palatinos, Principes Electores hodiernos, Palatinatui Rhenano iterum *combinata & incorporata eſſe.*

2 *Ezo* id eſt *Erenfridus Comes Palatinus Rheni & Nomoris*, filius *Hermanni* Palat. ejusque *in officio Palatii* ſucceſſor *Palatinatum Rhe-*
F *ni* adauxit 1. *Donationibus Ottonis* 3. Imp. cujus ſororem *Mathildem* in uxorem duxerat, quarum meminit *Ditmarus* in *Chron.* l. 3. p. 92.

2. *Donationibus Henrici ſancti Imp.* quarum ſi numerum inire placuerit, ſequentia loca deprehendimus, quæ Palatinatui transſcripta fuere.

1. *Duysburgum* oppidum cum Caſtro *ad Rhenum* antiquiſſimum cum
G pertinentiis, Hieronymo dictum *Deuſonis Caſtrum*; ubi olim *Hercules* celebratur. v. *Chiflet.* in vindic. Hiſpan. c. 9. p. 80. Et ubi *Clo-*

gio

dio I. Rex Franciæ primùm *sedem Regni* constituit, v. *Aimon.* de gestis R. G
Franc. l. I. c. 4. Veteribus *Dispargum* dictum v. *Gregor. Turon.* l. 2. c 9. H.
Coccejum in Iur. Publ. Prudent. c. 5. f. 1. p. 100. alii *Dispargum* hoc pro illo
Brabantiæ oppido *Dusborg* perperam accipiunt; ut *Chifletius* in lumine Sali-
co l. G. *VVendelin.* in natali solo legum Salicar. c. 14. G. *Henschenius* in dia- H
trib. de tribus *Dagobertis* RR. Fr. l. 4. c. 8. Rectius cum Æg. *Gelenio* in
Hierothec. S. Engelb. *Petavio* in rat. tempor. 6. 13. *Miræo* in Annal. Belg.
I. Pontan. in origin. Franc. l. 4. c. 10. & 11. *J. Teschenmachero* in Annal. Ju-
liac. Clar. *Sagittarius* SS. Theol. Doct. & Prof. Acad. Jenens. hoc nostro se-
culo Historicorum facile Princeps l. de Gentilis. Thuring. p. 144. 146.
148. & Illustrissimus Auctor Monumentorum Paderbornens. p. 151. illud
Dispargum ad Rhenum collocant, restitutum postea *Imperio* & *Henrico* III. I
Imp. ab *Ottone* Rheni Palatino Duce Sueviæ *filio Erenfridi Palatini* de q.
infra. Quod deinde Philippus Imp. A. 1204. *Henrico* Lotharingiæ &
Brabantiæ Duci *oppignoravit* vid. *Chiflet.* in anast. Childeric. I. Si famæ fi-
des adjungenda est vetustis temporibus perhibetur Rhenus alluisse mænia
Urbis, quam, priusquam *Francofurtum* effloresceret, nundinæ frequen-
tes celebrarent. Porrò, quod transmittere silentio non possum, Henri-
cus. I. Imp. hic Synodum & Otto. I. Principum conventum circa A. A
944. habuit.

2. *Insula S. Svviberti* cum oppido *Augiacæsar.* vulgò Kayserswerd aliis-
que pertinentiis, in quo Erenfridus Comes Pal. Rheni, teste Leodio. l. I.
Ecclesiam extruxit, vel ut forsan verius, exstruere voluit. Vide ea, quæ
infra de fundatione Monasterii Brovvilere ex vita Ezonis Palat. & actis San-
ctor. Papenbrochii dicentur.

3. *Salfeldia* (Salevelt veteribus Sualefeldum Sualefeldoni) in Thu- B
ringia cum adjacentibus villis & pagis, de q. vid. *Trithem.* in Chron. Hirs.
t. I. p. 156. Æg. *Gelen.* in auctuar. vitæ *S. Engelb.* p. 302. *Papenbroch.* in a-
ctis Sanct. t. 5. Maij. in vitâ Ezonis Pal. p. 59. de cujus vocis origine vid. Paulini
l. de pagis Germaniæ p. 210. ex Brovveri antiq. Fuld. c. 11. h. modo. S. So-
la S. Suola Suolom S. Bonifacii discipulus Willibaldi Collega Fuldensis di-
sciplinæ alumnus finitima Bojariæ loca & Eistetensi ditioni Contributum
agrum incoluit. In hoc Sualæ nomen tulit, qui Altmonæ rivi opportuni-
tate cæteris feracior, præcipuum vectigal præbebat incolis, quique late præ-
diis ac fundis instructus, non Küchese tenus modo (quam villam Willibald.
Epis. Eichstedens. in pago Sualefeldensi Monast. Fuldensi dedit) Fuldensi-
bus annonam supportabat, sed ex tota Solæhofii Monasterii amplitu-
dine fructum abunde largiebatur. Totus itaque tractus hic terrarum Sua-
læ s. Sualefelda & Sualeveldoni nomen obtinuit: in quo Wunebaldus etiam
cum Walpurge sorore Monasticam coluere, quorum in actis non appel-
latio tantùm Regionis hujus, sed lex quoque Sualefeldica cele-
bratur.

4. Idem *Henricus* II. Imp. curtes aliasq; possessiones 656. *mansos* quos
ab Harichone Abbate S. Maximini Trevir. acceperat, *Ezoni Rheni* Palati-

no nostro ut & *Henrico* Duci Bavariæ Comiti Arduennæ Luxemburgico
1 (quorum ille Ecclesiæ Trevirensis, hic vero non nisi Monasterii S. Maxi-
C mini Advocatus erat) A. 1023. *ea conditione concessit*, ut pro Abbate ejusque successoribus ipsi & hæredes eorum *Curiam regalem* peterent atque in expeditiones irent, diploma super hoc confectum vid. infr. in cod. diplomatico Palat.

Ludolfus filius *Erenfridi* Rh. Palatini primogenitus, sed *ante* patrem
3 defunctus, ductâ *Mathilde Ottonis* Comitis Zutphaniæ filiâ *Comitatum Zutphaniæ* vel saltem partem Palatinatui Rheni adjecit.

D *Otto* Comes Palatinus Rheni & Nemoris Erenfridi Palatini filius ejusdemque in Palatinatu Rheni Palatiique officio successor antiquissimum ca-
4 strum cum oppido *Schweinfurt* aliisque pertinentiis *pulso Henrico* 5. Marchione & Comite *Hennebergico* ab Imperatore *Henrico Sancto* acquisivit, addito Marchionis titulo vid. *Ditmar.* l. 5. J. *Cluver.* Hist. Univers. Simili
E *donationis* titulo ab eodem Imp. obtinuisse videtur oppidum *Coburgum* in Franconia cum pertinentiis vid. Seb. *Glaser.* Cancellar. Princip. Henneberg. in Chron. Henneberg. Quod *Coburg* cum *Salfeld* & *Orla* postea *Richeza* Regina Poloniæ Rhenique Polatina *Ottonis* supradicti jam An. 1048. absque prole defuncti soror ejusdemque *proculdubio hæres* S. *Annoni Archi-Episcopo Colon.* Anno 1056. donavit, Chartam hujus *donationis* exhibet Æg. *Gelenius* S. Andreæ Colon. Canonicus in vindiciis, B. Richezæ Reg. Pol. p. 34. Idem *Otto* Rheni Palatinus postea etiam ab Imp. *Henrico* 3. An. 1045. in
F Paschate *Goslariæ* celebrato, obtinuit *Ducatum Sueviæ.* v. *Herm. contralt.* ad An. 1045. *Ursperg.* chron. *Aventin* in Annal. Bav. l. 5. p. 417. *Carionis Chron.* ex edit. Peuceri de quo. pl. infr. *Henricus* Comes Palatinus Rheni *Dominus de Lacu* Erenfridi Palat. ex fratre *Hetzilone* nepos, *Ottonis* supradicti
5 patruelis ejusdemque in *Comitiva Palatii* successor, num Palatinatum Rheni adauxerit non mihi satis constat: nisi quod dicamus, eum castrum cum
G oppido *Cochem* ad Mosellam à *Richeza* Regina Polon. An. 1056. accepisse, & per hoc factum fuisse Advocatum territorii Clottensis: donationis Chartam exhibet Gelenius in vindic. B. Richezæ p. 25.

6 *Sigefridus* Henrici Rheni Palatini jam memorati, qui *was* fato concesserat privignus, & ex testamento hæres & successor, Palatinatum Rhenanum adauxit *bonis suis patrimonialibus* in *Brabantia* sitis aliisque *in Saxonia.* Comes enim fuit *Orlamundanus.* v. *Chron Pegav.* ex edit. *Reineccii*
H p. 336 adde *Ursperg* chr. *Massen.* in Annal. Trevir. ad An. 1113. *Trithem.* chron. Hirs. t. I. p. 353. & *author. lib. de fundat. Monasterii Bigaugiens.* ad An. 111.

7 *Wilhelmus* Comes Palatinus Rheni & Nemoris filius *Sigefridi* Palatini ejusdemque in Palatinatu Rhenano successor, num & hic Palatinatui aliquid adjecerit ex antiquitate Historica nondum edoctus sum.

I *Hermannus.* 2. Comes de *Stalecke* & *Baccharach Wilhelmi* sine prole
8 defuncti in *Palatinatu Rhenano successor* & electus in Comitem Palatinum Rh à Conrado 3. Imperat. An. 1143. Palatinatum Rheni adauxit *Comitatu suo Staleckensi* de q. infra. Is Comitatus FEUDUM fuit Coloniense, quod

Her-

Hermannus hic ejusque successor *Conradus* ab Archi-Episcopo Coloniensi recognoverant: *Conradus* enim hic aliquando coram *Friderico*.1.Imp.con- A fessus est, se *Ecclesiæ Coloniensis* esse *hominem* s. Vasallum de q. vid. infr. in *Conrado* Pal. ad A. 1184. Deinde eundem Conradum Palatinum feudum arcis *Stalecke* cum oppido *Baccharach* & adjacentibus pagis Diebach, Manebach, Caub. An. 1156. (per mortem scil. Hermanni Palatini) à Friderico Archi-Epis. Coloniensi *recepisse*, testatur *Irenicus* in Exeg. Germ. l. 3. c. 55. Literas feudales *Philippi Archi-Epis.* Colon. datas An. 1189. Conrado B Palatino vid. apud Freherum in origin. Palat. p. 1. p. 92. & infra in Codice diplom. Palatino exhibebimus. Quâ autem origine cretus fuerit, nondum satis constat. Imò & ipsius *Hermanni* Palat. hujus genus in hunc usque diem latet; quod etiam observavit *Massenius* l. cit. Interim si conjecturæ locus, videtur, eum vel è B. *Eberhardi de Stalecka* pedissequi *Erenfridi* Rhen. Palatini (cujus meminit *Papenbrochius* in actis sanct. t. 5. Maij. ad 21. d. Maij. p. 48.) vel ex *Hezelini* fratris Erenfridi Palatini (de quo C apud eundem Papenbroch. l. cit. in vita Erenfridi) *posteris* oriundum fuisse. Porro in *diplomate Ottonis* 3. Imp. de An. 995. dicitur, Imperatorem precibus sororis suæ Sophiæ Abbatissæ (quæ soror erat Mathildis conjugis Erenfridi) *Dumissum* in pago Hunnesrück (Staleckensi territorio præcipuè adjacens) *prædium suum* in comitatu *Emichonis* Comitis donasse *Bezelino* Co- D miti cuidam, ut *Freher.* in not. ad Ausonii Mosell. docet. Jam, Si omnia recto judicio expendimus, fieri potuit, imò credibile est, in vocabulo *Bezelini* literam B. loco H. vitio amanuensium irrepsisse, ita ut *Hezelinus* legi, & frater *Erenfridi* Palatini subintelligi debeat, sanè verisimile videtur castrum hoc Dumissum postea à Bartholdo Comite in monasterium Ravengirsburg in honorem s. Christoph. vel commutatum vel reditibus hujus castri, monasteriū Ravengirsburgense dotatum fuisse. v. Freher. l. c. topogr. Palat. p. 33. quod tamen Eruditis ulterius examinandū relinquo. Vel si ex antiquitate Historica sufficienter demonstrari posset, *Comitatum Stalecke* eodem modo quo proximè adjacens *territorium Simmerense* (de quo E testatur Freherus noster in not. ad Pet. de Andlo l. 1. c. 16.) antiquitus *ad Ducatum Mosellanicum spectâsse*; haud absurdè inde concludi posset, *Hermannum* Palatinum nostrum ex antiqua *Ducum Lotharingo-Mosellanicorum* familia originem traxisse.

Conradus Comes Palatinus Rheni & Nemoris *Dux Sueviæ*, *Comes Gemilli Pontis Dominus Heidelbergæ*. &c. Frater Friderici 1. Imp. cognto *Barbarossæ*, *Hermanni* Rheni Palatini An. 1156. absque liberis defuncti in Palatinatu Rhenano successor. Palatinatui Rhen. adjecit F

1. Tractum illum *Graichgoviæ*, feudum Wormatiense, *Castrum scil. cum Burgo Heidelberg & Cometiam Stalbuhel*, quæ cometia juxta *Freherum* in orig. Pal. l. 2. c. 10. nihil aliud est, *quam ille terrarum tractus inter Schriesheim* G *& Ladenburg*, qui hoc nomine adhuc suo tempore Provincialibus notus erat; ut *& Stelberg* juxta villam *Eppelheim*. Aliis verò aliud placet, ut patet ex *topographia Palatinatus* Rhen: ubi auctor ejus h. modo loquitur: Andere verstehen durch diese Graffschafft Stalbühel die Stadt Neckergemünd und das dabey gelegene veste Schloß Dillsperg mit samt den dar- H

H zu gehörigen 20. Dorffschafften / und war zu alten Zeiten die Graffschafft Dilsperg genannt/ und liege auch Dilsperg selbsten auff einem Bühel an der einen Seiten / gegen der andern Seiten aber habe es einen sehr gähen stahlechten Berg gegen den Necker zu/ so habe auch Neckergemünd dicke und starcke Stadt-Mauren / dessen haubt Vestung Dilsperg gewesen/ worzu man wegen abgebrochenen sehr gähen und hohen Felsen nicht kommen kan/ und könne man darauß den gantzen Craich-
I gau commandiren Quicquid autem sit, certum interim est, *Cometiam* hanc in *Graichgovia* (sic dicta ab amne Craich & Gaw f. pago, quæ pars olim Sueviæ erat, Neccarus enim fluv. Sueviam à Franconia distinguebat & ejusdem Graichgoviæ metropolis, est *ipsa Heidelberga teste Frehero* not. ad Auson. Mosell. p. 87.). antiquitus sitam fuisse. De eodem etiam feudo
A Ludovicum Comitem Palat. Rheni Ducem Bavariæ ejusque filium *Ottonem Illustrem* cum uxore *Agnete* nepte hujus Conradi Palatini ex filia Agnete, quæ nupserat *Henrico* C. Pal. Rh. Duci Saxoniæ Brunswicensi, ab *Henrico* Episcopo Wormatiensi An. 1225. 9. Kal. Aprilis *investitos* fuisse, *litera feudales*, ejusdem Episcopi, quas vid. apud Freherum in Orig. Palat. p. 1. c. 10. & infra in Codice nostro *diplomatico* Palatino docent: quâ autem origine ipse clar. Freherus ignorat. Interim conjecturas nostras apponamus, judicium unicuique liberum esto sentire, quicquid velit.
B *Graichgoviæ* hunc tractum (in quo ipsa Heidelberga) antiqui Pagi *Lobodunensis* (hodie Ladenburg) qui, teste Frehero in eruditiss. tractatu de Loboduno An. 1618. Heidelbergæ edito, 70. villulas *s. pagos* antiquitus, tempore verò Freheri non nisi 30. sub se continebat, partem fuisse certum est. Deinde Pagum hunc *Lobodunensem* seu bonam ejus partem à *Dagoberto* 1. seu Magno Franciæ Rege s. Amandum Episcopum Wormatiensem A. 637.
C accepisse, tradunt *Bruschius* l. de Episc. Germ. c. 7. p. 105. *Eisengrun* l. de Epis. Spirens. Spangenberg in Adelsspiegel c. 15. Alii verò *donationem* hanc factam Ecclesiæ *Wormatiensi* Pipino ejusque filio Carolo Magno adscribunt, eundemque *Carolum* M. Heidelbergæ Ecclesiam S. Petri exstruxisse nescio, quâ fide, scribit Jacob. *Fabricius* in dissert. Acad. de Heidelberga. Eamque postea *Episcopatui Wormatiensi* subjecisse. Quicquid autem sit, ambigi interea nequit, *hunc Graichgoviæ tractum*, ut *castrum* cum *Bur-*
D *go Heidelberg* & Cometiam *Stalbühel*, Episcopos in posteris temporibus Ducibus Franconiæ, qui ab antiquo Ecclesiæ Wormatiensis Advocati exstitere, in *feudum concessisse*. Hinc rectè *Irenicus*, quando in Exeg. Germ. l. 3. c. 54. p. 76. de *Henrico* Comite Palat. Rheni *Domino de Lacu Erenfridi* ex fratre nepote ex *Annalibus Lacensibus* scribit: quod MAJORES EJUS (qui nulli alii esse possunt, quàm *Duces Franconiæ Eberhardus* scil. Comes Palatii, Dux Franconiæ, Præfectus Alsatiæ, Dominus Brisaci ejusque ex
E fratre Wernero nepos *Conradus* cognto. sapiens Dux Franconiæ An. 955. in prælio contra Hungaros cæsus & jussu Ottonis 1. Imp. Wormatiæ, teste Witichindo, sepultus) FEUDA SUA à WORMATIENSIBUS ET WEISENBURGENSIBUS RECEPERINT. Quæ *Irenici* verba notatu sanè dignissima sunt, eoque magis quod ea ex annalibus & antiquis documentis *Monasterii ad Lacum* hauserit. Adeoque rectè ut solet, Cl.

Leib-

Leibnizius dans la lettre sur la connexion des maisons de Brunsvvic & d' Esté F
& ex eo author. der monatl. Unterred. de A. 1696. p. 157. h. m. man kön-
ne mit Warheits Grund sagen/ daß Conradus und dessen Tochtermann
Henricus (Comes Palat. Rh. Dux Sax. Brunsw.) auff gewisse Maß den
Rechten der alten Hertzogen in Francken am Rhein succedirt. *Advocati* G
enim ut monasteria Ecclesiasque in defensionem tutelamque reciperent,
Oblationes, donationes Ecclesiis factas in majorem fidem acceptarent, & in
civilibus æquè ac *Criminalibus* jus dicerent, in compensationem harum
molestiarum *certa feuda* certosque reditus de bonis Ecclesiasticis habebant;
poterant etiam *Ecclesiastici* in certis casibus secularibus coram eorum
Advocato conveniri. Deficientibus autem postea *Franconiæ Ducibus* &
Friderico Duce Francon. *Conradi* 3. Imp. filio A. 1167. in obsidione Romæ
peste exstincto, Ducatus ad Imperium *Fridericum* 1. *Imp.* recidit, qui *eun-
dem* (quem Episcopi Herbipolenses jam à temporibus Caroli Magni te-
nebant) *Heroldo* ejusdem Ecclesiæ Episcopo An. 1168. 10. Julii restituit au- H
reoque Sigillo confirmavit v. *Cruf.* Annal. Suev. l. 11. p. 2. p. 454. In fratrem
verò suum *Conradum* Ecclesiæ Wormatiensis *Advocatiam* una cum *feudo il-
lo VVormatiensi* Castri & Burgi Heidelberg & Cometiæ Stalbühel, quo olim,
ut dictum Duces Franconiæ investiebantur, *transtulit*, vel, ut mihi veri si-
milius, feudi hujus in *Conradum* Palatinum translatio Patruo potius ejus
Conrado 3. Duci Franconiæ & Sueviæ adscribenda est, hic enim in Impe- I
ratorem electus Ducatum in filium Fridericum, feudum verò hoc Wor-
matiense in suum ex fratre nepotem *Conradum* Palatinum transmisisse videtur.
Quod autem *Conradus* Rheni Palatinus noster *Ecclesiæ VVormatiensis advo-
catus* fuerit, testantur cum aliis *Crusius* l. cit. l. 8. p. 2. c. 4. p. 254. l. 12. c. 18. A
& *Münsterus* in Cosmograph: Fuit præterea etiam *Advocatus* urbis
& Ecclesiæ *Trevirensis*, *Argentinensis*, *Spirensis*, *Herbipolensis*, *Fuldensis*,
VVeisenburgensis (olim Witzenburg, Abbatia toto Rheno omnium anti-
quissima, ab ipso Dagoberto Franciæ Rege An. 614. fundata) v. Crus. lib.
cit. Münster. lib cit. Knichen de jure territor. c. 4. n. 321. & author. Apolo-
giæ von den Reichs-Vogteyen p. 86. addit & Sprenger in fontib. jur. Publ.
p. 1337. *sub tutela Comitum Palat. Rheni* etiam quondam fuisse *Heilbrun-* B
nam, Spiram, Schvvinfurtum. Ultra hæc etiam Advocatus fuit Monaste-
rii *Laurishamensis*, teste Chronico Laurishaim. ex edit. *Freheri* p. 96. &
Heilvvig. in antiquitat. Laurish. Item monasterii *Limburgensis* in agro
Wormat. *Ravengirsburgensis*, ut patet ex diplom. ipsius Conradi Palat. de
An. 1190. *Saletiensis* Abbatiæ in præfectura Germersheimensi vulgò Seltz
castrum quondam celebre, in quo *Pipinus* Rex An. 768. Pascha celebravit, ubi
postea *Adelheidis Ottonis* 1. Imp. uxor. An. 996. monasterium fundavit, quæ C
etiam Papiæ An 1000. 16. Dec. febre defuncta ibidem sepulta &c. v. vitam
Adelheid. apud *Mabillon.* in act. sanct. ord. S. Benedict. p. 889. & apud *Cani-
sium* in Lect. Antiq. t. 5. p. 409. *Meibom.* in not. ad VVitichind. ratione
dieser Adelheid Eigenthums/ so itzo das Ambt Seltz genannt wird/
hat Chur Pfaltz erstlich viele Jura in der nah dabey gelegenen Herr-
schafft Fleckenstein, als den Zoll in Rödern und andern Orthen. D
Zweytens ist Chur-Pfaltz wegen dieser so genannten Adelheidts Ei-
genthum

A genthum auch ein Herr des Rheins von oberhalb Seltz an biß an die Schiffmühlen bey Mäyntz / also daß in diesem Rhein Bezirck keine Schiff oder fligende Brücken angelegt werden dörffen / ohne Chur-Pfaltz expressen consens. Imò juxta hoc monasterium *Carolus, Ludovicus* Princeps Elector postea filium suum naturalem ex Angla genitum *Lu-*
B *dovicum* Dynastam *de Saletione* nuncupari voluit, ut ex aureo nummo An. 1660. cuso & admodum raro, quem vidi, demonstrari potest.

Feudum itaque VVormatiense *Castrum* scil. cum *Burgo* Heidelberg & Cometiam *Stalbühel* ab Ecclesia VVormatiensi *ratione advocatiæ Conrado Rheni* Palatino nostro concessum fuisse, credibile est. Quod etiam ipsæ literæ feudales Rheni Palatinis An. 1225. traditæ confirmare videntur, in qui-
C bus hæc verba leguntur: *Quia Dominus commisit vobis potestatem per quam VVormatiensem Ecclesiam juvare potestis & ei assistere in necessitatibus, ut ad auxilium & consilium tam nostrum, quàm ejusdem Ecclesiæ, tam vos, quàm successores vestri sitis perpetuò obligati, & vobis & successoribus vestris concessimus & assignamus de Communi consensu Capituli nostri, Castrum in*
D *Heidelberg cum Burgo ipsius Castri, & Cometiam Stalbohel cum omnibus attinentiis* &c. Deinde *Conradum* nostrum antequam (An. 1156.) in *Comitem Palatini Rheni* ab Imperatore eligeretur, in eodem *Castro Heidelbergensi* sedem suam fixisse, tam certum est, quam solem splendere meridie, si tamen opus esset, absque negotio possem idipsum ostendere à monumentis
E Historiæ antiquissimis. Quando autem & à quo *Castrum illud* antiquius, quo ad situm erat Jethæi collis culmine, ut & illud ex adverso in monte Abrahæ (hodie der Heiligenberg). postea in monasterium *S. Michaelis* à *Thiodrucho* Abbate Laurishaim. (qui circa An. 865. floruit) ver-
F sum, exstructum sit, obscurum est. Num verò Probum, Gratianum, Valentinianum vel alium aliquem Romanum authorem habuerint, etiamnum latet; neque enim temerè quicquam asserendum est, nisi verbis fidem facere, lumenque tenebrosis rebus afferre liceat. Ruinas interim horum castrorum Romanam sapere antiquitatem testantur. *Leodius* & *Freherus* in orig. Palat. p. 25. Clarum etiam est ex Romanis antiquitatibus ibidem repertis. *Castrum* denique illud in Jethæo monte tandem ignis cælestis fulmine tactum, mediante pulvere tormentario ibidem in magna copia latitan-
G te totum, scribit *Münsterus* l. cit. 3. c. 152. credibilius tamen videtur, Castrum hoc jam A. 1278. antequam pulveris tormentarii usus mundo innotesceret, una cum urbe conflagrasse, Urbem enim hoc anno igne aquisque perditam legitur in *Chron. Manuscr.* Bibliothecæ Palatinæ, ita ut præter *Ecclesiolam D. Virg. M. in eremo* consecratam, seu *cœnobium Augustin.* (juxta urbis mænia, nunc collegium *sapientiæ* dictum, quod jam ante 520. annos exstructum fuisse in literis antiquis se vidisse testatur *Irenicus*) nihil restaret,
H lentoque postea progressu *ædiculæ piscatoriæ*, molæ, ruricularumque domus iterum exstrui cæperunt. Hinc etiam est, quod ab eo tempore *nullum Electorem* Palatinum, hic *Heidelbergæ* sedem fixisse, sed Rudolfum Ludovici Severi filium, quando in hisce partibus morabatur, non Heidelbergam, sed *VViselocum*, Rudolfique filium Adolfum Electorem *Ozersheimium* &

Oeo-

Neostadium, & Rupertum denique Romanorum Regem non castrum A
Heidelbergense; sed *cœnobium Augustin.* inhabitasse legamus. v. Münster.
Cosmogr. Leod. Paræum in Hist. Palat.

Præterea & constat Comitatum *Stalbühel*, sicut majoribus feudis minora subesse solent, diversos etiam *Vasallos* atque etiam ministeriales agnovisse. Inter hos ajunt quoque fuisse *Popponem* Comitem *de Durn* seu Thurn.
(quod castrum procul dubio *feudum Palatinum* est, quia idem illud filii *Ru-* B
dolfi Elect. in divisione bonorum cum patruo Ludovico Imp. recepére. v.
chron. Augustens. & Andr. Presb. Ratisb. in chr. Bav.) *Castrale beneficium* (Burglehen) à *Castro Heidelberg.* quasi ejus *clientem & Præsidiarium* militem eo tempore tenuisse; Et quidem eadem ratione, quâ & vicini Nobiles
de *Hirschhorn* hæreditarii *Dapiferi* & Comites *Erpach* hæreditarii *Pincer-* C
næ. v.Freher.Orig.Pal.2.c.6. & *Rheingraffii* hæreditarii *Mareschalli apud* Palatinos Electores erant. Quæ functiones eisdemque similes ministeriales vocantur, quales & *Ludovicus* 5. Imper. Comes Pal. Rh. D. Bav. constituisse legimus in *diplom.* de A. 1339. 19. *Mart. dat. Francofurti*, quo *Reinholdum* Nassovio-Geldrum ex comite inDucem elegit,quod diploma vid.apud Leib-
nizium in Codice ejus diplomatico p.355. Ex literis autem supradicti *Popponis* D
Com. de *Durn* datis Heidelbergæ 1262. prid. Non.Novemb. hoc quoque discimus, *Advocatum* in Heidelberg fuisse quasi urbis *Præfectum* seu *Judicem*, quod officium hodieque manet sub nomine Vogt seu Faut von Heidelberg. v. Paræum Hist. Pal.

a. ante hos erant Comites de Altzey: Sic *VVilhelmus* junior *Dapifer de*
Altzeya testis adducitur in *VVilhelmi* Com. Juliac. literis recognitio- E
nis feudal. de An. 1230. vid. inf. in cod. Diplom. Pal. Sic & *Philippus* & *Gerhardus Dapiferi de Altzeya* testes adducuntur in *Gothofredi* Comitis de Sayn literis recognit. fundat. dat: Baccharaci 1273. 11. Kal. Sept. quas vid. inf. in cod. nostro diplom. Palat.
b. in literis jam memorati *VVilhelmi* C. Juliac. mentio fit *Ludovici* de F
Ouva *Pincernæ.*

2. *Conradus* Palatinus noster Palatinatui Rhenano adjecit *Præfecturam Neostadiensem*, item *Ogersheim*, *Lambsheim*, *Freinsheim* aliaque adjacentia trans Rhenana & quondam ad *Comitatum Bipontinum* spectantia, cujus ipse *Conradus* partem obtinuit ratione *matris Agnetis Bipontinæ*: Item *Præfectu-*
ram Germersheim aliaque in Alsatia, cujus ipse ut & Successores ejus in Palati- G
natu Rheni Præfecti (Land-Vögte) erant. v. *Trithem.* chron. Hirs. & l. de gestis Frider. El. Pal. & Zeil. *topograph.* Alsatiæ p. 43. 46.

3. *Durlacum*, membrum olim *Graichgoviæ*, quod cum oppido *Pfortzheim*, *Heidesheim*, *Etlingen* aliisque adjacentibus villis postea *Ermentrudis*
Conradi Palatini nostri ex filia *Agnete* neptis *Hermanno.* 4. Cogn. Pio Mar- H
chioni Badensi *dotis loco* attulit; confirmante id postea *Friderico* 2. Imp. in diplomate. Hinc *Münsterus*, *Irenicus*, *Crusius*, & ex his Sprenger in Ellychn. p. 1846. aliique perperam scribunt: *Durlacum*, *Pfortzhemium*, *Heideshemium* &c. ad Comites Graichgoviæ spe-
ctâsse, & emortuis his eadem ut Imperii feuda ad Imperium devo- I

A Iura esse, *Fridericumque* 2. Imp. postea eadem loca *Marchionibus Badensibus* donasse.

a. *Pfortzheimium* in finibus *Graichgoviæ* & terrarum tractu situm quem incolæ den Hasen-schieß vocant (wodurch die Entz fliesset / und fällt die Nagolt und ohnfern davon auch die Wirn hinein) à Tro-
B jano quodam *Phorcys* nomine conditum putat Irenicus,aut, ut *Rhenanus*,oppidū hoc antiquitus Orcynheim à proxime adjacente Sylva *Hercinia*,quam veteres *Orcyniam* dixere,appellatum scribunt,hinc illud quidam veterum *Portam Herciniæ* nuncupaverunt, quia in introitu Hercyniæ (deß Schwartzwalds) Spiram versus situm est. Postea in bello quorundam Principum contra *Fridericum* I. *Palatinum* nostrum
C cogn. *Victoriosum* & prœlio An. 1462. commisso, quo *Carolus* March. Badens. *Comes VVurtenberg.* & Episcopus Metens. capti sunt, *Carolus* magno pretio se redimere, & illud *Pfortzheim*, ut feudum ab Electore Palatino *recognoscere* coactus fuit. v. *Münster*, Cosm. *Lehman*. Chron. Spir. l. 4. c. 7. *Spiegel*. in not. ad Ligurin. l. 5.

D b. *Etlingen* oppidum,quod quondam ad *Abbatem* Monasterii *VVeissenburgensis* spectabat, cujus *Conradus* Palatinus, ut supra dictum, advocatus fuit, à quo Abbate *Conradum* Pal. ratione advocatiæ illud feudi titulo (uti illud Wormatiense) accepisse credibile est, und fahren noch die Weissenburger Zoll frey durch diese Stadt. v. Münsteri Cosmogr. Sauers Städt Buch & Topograph. Palat. p. 29. Irenicus
E ist wieder unrecht dran / wann er vermeint / daß sein Trojanischer Phorcys auch diese Stadt Etlingen / so vorhin Posidonopolis soll geheissen haben / noch vor Christi Geburt erbaut habe.

Henricus Comes Palatinus Rheni & Nemoris Dux *Saxoniæ Brunsvicensis*, *Conradi* Rheni Palatini gener, hæres & successor, Palatinatui attulit Comitatum *Stadensem*, item *Cellam*, *Hanoveram*, *Northergam*,
F *Einbecam* aliaque in *Ditmarsia* sibi in *divisione* bonorum An. 1203. adjudicata loca. Imò etiam post obitum fratris *Ottonis* 4. Imper. ipsam *Brunsvigam*, Henrici patriam cum adjacente territorio, quod Pater ejus *Henricus Leo* Dux Saxoniæ & Bavariæ ipsi quidem ut *primogenito* jam antea in testamento legaverat,teste Meibomio de Erectione Du-
G cat. Brunswic.

Comitatum autem *Stadensem* factâ postea transactione cum *Gerhardo Archi-Episcopo Bremensi* An. 1219. prole destitutus masculâ *resignavit* testibus literis authenticis. v. *Meibom.* & *Auctorem assertionis libertatis Bremens.* & infra in Codice Diplom. Palat.

Brunsvicense territorium verò postea ejus *gener Otto* scil.
H Illustris Comes Palat. Rheni & Dux Bavariæ & *Hermannus* Marchio Badensis Friderico. 2. Imp. jam dudum Saxoniæ inhianti *pro non adeo magna pecuniæ summa* An. 1227. vendiderunt. Verum *Otto* Henrici Palatini ex fratre Wilhelmo nepos de hac cum Imperatore *transactione* & territorii venditione edoctus, se suaque familiâ indignum putavit, si primogenitorum suorum bona optimo jure ad se devoluta ab
I exteris pateretur occupari: Consilio itaque habito cum Consanguineis

Johanne

Johanne & Ottone March. Brandenburgicis de urbe *Brunswicensi* recuperanda serio cogitabant, quod & ipse *Otto* cum 2000. Equitibus & peditum cohortibus transcensis auxilio ipsorum civium muris feliciter perfecit urbemque occupavit. Imperator territorium hoc urbemque occupaturus, filium suum *Henricum* Romanor. Regem ad possessionem capessendam præmisit, eumque deducebat *Otto* C. Palat. Rheni, suo & *Hermanni* Badensis nomine urbem traditurus. Verum cum de stratagemate *Ottonis* cogn. *pueri* audivissent, re infectâ discesserunt. Imperator postea *Ottonem* in gratiam recepit eumque in Ducem Brunswicensem erexit *Moguntiæ* An. 1235. 21. Aug. diploma Imperatoris vid. apud *Meibom.* diss. de erect. Ducat. Brunsw. p. 502. & *Leibnitzium* in cod. Diplomat. adde Gothofred. Monach. S. Pantal. Chron. ad 1. A. B

Deinde in veteri Palatinatu Rhen. Palatinum nostrum castrum quoque Thurunum ad Mosellam exstruxisse testatur auctor Codicis Membranacei de gestis Trevirens. in Bibliotheca Francofurt. his verbis: Henricus Comes Palatinus de peregrinatione (è Palæstina) reversus *Electionem fratris* sui (Ottonis 4.) raram habuit & ipse post modicum tempus castrum ædificavit super Mosellam, quod Thurunum appellavit, & paulo post: Engelbert Arch. Colon. postea illud castrum Thuron acquisivit.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ proscripto supra dicto *Henrico* Palatino à Friderico 2. Imp. *in Comitem Palatinum* Rheni electus An. 1215. in Comitiis Ratisbonensibus successit *Henrico* in Palatinatu Rhenano, teste *Aventino* in Annal. Bav. 67. p. 436. 437. *Bucelino* in Geneal. D. Bav. p. 38. *Nicol. Burgundo* in Hist. Bav. p. 75. *Gebwvoldo* l. de Septemvir. p. 193. *Reusnero* in Geneal. p. 210. *Blavero à Geuersperg* l. de Electoratu Palat. p. 131. *Paræo* in Hist. Palat. p. 75. *Hic Palatinatui Rhenano* conjunxit C

1. *Totum* imo amplissimum *Bavariæ Ducatum*, cui etiam Otto 4. Imper. A. 1209. in Comitiis Augustanis restituir omnia bona, quibus *Henricus Leo* Dux Bavariæ & Saxon. exutus fuerat, simulque ei addixit *jura Boici Ducatus* unà D

2. cum Toparchia *VVeringensi* & prædiis, quibus Philippi Imp. filiæ potiebantur,

& 3. in iisdem Comitiis *Bona Ottonis VVittelsbachii* proscripti percussoris Cæsaris Philippi &

4. *Henrici Comitis Andechensis* proscripti. *Arcem VVittelsbach* sedem *Ottonis* Patruelis Anno 1209. jussu Cæsaris solo æquavit, & Monasterium ibidem exstruxit; eodem tempore & ipse castrum *Andechs* destruit. E

5. *feuda*, quæ *Comites à Bogen* ab Ecclesia *Bambergensi* tenuére, ab *Ecberto* Episcopo Bamb. obtinuit An. 1228. in Eslingen, ut docet diploma ipsius *Ludovici* Com. Pal. Rh. D. Bav. quod vid. inf. in codice nostro Diplomatico Palatino.

6. *Vogburgum* arx & oppidum, item *Cham*, aliaq; Nariscorum oppida, castella Bertholdo, vel ut Brunnerus in Annal. Bav. Theobaldo ultimo F

A Dynasta in *Cham Vogburgi*, Egræ Neromarti &c. An. 1210. 8. Kal. Jan. absque liberis defuncto ad Ludovicum Palatinum nostrum redierunt.

2. Hujus familiæ sator fuit *Bertholdus* I. frater *Araulfi mali* Ducis Bavar. prout docet. *Aventin.* in Annal. Bav. l. 7. p. 518.

B 7. *Dachan* dominium, quondam comitatus, cujus Comites originem suam trahunt à Palatinis Bavariæ Schirensibus, ab his quoque descenderunt Principes Dalmatiæ. Porro & sequentes Toparchias;

8. *Frontenhausen* spectabat quondam ad Comites de *VVasserburg*, Rot. & Teysbach qui descendunt è familia Welforum, alii acquisitionem hujus loci temporibus rectius *Ottonis* illustris Palatini adscribunt.

C 9. *Rietenburg.*

10. *Stephaning.*

11. *Leugenfeld.*

12. *Sultzbach.*

13. *Crayburg* exstinctis Dynastis sibi vendicavit Palatinus noster vid. *Avent.* l. cit *Adelreitz.* in Annal. Bav. *Hundii* Bayrisch-Stam-Baum.

D 14. *VVasserburgi* & *Hala* Comes *Conradus* ultimus hujus familiæ, *Ludovicum* Palatinum nostrum Bavariæ Ducem, suum ex sorore Agnete nepotem, Comitatus hæredem instituit v. *Hund.* Bayrisch-Stamb. p. 154. *Sprenger* Lucern. stat. Imp. verum Ludovici filius *Otto Illustris* demum Comitatum hunc Bavariæ incorporavit.

15. *Künigswverd*, *Fontenhausen*, *VVerdam*, *Teisbah*, *Buros*, aliaque Noricorum oppida & Castella à Conrado Episcopo Ratisbon. *Ludovicum* Palat. emtionis titulo acquisivisse testatur Aventin. l. cit.

E Porrò arcem & oppidum *Landau ad Isaram* An. 1224. v. Adelreitz. Ann. Bav. jam ad præfecturam Laudisuetanam pertinet (hat ein Land-Gericht/ und gehören darzu die Märckte Enchendorf und Simbach 6. Schlösser / und 8. adeliche Sitze. 19. Höffe:) item *Neostadium* ad amnem Abens exstruxit. *Abudiacum* antiquissimam arcem olim excisam in agro Pruvenensium monachorum refecit, ubi quondam *Henricus Sanctus* Imp. Dux Bav. An. 972. 6. Maij natus fuit, monachis verò aliis prædiis satisfecit. Arx hæc exusta fuit An. 1297. à Ratisbonensibus v. Hundii Bayrisch-Stamb: p. 205. Sic *Braunan* mænibus cinxit, atque in urbis formam redegit & *Stranbiugam* An. 1218. exstruxit, aliaque multa præclara gessit Palatinus noster.

F *Otto cogn. Illustris Comes Palatinus Rheni* Dux Bavariæ successit Patri *Ludovico* in Comitiva Palatii Rhenique Palatinatu, ductâ *Agnete*, Henrici
12 Com. Palat. Rheni D. Sax. Brunswicens. filia, Conradi Palatini nepte ex filia Agnete. Hic etiam Palatinatum Rheni multis modis adauxit.

1. *Mosbacensem Præfecturam* cujus caput quondam *oppidum Imperiale* fuit, An. 1232. titulo *pignoratitio* acquisivit, Ottonis Mosbacensis
G Palatini dicti filii Ruperti Romanorum quondam sedes, cujus Ottonis Illustris filius Ludovicus cogto severus eandem postea An. 1259. Pala-

tinatui Rh. plenariè incorporavit. v. Munsteri Cosmogr. Sprenger. in Lu- A
cern. stat. Imp. p. 319.

2. *Sintzheimium* (Sintzen, Sintzheim.) in medio *Graichgoviæ* & se-
des quondam Comitum *Graichgoviæ*, ubi *Otto* Comes Graichgov.
Ecclesiam An. exstruxit titulo *pignoratitio* An. 1231. acquisivit à Frid. 2. B
Imp. ad quem emortuis Comitibus Graichgoviæ Comitatus ille, ut Imperii
feudum recedit, quod postea *Ludovicus Severus* Comes Pal. Rheni An.
1259. Palatinatui *incorporavit* teste *Münstero* l. cit. & *Sprengero* l. cit. p. 319.
adde Crus. in Annal. Suev. Irenic. Exeg. Germ. haud procul ab oppido
Sintzheim Cœnobium *Lobenfeld* An. 1135. exstructum olim celebre visitur
v. Trithem. Chron. Sponh. p. 126.

3. *VValdorf* ad Sylvam Luffart in *Graichgovia* cum attinentiis An. C
1230. Donationis titulo obtinuit ab *Henrico* Rege Rom. Frid. 2. Imp. filio,
literasque Henrici Regis super hoc Egræ datos se vidisse scribit Freherus
noster. de quo topographia Palat. ita. Diß Waldorff war vormals
ein Jagthauß An. 638. dabey An. 750. eine Kirch erbaut worden.

4. *Dimidiam* partem Comitatus *Cattimelibocensis* v. *Trithem.* Chron.
Hirsaug. t. 1. p. 544. & in *Chron.* Ducum Bav. Comitum Pal. Rh. p. 21.
Irenic. Exeg Germ. l. 3. c. 51. *Sprenger.* Lucern. statuum Imp. p. 323. ut & op-
pidum *Braubach* ad Rhenum in adjacenti castro in inferiori Comitatu D
Cattimelibocensi, quod postea *Agnes* uxor Ottonis Palatini (vel ut Tri-
themius l. cit. ipse Otto Pal.) Comitibus Cattimelibocensibus in feudum
concessit, de quo Comitatu Catzenelenbogen *Landgravius Hassiæ* post-
ea in bello Palatino-Bavarico ob sumptus demandatæ executionis Cæsareæ
An. 1504. accepit *Homburgum ad montes* (an der Höhe) quod Comites
Hanoviæ antea à Palatinis tenebant, deinde & *Umstadt*, *Rheinheim*, E
Caub, *Schonberg* aliaque de quibus infr. in *decrementis* Palatinatus
Rhen.

Sic ab hac parte Comitatus *Cattimelibocensis* (qui hodie Catzenelen-
bogen, non à cubito sed à *Chattis*, hodie *Hassis* montis Meliboci acco-
bis dictus est. v. Rhenau: & Otton: in not. ad eundem l. 3. p. 431. & Willich
ad Tacit. p. 173.) ejusque acquisitionis tempore, quin etiam *Nassovico-
Sigenensia* & *Dillenburgensia feuda* aliaque *Solmensia*, *VVitgensteinensia*
Saynensia &c. Originem traxisse videntur. Ubi sciendum est Castrum & op- F
pidum *Braubach* cum adjacentibus, quod Comitibus *Cattimelibocensi-
bus* in feudum concessum fuerat, ejusdem Comitatus partem non ignobi-
lem fuisse. Interim in Archivo Nassovio-Dillenburgico me An. 1694.
originalia feudalium literarum documenta sequentia vidisse, memini.
Ut.

1. Pfaltzgraff Rudolphs Lehen-Brieff dat. An. 1311. 4. Non. Oct. G
in Harprechtsrode (forsan Ruprechtsrode in Cattimelibocensi ist nicht
wol mehr zu wissen) womit Er Graff Henrichen von Nassau Dillenb.
mit dem Gericht zu Haiger (antiquis Heigrehe vid. Freher. not. ad Auson.
Mosell. p. 109.) belehnet.

2. Pfaltzgraffs Rudolphs wie auch seines Bruders Ludwigs Be- H

 willi-

A willigungs Brieff / womit sie Anno 1313. ihrer Mutter Mechild verwilligen / daß sie das Schloß Fürstenberg bey Bacharach und den halben Theil zu Bacharach etlicher Schulden wegen verpfänden möge.

3. Pfaltzgraff Ludwigs (hernach Käysers) Bewilligungs Brieff / womit Er An. 1311. Hn. Geyse von Wolsburgk bewilliget / daß er seinen halben Theil deß Gerichts zu Haiger an Graff Henrichen von Nassau übergeben möge.

B 4. Pfaltzgraff Adolfs Lehen-Brieff in Teutscher Spraach / womit er Graff Henrichen von Nassau mit dem Gericht zu Hänger belehnt / ist datirt An. 1323. 1. Januar. in Hayger (oder Haygerloch ist / nicht wohl mehr zu erkennen) mit einem grossen Siegel in grünem Wachs einer Hand breit. In cujus margine hæc verba leguntur: Adolfus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. &c.

C 5. Pfaltzgraff Adolfs Bewilligungs Brieff / womit er Hn. Geyse von Wolsburgk An. 1323. bewilliget / daß er das Gericht zu Ebersbach im Dillenburgischen sambt dessen Zugehör an Graff Henrichen zu Nassau übergeben möge (ejusdem Adolfi Palatini frater & in Electoratu Successor Rupertus senior An. 1353. Spiræ Adolfo & Johanni Com. Nassoviæ Gerlaci filiis insigne in feudum rectum dedit Leonem aureum inter 2. cornua Galeæ impositum, sicut & plerique alii Electoris Palatini Vasalli Leones armis gerunt; prout docet Freherus noster. in Orig. Pal. p. 70.).

D 6. Pfaltzgraff Ruperts (post Imperat.) Lehen-Brieff / womit er Graff Joh. von Nassau Dillenb. mit dem 4ten Theil an den 4. Hn. Gericht auff dem Einrich mit dem Kirchspiel Hayger und Ebersbach An. 1400. belohnet hat.

7. Pfaltzgraff Ludwigs (Königs Ruprechts Sohns) Lehen-Brieff / womit er An. 1417. Graff Adolfen von Nassau Dietz mit den Stücken / und der Vogtey zu Seelbach belohnt.

E 5. *Laurishaimense* monasterium denique ditissimum æque (hodie Lorch dictum) ac antiquissimum à *Cancrone* Comite Rhenensi Pipini R. tempore fundatum, de quo sup. c. 1. quod Archi-Episc. Moguntinus Palatino extorserat, vi recepit An. 1238. cujus ipse & antecessores Comites Palatini semper advocati fuere, uti supra ostensum in Conrado. Unde Moguntinus *Ottoni* Palatino nostro ob præreptum sibi Laurishaimium diras & inferias dixit, Palatinum verò ab Abbate *Laurishaimensi*, ec, quod rebus Moguntini adversus se, ut advocatum & Dominum, studuerat, 12000. unciarum argenti puri corrasisse tradit *Chronicon* Laurishaim. adde *Trithem.* & Aventin.

F Porrò *Otto Palatinus* noster Ducatum suum Bavariæ adauxit

1. *Comitatu Neoburgensi.*

2. *Comitatu Schardingensi*, ubi castrum in Scharding *Leopoldus* Dux Austriæ A. 1225. consensu *Ludovici* Ducis Bav. exstruxerat, *Otto* enim Meraniæ Regulus *Andecensium & Diessensium Comes* ultimus, qui Pontifici Romano constantissimè adhæserat contra Fridericum 2. Imp. ab eodem A. 1248.
G proscriptus, tandem ab Hagero nobili confossus vel ut alii, Plassenburgi vene-

veneno necatus est, hinc Imperator Dynastiam ejus *Schardingensem* & *Neoburgensem Ottoni* nostro adjudicavit, atque diplomate dato in Castris Parmensibus A. 1248. m. Junio *Ottoni* Palatino ejusque hæredibus confirmavit. v. *Adelreitz.* in Annal. Bavar. ad A. 1248. Postea variis hinc inde ortis mutationibus jactata fuit possessio, dum mox sub *Austriaca* mox sub *Bavarica* Domus Imperio hi Comitatus versarentur, usque dum certa pacti lege *Scharding* Bavaris, *Neoburgum* verò cum pertinentiis Austriacis permansit. vid. Hund. Bayerisch. Stamb. p. 129. 130. A B

3. *Comitatu Bogen* cum superiori sylvâ, *Mitterfels* & *Falkenstein* aliisque bonis ad hunc Comitatum pertinentibus, qui *Alberto* ultimo Comite à Bogen . . . sine prole mortuo, jure proximitatis ad *Ottonem* nostrum pervenit v. Hund. l. cit. p. 120. C

4. Comitatu *f. Dynastia VVindberg*, quæ primo ad Comites de *Bogen* pertinebat, hique originem trahunt à Comitibus de Abensperg & Scheuren, Albertus I. filius Hartvvigi 2. Comitis à Bogen *VVindberg* in Monasterium vertit. v. Spangenbergs Adelsspiegel.

5. *Dlamasia* Dominio.

6. Comitatu *Phalayensi*, Ottone ultimo Comite à Phalay A. 1238. exstincto, ditio ejus ad Palatinum nostrum recidit. v. Adelreitz. in Annal. Bav. ad h. ann. D

7. Comitatu *Andecensi*: Proscripto scil. A. 1248. Ottone ultimo Comite ab Andechs, & postea ab Hagero nobili confosso.

8. *VVasserburgico* Comitatu, Conrado scil. ultimo Comite Wasserburgi & Halæ ob Studium in Pontificem Rom. ejusque Nuncium Albertum Bohemum contra Imperatorem Fridericum II. A. 1248. à Ludovico Severo Ottonis Palatini nostri filio parentis jussu profligato, & tandem exilii ærumnis exstincto, sic & E

9. *Frontenhausen*, quod ad Comites de Wasserburg Rot & Teysbach spectabat, à quibus emtionis titulo Palatinum, Ottonem nostrum acquisivisse volunt, paulò ante quam à Ducibus Bavar. ob Albertum Papæ Oratorem, quem contra voluntatem Imperatoris in Castellis suis receperunt, pellerentur. F

10. *Hohenvvart* Dynastiâ (olim Comitatus,) cujus ultimus ex antiqua familia Comes in prœlio A. 1063. in Palæstina contra Saracenos commisso periit, postea Hohenvvart in Virginum monasterium versum est. G

11. *Crayburg* Comitatu.

12. *Libenau* Dominio. Bernhardo enim ultimo Domino in Libenau A. 1238. defuncto bona sua ad Duces Bavariæ transmisit.

13. *Pleinting* Dynastia aliisque Belaunis. Cum Reguli & Dynastæ absque liberis decessissent; ditiones eorum ad Bavaros relapsæ sunt. H

Sic & Palatinus noster arcem & oppidum *Trostberg* ad confluentes Trani & Alzæ A. 1233. extruxit. v. Avent. A.B.

Ludovicus Cognomento Severus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ, *Ottonis* Illustris Palatini primogenitus ejusdemq; in Palatinatu Rhenano eidemque annexo Palatii, Vicariatus, & Dapiferatus officio Successor: Hic 13 in divisione bonorum *Patrimonialium* A. 1255. secundo post obitum Parentis Anno mense Aprili seu in hebdomade Paschali cum fratre Henrico I

factâ, Bavariâque *in superiorem & inferiorem*, cum hæc omnia antea *inaudita* fuiſſent, diviſâ proleſuiſque hæredibus obtinuit Palatinatum Rheni, Bavariam ſuperiorem cum Præfectura *Ratisbonenſi*.

Palatinatus vero *Rhenani* tum temporis loca præcipua fuêre ſequentia:

		Staleck.	Diebach.	Caub.	Stromberg.	Heidelberg.	Ebach.	Hillersbach.
	A	Stalberg.	Mannebach.	Treitshuſen	Altzey.	Weinheim.	Thura.	aliaque cum
A		Baccharach.	Heimbach.	ſeu Trech-	Neuſtat.	Ogersheim.	Landschron.	pertinentiis.
		Pfaltzgräffen-	Stege.	tetshuſen.	Wachenheim.	Wulfsberg.	Steinberg.	
		ſtein.	Rheinhauſen.	Brunshorn.	Wintzingen.	Epſtein.	Wellerschan.	(Weſchau)
		Fürſtenberg.		Richenſtein.				

In *Bavaria ſuperiori* inter alia obtinuit.

		Amberg.	Franckenberg.	Heimburg.	Lauf.	Neuſtat.	Perg.	Röttingen.
		Auerbach.	Grunsberg.	Hirſchau.	Lauterhofen.	Neidenſtein.	Plech.	Roſenberg.
		Arndorf.	Hohenſtein	Keisheim.	Luvv.	Neuburg.	Preſſat.	Segenberg.
	B	Beilſtein.	Hilpoltſtein.	Kemnat.	Murach.	Nitenau.	Pfaffenhofen.	Schvvartzen-
		Dresmitz.	Hertenſtein.	Lichtenſtein.	Meckenhau-	Nenenmarck.	Pegnitz.	eck.
		Eſchenbach.	Hersbruck.	Lichteneck.	ſen.	Parckſtein.	Perngavv.	Stephening.
					Naburg.			Störnſtein.
B		Durſchenreut.			a			
		Caſtel.	Sultzbach.	Waldau.	*VVolfratshuſen*			
		Cham.	Thurndorf.	Waldeck				
			Velden.	Weiden.				
			Ulesburg.	Werdenſtein.				
	C		Vilſeck.	Wetterfeld.				
			Vollendraſs.	Wiechtag.				

Item & alia *Bavariæ* loca, quæ poſtea Ludovicus 5. Imp. in illa terrarum diviſione & *Pavienſi transactione* A. 1329. inita cum filiis Fratris ſui Rudolfi Electoris Palat. pro ſe ſuiſque hæredibus obtinuit.

		Ayblingen.	Dachau.	Gundelfing.	Lengenfeld.	Pavvel.	Schmidmühl.	Viehuſen.
		Arensberg.	Deutſperg.	Hadmarsberg.	Leutzmanſtein	Peitengau.	Suantbach.	Vohburg.
	D	Aichach.	Ebenhauſen.	Heimhauſen.	München.	Pfaffenhofen.	Schiltberg.	Waſſerberg.
		Alpen.	Edts.	Hochſtetten.	Meinberg.	Rotenberg.	Schvvabeck.	Weilheim
		Autburg.	Egersberg.	Hagel.	Mülhauſen	Roteneck.	Schvvaben.	Wehrburg.
		Altmanſtein.	Friedberg.	Hembaur.	Möringen.	Reichertshofen	Stnfenhauſen.	Weidt.
C		Clingenberg.	Falckenſtein.	Holnſtein.	Maenchingen.	Raym.	Schuaincken-	Werchs.
		Cheschingen.	Getolsfingen.	Ingolſtat.	Neuburg.	Regenſtauf.	dorf.	Widersberg.
		Chufſtein.	Grünvvald.	Landſperg.	Neuſtat.	In Regenſpurg	Toltz.	
	E	Calmutz.	Gamertsheim.	Lechsberg.	Neuenburg.	jura & ſubur-	Treysheim.	
		Chitzbühel.	Geiſenfeld.	Lauingen.	Murnavv.	bia.	Tachenſtein.	
						Reitenburg.	Valeg.	
						Siegenburg.	Velburg.	

D Item *VVaſſertrubending* Caſtrum, *Crailsheim*, *Hohenvvart*, *Lorffieſſenheim Leerpaur* & *Wachan* in Auſtria, de quibus. vid. Andr. Ratisbon. Chron. Bav. & Chron. Auguſtenſe & Aventin. in Annal. Bavar. p. 582.

a. VVolfratshuſen juxta Monachium quondam ſuos habuit Comites, quorum primus *Otto* circa An. 1004. ex Andecenſium Comitum ſtemmate E oriundus ultimus hujus familiæ Comes nomine *Henricus* in obſidione urbis Mediolanenſis An. 1158. periit, quo mortuo ditiones ejus ad Comites Andecenſes, & ab his circa An. 1248. ad Bavariæ Duces perveniſſe docet Spangenberg im Adel Spiegel l. 10. c. 15.

Supradicta loca poſtea filii *Ludovici* Severi Electoris Pal. An. 1294. diviſerunt *Rudolfus* ſcil. *Balbus* & *Ludovicus* poſtea Imperator, ita ut *Rudolfo primogenito* Palatinatus Rheni cum aliis terrarum tractibus in Bavaria, F de quibus vid. Avent. l. 1. p. m. 582. Rudolfo autem Electore poſtea A. 1316. à fratre Ludovico 5. Imp. ob denegatum in Comitiis votum à ditionibus profligato atque in Anglia An. 1319. in exilio defuncto, *Ludovicus* Imp.

cum

cum suis ex fratre nepotibus Adolfo scil. Rudolfo & Ruperto Rheni Pala- A
tinis aliam terrarum divisionem A. 1329. die Veneris ante diem S. Osvvaldi
Paviæ instituit, optionem & electionem relinquens nepotibus suis, ut
illam, quam vellent, acciperent partem (quæ optio jam ab antiquo inva-
luit, ut *Major* videlicet *dividat, minor eligat* v. Cujacii Observ. 13. 24. atque
hoc quoque observatum fuisse in divisione bonorum facta inter filios Lu- B
dovici Pii Imp. v. Nithard. l. de dissensione filior. Lud. Pii) Sic *Rudolfi*
filii elegere sibi illos terrarum tractus sub lit. A. & B. contentos, Ludovi-
co verò Imperatori illi cessere sub lit. C. ita tamen ut illa loca sub litera D.
in communione essent. v. Andr. Ratisb. Presb. in Chron. Bav. & Freher.
in not. ad eundem. De qua transactione vid. & Schilterum in Instit. Jur. Publ.

Loca autem sub litera B. maximâ ex parte partim donationibus par- C
tim *Venditione Conradini* ultimi Sueviæ Ducis Ludovici Severi Palatini ex so-
rore nepotis ad *Ludovicum* Palatinum nostrum pervenerunt, confirmanti-
bus id postea Imperatore *Rudolfo*, I. aliisque Imperii Electoribus. v. *Freher.* in
Epist. ad Gebvvold. & in Orig. Pal. p. 214. Sciendum itaque Palatinatum
superiorem inter Bohemiam Bav. Franconiam & Misniam situm, præcipuam
veteris Narisci s. Nortgoviæ partē fuisse, nomenq; & originem A. 1329. acce- D
pisse imò ante illa tempora nomen Palatinatus superioris inauditum fuit,
quia omnia hæc Palatinatus superioris territoria partim exstinctis Meraniæ
Ducibus aliisque Comitibus, partim donationibus partim venditionibus
Conradini supradicti Sueviæ Ducis bona ex parte acquisita ad ipsam potius
Bavariam spectabant, hinc & Freherus l. cit. scribit, tractum Ambergicum
donationibus Conradini ad Rheni Palatinos devolutum Sueviæ potius E
quàm Bavariæ annumerandum esse. De quo etiam **das Chur-Pfältzische**
Manifest de A. 1639. h. modo: **daß diese Stück allezeit ein** pars integrans
Bavariæ **gewesen / biß sie** A. 1329. **durch den Pavischen Vertrag an die**
Pfaltzgrafen erwachsen/ und hernach die Ober-Pfaltz genennet wor-
den/ adde Sprenger. Lucernam Stat. Imp. p. 310.

Porrò sciendum quoque *VVelfonem* Sueviæ Ducem suo ex sorore ne- F
poti *Friderico* scil. I. *Imp.* quicquid in Suevia & Bavaria habuerat, vendidisse,
alterum verò ex fratre nepotem *Henricum* scil. *Leonem* Saxoniæ Ducem ex-
hæredasse, supradicta loca abhinc Duces Sueviæ *pleno jure* possedisse usque
ad A. 1266. quo dictus *Conradinus* ultimus Sueviæ Dux (postea Neapoli una
cum Friderico Austriæ Duce A. 1268. 26. Oct. jussu Papæ publicè decollatus)
Avunculo suo *Ludovico* Electori Palatino vendidit *VVerdam Suevorum,* G
Laugingam, item *Hochstetten, Moringen, Pittingen, Schoiigavv, Amebergam*
Fuissen, aliaque, de quibus v. Avent. l. c. 6. & 7. p. 369. 379. Brunner verò
in Annal. Bav. l. 3. p. 797. annotat, Conradum Conradini Patrem hæc Sue-
viæ loca jam Ottoni Illustri patri Ludovici nostri diu ante oppignorasse,
Conradinum verò postea plenariè Ludovico vendidisse. H

Porro *Ludovicus* hic Rheni Palatinus Palatinatui Rhenano ad-
jecit.

1. *VVisseloch* in Pago Lobudonensi s. Ladenburgensi in Comitatu
Conradi Comitis ad Monasterium Laurishaimense spectans. (in diploma-
te Ottonis I. dat. 965. 2. Nov. Maij. in Herenstein Villa Wezinloca voca- I

 tur

A tur, quod dipl. Imperator. Monasterio Laurishaimense publicum merca-
tum in eadem villa concessit dipl. vid. apud Meibom. & Freher.) oppi-
dum cum pertinentiis à Friderico II. Imp. obtinuit partem casta in Wisen-
loch Ludovicus Rheni Palatinus noster A. 1277. emtionis titulo acquisivit
ab Engelhardo Seniore & Conrado jun. Domini, de Minsperg cum con-
sensu uxorum suarum Agnetis de Levvenstein & Lucarde de Nisen. nec non
Conradi jun. & Elisabethæ conjugis suæ de Katzenelenbogen, quæ sonme
B partem sui Castri in Wisenloch cum pertinentiis Palatius nostro vindide-
runt. Actum in Seleirberch A. 1277. 3. K. Maij. cui, rei Documentum
v. apud Freher in orig. Pal. c. 7. p. 79. ubi postea *Rudolfus* Ludovici no-
stri filius Rheni Palatinus sedem suam aliquamdiu fixit. v. Münsteri Cosmogr.
de quo oppido apud Freherum in Orig. P. ut authorem Topographiæ Pala-
tinatus Rhen. hæc quoque annotata: daß zu diesem Wiseloch und andern
C umliegenden Orthen vor diesem gewisse Leuthe gehört haben / diß war
Königs Hüthe genennt / vermuthlich daher weil ihre Voreltern mit
Ruperto Reg. Rom. einen Zug in Italien gethan / und folgends sie und ih-
re Erben von der gemeinen Lands Steuer sind befreyet worden / davor
sie siebenjährige Königs Steuer gegeben / hergegen Chur Pfaltz ihnen
alle 7. Jahr eine Mahlzeit gehalten hat / und wegen der gemeinen
D Reichs-Steuer haben sie von 100. fl. Capital 5. Batzen geben. Si con-
jecturæ locus, videtur illud Wezenloch unum de 7. beneficiis Principal. s.
Regalibus fuisse, quæ vulgo Fahn Lehen opperiantur, quæ Gothefredus
quandam falabinatur Rhemani administrator morte 7. nobilissimum Lau-
rishaimensis Ecclesiæ fidelium á Prennone Ab Lauris Sch. sub Henrico 5. ob-
E tinuit de q. v. chron. Laurisb. cod. 1. p. 11.

2. *Lindenfels* Præfecturam in Ottonii Sylvæ (olim Odonowald,
quæ in latitudine à Nicro ad Rhenum usque & in longitudine à Strata
Montane Nrientem versus usque ad Franconiam & fluv. Tubarum usque
se extendit: (Münster Cosmogr. & Freheri Orig. Pal. p. 2. c. 6. emtionis ti-
tulo acquisivit An. 1256. (vel ut Münsterus l. 5. c. 289. An. 1277.) & quidem
F pretio 5030. marcarum argenti à Marchione Badensibus Münsterus l. cit. ar-
cem Lindenfels Romanorum quondam Castellum fuisse autumat & postea
ad antiquos Graichgoviæ Comites spectâsse, ab his ad Marchiones Ba-
denses pevenisse vid. & Sprengeri Lucer. stat. Imp. p. 318. &; Ellychn. p. 1761.

3. *Bretten* Præfecturam cum omni jurisdictione & appenditiis. Co-
G mitatus olim fuit in *Graichgovia*, ut ex literis fundationis Monasterii *Oden-
heim* patet qui à Comitibus *Ebersteinis* ad *Marchiones Badenses*, ab his ad
Rheni Palatinos pervenit An. ..... & quidem *emtionis* titulo prout docent
Münster. in Cosmogr. & Cl. Freherus noster l. cit. 2. p. 20. adde Chystræ-
um in orat. de Graichgovia p. 12. Sprenger Lucer. p. 319. & ut author To-
H pographiæ Palatin: daß es zuvor ein Wildnuß gewesen / wobey Henri-
cus 5. J. eine Celle oder Gotteshauß erbaut habe / worauß hernach das
Städlein Bretten erwachsen / ist ein Schlüssel und Eingang zur
Pfaltz.

4. *Musloch in Graichgovia*, quod à Comitibus Graichgoviæ
I ad Comites de Lichtenau & ab his primò oppignorationis; deinde

An. 1256.

A. 1256. *venditionis* titulo ad *Ludovicum* Rheni Palatinum nostrum perve- A
nisse testantur. *Münsterus* l. cit. *Sprenger* lib. cit. Zeil. *Topograph.* Palatin.

5. Reutlingen. 6. Heckenheim. 7. Werschavv.

Emtionis titulo A. 1286. acquisivit ab Episcopo Spirensi pretio 600.
Pfund Heller. Hæc tria loca in introitu tractus illius *Prurhein*
dicti sita à *Johanne* Epis. quondam Spirensi Comite Graichgo-
viæ filio *VValrami* Com. Graichg. ex *Adela* filia, ut volunt, Henrici
IV. Imp. v. Spangenberg. Adelssp. p. 288. (quique A. 1104. B
ex ulcere circa verenda exstinctus in Sunningesheim sepultus
est) Ecclesiæ Spirensi donata sunt, excipitur feudum arcis
VVerschau, quod Palatinus Rheni ab *Ecclesia Spirensi* recogno-
scit. v. Topogr. Palat. Rheni, Lehman. Chr. Spir. l. 1. c. 4.

8. *Caub* (Cubam.) oppidum cum appenditiis à *VVernero* Comite de C
Müntzenberg ad se A. 1289. *emtionis* titulo traxit, & quidem pretio 2100.
Marcarum Argenti, supputata una marca pro 8. florenis. v. *Sprenger* Lucer.
Stat. Imp. p. 318.

9. *Sic Altzeya* Comitatus olim, hodie omnium *Præfecturarum* Pa-
latinarum amplissima, exstinctis Comitibus, qui quondam *hæreditarii* Pa-
lat. *Dapiferi* fuerunt, *Caducitatis jure* ad *Ludovicum* nostrum Electorẽ Palat.
pervenisse videtur. v. & *Spreng* l. c. p. 322. Id tamen alii, nescio an verius, ad tem- D
pora Ruperti Ducis ejusque filii Ruperti Regis *Rom.* referunt. Interim
notabile est, quod *Trithemius* in Chron. Hirsaug. t. 2. p. 71. recenset: *Altzeia,*
inquit, *olim ad Comites de Ravengirsburg pertinuit & circa A.* 1000. *Comes (a)*
quidam de Ravengirsburg ipsum Castrum suum in Monasterium Canon. Augustin.
mutavit, quod in diœcesi Moguntinensi & tribus à Sponheimensi distat Millia- E
ribus, fundator etiam totum suum Comitatum fratribus perpetuâ donatione
dedit, addens ei prædictum oppidum Altzey cum omnibus proventibus, deinde
post annos plurimos Comes quidã Hirsutus pro dicto oppidulo Altzey per viam com-
mutationis quædam bona & proventus in Ducatu Mosellanico sita Cœnobio huic
dedit & arcem in eo exstruxit, & sic Altzeya à Monasterio Ravengirsburg
avulsa est usque ad præsentem diem. Tandem exstinctis Comitibus Hirsutis F
Palatini Comites bona eorum obtinuere, hucusque Trithem. Monasterii *Au-*
gustiniani hujus proventus A. 1551. ex dimidia parte *Academiæ Heidelber-*
gensi adjudicati sunt à Pontifice Romano. Num verò *Altzeya* jam Ro-
manorum temporibus exstiterit? viderint antiquitatum scrutatores.

(a) Comes quidam *Bertholdus* scil ut docet *Conradus* Comes Palat. Rhe- G
ni in *Diplomate* dato An. 1190. Kal. April. in Castro Stalecke Baccharacensi.
quod vid. infra in Codice nostro Diplomat. Palatino. fundavit hic Comes
Spanheimense cum uxore sua Hedvvige A. 1073. Monasterium *Ravengirsburg*
in honorem St. Christoph. & cum uxore præsuadia sua, quæ in tribus pagis ha- H
buit idem in Nachgovv in Trachari (Techere) & in Hunnesruck, nimirum
Tounesse seu Donesse (hodie Densen, Veterum Dumisso, de quo in Diplo-
mate Ottonis III. de A. 995. apud Freher. in Orig. Pal.) cum suis pertinentiis
Cheri, Ravengirsburg; villa Botenesheim aliisque ad altare St. Christoph. I
Martyr. legavit.

A Sic & *Superiorem Palatinatum* seu Bavariam multis modis adauxit.

1. *Landspergâ.*
2. *Velburgo* (Velsburg) ad Laberam feudum nunc Neoburgicum, cujus Vasallus ultimus *Hector VVisbeck* A. 1574. obiit.

B 3. *Landau.*
4. *Chagen.*
5. *Murnau.*
6. *Elbrechtskirchen* defuncto *Babone* ultimo Dynasta istius loci.
7. *Libenau* quod tamen Dominium jam pater ejus *Otto* Bavariæ infiscaverat.

Jure hæreditario obtinuit.

C 8. *Dhonavverth*, olim Comitatus & ad Comites *Dillingenses* spectabat: *Rudolfus* Elect. Pal. Ludovici nostri filius, cum An. 1300. à partibus Moguntini aliorumque Principum ab *Alberto* Imp. dissentientium stetisset, iram Alberti sensit. Is enim, cum in Palatinatu Rh. arcem cum oppido *VViseloch* aliaque Heidelbergæ adjacentia A. 1301. mense Junio occupasset,
D incendiisque vastasset, non diu post etiam in Bav. *Dhonavverth* cepit urbemque destructo Castro Imperio addixit v. Chron. Colmar. & Alb. Argent. ad An. 1301. Topogr. Bav. p. 66. Carol. IV. idem oppidum Ducibus Bav. An. 1376. pretio 60000. flor. oppignoravit, quomodo sub *Sigismundo* Imp. iterum ad Imperium pervenerit, v. Topogr. Bav.

E 9. *Moringen* (Morinos) Dominium.
10. *Schvvabeck*. Comitatus quondam, quo ultimo hujus familiæ Comite A. 1100. exstincto mediante matrimonio ad Comites Schvveigerum de Balatshausen Saxoniæ pervenit, à cujus posteris Meingoldo Com. An. 1208. ad Sigefridum Epist. Augustanum venditionis titulo transiit. v. Spangenb.
F Adelsspiegel l. 10. c. 15. p. 296.
11. *Schongavv.* ad fl. Lech in Bello *Alberti* Imp. contra Palatinum Rudolfum & Moguntinum A. 1301. *Rudolfo* ademptum oppidum, mox tamen iterum ad Bavaros pervenit, jam ad Præfecturam Monacensem spectat.

G 12. *Amberg* oppidum cum præfectura, quod cum aliis oppidis & Castellis, ut *Vilseck*, *Auerbach*, *Plech*, *Hohenstein*, Bogten *Hersbrück* tanquam feudis *Conradinus* Sueviæ Dux ab Ecclesia Bamberg. recog. v. Gebvvold. l. de Septemvir. c. 10.

Hæc omnia Sueviæ loca & quicquid est inter Montes & fluvios Danubium & Werdam primum Ottoni Illustri Rheni Palatino D. Bav. a Conrado Rege Rom. Duce Sueviæ Conradini Patre pro 12S000. aureis oppignorata v. Brunner. Ann. Bav. l. 14. p. 797. Postea vero An. 1266. 9. Kal. Nov. ... Ottonis filio Ludovico Palatino nostro a Conradino D. cum omni jurisdict. vendita sunt, testibus literis authenticis. Prout docet Aventinus in Annal. Bav. l. 4. p. 564. l. 6. & 7. p. 369. 379.

13. *Laugingen.*
14. *Pettingovv.*
H 15. *Hochstede.*
16. *Fuissen* (Fauces)
17. *Neumarck* (Novum forum) sedes quondam Frid. II. Elect. Pal. ante Electoratum.
18. *Perngavv* Dominium.
I 19. *Iglingen.*
20. *Tapfheim.*

Hæc & alia loca Donationis titulo à Conradino obtinuit, quod Rudolfus I. Imp. deinde A. 1273. diplomate confirmavit. vid. Gebvvold. de Septem. c. 10.

21. Mos-

Ludovicus Severus Rheni Palat. D. Bav. Bavariæ. Infiscavit

21. *Mosburg* Comitatum, quem An. 1281. donatione Rudolfi I. Imp. obtinuit. A

22. *Roteneck* Dynastiam, olim Comitatum à Castro Roteneck sic dictum, quem cum pertinentiis *Henricus* Comes de Roteneck circa A. 1277. *Ludovico* Palat. nostro *vendidit*. v. Eberhard. Altahens. in Annal. apud Canis. Lect. antiq. t. 1. p. 315.

23. *Vejarn* Dynastiam, quondam Comitatum, ad fl. Inn, cujus ultimus Comes *Sigbothus* An. 1272. ab Ottone Brandenburgico Neoburgi in Balneo occisus fuit. v. Spangenb. Adels Spiegel p. 282. B

24. *Hadmarsberg* Tetrarchiam; quâ Egno Epis. Trident. An. 1263. Ludovicum nostrum Pal. investivit. v. Hund. Bäyrisch Stam-Buch p. 51. Supradict. *Sigeberthus* etiam se scripsit Dominum in Hadmarsb. Neuburg. Falckenstein ad Fl. Inn. Antwürt, Harravtstein. &c. C

25. *Neoburgicum* Comitatum, quo jam Pater ejus *Otto* Illustris, donatus fuit à *Friderico* 2. Imp. Interim *Ludovicus* ejus filius emortuis Comitibus Neoburgicis eo primus investitus fuit à Conrado Episc. Frising. v. Hund. Bäyrisch Stam-Buch. p. 51.

26. *Murach* Comitatus quondam *vetus Ortenberg*, quem *Henricus* Comes de Ortenberg Palatinus Bavariæ pater *Rabotonis* 4. Com. matrimonio cum *Richsa* filia Comitis de Hohenberg inito acquisiverat, verum eundem non diu post filius ejus An. 1272. *Ludovico* Palatino Duci Bav. vendidit, ut scribit Spangenberg lib. cit. 10. c. 15. p. 291. D

Porrò *Popenhausen* & *Ober Veringen* permutavit Palatinus noster cum *Conrado Episcopo Frisingensi* pro bonis in *Kircheim* & *Schleisbach*, literæ concambii datæ sunt Monaci An. 1272. prid. id. Novemb. & Anno seq. 8. Kal. April. traditio bonorum in Schleisbach & Kirch. facta per Capitulum v. Hundii metropol. Salisb. t. 1. p. 165. Sic & *Castrum Fridberg* in confinio Rhætorum & Vindelic. ad cohibendos cives Augustanos A. 1260. (alii id ad An. 1253. referunt) exstruxit. v. Andr. Ratisb. Chron. Bav. Trithem. Chr. Hirs. Aventin. A. B. l. 7. p. 564. Cæsar. Chron. August. Gasser. in Annal. August. p. 35. & cum haud parva lis inter Episcopum *Augustan.* & *Ludovicum* Palat. nostrum ratione *Advocatiæ Urbis & diœceseos Augustanæ* jam diu viguisset, pax tandem facta est Kal. April. 1270. diplomate Sigillis Ducum Bavariæ Marchionis Burgoviensis Episcopi & Civitatis Augustanæ corroborato. vid. Gasser, lib. cit. p. 361. *Ludovicum* autem nostrum, ut & filium ejus *Rudolfum* Balbum Electores Palat. Urbis & diœceseos Augustanæ *Advocatos* exstitisse præter ipsius *Ludovici* Palatini *diploma* (quod vid. infra in Cod. Diplomat. Palatino) constanter etiam asserunt *Stumpf* in rebus Helv. l. 3. c. 5. *Cæsar*. Chron. August p. 2. c. 6. *Guileman*. de rebus Helvet. l. 3. c. 5. *Gasser*. l. cit. *Magerus* in advocatia arucat. c. 2. n. 218. *auctor apolog.* der Reichs-Vogteyen aliique. E F G

Sic & *Castrum Gejersberg* An. 1259. contra Ratisbonenses exstruxit. v. H

A Avent. l. c. quod tamen magnæ pecuniæ interventu iterum destrui
passus est, ut testatur *Trithemius* in chron. Hirsaug. & Chron. Augu-
stens.

Quid porrò *Ludovicus* hic Rheni Palatinus & Dux Bav. & ejus filius,
Rudolfus acquisiverint, summatim docet *Eberhardus Althaens.* in Annal.
B suis apud Canisium in Lect. Antiq. t. 1. p. 357. qui Hist. usque ad An. 1305.
perduxit: *Isti sunt*, inquit, *quorum hæreditas cum castris & prædiis ad Ludo-
vicum D. ejusque filium devoluta sunt. Fridericus & Hermannus Landgra-
vii de Stefrungen, Ulricus Comes de Velburch & Chlamine, 3. fratres Bur-
gravii de Rietenburch vel Rot, Otto Liber de VVerd apud Hailigenstat, Tu-
poldus marchio de Hohenburch & Chambe, Cunradus Dux de Chavv, Frideri-*
C *cus & Otto de VVittelnsbach Comites Palatini, Henricus Liber de Landsberch
apud Lech fluv. Henricus Marchio Istriæ de Andechsen, Otto fratruelis suus
Dux Meraniæ de VVolfrachtshusen, Otto Comes de Phalagia*, SIBOTO (b)
COMES DE HADMARSBERG, *Cunradus Comes de VVazzerburch, Al-
heit, Comitissa de Moren, quæ habuit castrum in Montanis, Sigefridus &
Bernhardus Comites de Leuberavve, quorum erat civitas in Burhhusen, Cuno*
D *Comes de Melinge, Ernhardus Comes de Doren, Henricus Liber de Vilspiburch,
Chalhohus Comes de Chirchperch, Ratoldus Liber de Chag, Babo de Elbrech-
schirichen, Hadmar & Rapoto fratres de Abusen sive Landavve, Henricus
Comes de Ortenberch & Raboto frater suus Comites Palatini Bavariæ, Leu-
poldus, Berchtoldus & Albertus Comites de Bogen, Ludovicus Liber de Hagi-
naue, H. & L. Liberi de Henchoven, item Raboto Palatinus Ministeriales*
E *de Rotal, item Otto Comes de Gruembach, Hoholdus gener suus de VVolnrat-
sa, item Comes de Mosburch, item liber de VVitendorf.* huc usque Eberhar-
dus.

a. Cujus feuda *Conradus Epis. Frising.* in *Ludovicum Palat.* Rh. Ducem
Bav. An. 1261. transtulit, literæ feudal. dat. Frisingæ 1261. 14. Kal. oct.

b. Hujus *Sibothonis & Conradi feuda* à *Conrado* Epis. Frising. in *Ludovi-*
F *cum* Palatinum nostrum Anno 1272. transmissa sunt. Literæ feudal.
datæ Frisingæ 1272. 5. id. Octob.

Rudolfus cognomento Balbus Rheni Palatinus Elector D. Bav. *Ludo-
vici Severi filius* num matrimonio cum *Mechtilde Adolfi* Imp. filia Palati-
natui aliquid adjecerit? non satis constat: contrarium potius ex *Aventino*
colligere licet, quando l. 7. scribit: *Albertus Imp. Rudolfo Elect. Palatino,*
G *suo ex sorore nepoti, ejusque fratri Ludovico & Matri Mechtildæ cum ob ma-
xima debita, quod omnia ferè jam oppignorata essent, tùm ob summas exactiones
& onera subditis imposita, ita ut Episcopi Bavariæ Rudolfo Electori, nisi ab
injustis hisce exactionibus desisteret, se diras inferiasque dicturos jam minati
fuerint, Anno* 1303. *Ulmæ præcepisse, ut secum in Aula permanerent & aliquot*
H *annis Bavariam non intrarent, VVigelino etiam, ut Bavariam procuraret
& ex reditibus debita solveret, injunxisse.* Ex hisce patet, eum non
tot tantisque allodialibus bonis, uti prædecessores ejus, Palatinatum auxis-
se, sed potius eundem totum postea perdidisse, cum à fratre *Ludovico* An.
1314. in Imperatorem electo ob denegatum, ut volunt, votum in Comites
I & Electione Reg. profligatus & omnibus suis ditionibus exutus fuisset, teste
Trithe-

Trithemio, *Aventino*, *Adelreitzero* in Annal. Bav. *Rudolfo* autem in Exilio in A
Anglia commorante Ludovicus Imper. tutorem & administratorem filiorum (*Adolfi*, *Rudolfi & Ruperti*) fratris sui ejusque uxoris Mechtildis *in partibus Rheni* constituit *Johannem* Comitem *Nassovio-VVisbadensem* Patruum *Mechtildis* supradictæ uxoris *Rudolfi exulis*. vid. Lehman Chron. Spir. l. 7. c. 26. v. literas ejusdem *Johannis* Nassovici de An. 1320. infra in Cod. diplom. Palat. Loca verò *Bavariæ* ipse Imperator in suam suscepit *tutelam* vid. Naucler. B
gener. 44. Deinde morte fratris ipsius An. 1319. comperta iram posuit Cæsar, & suos ex fratre *nepotes* plenissimè in gratiam recepit & variis beneficiis & favoribus prosecutus multa ipsis donavit. v. Freher. & Dubrav. in Hist. Bohem. & videns puerorum elegantiam dixisse fertur: *Pater ipsorum puerorum peccavit in me & non filii, nunquid filii portabunt iniquitatem Patris?* Statim itaque post obitum Patris eos ex Anglia revocasse C
v. Dubrav. l. cit. ipsisque statim *Palatinatum Rheni* una cum portione Bavariæ (quæ postea, ut jam supra dictum, Palatinatus superior dicta & quondam Nortgoviæ pars erat) *circa An.* 1320. & non demum An. 1329. ut quidam volunt, in transactione Paviensi (ubi in posteris, temporibus ad eorum petitionem nova terrarum divisio facta est, de qua supra diximus,) restituisse & ad Electoratum admisisse cognoscitur inter alia etiam ex Adolfi D
Elect. Palat. *litteris feudalibus* datis Henrico Comiti Nassovio *Dillenburgico* A. 1123. 1. Jan. ratione *Haygeri & Eberspach*, de quo jam supra dictum, quarum *Originalia cum sigillis* ipse vidi in Archivo Nassovio-Dillenburg: Hinc rectè *Nauclerus* gener. 44. *Rudolfo mortuo uxor ejus Metza cum filiis ad Heidelbergam declinavit*, *Ludovicus verò Imperator filiis qui minores erant tutor in Bavaria factus est.* Deinde post coronationem Romæ peractam Imperator Paviæ An. 1329. feria 6. ante Festum *S. Osvvaldi ut* Andreas Ratisbon. E
in Chron. Bav. Gebwold Consiliar. D. Bav. l. de Septemvir. p. 192. & in antithesi p. 11. n. 20. Rebdorf in chron. Bav. An. 15. regni Ludovici id est An. 1329. memorant, *plenariam restitutionem* novamque Bonorum divisionem F
instituit præsente Rudolfo Electore Palat. (cui Adolfus Elector primogenitus frater jam An. 1327. Electoratum resignaverat, vel qui ut alii cum Paræo in Hist. Pal. hoc A. jam defunctus fuerat) ut ex diplomatibus Ludovici Imp. dat. Romæ 1328. 14. Mart. & 15. Febr. ejusdem Anni apparet quæ vid. apud Meibom. de Ereѣt. Ducatur Brunswic. & Leibniz. in cod. Diplom. p. 129. 130. (ubi, nescio quo errore factum, Rudolfus hic perperam patruus G
Ludovici Imp. vocatur) atque hanc restitutionem (de cujus tempore dubitat *Aventinus*, quia eam alii ad Annum 1332. alii ad An. 1328. alii denique cum Lehmanno in Chr. Spir. l. 7. c. 29. ad An. 1327. rejiciunt) bonorum divisionem & transactionem ita factam fuisse *Aventinus* l. 7. p. 603. *Andreas* Ratisb. in Chr. Bav. aliique scriptores Bavari volunt, ut filii Imperatoris cum nepotibus ejus ex fratre in futura Regis Rom. electione *alternatim* suffragia H
ferrent. *Freherus* vero lib. de legitima tutela Elector. Palat. dubitare videtur *de hac divisione* æque ac *ordine* circa *alternationem* Juris Electoralis inter Palatinos & Bavariæ Duces v. Gebwoldi antithes. ad Freher. p. 11. Ratio dubitandi hæc est, quod in sequentibus temporibus apud Successores id minimè observatum fuerit; imò contrarium postea viventibus adhuc hisce Lu- I

dovici

A dovici Imp. ex fratre nepotibus An. 1356. expresse cautum est per *Auream Bullam Caroli* 4. & *Sigismundi* Imp. declarationem utramque per omnes *Imperii Electores* unanimiter confirmatam. v. Freher. not. ad Andreæ Presbyt. Ratisb. Chron. Bav. & in not. ad dictas. Bullas. Avent. l. 7. p. 603. Blarer à Geyersberg l. de Electoratu Palat. p. 153.

B Sub *Adolfo Rudolfi* Elect. Palat. primogenito ejusdemque in Electoratu Successore, nihil Palatinatui Rhenano, quantum constat, *accrevit*, quia exiguo tempore rebus gerendis præfuit. Cumque tranquillitatis quàm onerum Reipublicæ amantior esset, fratri *Rudolfo* A. 1327. ut dictum, Electoratum *resignavit* & *Ogersheimii* vitam tranquillam egit. Num aliquid cum uxore *Oetingensi Beatrice* (aliis Irmengarde) *dotis loco* acce-
C perit? nondum satis exploratum habemus. Interim *Ogersheimium* circumductis undique mœnibus in civitatis formam redegit. vid *Münster* Cosmogr. l. 5. c. 149. Locus hic antiquissimus & *Carolinis* temporibus *Agridesheim*, v. *Freher* Orig. P. p. 2. c. 13. *Ditmaro* verò *Agra*, de quo vid. infra in *Erenfrido* Pal. conspicitur & ibidem in ædibus publici Hospitii Statua Mercurii.
D v. Topograph. Palatin. Quomodo in bello Germanico bubulcus quidam, qui cæteris omnibus aufugientibus solus in oppido remanserat cum *Cordoua* copiarum Hispanicarum summo Præfecto capitulationem pro conservanda familia sua fecerit, legi debet in Theatro Europ. p. 599.

Ferunt & *Adolfum* nostrum *Johanne* Bavariæ Duce pronepote *Henrici* filii *Ottonis Illustris* An. 1340. 11. Kal. Jan. absque liberis defuncto, Ducatum quoque cum aliis ambiisse, sed judicio Statuum Imperii *Ludovico* Imp.
E qui gradu proximior erat, adjudicatum fuisse; *Adolfo* verò ex cessione partis Bavariæ infer. alio modo satisfactum fuisse, tradita ei veteris *Nortgoviæ parte*, quam posteri Palatinatum superiorem dixissent, de quo author quidam h. modo: Nach Ottonis illustris Dod bekam sein Sohn Ludovicus Severus die Pfaltz und Ober Bäyern / sein Bruder Henrich aber wi-
F der Bäyern / als aber mit seinem pronepote Joh. die Linie A. 1340. außgestorben/ haben sich Churfürst Adolf. (vid. & Reusneri Geneal.) und andere Oestreichische Freunde/ doch vom weiblichen Stam her/ angemeldet/ Käyser Ludwig schlug sich ins Mittel / und behaubtete als nechster Agnat, auch auff requisition der Stände den gantzen Anfall /
G und ist auff seine posteritet biß ins 11te Glied geblieben / die Ober-Pfaltz aber bekam Adolf. zur Satisfaction, wegen Hinterlassung Nie-Bäyern/ und ist diese hernach An. 1623. von Ferdinando Imp. an Hertzog Maximilian von Bäyern wegen gethanen Vorschusses der 13. Millionen an Geld und Volck von den Churfürstlichen confiscirten Landen sambt der Chur übergeben worden.

H *Rudolfus Adolfi* Electoris frater atque in *Electoratu* Pal. An. 1327. Successor Palatinatum Rhenanum adauxit.

i 1. *Villâ VVeinheim* (antiquis Winnenheim) in Strata montana ad fl. *VVisgorz*, hodie Weschnitz, quæ jam antea Archi-Episcopo Moguntino pro 5000. Pf. Heller à Palatinis oppignorata erat, A. verò 1346. Rudolfo ejusque fratri Ruperto (qui una Electoratum administraverant, uti inter
I alia etiam patet ex eorum literis de An. 1332. apud Lehmann. in chr. Spir. l. 7. c. 30.)

c. 30.) *per arbitros* adjudicata est *à Ludovico Imp.* uti constat ex Alberto A Argentin. in Chron. ad A. 1346. rem hoc modo exponente: *Henricus Archi-Episc. Mogunt. cum antea litem habuisset, cum Ruperto filio quondam Rudolfi (Balbi) fratris Principis (Lud. Imp.) propter castrum & oppidum VVinheim, & iisdem diebus litem haberet cum Marchione Misniæ genero Ludovici Imp. & lis Ducis Ruperti & Archi-Episc. Mogunt. in Imperatorem* B *compromissa fuisset, qui in Francofurt partibus terminum statuit, ac partes, cum mutuo cum armata gente inibi convenire niterentur, ac Imperator circa 4000. Galeatorum ibi convocasset: Robertus Dux videns se non posse inibi dominari cum paucis veniens & se deprehendi suspicans, repente recessit. Propter quod Imperator Moguntino adjudicat petita; Ducem in multis condemnando impensis. Post hæc Ruperto Duce* C *se cum, Patruo (Imperatore Ludovico) reformante, & iterum per Imperatorem partibus termino statuto: Imperator, qui VVinheim pro certa pecunia, pro qua obligatus dicebatur Archi-Episcopatui Mogunt. eidem Duci per Moguntinum restitui deberet, decrevit, de quo Moguntinus commotus: VVinheim cum omni jure suo capitulo resignavit, dicens: Se sine illis compromittere nequivisse, & ex tunc quæsivit se absolvi à Papa: sed* D *cum Papa eum nimis astringere vellet, non solum contra Ludovicum Imp. sed etiam contra jura Imperii, nuncii ejus infecto negotio sunt reversi, ipseque se cum Duce (Ruperto) & Imperatore reformavit.* Hucusque Albertus, adde Lehman. Chron. Spir. l. 7. c. 16. p. 749.

Quomodo autem primum ad Rheni Palatinos pervenerit, E *ipse Münsterus* aliique ignorant. Si conjecturæ locus, videtur *Ottonem Illustrem* Palatinum Rheni oppidum illud cum castro aliisque pertinentiis *à Friderico 2. Imperatore* obtinuisse eodem tempore, quo Imperator *Abbatiam* ditissimam *Laurishaimensem Sigefrido* Archi-Episcopo Moguntino donavit, donationemque diplomate dato Aquilejæ 1232. m. April. confirmavit, quia certum est, oppidum & arcem *VVinnenheim* cum arce adjacente *VVindenck* (Windeck) ad F monasterium Laurishaimense antiquitus spectasse. Unde in chron. Laurishaimensi legitur: *Abbatem* quondam dicti Monasterii arcem hanc suam destruxisse, eandemque postea iterum ad ipsius Monasterii defensionem exstruxisse &c. & alibi ad Annum 876. *Ludovicus* 3. Rex Germaniæ, qui Patrem Ludovicum in Monasterio Laurishaim. sepelivit, *VVerinhero* Comiti Anno 876. prædium suum G in *VVinenheim* tradidit, qui idem in Monasterium *Laurishaimense* transmisit, uti & ipse Werinherus in Ecclesia sæpe dicta sepultus est. *Porro in MS.* quodam legitur: Eandem villam cum aliis dicti Monasterii *feudis Regalibus* (Fahn = Lehen) postea ad Palatinos pervenisse, v. *Freherus Orig. Palatin.* pag. 1. H cap. 7. & p. 2. cap. 5. *Sprenger Lucer.* Stat. Imper. pag. 318 Antiquitatem verò loci hujus quidam probare conantur ex *lapidibus* quibusdam *antiquis* in vineis *ibidem* effossis, quibus vocabulum *Oenotria*

 inscul- I

A insculptum erat, adeoque Romanos quondam ejusdem nominis urbem hic exstruxisse, eandemque postea *Francos* eorum hostes destruxisse, ex reliquiis autem hujus oppidulum Weinheim postea emersisse, autumant, à vino sic dictum. Imò etiam jam ante 700. Annos plurimas vineas hic exstitisse volunt, Carolinis temporibus *VVinenheim*, & in literis fundationis monasterii *VVisensteigs* de An. 861. *VVindenheim* nuncupabatur, quapropter etiam arx jam destructa oppidi tergo incumbens adhuc hodiè *VVindeck* (& Windenck Et sunt qui statuunt, eundem hunc locum Windegasti (Windeckgasti, unius ex auctoribus Legis salicæ patriam quondam fuisse, quia in legibus Francorum legitur, 4. Nobiles Francos electos fuisse ad judicium exercendum in tribus illis trans Rhenum existentibus

B

C Centenis, *Salheim*, *Bodenheim* & *VVindenheim*.

2. Oppido *Schriesheim*, & adjacente Castro *Stralenberg*, quæ A. 1347. *emtionis* titulo acquisivit à *Sigefrido* Domino in Stralenberg. v. Sprenger Lucern: Stat: Imp. p. 318. quæ postea ad Ruperti Regis Rom. filium *Stephanum Ducem Bipontinum* ejusque filium *Ludovicum Cognomento Nigrum* pervenere cum pertinentiis, cui tandem Fridericus Victoriosus Elect. Palat. in

D bello contra Fridericum 4. Imper. cujus ipse Ludovicus Exercitus Dux erat, A. 1470. occupato devastatoque castro *Stralenberg* ademerat, à quo tempore oppidum hoc cum eò pertinentibus pagis (hodiè die Schrießheimer cent.) constanter apud Electores Palat. permansit, ita tamen, ut semper *Abbatem Monasterii Elvvangensis* tanquam *feudi Dominum* recognoverint, prout docent Trithemius l. de gestis Frid. I. Elect. Pal. & auctor. Topograph. Palatinatus, voce Schrießheim.

Porrò etiam An. 1329. *Rudolfus*, ejusque frater *Rupertus* Senior Palatini Præsides Pagi Spirensis (zu Obersten Land-Vögten deß Speyergaws) à Ludovico Imperatore Patruo eorum constituti sunt. v. Lehmann. Chr.

F Spir. l. 4. c. 7. An. 1315. idem Imperator profligato fratre in ejusdem pagi præfectum elegit *Georgium Comitem de Veldentz*, eique *Germersheimium* pro sede & habitatione assignavit; *Fridericus* verò Austriacus Anticæsar Præsidem hujus pagi constituit *nobilem virum de Ochsenstein*, eique oppidum *Landau* pro habitatione addixit. v. Lehmann l. cit.

G *Rupertus* cognomento *Ruffus* & *Senior* Rudolfi frater ejusdemque in Electoratu 1353. Successor Palatinatui Rhenano adjecit.

1. *Umstad* oppidum cum Præfectura & adjacente Castro *Utzberg in* Sylva *Ottoniana*, cujus dimidiam partem ab Abbate *Fuldensi* A..... *emptionis* titulo acquisivit (doch ohne den Kirchen Satz und das Kloster Höchst) *alteram* verò partem Comites Hanoviæ possidebant, sed utraq;

H *VVilhelmo Hassiæ Landgravio* A. 1504. in bello *Palatino-Bavarico* cessit ob Sumptus demandatæ *Cæsareæ executionis* adversus *Philippum* Electorem Palat: Deinde cum *Hanoviensis* alio modo satisfactum esset, *Elector Palatinus* & *Hassiæ Landgravius* per pacta An. 1521. sancita, *communem* ejus *pos-*

I *sessionem*, quæ hodienum durat, inierunt. v. *Sprenger. Ellych.* p. 1765. ita tamen ut *feudum Castrense* (der Burg Lehen) *in Umstad*

com-

communi jure habendum concederetur. Poſt 30. Annos *Landgravius* A
Palatino partem ſuam pro 18000. floren. *oppignoravit*, Anno autem 1570.
reluitione factâ Elector *Palatinus Georgio* Landgravio Haſſo-Darmſtadiano
An. 1593. pro 16000. floren. Rhen. *pignoris loco* conceſſit; Manifeſtum etiam
Electoris Palatini de Anno 1639. docet Landgravium Haſſo-Darmſtadianum
Præfecturas illas *Umſtadt* & *Utzberg* demum in bello nupero Pa- B
latino Bavarico à Palatinis acquiſiviſſe. v. Topograph. Palatinatus.

2. *Hagenbach* arcem & oppidum cum Præfectura (**der Kelleren und Vogtey**) quæ ad Majorem Præfecturam Germersheimenſem jam ſpectat
à Carolo 4. Imp. A..... accepit. v. *Spreng. Ellychn.* p. 1761. & authorem C
topograph. Palatin. p. 22. 67. idem oppidum *Hagenbach* & *Speck* diu ante
Gebhardus Epiſ. Spirens: à *Ludovico* Rege German. An. 848. 13. Kal. April.
Francofurti *dono accepit*, teſte *Lehmanno* in Chr. Spir. l. 3. c. 44. Quomodo
autem poſtea iterum ad Imperium pervenerit? non ſatis liquet. In eodem
illo tractu conſpicitur & oppidulum *Neuburg* una cum arce vetuſtate
jam collapſa, quod antea terræ continenti ſoloque Germanico, referente D
Frehero in Orig. Palat. p. 2. c. 16. adhæſerat: poſtea verò cum *Rhenus* aliquando
inſolito cresceret, oppidulum hoc in *Inſula* formam transmutavit,
eodemque poſtea curſum ſuum planè immutante illud Palatini nunc & Auſtriaci
juris oppidulum à ſolo Germanico avulſit & Galliæ finibus addixit.

3. *Billickheim* in præfectura Germersheimenſi, quod cum pertinentiis E
Carolus 4. Imper. quondam oppignoraverat; *Rupertus* verò ſenior vi Privilegii
Palatinis antiquitus conceſſi, datis A .... 4000. florenis reluitione acquiſivit,
(gaudent enim Palatini jam ab antiquo Privilegio, quo omnia *Imperii loca*
ab Imperatoribus alienata vel oppignorata *eodem pretio* reluere poſſunt. v.
Freher. in Orig. Palat. p. 1. c. 16. Topograph. Palat. p. 15.) In antiquis Documentis
& Imperii Matriculis *Civitas* vocatur. Perhibent enim, *Julium Cæ*- F
ſarem in hoc terrarum tractu *Ariovistum* R. prœlio viciſſe, & poſt victoriam
tropħæa hic, ſimulque Caſtrum erexiſſe, à quo poſtea urbem *Victoriam Bellonam*
& juxta idioma Germanicum contractè *Belligkheim* emerſiſſe,
ſed eandem An. 450. *ab Attila*, omnia ſimul in Palatinatu vaſtante, everſam,
non niſi exiguum pagum remanſiſſe atque in eo poſtea Conradum 2. Imp. G
Eccleſiam exſtruxiſſe.

Ingelheimium oppidum Imperiale cum pertinentiis in Pago Navenſi (Naſgavv) ubi A. 1337. Torneamentum celebratum. Fertur, *Carolum Magnum* hic An. 742. 28. Januar. primò lucem aſpexiſſe,
quam opinionem fovent *Theodor. Niem* Comment. *Lupoldus de Babenberg*, de jur. rig. l. 3. *Irenicus* Exeg. G. l. 3. c. 18. *Cuſpinian.* aliique H
quam plurimi, at hi falluntur, cum Palatium ipſe hic demum
exſtruxerit: teſtibus Eginhardo & Wandelberto. v. Act. ſanct.
Mabillonii ſec. 2. p. 292. ex Helmoldo. Alii in Caſtro *Carsburg*
in Bav. juxta Monachium, ut *Aventin.* in A. B. *Lazius* l. de migrat. gent. l. 7. *Reusner.* Alii in villa quadam *juxta Leodium*, ut I
VVinckelmann, alii.....

A Alii Scriptores Gallici cum *Mabillonio* l. de re diplom.
l. 4. p. 287.
Parisiis vel in vicino quodam Lutetiæ Palatio ; Verùm Pa-
triam ejus 8. sæculis imò ipsi etiam *Eginbardo* Carolo adeo familia-
ri ignoratam Curtem scil. quandam in *Vargalatha Touringiæ* præ-
fectura ad Archi-Epis. Moguntinum spectante ipsius *Caroli* assertio-
B ne in diplomate donationis factæ monasterio Fuldensi rectius osten-
disse videtur cum *Brovvero* in Antiq. Fuldens. l. 3. c. 12. *Reinesius*
V. Lect. l. 2. c. 16. p. 256. adde Chifletium in Vindic. Hispan.
c. 9. p. 86. Cl. Sagittar. in Thuring. Wimphelingium apud *Schardium*
auth. der merckwürdigen Geschichten von Thuring. p. 124.
277. quo diplom. Carolus Monasterio hisce verbis donat: *terram*
C *conceptionis nostræ hoc est totam provinciam circa fluv. Unstrut*,
ipsamque curtem in Vargalatha cum omni proprietate, sicut eam nos
à parentibus nostris accepimus &c.
Oppenheimium oppidum Imperiale (quondam villa in Comi-
tatu Zeizolfi) in pago Wormatiensi cum arce *Landscron* cum
pertinentiis, de quo *Chronicon Laurishaimense* & ex eo *Lehmann*
D in Chron. spir. testatur *Carolum Magnum* An. 775. *Gundelando* Ab-
bati Laurishaimensi villam *Oppenheim donasse* & *Theodruchum*
ejusdem monasterii Abbatem Lotharii Imp. tempore *Ecclesiam* in
eadem exstruxisse. Quomodò autem postea ad Imperium ite-
rum pervenerit, certò mihi non constat, quidam sub *Conrado* 2.
E Imp. permutatione factâ ad *Imperium redisse* scribunt. v. author.
Topograph. Palatin. p. 40. certum interim est *Carolum* 4. Imp. A.
1356. urbi liberæ Imperiali Moguntinensi pro 33000. floren: Flo-
rent. *oppignorasse Oppenheim* oppidum cum burgo, *Odernheim*,
Schvvabsberg, *Nierstein*, *Ingelnheim* & *Ingelheim*, *VVinter-
heim*, cum pertinentiis, ut ex diplomate ejus, quod vid. infra in *Co-
dice nostro Diplomatico Palatino*, evidens est, & *Albertus Argent.*
F in Chron. scribit: *Carolum* 4. eadem Imperii loca Moguntinensi Ar-
chi-Episcopo pro 90000. floren. oppignorata datâ pecuniâ ad Im-
perium reduxisse. Verùm eundem Imp. postea idem oppidum
cum aliis Imperii locis *Ruperto* seniori Electori Palatino pignoris
loco dedisse *Münsterus*, *Trithemius*, *Aventinus*, *Casp. à Lerch*, *Fre-*
G *herus*, *Limnæus*, *Sprengerus*, testantur. Imò *Oppenheimium* jam an-
te *Carolum* 4. sub *Ludovico* 5. Imp. ad Palatinos pignoris loco per-
venisse docet *Freher* in Orig. Pal. p. 2. c. 15. & ex eo Paullini lib. de
Pagis Germ. p. 252. Interim dispalescit ex privilegio *Ruperti* Reg.
Rom. Civitati Oppenheim An. 1401. concesso, quod eadem urbs
H tum temporis adhuc ad Imperium spectaverit. v. Freher. l. c. A.
vero 1402. demum ad Rheni Palatinos pervenisse scribit Münste-
rus.
Lutram Cæsaream (Kayserslautern) oppidum cum pertinent.
à Palatio *à Friderico* 1. Imp. Barbarossa ibidem An. 1157. exstructo
I sic dictum, eximium inter omnes Civitates *Vosagi* (Watgau) de-
cus atque *bujus Lutrensis Principatus* nomine *Fridericus* 4. Elect.
Palat.

à Carolo 4. Imperatore Ruperto Seniori Com. Palat. Rhen. Electori. pro 100000 florenis. oppignorata fuisse testantur. *Münsterus* Cosmogr. l. 5. c. 150. *Trithem.* in Chron. Hirsaug. p. 2. p. 619. *Aventin.* in Ann. Bav. l. 4. *Casp. à Lerch* de Equest. ord. fund. 12: sum: 11: *Freher.* Orig. Pal. p. 2: c: 11 & 13: in not. ad *Pet. de Andlo* l. 10. p. 157 *Limnæus* Jur. Publ. l. 1. 155. p 24. *Sprenger.* Lucer. Statuum Imp. p. 320. & tandem. author Topograph. Palat. p. 40. Palatinis Ruperto scil. modo dicto An. 1375. a Carolo 4. in feudum concessa fuere.

Palat. peculiare votum in Comitiis An. 1598. obtinuit. v. *Freher.* & A
auctores Jur. Publ. Verum Lutramhanc Cæs. An. 1402. demum
ad Palatinos cum omni jurisdict. pervenisse scribit Münsterus l. 5.
c. 150.

7. *Odernheimium* oppid. Imperiale cum pertinentiis. In anti- 7
quis documentis legitur, plerosque hujus oppidi reditus quondam, nescio quâ origine, ad *Canonicos Suetenses* spectasse eosdemque Canonicos An. 1258. hos reditus *Moguntinensibus* Canonicis pretio 1040. librarum Metensium vendidisse. B

8. *Ladenburgum* (Lobdunum quondam, de quo eruditiss. tractatum scripsit Cl. Freherus An. 1618. de quo vid. & supra in Conrado num. 9.) urbem pro medietate An. 1371. *emtionis* titulo acquisivit juxta Palatinos docentes, controversiam inter *Salomonem* Episcopum Wormat. & *VValrabum* Comitem Spanheimensem exortam fuisse atque Episcopum dicto Comiti ejusque hæredibus *Mediam* urbis partem & arcis *Stein* cum annexis An. 1363. die S. Margarethæ cessisse: Bello autem postea nato inter *VValrabum* hunc Com. & nobiles quosdam urbem ab his occupatam fuisse, ejusdemque mediam partem ipsis ereptam non diu post *Ruperto* Seniori Electori Palatino A. 1371. in die Purificat. B. Mar. pro 6000. aureis vendidisse, ita ut non pignus sed proprietas sit. Testibus literis authenticis, quarum tenorem exhibet *Rusdorf* in *Justitia Causæ Palatinæ* p. 279. contradicunt *VVormatienses* producentes literas *oppignoratitias* Episcopi, quas vid. apud authorem vindiciarum contra *VVildfangiatum* Palat. ad 1635. E quibus perspicitur *Rupertum* Palat. successisse *in jus pignoris*, quod primum *Dittericus*, Epis. Wormat. cum consensu Capituli Walrabo Comiti Spanh. loco 21000. florenorum constituerat in Ladenburg, & Stein pro medietate, de quibus 21000. flor. *Rupertus* remiserat 6000. in honorem *S. Petri*, ita ut ab illo tempore Elector Palatinus & Episcopus Wormat. Ladenburg & Stein cum suis pertinentiis *indivisim* & singuli pro medietate tenuerint; reservatâ tamen, ut loquitur Sprenger. in Lucer. Stat. Imp. p. 318. & in addit. p. 619. Episcopo *Salâ* S. Palatio in Ladenburg, ita ut Electori Palatino salva sit communio redituum & viarum intra & extra turrim à Nicrof. Neccaro sic dictam, quin etiam libeta ad curiæ Turrim, quæ portæ adjacet, accessio, quemadmodum & reliqua Ladenburgi in communione veniunt, adeò quidem, ut illi Castrenses Cives Turrium portarumque custodes & excubitores subjiciantur. Interim certum est Episcopum *Salomonem* Palatini Electoris protectionem de novo ambiisse (advocati enim Ecclesiæ Wormat. jam diu ante Rheni Palatini fuere supra n. 9. in Conrado diximus) se suosque An. 1353. *in tutelam Electoris Palat.* dedisse, *hujus Capellanum se Episcopum*, hujus Capellanum se Capitulum scripsisse, testibus hodieque literis authenticis, ita ut postea totus clerus *VVormatiensis* An. 1367. die veneris in festo S. Jacobi datis omnium & singularum Ecclesiarum sigillis confirmatis literis tecta, bona omnemque fortunam suam conservatam *Electori Palatino* in acceptis tulerit, eidemque se porro protegendum commendaverit constitutis promissisque precibus anniversariis, vigiliis, missisque certis diebus pro salute & incolumi-

A lumitate Electorum Palat. æternum celebrandis. Eandem protectionem *Echardus* Episcopus Wormat. A. 1387. ipsa die, qua Instrumentum super pignore *Ladenburg* confectum est, luculenter agnovit, & pro se suisque successoribus confirmavit, simulque Pal. una cum Capitulo pacto perpetuo promisit, nullum Episcopum vel Canonicum in Ecclesiam Wormatiensem receptum iri, antequam se omnia pacti illius contenta servaturum data B scripta cautione pollicitus esset, uti *Rusdorf* in Justitia Causæ Palat. fusius docet.

(*a*) *Ladenburgum* Romanorum opus est antiquissimum à *Valentiniano* extructum: testatur enim *Ammian. Marcellin. Valentinianum* Imp. per milites *memorabile opus ad Nicrum extruxisse*, quod opus primitus non *Latino-burgum*, ut *Leodius* voluit in vita Frid. II. Elect. Pal. p. 23. sed *Valenti-* C *noburgum* dictum fuisse, inde Germanorum detorsione *Valentinburg*, *Ulatinburg* in ore Barbarorum natum, tandem in *Latinburg* degenerâsse. Eodem modo, quo ex *Uratislaviâ Preslau* factum fuit, ut Freherus in eruditiss. tractatu de Origine Urbis Lobodunens. p. 28. certo sibi persuasus eruditique omnes existimant, patet etiam id ex plurimis ibidem effossis Romanorum antiquitatibus, quas vid. apud Freher. l. cit. Posteris Caro- D lingorum temporibus *Loboduna*, Lobodunum, & *Lobdenburg* nuncupatum: hinc *pagus Lobodonensis*, qui quondam complectebatur 70. villulas s. pagos. (Dörffer) de quo sup. dictum, *Bruschius* de Episc. Germ. c. 7. *Eisengrun.* de Episc. Spir. *Spangenberg* Adelsspiegel c. 10. c. 15. aliique vo- E lunt, *Dagobertum* Franciæ Regem Ecclesiæ Wormatiensi totum hunc pagum *Lobod.* donasse; Episcopos etiam Wormat. ab eo temp. totum hunc *Comitatum* s. pagum quietos possedisse usque ad tempora *Dieterici* F Episc. sub quo *Ladenburg pro medietate VValrabo* Comit. Spanh. oppignoratum fuerit. Docet & *Freherus* noster Rheni Palatinos *judicium* suum *Aulicum* in Civitate hac Ladenburgensi quondam habuisse (hielten vor etlichen 100. Jahren ihr Hof-Gericht hier/ehe man noch von Heidelberg wenig wuste) fuit & *Ladenburg* pagus s. Comitatus in finibus G *Franciæ antiqua* Regemque *Dagobertum* I. Dominum recognoscens, ipsa verò Urbs omnium vicinarum antiquissima, imò *Metropolis* fuit *Germaniæ* antiquæ seu Barbaricæ *Cis Rhenanæ*, antequam *Heidelberga* in Urbis formam redacta fuerat.

9. *VVeingarthen* oppidi & arcis mediam partem A. 1370. à *Johanne* H Domino in *Schmalenstein* pretio 5760. floren. acquisivit, & postea An. 1407. *Rupertus* Rom. Rex sextam partem in majori decimâ (am grossen Zehenden) à *Rabano* Episcopo Spirensi 600. floren. Rhenens. pretio acquisivit. In sequentibus verò temporibus *Philippus* Elector Palat. à *Christophoro* March. Badensi A. 1504. *emit. totum oppidum*, arcem una cum Præfectura (der Kellerey) pro 12000. floren. Rhenan. cum pacto de retrovendendo, doch also/ I daß die dasige Kellerey auff Chur-Pfaltz Unkosten wider erbaut/ und in der Ablösung zum Kauff-Schilling solte geschlagen werden. vid. Auth. Topograph. Palatin.

10. *Laudam* (Lauden/ Luden) arcem & oppidum cum præfectura ad Tubaram *emtionis* titulo à Comitibus ab *Hohenlohe* A. 1398. pretio 10000. flor.

flor. Rhen. acquisivisse testatur *Münsterus* & *Sprenger.* in Lucer. Stat. Imp. pag. A
319. quod tamen rectius (quia *Rupertus* hic jam A. 1390. vivere desiit) *Ruperto* vel *Duro* vel ejus filio *Regi Romanorum* adscribitur: hodie Duces *VVürtenbergicos* Dominos recognoscit v. Topog. Palat. p. 72. & in Decrementis Palat. infra.

11. Sic & *Lahnburg* A. 1344. oppignoratum fuit *Ruperto* Palatino ab *Ottone* Comite *Nassovio-Dillenburg.* & quidem pretio 4000. **Pf. Heller** teste Instrumento super hoc confecto, quodque asservatur in Archivo Nassov. Dillenburgico. B

12. *Hemau* oppidum juxta Ratisbonam cum pertinentiis A. 1376. *Johanni* Domino in *Schvveinsheim* pro 12000. floren. *emisse* ex Ms. quodam docet *Zeiler* in Topograph. Bavariæ.

Sic & 24. *Suevicæ Urbes* in tutelam & protectionem *Ruperti* Palatini nostri, repudiato *Eberhardo* Comite Würtenbergico, in cujus tutela antea C
erant, à *Carolo* IV. Imp. traditas fuisse. Alb. Argent. testatur, adde Mager, in Advocatia Armata c. 5. n. 529.

13. *Academiam Heidelbergensem* A. 1346. fundavit in formam *Parisiensis*, quæ deinde (*a*) A. 1386. 18. Octob. sub eodem Ruperto nostro introducta, teste *nummo Academico* tempore Jubilæi A. 1686. 15. & 25. Nov. cuso, à duobus insequentibus *Rupertis, Duro* & *Clemente* cognominatis, insigniter dotata & plenius instructa est, additis duabus disciplinis reliquis, ita ut *stilo Parisiensis* Academiæ dicta sit, & ad eum modum pleræque Academiæ in Germania in 4. Corpora divisæ fuerint; nunc verò à Gallis fidem non servantibus facta Capitulatione Urbis *Heidelberg.* crudeliter destructa, &c, ut loquitur Cl. *H. Coccejus*, ejusdem Academiæ quondam Profess. Celeber. in lib. de Jur. Publ. prudent. c. 31. §. 4. p. 440. *à Matris suæ Patronis*, quantum ad ædificia quidem, proh! *in cineres redacta est.* D E

(*a*) *Leodius* fundationem ejus a 1 A. 1348. & *Freherus* in brevi Chron. Urbis Heidelb. in append. ad Leod. p. 301. eam A. 1376. sub *Urbano* Pontif. Rom. & *VVenceslao* Imp. fundatam scribit cum *Münstero* in Cosmog. l. 3. c. 352. *VVimphelingo* in Epit. Germ. c. 52. *Irenico* in Exeg. Germ. l. 11. F
& *Georg. Sohnio* in Orat. de Academia Heidelberg.

Fuit & præterea *Rupertus* Palatinus noster *novus Urbis Heidelbergensis Instaurator* post aquarum inundationem & incendium de A. 1278. & 1288. Adjecit enim circa A. 1388. suburbio Spirensi antiquam illam & jam Carolinis temporibus exstantem villam *Bercheim*, à navigio actuario (**Bercke**) sic dictam, & novam Civitatem appellavit, jussis immigrare colonis Bercheimensibus, ædificia sua in novam illam civitatem non sine privilegiis & G
suppeditatione materiarum exstruere cœperunt & Ecclesia Parochialis Heidelbergam translata est. v. *Hartman. ab Epping.* l. 2. observ. 2. Omnia deinde in unum Corpus coaluere, & nomen villæ Bercheim in oblivionem venit, & non nisi molendinum (**die Bercheimer Mühl**) superstet ha- H
buit, ut & viam veterem (**die alte Landstraß**). Palatinum porrò nostrum Heidelbergam quoque de novo, ut & Wiselochium mœnibus cinxisse *Münsterus* l. cit. & ex Ms. *Author Topographiæ* Palatinatus docent. Deinde etiam A. 1390. Ecclesiam S. Ægidii in *Neustat* in pago Spirensi, unde etiam Urbs I
Neapolis Nemetum dicta est, in fine Westrasiæ, in amœnissimo loco vulgo Hart

sitam

A sitam exstruxit, so 16. Chorherren gehabt/ davon hernach 4. præbenden der Universität zu Heidelberg übergeben worden. v. Topograph. Palat. p. 38.

Rupertus Cognomento Durus filius *Adolfi* Elect. Palat. Patruo suo *Ruperto* Seniori tranquillitatis publicæ ergo *Palatinatum Rheni jusque Electionis* ad dies vitæ permisit, jure tamen *Successionis* sibi reservato: ipse vitam tranquillam egit *Ambergæ* in superiori Palatinatu, cui etiam adjecit Ur-
B bes, oppida, Castella ut: *Hersbruck, Reicheneck, Perngavv, VVeiden, Laufen, Rosenberg, Hirschau, Sultzbach*, aliaque in Saltu Hercinio f. Sylva Bohemica existentia loca, quæ *Carolus* IV. Imp. dotis loco cum *Annâ* unica *Rudolfi* Electoris Palat. filia A. 1349. Mense Martio Dominica Quadragesimæ ducta & A. 1356. sine prole mortua (peperit quidem hæc A. 1350. Pragæ filium nomine *VVenceslaum*, sed hic non diu post in Infantia exstinctus est vid. *Alb. Ar-*
C *gent. Chron.* Hanc quoque *Trithemius* in Chron. Hirs. ad A 1330. & *Aventinus* in A. Bav. perperam *Margaretham* vocarunt) acceperat & occupaverat. Ipse cum filio *Ruperto* postea Rege Rom. sub *VVenceslao* Imp. A. 1388. armis repetiit, suppetias ferentibus *Alberto, Stephano, Friderico*, & *Johanne* Bavariæ Ducibus Consanguineis suis, teste *Andreâ Presbyt.* Ratisb. in Chr. D. Bav. quorum locorum permulta jam vi occupaverat. Reliqua vero *Rupertus* ejus filius postea Rex Rom. factus superiori Palatinatui resti-
D tuit, quamvis Aventinus & Trithemius in Chron. Hirs. ad A. 1373. p. 263. omnium locorum recuperationem *soli Ruperto* Regi adscribant. Alii verò ut *Reichard Streinen* Baro de Schvvartzenavv in seinem Bedencken vom Königreich Böhmen p. 176. 174. 191. *ex Diplomate Gerlaci* Archi-Epis. Mogunt. dat. Nurnberg. 1355. die S. Thomæ docent, ipsum *Gerlacum* in
3. A. 1468. In der Wochen vor Cantate ist Graf Ulrich von Würtenberg ledig worden/ er soll geben 100000. fl./ dieselbe zahlen in 10. Jahren/ oder soll nach der Frist Güld davon geben/ jetzund soll er ge-
C ben 40000. fl. dafür hat er ihm eingeben Löwenstein und Meckmühl/ die seine Frau inne gehabt/ und soll Marbach mit seinem Zugehör zu Manlehen empfangen/ so er diß nicht thun will/soll er geben 50000. fl./seine Ritterschafft ist auch verbündlich wie die andere/ auch alle Kleinodien die seine Frau (*a*) hinweg hat/wider geben.

(*a*) Hæc fuit Margaretha filia Amadæi 4. Principis Sabaudiæ, qui
D Papa Electus Felix dictus est, & primò Matrimonio juncta fuit Ludovico Andegavensi Regi Siciliæ, secundò Ludovico Electori Palat., quo An. 1449. defuncto 3tio nupsit Ulrico Comiti Würtenbergico An. 1453. obiit 1479. 3. Septemb.

5. *Wachenheim* oppidum in pago Spirensi, tempore Caro-
E lingorum Wackenheim dictum quondam ad Electores pertinuit & Palatinatui Rheni, vel tempore Conradi Comitis Palat. Rheni A.1140. ratione Matris Bipontinæ, vel sub Ottone Illustri Rheni Palatino accrevit, cujus filius Ludovicus Severus Elector Palat. arcem & oppidum hoc A.1289. Annæ uxori primogeniti sui Lu-
F dovici, (sicut Castrum & oppidum Heidelberg uxori suæ Mechtildi) in sedem constituit, uti ex Ms.^to quodam docet Zeil. in Topog. Palat. p. 52. ubi & ex Casp. a Lerch. de Eoquest. ord. fund. 2. sum 9, tradit. daß allhier das uralte von Fränckischen Königen und von Conradо II. Salico Imp. herrührendes Burg-
G manschaffts Schloß vor Zeiten Wachtenburg genent wordē/ welches annoch Ludovicus Niger Comes Palat. Bipontinus (qui arcem & oppidum hoc cum aliis reliendis à fratre Friderico acceperat. vid. supr. n. 19.) mit den daselbst eingeerbtē Reichsfreyen Ritterlichen Burgmannen A.1470. innen gehabt/ des-
H sen rudera noch zu sehen. Quomodo autem arx hæc excisa devastataque fuerit à Friderico Palatino Elect. A. 1471. m. Junio vid. Trithem. l. de gestis Friderici I. & in Chron. Spanheim p. 386. Chron. Palat. Ms. ab Informatore filiorum Philippi Elect. Pal. conscriptum, & supra citatum, & Lehmann: Chron. Spir. l. 7. c. 11. Casp. à Lerch. l. cit. Mense Octobri ejusd. anni die S. Galli arx Ru-
I prechtseck occupata atq; in ea capti Rheinhardus Comes Rhe-

nens.

nens. & 12. Nobiles cum 43. militibus postea una cum arce Erfenstein aliisque exusta est à Palatino. v. Trithem. l. cit. A

6. Lambsheim oppidulum cum arce, quod antea Rupertus Rex filio suo Stephano, & hic primogenito suo Friderico assignaverat. Quia autem hoc cum aliis supra n. 19. adductis locis graviter oppignoratum erat, Fridericus fratri suo Ludovico, tradidit. v. Spreng. Lucer. p. 317. tandem Fridericus Victoriosus noster illud A. 1471. die Sabbathi in Festo ad vincula S. Petri armis acquisivit. vid. Chron. Ms. Palatinum supra citatum. B

7. Freinsheimium. Quod eodem modo Lud. D. Bipontinus à Fratre Friderico acceperat, jam Præfecturæ Neostadiensi subest. C

8. Ogersheimium oppidum, Ditmaro Agra, Adolfi Electoris Palat. quondam sedes. v. supra. n. 15. quodque primitus per Conradum Rheni Palatinum Comitem Gemini Pontis ratione Matris Bipontinæ ad Palatinos pervenisse haud incredibile est. Postea per Rupertum Regem ad filium Stephanum & ab hoc ad primogenitum Fridericum, & rursus ab hoc ad Ludovicum Nigrum Bipontinum devenit, uti jam supra n. 19. ostensum. D

9. Schriesheimium oppidum cum arce incumbente Stralenburg. de quo supra n. 16. quando scil. ad Rheni Palatinos pervenerit fusius dictum; Deinde per Rupertum Regē ad filium Stephanum, & ab hoc ad filium Ludovicū pervenit. Quomodo Frid. Elect. oppidum illud occupaverit, & arcem Stralenburg A. 1471. septimo post Pascha die (vel, ut alii, die S. Servatii) ut & alterā arcem Schauenburg, (aliis Schaumburg) pago Dossenheim incumbentem fundit' destruxerit: de hoc vid. Trithem. de gestis, Frid. I. Elect. & Chron. Ms. tum Palat. ita: 1461 nach S. Margrethen Tag ward Fried gemacht zwischen Chur-Pfaltz Friederich und Mentz/durch Vermittelung Chur-Trier/Cöllen/Baden und Grafen von Katzenelenbogen/ am selben Tag kam Chur-Mentz von Geroltzem gerittē auf die neue Hütte bey Worms/ da kam Pfaltzgr. Fried. von Weißhofen zu ihm/ und stiegen von Pferdē/und umbhalßten sich/und ward da verglichen/daß Schauenburg/Dossenheim (welches am Donnerstag vor dem Palmtag von den Faut zu Heidelberg abgebrandt ward) und Hendschuchheim mit aller ihrer Zugehör zu ewigen Zeiten der Pfaltz bleiben/ und soll Mayntz Pfaltzgrafen Fried. geben 11000. fl. die ihm vorgesprochen waren von der Eigenschafft bey Largim-Rincken/und solte darzu der Bischoff dem Pfaltzgrafen verlegen 12000. fl / die verwiß er ihm off der Stadt Diebburg/ die solte der Pfaltzgraf inne han/als lang/biß man ihm die 12000. fl. gebe/ und solten darauff alle Gefangene ledig seyn/ꝛc. E F G H

10. Arnsheimium oppidulum cum arce inter Crucenacum & Altzeyam in tractu terr. im grösseren Gaw dicto, ubi Ludovicū Bipont. olim firmissimum Castrum habuisse scribitur, v. supra in Friderico. Porto per multa & alia acque cmulta acquisivit in bello hoc contra Ludovicū Nigrum Bipont. de quo Chron Ms. Palatin.

A modo: A.1460. verbrandten Hertzog Ludwig und der Graf von
Leiningen Schuenheim / Danstatt / Meckenheim / das Kloster
Ufferthal, Heppenheim, Babenheim, Hocheim, A.1461. auff S.
Medardi zog Pfaltzgraf Friederich auß vor Meisenheim / be-
lagerte Hertzog Ludwig darinnen / da ergab er sich / kam zu
Pfaltzgraffen Fridrichen ins Lager / fiel auff seine Knie und
B bath umb Frieden / da sprach der Pfaltzgraff; Vetter ihr het-
ten uch und mich solches wol erlassen / daß also viel arme Leut
mit darum verdorben werrent / da sprach Hertz: Ludwig /
Vetter es ist mir leit / ich bin darzu verhetzet worden / und
will nimmermehr wider uch gethun / und also hub er und der
Marckgraff Hertzogen Ludwig wider uff / und ward also Frie-
C de gemacht. Zum ersten soll Hertz: Ludwig sein Lehen an der
Warth empfahen Lichtenberg mit seinem Zugehör von dem
Pfaltzgraffen / und nimmermehr wider ihn kriegen / und
hat er ihm zu Pfand gesetzt / die Stäte Meisenhem / Arassen /
Bergzabern und Anweiler und 1300. fl. die Hertz. Ludwig uf
D den 2. Zöllen Cub und Bacharach hatte / die sollen halbe abe
sin / und die übrige 700. fl. sollent mit Pfand sin mit den vorge-
schrieben Stätten / wann Hertz. Lud. me wider Pfaltzgr. thäte /
so sollen die 700. fl. auch abe sin / nnd die 4. Stätte auch der
Pfaltz verfallen sin: und sollen die 3. Grafen von Leiningk als
Emich / Bernhard und Philips der Pfaltz mannen sin / und
darnach über 14. Tag kam Hertz. Lud. gen Heidelberg geritten
E uff die Burg zum Pfaltzgraffen / und empfieng sein Lehen von
im / und war by im 4. Tag / da schanckt im der Pfalzgraff ein
herlichen Hengst / in dem starb Hertzog Otto Pfaltzgraff / den
Dote begingent sie in Heidelb. zum Heil. Geist / etc.

(Margin note: A Friderico Victorioso Electore Palatino A. 1471. in bello Cæsareo-Palatino-Bipontino jure belli acquisita & Palatinatui Rheni incorporata.)

11, Böckheimium cum arce & Præfectura in Ducatu Simerensi
sita, in qua Sobernheim, Montzingen, Mertzheim (f. Merxheim)
F Nusbaũ, Bois, aliaq; loca à Victorioso circa Festũ S. Bartholomæi
occupata, quamq; Ludovic' Bipontin' ab Archiepiscpo Moguntino
pignoris loco tenebat, jure belli acquisivit Victoriosus noster, &
quidem arx & Burgũ Bockelheim, ut & Walt Böckelheim / 1471.
die S. Bartholomæi occupatũ est à Palatino nostro, & in sequẽte die
Solis arx Stoltzenberg. Præfecturam autem hanc postea Philippus
G Elect. Pal. Frid. Victoriosi ex fratre nepos transigens cum Casparo
& Alexandro Bipontinis Ludovici Nigri filiis ad posteros suos
transmisit. Ubi notandum, quod in hac transactione Elector
retinuerit Böckelheimium cum arce Bois, Schriesheim oppidum,
cũ arce Stralenberg, Arnsheim, Gavv Böckelheim, Waltersheim,
H cum pagis Weilern &c. Bipontini obtinuére Landsperg oppidulũ
cum arce Moscheln aliaq;. vid. Trithem. l. de gestis Frid. I. El. p. 52.
Frid. IV. Elect. postea eandẽ Præfecturã minorẽ Simerensi Princi-
pui incorporavit, & Lud. Philip. Juniori filio cũ Ducatu possidendã
tradidit. Hic illã quietè, nemine cõtradicente, tenuit usq; ad A. 1663.
quo Joh. Philip. Archiep. Mog. eum obturbavit, prætendens Pala-
tino Böckelheimium hypothecario tantum titulo possidere, seq;
in

in præsentia paratum esse, ut illud relueret, denuncians. Dux Simmerensis rem novam sibique inauditam ad Electorem Patruelem detulit, consilium opemque efflagitavit, & veram ejus spem obtinuit: nihilominus tamen post Moguntinensium minis percelli se passus est, ut Dominium utile à Moguntino beneficiaria lege reservaret, permitteretq; ut subditi cum Præfecto ipsius Castri Böckelheim aliisque subofficialibus homagium Archi-Episcopo eventualiter præstarent. Verùm Elector Palatinus Carolus Ludovicus re tam insolenti perceptâ cum reliquis agnatis communicatâ, notarium cum testibus delegavit, ut insinuatis Moguntino solenni ceremoniâ literis, clandestino illi actui suo agnatorumque nomine contradiceret, suaque jura sibi reservaret. Repetita est hæc protestatio, cum Lotharius Fridericus in Archi-Episcopatu Mogunt. Successor denuò subditos ad Homagium adegisset: cum verò Princeps Simmerensis A. 1673. obiret, ejusq; hæreditas omnis ad Electorem devoluta esset: ille nihil cunctatus ad possessionem Böckelheim vacuam advolavit, subditosque ad homagium adstrinxit, atque adeo Moguntinos post Festum venientes prævertit. Exarsit autem inde lis, quam Dam. Hartardus Archiep. persecutus est, donec Imp. loca hæc sequestraret, denominato sequestre Bar. de Landsperg, cui successit Lud. Gustavus Comes ab Hohenlohe. vid. Imhof. in notit. Procer. Imperii.

A B C D

12. Durckheimium ad Huartam Caroli Mag. tempore Düringcheim, Duringcheim, Trithemio Dorckheim, hodie Türckheim oppidum à Thüringis, & non à Turcis, ut quidam voluére, sic dictum. v. Freher Orig. Pal. p. 2. c. 13. Comitum Leiningensium, qui Cæsari & Ludovico Bipontino, contra victoriosum Palatinum assistebant, omnium maximum oppidulum, quod cum aliis 7. Pagis Comitû à Leiningen Palatinus noster A. 1471. acquisivit, & quidē Türckheim à Palatino occupatum 1471. die Saturni post assumptionē S. Mar. Virg. & alia quã plurima Castella partim occupata & conservata partim exusta. v. Trith. l. cit. p. 46. 49. & in Chron. Sponheim p. 387., Casp. à Lerch. lib. cit. fund. 1. sum. 95. sic & Episcopum Wormatiensem ope postea Friderici Palatini nostri Hessocomite à Leiningen sine prole mascula defuncto, novam Leiningen (neu Leiningen) occupasse ut Dominum feudi, & Episcopum eundem Urbeculam pro dimidia parte Electori Palatino cum omnibus pertinentiis tradidisse, docet Zeil. ex Ms.[to] quodam in Topograph. Palat. p. 19.

E F G

13. Marbach ad Nicrum aliaq; ad Ulricum Comitem Würtenbergicum spectantia loca A. 1462. victricibus armis subegit. v. Trithem. l. cit., imò ipse Ulricus cum aliis Principibus postea in prœlio captus, locum hunc cum pertinentiis imposterum ut feudum à Palatino recognoscere necessitate constrictus fuit, uti jam supra dictum, adde Sprenger. Elychn. p. 1798. Tenentur etiam ipsi Duces Würtenbergici, & quidem occasione hujus belli & captivitatis Comitis, suis sumptibus 2. Carros tenere cum 4. Equis in Aulâ Electorali H

 ad

A ad vescendum signum quod servitium convenire, ait Sprenger l. cit., cum illo, quod Abbas Fuldensis obit in aula Hasso-Darmstadiana.

14. Phedersheimium (quondam Patennicheim dictum. v. Nic. Vignier Chron. Burg. ad A. 923.) oppidum Moguntinum, quod cum Præfectura minori (der Kellerey) ab Archi-Episcopo una cum 1000. florenis annui reditus in Vectigali Ehrenfels prope Bingam oppignoratitio titulo
B pro belli sumptibus accepit. v. Trithem. l. de gest. Frid. I. Elect. p. 34. & Zeil. in Topograph. Palat. p. 41. ubi addit daß dieser Flecken (den Frid. A. 1460. außgeplündert) Chur-Pfaltz für 9000. fl./ so die Rhingawer für den Zug schuldig wahren/von Chur-Maintz eingeraumbt worden. adde Sprenger. Ellychn. p. 1762.

C 15. In Alsatia etiam varia acquisivit, inter alia Hattstadium arcem & oppidum ut & Sultzbach, quod ad Nobiles de Schauenburg Druchsessios de Rheinfelden pertinebat, in Gregorienthal juxta Hagenoam ipse Fridericus Palatinus Præfectus Alsatiæ An. 1466. per cives oppidi Rufach occupari & exspoliari fecit. v. Trithem. lib. cit. Eadem fortunâ in superiori Palatinatu varia quoque recepit, imò victricia sua arma in agrum usque Coloniensem expandit, ubi fratri suo Ruperto Archi-Epi-
D scopi Colon. ob plurima ab Antecessoribus oppignorata Diœceseos loca, summa in egestate degenti subventurus, omnia recepit victoriosus noster, ut Bonn, Neus, Zülch, Lechenich, Brihel, Rhinbach, Lintz, Andernach, Gutenavv, Kempen, Kaysersvverth, item Castella Nurberg, Altenare, Rolandiseck, Nardte, Gutenberg, Erpenrod, Nyed, Pappenberg, Hersberg &c. fratrique restituit. v. Trithem. de gest. Frid. I.
E El. pag. 38.

Porro Ambergensem arcem renovavit, Cancellariam hodiernam in Heidelberg juxta arcem, Veteri ligneâ A. 1463. 21. Aug. die Sabbathi cum multis antiquis Documentis igne consumptâ, pulchriorem lapideam de fundamentis exstruxit, & ibidem judicium Aulicum (das Hoff Gericht) instituit. v. Trithem. Chr. Hirsaug. ad A. 1463., quæ nuper una
F cum pulcherrimâ imò regiâ arce & civitate Residentiâ Electorali Atticâ quadam Gallorum tyrannide A. 1693. 12. Maij eversa igneque deleta est.

Tandem in Victoriosi quoque nostri tutelam A. 1461. Episcopus Spirensis se suosq; successores perpetuamque protectionem denuò dedit, testibus litteris authenticis, & renovatum est pactum A. 1465. 1479. 1505.
G 1508. 1531. 1553. v. Rusdorfi Justitiam Causæ Palat. p. 278. in cujus Episcopatu multos quoque homines proprios & Regios aliaque jura Rheni Palatinus habet. vid. Paræum in Hist. Palat.

Philippus Elect. Palat. Friderici Victoriosi ex fratre Ludovico nepos, po-
23 tentissimus ditionumq; amplitudine florentissimus Princeps, Palat. Rhenanû
H parum auxisse videtur, cùm è contrario plurima à Victorioso magno cum labore acquisita, amiserit, infausto illo bello Palatino-Bavarico contra Maximilianum I. Imp. & Albertum Bavariæ Ducem ex testamento Georgii Divitis Bavariæ Ducis exorto, quo Georgius genero suo Ruperto Cog.to Virtuoso,

Phi-

Philippi Electoris filio Bavariæ partem legaverat. Verùm Imperator illud, quod contra Imperii leges, feudorum jura, imò & in fraudem Alberti Bavariæ Ducis Cæsarisque sororii factum esset, irritum declaravit, ratumque habere noluit, unde maximum exarsit bellum, Palatinis fatale, quo Philipus Elector filio opem auxiliumque ferens plurima amisit, de quibus infra in decrementis Palatinatus; Interim Philippum Elect. acquisivisse scribitur. A B

1. *VVeingarthen* arcem & oppidum cum minori Præfectura (der Kellerey) pretio 12000. floren. Rhen. An. 1504. à Christophoro Marchione Badensi addito pacto de retrovendendo. De quo supra dictum. n. 17.

2. *Mosbach* Præfectura cum illa Neumarck in superiori Palatinatu, Ottone Comite Palatino in Mosbach & Neumarck cum fratribus Ecclesiasticis Ottonis Mosbacensis Administratoris quondam filiis absque liberis defunctis, Anno 1499. ad Philippum Electorem recidit. C

3. Monasterio *Limburg* in agro Siprensi ab Emichone Comite à Leiningen in bello Palatino-Bavarico An. 1504. 30. Aug. exusto, Elector Palatinus advocatus ejusdem monasterii omnia ejus prædia, oppidula, pagos aliaque bona, quæ habuit in Wachenheim, Durckheim, Schifferstad, &c. item cœnobium *Schönfeld*, *Neuenhayn*, *Sultzbach* præfecturæ minores juxta Francofurtum aliaq; ad dictum Monasterium pertinentia bona in fiscum retulit, atque Præfecturæ Neostadiensi incorporavit v. inf. n. 31. & c. 3. num. 25. D

Arcis præterea novæ Heidelbergensis in Clivo Jettæi montis (Jetten Bühel) prima jecisse fundamenta scribitur, quam postea filius ejus Ludovicus perfecit. E

Ludovicus cognomento Pacificus Elector, Philippi Elect. filius, num Palatinatum Rhenanum novis acquisitionibus adauxerit certo affirmare non possum. Interim Palatinum hunc *arcem illa novam*, quæ est *Heidelbergæ in clivo* montis Jettæi, ut & Turrim (den dicken Thurn) 32. passuum latam (cujus murus in crassitie habebat 16. pedes geomet. ita ut post illam Bituricensem nullam grandiorem esse autument Freherus Orig. Pal. p. 82. Leod. in vita Frid. 2. El. p. 294. Paræus in Hist. Palat. p. 439.) à patre ejus inchoatam maximis sumptibus perfecisse constat. 24 F

Fridericus. 2. cognomento Sapiens, Philippi Elect. filius, antequam in Electorem eligeretur, detestabatur, teste Leodio ejus Secretario in vita ejus, magnificentiam & sumtus, quos frater Ludovicus in reparatione arcis Heidelbergensis faciebat, factus deinde Elector majores inchoävit, *vetustatem* enim *ædificii*, *ubi fuerat Jethæsanum* maximo sumtu reparare instituit, in *Bibliotheca* usum elegantem & maximam Cameram ædificari fecit, summitatem *vicinæ turris* à fratre constructam demoliri, & maximam campanam in ista turri appendi fecit, *arcem novam* à Patre & fratre extructam, *novis* exornavit *ædificiis*, juxta oppidū *Germersheim* incredibili sumptu *arcem* è fundamentis exstruxit, & *Friderici Collem* (Friderichs Bühel) appellari voluit. Pagum *Büllickheim* (Billicken) duobus ab oppido Landau distans milliaribus in præfectura *Germersheimensi* operâ & consilio Georgii cognomento ab Albo pane Friderico Elect. à Secretis, in *oppidi formam* redegit, fossa, valloque munivit, &, teste Leodio, l. c. p. 295. penè inexpugnabilem reddidit. G 25 H

A didit. E regione *arcis Manheim* arcem f. *Domum, venaticam* exſtruxit, & pulcherrimis ædificiis exornavit, & collem cervorum appellari voluit. Arcem Novi fori (Neumarck) in ſuperiori Palatinatu 1520. igne conſumptam penè è fundamentis exſtruxit, arcem Heinsburg unum milliare diſtans à Novo foro in ſumo montis cacumine, à Norimbergenſibus pacto recuperatam, mœnibus novis & tecto reſtituit, eodem modo arcem Deinſchwang, haud procul diſſitam ab arce Heinsburg, à Norimbergenſibus pacto quoque recu-
B peratam reædificavit. Arcem Dachſolder, olim Comitum ſedem, penè deſertam, è fundamentis excitavit: In Lautershofen, ubi Lutera fluv. oritur, in itinere Ambergam verſus Domicilium pulcherrimum exſtruxit, Domum Venaticam 1. milliare ab Amberga diſſitam, quam ſylvam cervorum appellari voluit, à fundamentis erexit, magnificis ædificiis ornavit, cum antea ibi nihil eſſet niſi ſacellum quoddam ante 400. Annos ab Epiſcopo quo-
C dam Ratisbon. conſecratum. Pomum denique aureum à Carolo 5. Imp. An. 1544. in Comitiis Spirenſibus in inſignibus gerendum accepit. v. Leod. l. cit. 13. p. m. 259. 295.

26 *Otto Henricus* Friderici 2. An. 1556. abſque maſculis defuncti in Electoratu Succeſſor Philippi Electoris ex filio Ruperto virtuoſo nepos, Electoratum f. Palatinatum Rhenan: parùm auxiſſe videtur, cum potius Ele-
D ctoratum aſſecutus Ducatum ſuum Neoburgicum una cum Comitatu Sultzbacenſi Wolfgango Bipontino agnato ſuo, & Ruperto Wolfgangi patruo & tutori, Lautereckenſem & Veldentianum Comitatus una cum Remigsberg (Probſtey), & hujus filio Georgio Johanni Comitatum Lutzelſtein & Trarbach cum 4ta Communitatis in Guttenberg & vini decimas Weiſenburgenſis perpetua donatione tradiderit. v. Sprenger. Lucer.
E p. 322.

Fridericus 3. cognomento pius Johannis 2. Palatini Ducis Simmerenſis filius & Ottonis Henrici Electoris A. 1559. ſine prole maſculâ defuncti
27 Succeſſor, Palatinatui Rhenano & Electoratui iterum incorporavit.

1. Ducatum Simmerenſem A. 1559. quem Stephanus Ruperti Regis filius in bonorum diviſione An. 1410. obtinuit, de quo ſupra dictum
F n. 19.

2. Neuhauſen & Singheim propè Wormatiam ad ſe traxit, fuit enim feudum Imperio caducum factum. v. Spreng. Lucern. Stat. Imper. p. 320.

3. Francothalium è *Cœnobio* in urbis formam amplificavit. v. Münſter. Coſmograph., atque ab exulibus Flandris. Hollandis, Brabant. Gallo
G Belgis aliisque religionis gratia huc migrantibus intra 50. Annos in tantam incolarum frequentiam excrevit, ut facilè jam ampliſſimis & firmiſſimis Palatinatus urbibus & fortalitiis annumerari potuiſſet, niſi in nupero bello Tyrannide Gallorum, exuſtum, ſolo æquatum atque ita devaſtatum fuiſſet, ut hodie vix rudera conſpici poſſint. Spectabat ad Præfecturam Neoſtadienſem.

H Porrò in urbe Heidelbergæ Collegium Sapientiæ, in quo hactenus non niſi Linguarum & Artium Philoſophicarum principia tradita fuére, multum adauxit, & impoſterum tantùm S.S. Theologiæ dedicavit, Cœno-

bium

bium Franciſcanorum in Gymnaſium A. 1565. commutavit, Gymnaſium A
etiam Neuhuſii propè Wormatiam, ubi antea Canonici Regulares vixerant,
erexit, Cœnobium hoc exuſtum à Præfecto militum Moguntinenſi Comi-
te de Gleichen An. 1260. die Sabbathi poſt Feſt. Corpor. Chriſt. ut Chron.
MS., 3tium Gymnaſiũ Ambergæ in ſuper Palatinatu inſtituit, catecheſin etiã
planiorem per Theologos è SS. fontibus conſcribi A. 1563. juſſit, quæ poſtea ob
ſoliditatem & claritatem ſuam in Belgio aliisque reformatæ Religionis Ec- B
cleſiis tanto cum applauſu recepta fuit, ut in Latinam, Græcam, Hebrai-
cum, Belgicam, Hiſpanicam, Italicam, Gallicam, imò in ipſam etiam
linguam Americanam & Indicam Orientalem tranſlata fuerit.

(*a*) Cœnobium hoc Franckenthal primitùs exſtructum volunt ab Ercken-
berto Camerario cive quodam Wormatienſi An. 1119. diciturque Er-
ckenbertum hunc 2. Cœnobia ibidem exſtruxiſſe, alterum pro mo- C
nachis ſeque ipſum primum iſtius Cœnobii Priorem conſtituiſſe, al-
terum pro monialibus, eidemque uxorem ſuam Richlindem præfeciſſe,
locumque hunc juxta pagum Omarſum (ſ. Otmarſcheim) ad viam
publicam ſitum, parvum Francothalium appellaſſe. V. Quad. in Teutſcher
Nation Herrlichkeit. c. 38. Trithemius verò rectiùs, uti videtur, funda-
tionem hujus monaſterii ad A. 1135. refert ſub Bugone Epiſ. Wormat. & pri- D
mum ejusdem Monaſterii Ordin. Auguſtin. Canon. regular. Priorem
conſtitutum fuiſſe Bertolfum Canonicum Monaſterii Sprenckirsbacenſis
in diœceſi Trevirenſi, quod Wilhelmus Rheni Palatinus multis donatio-
nibus auxerat, ut Maſſen in Annal. Trev. t. 2. p. 33. teſtatur, de quo vid. &
infr. in Wilhelmo.

Ludovicus 6. cognomento Facilis Friderici Pii Electoris filius ejusdem- 28
que in Electoratu An. 1576. Succeſſor, parum aut nihil incrementi Palatina- E
tui Rhenano dediſſe videtur.

Fridericus 4. cognomento ſincerus Ludovici 6. Elect. filius, cujus 29
Adminiſtrator fuit Patruus ejus Johannes Caſimirus ab An. 1583. usque An.
1592. 6. Januar. hic Johan. Caſimirus liberis carens Electoratui Palatino ite-
rum inſeruit.

1. *Lautrenſem* Principatum ſuum. F

2. *Neoſtadienſem* Præfecturam, ubi Academiam maximis ſumptibus
erexerat, evocatis ad eam Theologis Heidelbergâ ejectis, Urſino, ſcil. Toſ-
ſano, Zanchio, Smetio, Steinio, quod Ubiquitariorum doctrinam, quâ Lu-
dovicus Elector imbutus fuerat, recipere recuſarent, atque etiam Cate-
cheſin Palatinam, hactenus in terris Palatinis receptam, rejicere nollent,
unde Paſtores, omnesque S.S. Theolog. Doctores, in exilium pulſi fue- G
runt, à Ludovico 6. Elect., ita ut Religio Reformata ſedibus ſuis migra-
re juſſa anguſto ditionum, quæ Johanni Caſimiro parebant; angulo
incluſa fuiſſe videretur. Ipſe autem Fridericus 4. Elector reforma-
tam religionem in terris ſuis ſtabilivit, atque hic 1. Manhemium, vetus
Romanorum Caſtellum, & nobile Valentiniani Imper. opus, ad coër-
cendos Alemannos quondam exſtructum de novo à fundamentis ere- H
xit, caſtrumque Friderichsburg appellavit, Manhemiumque pagum
jam

A jam Carolingorum temporibus notum in urbis formam redegit, muro vallisque cinxit, & castro Friderichsburg conjunxit An. 1606. v. Freher. Orig. Pal. p. 2. c. 19. Parei Hist. Palat. p. 367. 442. Quod postea ab ejus nepote Carolo Ludovico Electore novis munitionum operibus auctum, firmatum, ornatumque fuit.

B 2. *Lustat.* (olim Lustheim & Lustatheim) inferior & superior pagi in Præfectura Germersheimensi, feudum Palatinum, emortuis Nobilibus de Zeiskeim ad Electorem redierunt, quos postea in consiliarium suum Marquardam Freherum feudi & beneficii nomine transtulit. v. Freher. Orig. Palat. c. 15. p. 79.

30 *Fridericus* 5. cognomento Patiens, Elect. Palat. postea in Regem Bohemiæ electus, Friderici 4. filius, non auxisse videtur Palatinatum, sed potius eundem, ob assumtam Bohemiæ Coronam à Cæsare proscriptus, perdidit, atque in exilio vitam clausit.

C

Carolus Ludovicus, Friderici 5. Electoris & Bohem. Regis filius, pa-
31 ce Osnabrugensi & Monasteriensi An. 1648. Palatinatum Rheni, quo Pater exutus fuit, cum omnibus eidem annexis juribus recuperavit, excepto Palatinatu superiori, qui una cum dignitate Electorali & Imperii Archi-Dapiferatu in Maximilianum Bavariæ Ducem transmissus fuit, substituto novo octavo. Electoratu, novoque Archithesaurarii Officio Carolo Ludovico ejusque, hæredibus concesso, hic postea Palatinatum Rhenan. adauxit.

D

1. *Simmerensi Ducatu integro.* Cum enim Duces Simmerenses An. 1673. in Ludovico Henrico Duce Simmerensi finem fatali occasu fecissent, Principatus ad Carolum Ludovicum nostrum, ejus Patruelem, consanguinitatis jure delapsus est.

E

2. *Spanheimensis* anterioris Comitatus partibus & Præfecturâ Strombergicâ, quæ mortuo Patrueli D. Simmerensi, ad Palatinum pervenere, v. sup. num. 19.

3. *Neuenhayn* & *Sultzbach* Præfecturæ minores propè Francofurtum, quæ quondam ad celeberrimum (à *Conrado* 2. Imp. ex sede olim suâ Anno An. 1033. 12. Jul. in honor. S. Mar. fundatum, Anno verò 1504. 30. Aug. à quibusdam latronibus conductitiis Emichonis Comitis à Leiningen ex Duroburgo (l. Hartenburg) emissis, incensum destructumque) monasterium Limburg in pago Spirensi, cujus Advocati hactenus fuere Electores Palatini, pleno jure pertinuerunt. Postea à Palatinis Præfecturæ majori Neostadiensi insertæ fuêre, tandem à Carolo Ludovico factâ Anno..... transactione cum Johanne Philippo Archi-Episcopo Moguntino, permutatæ sunt pro Schaumburg Præfectura Moguntinensi in Strata Montana, quæ Præfectura ab arce Schaumburg jam devastatâ, pago Dossenheim incumbente sic dicta, antiquitus ad Monasterium Laurishaim pertinuit, & Friderico Victorioso ab Archi-Epis. Mogunt. loco 30000. floren. oppignoratitio titulo obvenit: vid. Sprenger. Lucer. Stat. Imp. pag. 318. 1767. & 3. pagos complexa est, Hentschusheim, Dossenheim & Seckenheim ad Nicrum, ubi hodiè simul

F

G

H

taneum

taneum religioinis exercitium viget, & communia Sacra habentur. Ad A
ſupradictum autem Monaſterium Limburg quondam etiam ſpectabat Monaſterium Neuenburg propè Hanoviam, quod poſtea una cum Parochia venditum fuit An. 1561. Comiti ab Hanau pro 18000. florenis. v. Topograph. Palatin: Ita etiam ab hoc Monaſterio Limburg, vel ejus advocatis Rheni Palatinis, Nobiles de Kluppel & Reiffenberg feuda ſua recogno- B
ſcebant.

Carolus Elector, Caroli Ludovici filius, ejusdemq; in Electoratu A. 1680. Suc- 32
ceſſor, parùm imò nihil adjecit terris Palatinis, cùm rebus gerendis non niſi A. 4— 8— 18. præfuiſſet, optimæ Princeps indolis, ſed qui peſſimis miniſtris uteretur. C

Philippus VVilhelmus, Wolfgangi Wilhelmi C. Palat. Ducis Neoburgici 33
filius, ceſſante An. 1685. in Carolo lineâ *Electorali* Palatino-*Simmerenſi* (cujus Sator fuit *Fridericus* cognomento **der Hundsrücker** *primogenitus Stephani*, nepos Ruperti Regis Rom.) atque hâc primogeniti lineâ exſtinctâ, rectè in Electoratu ſecuta eſt illa ſecundo geniti, id eſt, Palatino-Bipontino-Neoburgica, (quæ auctorem habuit *VVolfgangum* Bipontino-Neoburgi- D
cum D. & abnepotem *Ludovici Nigri*, qui 2do genitus erat ſupradicti Stephani Palatino-Bipontini:) Sicque primus ex hac familiâ Bipontino-Neoburgicâ *Philippus VVilhelmus* Dux 5. Palatino-Neoburgicus *VVolffgangi* lineæ auctoris abnepos ad hoc *Electorale* faſtigium evectus fuit, *jure* imò *vigore* etiam *Aureæ Bull.* c. 7. §. 2. quia per Primogenitum Primogeniti linea ſemper ad Electoratus ſucceſſionem vocatur, exſtinctâ vero illa, ſecundo genito ejusque Lineæ locus eſt. v. Rhetium in. Jur. Publ. l. 1. p. 204. hic E
inſigniter ampliavit Palatinatum Rhenanum, 3. enim Ducatus maximos eidem adjecit.

1. *Neoburgicum* Ducatum, de quo ſupr. dictum.

2. *Juliacenſem* Ducatum continentem 84. *Dominia.* 2. *Domus Commendatorias* Sierſtorffiam & Velſenſem, 2. *Abbatias* Gladbacenſem & Steinfelden- F
ſem, 6. *Eccleſias Collegiatas*, ut Monaſterii Eifliæ, Juliaci, Waſſenbergæ, Heinsbergæ, Sororiæ & Sittardiæ, 5. *Presbyteriatus* ſ. Decanatus Rurales, ut Juliacenſem, Suſterenſein, Bercheimenſem, Monaſterienſem & Waſſenbergenſem, & 24. *Præfecturas* ſequentes.

1. Juliacenſem.	7. Berchemienſem.	13. Geilekirchenſem.	19. Hambachenſem.	G
2. Durienſem.	8. Grevenbrochenſem.	14. Altenhofenſem.	20. Bruggenſem.	
3. Monaſterienſem.	6. Caſterienſem.	15. Eſchvvilerenſem.	21. Sintzigenſem.	
4. Euskirchenſem.	10. Dalenſem.	16. Wilhelmſteinenſem	22. Gladbacenſem.	
5. Norvenichenſem.	11. Nideckenſem.	17. Heinſpergenſem.	23. Bornenſem.	
6. Waſſenbergenſem.	12. Linnichenſem.	18. Thombergenſem.	24. Wickradenſem.	

(addunt alii Rhemagenſem, Boſcarienſem, Millenſem, Schonfortenſem.)

3. Montenſem ſ. Bergenſem Ducatum, 3. Abbatias Sigebergenſem, Heiſterbacenſem, Antiquo-Montanam (ſ. Altenburg) 5. Eccleſias tam Canoni- H
corum quàm Nobilium Veſtalium (ut Dyſſeldorpii, Rhenòdorpii, Nigri, Grevenradii & Dunevvaldii.) 10. Urbes & oppida & 19. Satrapias ſeu Præfecturas complectentem.

A 1. Dysseldorpiensem. 2. Angermundensem. 3. Monheimensem. 4. Elverfeldensem. 5. Solingensem. 6. Bornefeldensem. 7. Lülsdorffiensem. 8. Halkesvvagensem. 9. Portziensem. 10. Steinbachensem. 11. Medmauensem. 12. Windeckensem. 13. Siegebergensem. 14. Blanckenburgensem. 15. Begenburgensem. 16. Barckensem. 17. Miselohensem. 18 Dencklingensem. 19. Lennepiensem. N.

4. Ravenstein Dominium in Juliacensi & Montens. territoriis si-
B tum, quod Philippus Ludovicus D. Neoburg. ratione uxoris Annæ, quæ Johannis Wilhelmi ultimi Ducis Juliacens. Cliv. & Montens. A. 1609. 25. Mart. defuncti soror erat, obtinuit, & Philippus Wilhelmus Dux Neoburg. Philippi Ludovici nepos facta An. 1666. 9. Septemb. transactione, supradictas terras cum hoc Dominio in possessionem suscepit.

5. Nuenaricum Comitatum, qui jam An. 1546. ad Palatinos relapsus
C erat.

34 *Johannes Wilhelmus* Philippi Wilhelmi Principis Electoris piæ memoriæ Primogenitus, ejusdemque in Electoratu Palatino A. 1690. Successor Palatinatui adjecit.

1. *Ducatum Veldentianum* (de quo supra num. 19. dictum) exstincto videlicet A. 1694. 29. Sept. Argentorati ultimo *Leopoldo Ludovico* Duce Vel-
D dentiano. Qua de re tamen Electori Palat. adhuc controversia intercedit cum *Rege Sueciæ*, jam verò, ut audio, sopita.

Loca sequentia diversis sub Palatinis Palatinatui Rhenano accessêre, de quorum tamen certo acquisitionis tempore & Anno non satis constat.

E 1. *Stalecke* castrum Baccharacense, item *Stalberg* castrum cum oppido *Baccharach* feuda Ecclesiæ Coloniensis, quâ autem origine, quando & cui Palatinorum primitus datum fuerit, cum doctioribus ignoro. Sprenger quidem in Lucern: Stat. Imp. p. 323. tradit, ea A. 1119. Conrado Rheni Palatino obvenisse à cive quodam Coloniensi, sed fallitur, eo enim tempore nullum Rheni Palatinum in rerum natura exstitisse certum est, cui
F scil. nomen fuerit Conradi: Deinde Hermannum. 2. (cui in Palatinatu Rh. An. 115′. successit Conradus Suev.) Comitem de Stalecke Rhenique Palatinum ea jam ab Ecclesia Coloniensi feudi nomine possedisse extra omne dubium est. vid. supr. n. 8. & infra in Hermanno.

2. *Neostadium ad Huartam* cum præfectura & aliis hodierni Palatinatus Rh. ditionibus intra 400. annos ad Rheni Palatinos pervenisse testatur
G Münster. in Cosmogr. p. 614. 619. & Sprenger. l. cit. p. 319. eosque eas diversis titulis modisque legitimis acquisivisse, & Palatinatui incorporasse docet Freherus noster in Orig. Palat. c. 14. adde Aventin. A. B. l. 7. p. 568. Irenic. Exeg. Germ. l. 3. c. 51. Münster. l. c. c. 250. 251. l. 3. Lairitz Genealogischer Palm Wald. Quo autem An. hoc oppidum Neustad cum pertinentiis in pago spirensi ad Pal. pervenerit, literis hactenus, quantum scio, nondum proditum est.
H Aliud oppidum *Neustad ad Cocheram* seu zur grossen Linden (quod, ut fertur, quondam Helmstadt appellatum fuit:) à Comitibus de Weinsperg nescio quo titulo & Anno ad Rheni Palatinos pervenit. v. Crus. Annal. Suev. illudque cum pertinentiis An. 1504. post bellum Palatino-Bavaricum ob sumtus deman-

demandatam Cæsareæ executionis ad Duces Würtenbergicos devolutum A
est. De quo infra in decrementis Palatinatus.

3. *Dilsperp Præfecturam*, olim Comitatum, exstinctis Comitibus ad Rheni Palatinos caducitatis jure A...... devolutum docet Sprenger. in Lucern. p. 323. & in Ellychn. p. 1761.

4. *Leimen* oppidulum, ut & *Sandhausen*, à Philippo Domino de Bolanden emtionis titulo acquisivit Elector Palat. Ao...... B

5. *Eberbach* oppidum cum Præfectura minori (der Kellerey) ad majorem Mosbacensem spectans, num sub Ottone Illustri An. 1232. titulo oppignoratitio primitùs ad Palatinos pervenerit? non certò affirmare possum. v. supr. n. 12. C

6. *Germersheim* cum præfectura quo tempore & Anno tituloque ad Rheni Palatinos accesserit? mihi non constat.

7. *Anvveiler* oppidum quondam Imperiale ad fluv. Queich cum castro *Trisfels* à Friderico I. Imp. exstructum, cujus uxor Beatrix oppidum muris cinxit Ecclesiaque exornavit. v. Hertzog. Chron. Alsat. l. 9. c. 1. v. & D
Topogr. Palat. p. 11. num illud cum Oppenheim, Odernheim, aliisque Imperii oppidis à Carolo 4 Imp. eodem tempore Palatinis oppignoratum fuerit? affirmare non audeo.

8. *Homburgum ad Montes* (an der Höhe) oppidum, quod cum pertinentiis Comes Hauovius à Rheni Palatinis, feudi nomine quondam tenebat, item Umstat, Rheinheim aliaque in superiori Comitatu Cattimelibo- E
censi, quem Otto Illustris Rheni Palatinus quondam caducitatis procul dubio titulo acquisiverat A...... quando illud Hanovicis in feudum traditum fuerit? nondum liquidum est.

9. *VVeinsperg castrum* cumpertinentiis in finibus Craichgoviæ Co- 24
mites Palatini Rheni Ao...... emtionis titulo à Comitibus de Weinsperg acquisiverunt, quod postea in bello Palatino-Bavarico An. 1504. ad Duces F
Würtenbergicos, & ab his ad Comites de Trautmansdorf pervenit. De q. vid. inf. in Decrementis.

10. *VVeldberg* oppidum & castrum cum Præfectura prope oppid. Calwe ad fl. Nagolt. à Comitibus ab Hohenberg (qui in vicino cœnobio Reutten sepulturam habuêre) nescio quo juris titulo & Anno ad Ottonem G
Rheni Palatinum pervenisse testatur author Topograph. Würtenb., postea in domum Würtenberg. transiit mediante matrimonio, ut MS^tum quod- 25
dam docet, Mechtildis f. Ludovici Barbati Elect. cum Ludovico C. Würtenberg, A. 1434.

11. *Dürmstein* oppidum (A. 1422. mœnibus nondum cinctum) feudum erat Wormatiense, quod Palatinus Rheni emtionis titulo A..... ab H
Episcopo Wormat. acquisivit. Ut Manuscriptum quoddam apud auctorem Topograph. Palatin. docet.

12. Stromberg Castrum cum Præfectura A...... ad Palatinos pervenit.

tura Imperii augustissimi moles, denuò niteretur, caputque supra cineres A
suos & ruinas extolleret. Quod, quamvis majori ex parte Germanicum
esset, Imperii sede non Romam, ut antiquitus, sed Aquisgranum in Germaniam
translatâ, Romanum tamen dici seque Imperatorem Romanum
Romæ à Leone Pontifice populoque Romano vocari voluit. Sic *Romanum*
illud *Imperium* variis agitatum *mutationibus*, quemadmodum sub Augustò
incrementum, ita sub Augustulo illo iterum fatale decrementum ha- B
buit. Non imparia dixerim de veteri Palatinatu Rhenano, qui ad utramque
Rheni ripam è Regno Lotharingico jam dudum scisso atque in varios
Ducatus Comitatusque distincto, sub Saxonibus Imperatoribus enatus
Palatino Hermanno sanguine Bavaro consurrexerat: uti maxima sub eodem
sortitus est incrementa, ita sua tandem in successoribus ejus in Tragico hoc
mundi Theatro, quo crescente hominum malitia nihil mutabilius, fatalia C
quoque passus est decrementa. Unde factum, ut etiam Palatini Comites
Rheni eodem ferè modo, quo Romani Imperatores Imperii sedem Româ
Constantinopolim tandem Aquisgranum posuêre, sedem quoque suam,
quam primitus Thonaburgi (Thonberg hodie in Ducatu Juliacensi) in veteri
Palatinatu figebant, mutarunt, atque *abolito* paulatim destructoque
veteri Palatinatu Rh:, qui, uti supra diximus, in partibus Mosæ & Mosellæ D
atque ad utramque Rheni ripam constitutus fuerat, *Baccharacum* in arcem
Staleck, tandem *Heidelbergam*, ad Franconiæ primò deinde Sueviæ
Duces feudali, ut supr. c. 2. diximus, titulo spectantem urbem transtulêre.
Ubi jam à 500. & quod excurrit, annis immutatam fixamque Stationem
retinuêre. Hæc autem, ut clariora fiant, ejusdem Palatinatus, eo, quo ex
posuimus modo incrementa, decrementa quoque ostendere necesse erit. E

Hermannus itaque Comes Palatinus, cujus Ditmarus lib. 3. meminit, 1
Lotharingiæ Dux & *Ottonis* Ducis & Tutoris *Henrici* filioli Giselberti Loth.
Ducis, in Ducatu hoc An. 944. tutorio nomine *successor*. v. Supr. cap. 2. &
Henningef. in theat. Genealog. de Duc. Mosellan, cum *Lotharingia*, mortuo
Henrico puero, deinde etiam sub Brunone Archi Duce Lotharingiæ &
Archi-Episcopo Coloniensi in varias distracta partes fuisset, atque ipse præ- F
ter illas ditiones Palatinas, quas tanquam *Eberhardi Palatini* in Provincia
Rhenensi Successor consequutus fuerat, *amplissimam istius partem* ad utramque
Rheni ripam, Mosam & Mosellam *Ottonis* Magni Imperat. beneficio &
quidem *jam hæreditario jure* ad posteros transmittendam obtinuisset, sic-
que verus & *Originarius veteris Rhenani Palatinatus*, (in quo potissimum
hi terrarum tractus celebriores locaque continebantur, ut Comitatus Nemo- G
ris f. Sylvæ, quæ præ magnitudine hodieque die Bile dicitur, pagus Meyenfeld,
Dominium Lacu, Tolpiacum (Zulpech hodie Zülch) Thonaberg
hodie Thonberg castrum, Capræmontium castrum, Sigeberg,
Præfecturæ Bercheim & Düren: Browilre &c. de quibus supra. c.
2. n. 1. dictum) *fundator* esse meruisset: Eundemque postea Palatinatum
& Comitatum Nemoris variis accessionibus, Ottonis Cæsaris beneficio, H
cujus summa gloriâ floruerat, insigniter auxisset, filiis Ezoni (Ezil, Ezilino
id est Erenfrido) & Hetziloni (id est Henrico) Rheni Palatinis DIVIDENDUM
reliquit. At quàm fatale terris Imperiisque nomen divisio!

A quæ nisi repentè secuturo temporum lapsu pestem non unam & calamita-
tem afferre solet. Equidem *Ezo Comes Palatinus Rheni & Nemoris* & Patris
in *Palatii officio Successor*, non obstante hac antiquissimâ terarum Palatina-
rum divisione (de qua ex Ms.tis antiquis. Brovvillerensibus. v. Ægyd. Gele-
nium l. de Magnitud. Colon. Agripp. & in Hierotheca ejus, & Papebroch.
in Actis Sanct. ad 21. d. Maij. *Potentissimus* tamen & ditissimus Palatinus Co-
B mes non solùm Trithemio dictus est in Chron. Hirs. ad A. 1014. p. m. 156.
sed & ejus ex fratre Hezilone nepos Henricus Comes Palatinus Rheni Do-
minus de Lacu à *Bertholdo* apud *Massenium* in Annal. Trevir. t. 1. l. 12. p. 570.
Valde Dives nuncupatus fuit.

Interim *Ezonem*, Ezilinum, idest Erenfridum, Rheni Palatinum jam ali-
1 qua ditionum suarum Patrimonialium *decrementa* passum in bello, quod
C *Palatinus* hic adjunctis sibi Lotharingis in Regem *Henricum* cognomine
Sanctum, insignia fascesque Imperii violenter arripientem frustra renitente
S. Hereberto Coloniensi, cui ad *Ezonem Palatinum nostrum* in Germaniâ
tum tanquam Imperii Vicarium commorantem deferenda ab Ottone. III.
tradita erant, (de quo vid. inf. in Ezone) movit, interpollator vitæ Ezonis no-
stri, apud Papebroch. l. cit. innuere videtur, quando scribit: *Imperatorem ejus-*
D *dem Palatini jura invasisse & occupasse*. &c. & procul dubio etiam hac occa-
sione quædam occupata aliis tradidisse haud incredibile est. Verum eundem
postea Imperatori reconciliatum quam plurima ab hoc Imperatore recepis-
se ex Trithemio. sup. c. 2. §. 1. dictum est.

2dò ex antiquissimo Ms.to *Brovvillerensis Abbatiæ*, cujus ipse cum
Uxore sua fundator fuit, Lot. ex Diplomate Henrici 3. Imp. infra in cod. Di-
E plom. Pal. constat, Palatinum nostrum una cum Uxore *Mathilde*, Ottonis
III. Imp. Sorore quam plurimis terrarum suarum prædiis atque pagis ean-
dem suam Abbatiam, cujus ipse advocatus fuit, *insigniter dotâsse*, & de ve-
teri Palatinatu villas seq. Levenick, Fremyrsdorf, Königsdorf, Dansvvilre,
Glessene, Kirdorf, Sindere, Mannestede, Rhindorf, Slendenhagen & 4. Syl-
vas: ut Wiedessovve, Hauepitze, Asp, & Brom contulisse, *bonamque* etiam
3 *Nemoris* Comitatus *partem* ab *Hetzilone* Ezonis fratre *Monasterio ad Indam*
vulgò s. Corn. Münster traditam fuisse, ut ex iisdem Ms.tis Brovvillensibus
F Gelenius in Hierotheca & vita S. Engelberti & lib. de Magnitud. Colon. &
lib. de vindiciis B. Richezæ, & Papebroch. in Actis Sanct. ad 21. Maij.
docent.

4 *Otto* Comes Palat. Rheni, Ezonis S. Erenfridi filius, ejusdemque in of-
ficio Palatii A. 1035. Successor, reddidit Henrico III. Imperatori *Insulam S.*
Svviberti, *Augiam Cæsaream* (vulgò Kanserswerth) & *Duysburgum ad*
Rhenum (quæ quondam ad Imperium pertinuére, & *Ezo* Pater ejus ab Hen-
G rico Sancto Imp. acceperat, de quo supra dictum. c. 2. v. & infra in Ezone)
& ab eo vicissim in *Suevia Ducem* electus est Goslariæ An. 1045. vid.
MStum de vita Ezonis apud Papenbroch. l. cit. ad 21. d. Maij. p. 57. & Geleni-
um. lib. cit. & in vindiciis B. Richezæ Reg. eum etiam libro, in fallor, de
H magnitud. Colon., Brisich ad Rhenum aliaque Monasterio Essendiensi tra-
didisse docet. ubi Soror ejus Theophania Abbatissam egit.

5 *Hermannum* deinde Archi-Episcopum Coloniensem A. 1036. electum

Ezonis

Ezonis Palatini nostri filium quædam etiam de Patrimonio suo, ut Castrum A
Tonberg, Flamersheim, Unckelas aliaque Blisena, Heimbach, Wissa.&c.
Archi-Episcopatui contulisse, haud incredibile est, licet hactenus nihil, quantum quidem scio, de hoc literis proditum sit.

Richeza Rheni Palatina Poloniæque Regina, Ezonis Palatini filia de- 6
functis fratribus *Ludolfo*, *Hermanno* & *Ottone*, Com. Palat. Sueviæ Duce
prole carente, ut & nepotibus ex fratre, Henrico scil. cognomento furioso & B
Monacho, ejusque fratre *Conrado* Palatino *Bavariæ Duce* in Hungaria 1055.
sine prole mascula defuncto, terrisq; fratrum ad se majori ex parte delapsis, ipsa
ditissima facta, quam plurima Monachis eorumque Monasteriis contulit. Sic
Regina hæc ib eadem bona, quibus Pater ejus *Ezo* Abbatiam suam *Brovvilerensem* antea dotaverat, non solùm confirmavit, sed & eadem, ad-
jectione oppiduli *Clotten* (ubi etiam Capellam construi fecerat) cum appen- C
dicibus *Mesenech* & *Rile*, item Cochenhein, Ebre, Brembe, Asche/ Maß-
trich/ Wervuß/ Canebach/ Wilre, Pulego, Condedo, Werle/ Euchriche/ Lü-
tzenrodt/ Dreiße/ (Driß) Ottingen/ Kanada.&c. multùm adauxit v. Ge-
lenii Vindicias B. Richezæ p. 25. & Papebroch l. cit. t. 5. Maij. p. 59. 2dò
S. Annoni Archi-Episcopo Coloniensi dedit oppidum *Salfeld* in Thuringia
cum pertinentiis (quæ Pater Ezo ab Henrico cognomento Sancto Imp. D
circa An. 1012. acceperat) quodque oppidum postea Archi-Episcopo Co-
lon. ablatum, *Philippum* verò Imperat. Archi-Episcopo Adolfo circa An.
1204. illud restituisse scribit Gothofredus Monach. in Chron., deinde & Re-
gina *S. Annoni* tradidit oppidum *Coburg* cum pertinentiis in Franconia (quod
itidem Pater vel frater ejus *Otto* Dux Sueviæ, ut Seb. Glaser Cancellarius Princi-
pum Henneberg. in Chron. Henneberg. scribit, ab Henrico Sancto Imp. ob- E
tinuerat) item Mekedenheim! Dienumderode, Asslam, Ecclesiam matricem
in Tremonia. Chartam donationum harum de *Salfeld*, *Coburg* & *Orla* in insu-
la S. Swiberti coram Imperatore Henrico factarum exhibet *Gelenius* in Vin-
diciis B. Richezæ Reg. p. 54. adde Papebroch. in Act. Sanct. t. 5. Maij. p. 59. ubi in
literis acceptationis S. Annonis, quas vid. infra in Codice nostro Di-
plomat. Palat: inter alia, hæc verba habentur: *Nos quoque pro devotione* F
Christianissimæ Reginæ non multa quidem à Nobis quærenti, quantum tamen
ipsa proposuerat, in precariam ejus concessimus has scil. villas Dominatus no-
stri ei tradentes usque ad finem vitæ suæ cum omni utilitate possidendas: Gedte-
bach, Brickenheim, VVictolo, Moffendorf, Muotersheim, Blosheim, Zuovero
(vel ut Papebroch. t. 5. Maji. p. 49. conjicit Zons:) *& Uresheim* (Urecheim)
Insuper Annis singulis 100. *Martas Argenti de Camera nostra. &c.* Sic & G
sumptibus ejus *Monasterium* construi fecit per *Adalberonem* Episcopum
Herbipolensem in loco, *ubi S. Kiliani* sociorumque ejus sacrum est Marty-
rium, idque insigniter dotavit, cujus etiam Episcopium ex numerosa fa-
miliarum clientela cum omnibus, quæ ad oppidum *Saltza* in Comitatu
Hennebergico pertinent, Regia prorsus munificentia adauctum est. v. Ge-
len. l. cit. Chron. Herbipol. & Henneberg: ita & multa alia monachis dedit. H
Henrico etiam *Rheni Palatino Domino de Lacu* consanguineo suo castrum
cum oppido *Cochem* in agro Trevirensi tradidit, eumque territorii *Clottensis*
advocatum fecit An. 1056. Chartam donationis exhibet Gelenius Vin indic.

B. Re-

A B. Richezæ. p. 25. Circa hæc tempora *Stirps Ezonis* Palatini nostri paulatim defecit in *Henrico* & GUNONE *D. Bav.* nepotibus suis ex filio *Ludolfo*, quorum *hic* in Hungaria An. 1055. veneno periit [illegible] *ille* monasterium *Gorziense* ingressus tandem in *Epternacensi* Monasterio vitam finiit, & *Richeza* Regina bonorum nepotum suorum hæres facta est, & licet ipsa aliquoties sibi sepulturam apud Parentes & fratrem *Ottonem* Palatinum Sueviæque
B Ducem, quem impensè dilexerat, in Browilre elegerit, & ipse S. Anno Reginæ id jurato promiserit, corpus tamen ejus post obitum una cum Cimeliis & pago Clottensi, quem tamen ipsa *Monasterio Browilerensi* legaverat, contra omne jus fidemque juramento firmatam violenter retinuit, & Coloniæ A. 1065. in novo Monasterio suo *S. Mariæ ad gradus* sepeliri jussit, unde postea lis maxima exarsit inter Annonem Archi-Episc. & B. Wolfelmum Browil-
C lerensis Monasterii Abbatem. De qua re vid. Gelen. in Hist. S. Engelberti & in Vindic. B. Richez.

Henricus Comes Palatinus Rheni, cognomento furiosus & monachus
7 valdè dives ob acquisitam hæreditatem fratris sui Conradi Ducis Bav. in Hungaria 1053. absque liberis defuncti, unde etiam in vita S. Anonnis apud Surium p. 755. vir potentiæ singularis & gloriæ vocatur, hic Monasterium
D *Gorziense* ingressurus Castrum *Sigeberg* cum pertinentiis *S. Annoni* Archi-Episcopo Colon. donavit, quod tamen postea è monasterio uxoris suæ gratiâ iterum egressus, cum ab Annone repetere vellet, maximũ inde exarsit bellũm, ita ut etiã ipse Palatinus *S. Annonem* obsidione cingeret in urbe Agrippinensi, quâ de re. v. Vitam S. Annonis apud Surium in 4. d. Dec. c. 32. Massen. in Annal. Trevirens. t. 1. p. 537. *Sigeberg* autem postea S. Anno circa A. 1061.
E in Monasterium S. Mich. & S. Maurit. vertit, cujus etiam meminit *Freherus* noster in Orig. Palat: p. 1. c. 11. adde Papebroch. l. cit. t. 5. Maji.

Henricus Comes Palatinus Rheni, Dominus *de Lacu*, Ezonis f. *Erenfridi*
8 Palatini ex fratre *Hetzilone* S. Henrico nepos & *Ottonis* Comitis Palat. Rheni Ducis Sueviæ in Palatinatu eidemque annexo Palatii & Vicariatus officio An. 1045. *Successor*. vid. infr. in Ottone Palat., mortuis Patruelibus suis eorumque filiis terras omnes Palatinas, exceptis iis, quæ à Patre, Patruo,
F Patruelibus, imò & *Richeza* Poloniæ Regina monasteriis monachisque tradita fuére, pleno successionis & hæreditatis *jure obtinuit*: unde & non solùm à *Bertholdo* apud Massen. l. cit. t. 1. pag. 570. VALDE DIVES, sed & ejus privignus *Sigefridus*, quem amplissimis opibus relictis hæredem & successorem testamento scripserat, à Trithemio in Chron. Hirs. t. 1. p. 354. vir genere, POTENTIA & probitate nobilissimus vocatur, sine du-
G bio ob ditiones, quas Sigefridus Henrici Palatini hæres imperio suo complectebatur. En de Henrico Sigefridoque Rheni Palatinis nostris testimonium! Henricus denique Palatinus prole carens sede suâ amœnissima Castro ad Lacum dicto consentiente uxore sua Adelheide A. 1093. vel ut Massenius An. 1094. in Monasterium verso multis prædiis, pagis, terris & possessionibus, ut Rheide, Bele, Crust, Bedendorf, Feide Willenburg, Heim-
H bach, Alke (Alkane) & Lacu idem dotavit, atque se suosque Successores istius Monasterii Advocatos constituit. v. Literas fundationis Monasterii inf. in Cod. Diplomat. Palatino. adde Freher. Orig. Pal. p. 2. c. 9. & Massen.

in

in Annal. Trevir. quod cum morte præventus Palatinus absolvere non po- A
tuisset, privigno Sigefrido seriò commendavit. vid. Trithem. in Chron. Hirsaug.
Porrò *Adelheidis*, uxor ejus, illustrem donationem quoque fecit Eccle-
siæ *Limburgensi* ad Lanum, ipsa enim, ut Browerus in Schol. ad vitam S. Bern-
wardi, & Massenius lib. cit. p. 710. testantur, post *obitum mariti Limburgi*
degens, volente & præsente filio *Sigefrido*, Clericis S. Georgi, canonicè famu-
lantibus, Manegoldi Capellani sui beneficium, quod in villis *Muda* 13000. B
pass. à Limburgo distante, & *Bisem* (hodiè Isenburg) 6. Mansorum descri-
ptione patebat, ob animæ suæ salutem & mariti redemtionem largita est.
Circa hæc tempora, deficiente jam *Hermanni Rheni Palatini* stirpe, Ca-
strum *Zülch* ad *Colonienses*, *Thonaburg* s. Thomberg Castrum cum perti-
nentiis ad *Comites Juliacenses* sive donationis sive venditionis titulo perve-
nisse videtur, à quibus Castrum *Thomberg* cum pertinentiis, Nobilibus *de* C
Sombreff, *Dominis in Kerpen & Landesceron* feudi nomine concessum fuit:
Verùm cum postea *Fridericus* ultimus Dominus de Sombreff cum Comite
de *Manderscheid* A. 1473. arma conjunxisset, contra Dominum suum *Wilhel-*
mum, Ducem Juliacensem, ab eodem Duce Castrum obsessum receptumque
fuit, in qua obsidione etiam *Adolfus* Wilhelmi Ducis junior filius periit. 1473.
v. Teschenmacheri Annal. Juliac. Exortæ tamen postea sunt controversiæ D
& lites inter Archi-Episcopum Colon. & Ducem Juliac. propter hanc Præ-
fecturam *Thomberg*.
Sigefridus Comes Palat. Rheni & Nemoris Comes Brabantiæ & *Orlamun-*
de, *Henrici Rheni Palatini* Domini *de Laca*, Vitrici sui, hæres, ejusdemque in
Comitivæ Palatii officio *Successor*, Monasterium *Lacense*, à Vitrico inchoatū,
A. 1112. perfectè & liberalissimè dotavit & locupletavit. v. Annal. Lacenses 9
Ms. imò etiam, Massenius l. c. t. 2. p. 8., In Orientali Lacus crepidine pro- E
minet collis in aquas è rupe solida, ita, ut Lacu ipso circumdari remotior ju-
dicet oculus, in hoc Colle Palatini Rheni Castrum s. *Domicilium* quod-
dam antiquitus habebant, id *Sigefridus*, paci Monachorum consulere vo-
lens, funditus *destrui* jussit, cujus rudera adhuc conspiciuntur. v. Trithem. in
Chron. Hirsaug. t. 1. p. 29. in hoc quoque Monasterio exemplo Vitrici sui se-
pulturæ locum sibi elegit. v. Bucelin. de Monaster. Germ. p. 2. & Massen. l. c. F
t. 2. p. 7. quædam etiam Ecclesiæ Epternacensi donavit. Sic & in *Brabantiâ*
celebre Monasterium *Hafflagenum*, haud procul ab urbe Alosto, Comitatus
titulo nobili, fundavit cum fratre suo *Henrico* 3. Comite Lovaniensi. v. Leod.
in vit. Frid. II. El. p. 12. Trithem. in Chron. Hirsaug. t. 1. p. 211. vel potius illud
variis prædiis, sylvisque *insigniter dotavit*, ita ut etiam *Lacense Cœnobium*
huic subesse voluerit. v. Trith. l. c. & Cardinalis quidam de eo singulis annis G
19000. floren. acceperit. v. Leod. l. c. *Fulgentius* I. Abbas hic constitutus fuit,
ceu legere est apud *Trithemium*. l. c. & in Chron. *Hafflageniensi*. Sub *Sigefri-*
do hoc vetus Palatinatus Rhenanus haud exiguas etiam passus est imminu-
tiones; Vitricus enim ejus cum A. 1095. vitam cum morte comutaret, atq; *Si-*
gefridum privignum hæredem instituerет, ipse Sigefridus adhuc *juvenis*, re-
busq; suis consulere nesciens, accedente postea famosâ illâ ad *Palæstinā* recu- H
perandâ expeditione, Duce *Gothofredo Buillionæo*, Lotharingiæ Duce, A. 1096.
susceptâ, (cui præter 600000. peditum promiscui sexus, & 100000. Equitū, te-
ste Wilhelmo Tyrio l. 2. & 3. Cluvero in Hist. Univers. p. 430., & ipse Palatinus

A juvenis cum aliis permultis Europæ Principibus interesse cruceque signari
voluit, teste Trithemio l. cit. t. 1. p. 291., terras suas aliis *invidis atque jus ali-
quod in eas* prætendentibus diripiendas reliquit. Quod & Bertholdus apud
Massenium in Annal. Trevir. t. 1. p. 570. haud obscurè innuere videtur, quan-
do scribit: *Henricus Comes Palatinus multum & ipse dives, sed Apostolicæ sedi non
adeo obediens, viam universæ carnis arripuit divitiasq; multas à multis sibi in-*
B *utiliter diripiendis reliquit.* Turbidis illis temporibus, quæ Palatinatum
afflixerant Rhenanum, multa ditionibus *decerpta* fuisse, suspicari licet. Nam
si rerum seriem pandere necessum est, ruminari sedulò oportet, non simpli-
cem causam fuisse, quæ *Sigefridum* nostrum maximis calamitatibus, ruitu-
ro in terras suas discrimine, implicaret. Anno enim 1108. in Conventu *Fran-
cofurtensi* truculentas ab *Henrico*, cognomento Proditore & Exule, Lotharin-
C giæ quondam Duce, è domo Limburgica, tum temporis in gratiam Cæsa-
ris recepto, calumnias passus est, affectati scil. regni, emptique in regis caput
percussoris. Propterea *vinculis oneratus* ab infenso Rege, & *Erlungo* Epi-
scopo Herbipolensi ad custodiam traditus est. Postmodum, cum *Ulrici
Vinariensis & Orlamundæ* Comitis hæreditatem jure propinquitatis, cernere
gestiret, Anno 1112. ab *Henrico* 5. Imperatore repulsam accepit gravissimam,
D utpote qui possessiones istas ærario regni, quàm *Sigefrido* nostro, vindicare
maluit. Quid fit: Noster *priores miserias sequentibus exaggerans* totam
Saxoniam tantis implet querimoniis, ut *Lotharium* Saxonem (postea
Imperatorem) *Rudolfum* Saxoniæ Marchionem, *Fridericum* Saxoniæ Pa-
latinum, Ludovicum Thuringiæ Landgravium, *VVicbertum* Potentissimum
Groizinensem Comitem Lusatiæque Marchionem, à Cæsaris obsequio retra-
E heret, adeò quidem, ut gravis enasceretur conjuratio. Durantibus itaq; perni-
ciosis hisce seditionum fluctibus, Palatino nostro exitiũ minantibus, in Saxo-
nia æquè, ac in veteri Palatinatu Rhenano haud pauca ab Imperatore *detracta*,
aliisque tradita fuisse haud incredibile est. Præsertim, si consideramus, quod
postea à *Mansfeldensi* Comite *Hoyero*, primùm Saxonum, deinde relictis iis,
Cæsaris partes secuto, A. 1113. trucidatus, non nisi impuberem filiolum *VVil-
F helmum* relinqueret, sicque vicinis omnibus jam diu exoptata de Palatinatu
aliquid decerpendi, atq; in turbida illa aqua expiscandi arrisit occasio.

VVilhelmus, cognomento Puer, Comes Palat. Rheni & Nemoris *Sigefridi*
10 Palatini filius, Patre A. 1113. ab Hoyero Mansfeldio occiso, ipse adhuc infans
tutorem & Palatinatus *Administratorem* accepit *Gothofredum Comitem Pala-
tinum Tübingensem* s. Sueviæ, Comitem *de Calvve*, qui apud Imperatorem of-
G ficio Palatii tam diu functus est, donec Wilhelmus ad majorem perveniret
ætatem. Hæc etiam causa est, quod Gothofredus ille (ut obiter adnoto) in
quibusdam Diplomatibus Henrici 5. Imp. non nisi *Comes de Calve* nuncupe-
tur. v. Lehman. Chron. Spir. l. 4. c. 22. l. 5. c. 45. Hinc & Chronicon Wein-
garth. de Guelphis apud Canisium in Lect. Antiq. t. 1. p. 181. Trithemius in
Chron. Hirs. t. 1. p. 189. 418., Henningesius in Theat. Geneal. t. 2. p. 2. p. 115. aliiq;
H eundem non nisi *Comitem Palatinum de Tübingen* vocant, & Trithemius l.
cit. p. 418. testatur, eum tandem mortuâ uxore (Luitgarde, Bertholdi Zærin-
giæ Ducis filia, ut Bucelin. in Stematographia) Hirsaugiense Monasterium
intrasse, ibiq; A. 1148. mortuum & sepultum fuisse. Ad *VVilhelmum* ut redeam,

is postea

is postea Comes Palatinus, Rheni factus & prole carens, quin quædam de A
Veteri Palatinatu alienaverit, & Monasteriis Ecclesiisque contulerit, haud levis indicat conjectura, quodque inprimis munificentiâ suâ erga Ecclesiam *Sprenckersbacensem* in Diœcesi Trevirensi ostendit, dum eidem inter alia etiam quartam partem sylvæ Contel tradidit (quæ A. 1136. 6. Id. Aug. ab Alberone Archi-Epis. Trev. consecrata est, qui ibidem primum constituit præpositum *Bertulfum*, v. Trithemii Chron. Spanheim., ubi etiam B
ipse *Wilhelmus* Palatinus sepulturæ locum sibi elegit. v. Massen. Annal. Trevir.) testibus *donationis tabulis*, quas ipse manu sua conscripsit, atque super altare B. Virg. Mar. posuit, & hoc modo incipiunt: *Ego VVilhelmus Comes Palatinus recogitans ex pluribus, quæ mihi ex superabundanti gratia Deus in præsenti vita contulit, qualiter de futuræ vitæ bonis mihi aliquem compararem pauperum Spiritum, qui in hoc sæculo nihil habere cupiunt, ut Christum lucrifaciant, manutenens, & aliquid de meis ad consolationem & sustentationem dare decrevi, ut ipsi me in æternis recipiant tabernaculis.* &c. dat. C
A. 1136. Indict. 14. Lotharii Imp. 4. Anno Alberonis Pontificatus 5. v. ex Ms. de Originibus Sprenckirsbacensibus Massen. in Annal. Trevir. p. 754. 747. 776. integrum vid. infra in Cod. Diplom. Palat. dedit & *VVilhelmus* Palatinus noster *Adalberoni* Archi-Episcopo Trev. Ecclesiam *Keimetam*, quam D
Archi-Episcopus postea *Richardo* Abbati *Sprenckirsbacensi* in pleno Synodi conventu, teste Massenio l. cit. t. 2. p. 768. tradidit.

Hermannus II. Comes de *Stalecke* & *Baccharach*, in Palatinatu Rheni, 11
VVilhelmo Palatino A. 1142. absque liberis defuncto *succesit*, electus in Palatinum Rheni à *Conrado III.* Imp., cujus *neptem* ex Sorore *Luitgarde* Conradi Magni Marchionis Misniæ & Landspergæ uxore, *Gertrudem* nomine E
uxorem duxerat. v. Chron. Mont. Seren., & infra in Hermanno. Hinc quam plurimi vicinorum aut invidia, ob tantam novi Palatini potentiam, & acquisitas divitias, (de quo. vid. Ligurin.) aut alio aliquo in Hermannum odio concitati, novas etiam in quam plurimas Veteris Palatinatus Rheni ditiones fecére prætensiones. Propterea etiam cum variis *Hermanno* Palatino nostro, qui nihil nisi jura Palatina tuebatur, enatum est bellum, ut An. F
1148. cum *Adalberono* Archi-Epis. Trevir. cum *Ottone* Comite de *Rhinecke*, cum Lamberto *Abbate VVerdinensi* A. 1147. (v. Bucelin. in Topo-Chrono-Stemmatographia. p. 315.) & cum *Arnoldo* Archi-Epis. *Moguntino*, & Episcopo *VVormatiensi* A. 1155. Hi omnes juribus Palatini inhiantes quædam semper sub variis prætextibus justitiæque coloribus detrahere conabantur. *Palatinus* aliquamdiu strenuè quidem sua tutatus est contra Episcopos avaritiâ insatiabiles, atque hinc pestiferorum motuum semper auctores, ut G
verbis utar Johannis Cluveri in Hist. Univers. Verùm cum & ipsi *Imperatores* jam radicatam Episcoporum potentiam formidarent, sæpius etiam, ne ipsis sinistri quid ab eorum artibus eveniret (uti infra videbimus) nihil ferè contrarium decernere solerent, sed pacem potius in *Imperio* studiosè quærentes, eosdem offendere quasi pro crimine haberent, hinc & *Palatinus* Comes pro pacefirmandâ, Imperatore procurante, quædam de H
juribus suis cedere, eaque Episcopis relinquere quandoque necesse habuit. Interim & ipsum *Hermannum* nostrum quædam de Veteri Palatinatu

A alienâsse constat: Sic & eundem Abbati *VVerdinensi Lamberto* curtim ANGEREN ad fluv. Anger, haud procul ab oppido *Duysburg*, cum omnibus attinentiis, prædiis, sylvis, aquis, aquarum decursibus. &c. Vendidisse *Bucelinus* ex antiquis Documentis Abbatiæ Werdinensis in topo-chrono-Stemmatographia sua p. 315. docet: *Monasterio* etiam *Bildhusano* à se A. 1156.
B fundato in tractu Hennebergico de bonis proprietatis suæ, vel, ut Chronicon MS. Bildhusanum von seinen erblicher Gütern/dedit Holnstat, Ramfeltshusen, Utenhusen, Rāpertshusen, Loherith, Dominicale in Weingheim, & 7. mansos in Junckersheim, cum omnibus appenditiis, ut ex Diplomate Frid. I. Imp. datum Monasterio Bildhus. A. 1158. patet, quod vid. infra in Codice nostro Diplomat. *Hermanno* deinde in Comitiis *VVormatien-*
C *sibus* An. 1156. mense Januario ob pacem Germaniæ turbatam exauctorato, quam plurimi iterum in turbidâ aquâ piscari atque Palatinatui quædam detrahere non intermittebant. Hinc ejus Successor

Conradus Comes Palatinus Rheni Dux Sueviæ, Comes Bipontinus, *Fri-*
12 *derici* 1. *Imperat.* frater, varia partim ab Antecessoribus alienata, partim à vi-
D cinis injustè ablata recuperare, atque ità veteri Palatinatui iterum, sed frustra, incorporare studebat. Unde bellum postea enatum inter ipsum & Archi-Episcopum *Coloniensem* propter Castrum & montem *Rheinecke*, & cum Archi-Episcopo *Trevirensi* ob castrum *Erenberg* (quod postea ab Archi-Episcopo *Hillino* Mediante Imperatore Palatino Rheni in feudum concessum fuit. v. Massen. in Annal. Trevirens. quodque cum pertinentiis
E suis adhuc A. 1615. *Fridericus* 5. Elector. Palat. a *Lothario* Archi-Episc. Trevir. feudali titulo recognovit, ut ex literis feudal. ejusdem Archi-Episcopi patet, quas vide infra in Codice diplomat. Palatino) *Laenstein*, *Keimten*, *Sidelingen* &c. De q. vid. infra in Conrado. Num autem postea *Conradus* hic venditione aliisque modis de veteri Palatinatu quoque nonnulla alienaverit? ob defectum Documentorum, Scriptorumque rerum Palatinarum istius ævi non
F satis constat. Certum interim est, veterem Palatinatum jam Conradi tempore, & antè, maxima decrementa passum fuisse, & non amplius tantis terrarum limitibus, quibus antea terminabatur, circumscriptum fuisse, unde etiam non amplius in Veteri, sed in Novo Palatinatu, cujus metropolis *Heidelberga*, sedem fixêre *Palatini Rheni*.

13 *Henricus* Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ *Brunsvvicensis Hen-*
G *rici Leonis* Saxoniæ & Bavariæ filius, supradicti verò *Conradi* Rheni Palatini *gener*, ejusdemque in Palatinatu Rheni & eidem annexo Palatii, Vicariatus & Archi dapiferatûs officio *Successor* An. 1195., de quo vid. Freher. in Epist. ad Gebwold. & infra in Henrico. Hic omnium maxima Veteri Palatinatui decrementa æquè ac detrimenta vendendo, oppignorando, alienando
H quamplurima attulisse videtur, cui etiam non nisi *Patria* dulce solum fuit, quamobrem relicto Palatinatu, An. 1218. *Brunsvvigam* se recepit, eandemque cum paucis pertinentiis pro *nobili Palatinatu Rhenano* permutasset, si frater ipsius *Otto* 4. Imperator voluisset, de quo infra fusius dicturi sumus, in istâ etiam civitate ab obitu fratris, neglectis penitus rebus Palatinis ad mortem usque permansit, ibique etiam *mortuus* A. 1227. & juxta Patrem ad S. Blas. sepultus est. Alienavit autem præter alia quàm plurima

1. *Advo-*

1. *Advocatiam Urbis & Ecclesiæ Trevirensis*,inæstimabile sanè jus ab A
antiquissimis Rheni Palatinis Antecessoribus ejus hactenus exercitum,quod
in summum Successorum præjudicium A. 1197. die Paschatis (Treveris (antequam in Palæstinam expeditionem susciperet) *Johanni* Archi-Episcopo
Trevirensi pro certo procul dubio pretio *resignavit* cum omnibus pertinentiis tam (*a*) *feudatis*, quàm non *feudatis*, & omnibus servitiis annualibus,quæ Antecessor ejus *Conradus* Rheni Palatinus habuit in *villis* Archi- B
Episcopi in *pago Trechere* (vel Drachere, cujus meminit Henricus Sanctus
Imp. in Diplomate dat. Abbati S.Maximini Trevir. 1023. 4. id. Dec. quod
vid. infrà in Cod. nostro Diplomatico Palatino) *aliisque* super *Mosellam* villis, juravitque *Henricus* Palatinus die Paschatis coram Archi-Episcopo super clavum Domini,& super omnes in capside contentas Sanctorum reliquias,quod neque ipse, neque aliquis Successorum suorum, Advocatiam hanc C
repeteret. Resignationis Chartam, quam exhibent *Kyriander* in Annal.
Trev. 15. p. 163., *Massenius* in Annal. Trev. p. 2. p. 95., & *Freherus* in Origin. Palat. p. 2, p. 84., vid. infrà in Codice Diplom. Palat.

2. *Comitatum* s. pagum *Meyenfeld* in Palentia majore quondam situm,
(Regnoni Prumiensi Pagus *Meginensis* & Magniacensis etiam, à *Magniaco*
Metropoli sic dictus,hodie *Meyen* ad fl. Nette. v. Freher.l.cit.p.2. c.9., Nic. D
Serrarius in rebus Mogunt. l. 1. c. 4. de quo vid. & infrà in Cod.Diplom.Palat.ad Diploma Ottonis I. Imp. de A. 966.) una cum villis *Engelstad*, (juxta
Ingelheimium) *Hedenesheim*, (Heddesheim inter Crucenacum & Bingiū)
Sickenbach, Comitibus *Spanheimensibus Henrico*, *Alberto*, & *Gotthofredo* fratribus A.1197 6.Kal. Junii, antequam in Palæstinam proficisceretur,pro 650. E
Marcis argenti oppignoravit. Literas Henrici Palatini *oppignoratitias* datas
in arce *Staletke* Baccharaci 1197. 6. K. Jun. vid. apud Freher. in Orig. Palat.
p.1.c.11., & infra in Codice nostro Diplomat. Palatino. Comitatus postea, vel
à Spanheimensibus Comitibus,vel à Palatinis ad Archi-Episcopos Trevirenses nescio,quo titulo pervenit,testantur enim Annales Trevirenses Henricum
Archi-Epis. A. 1280. arcem hic in oppido *Meyenfeld* exstruxisse, & *Balduinum* Archi-Ep. Monasterium postea ibidem fundasse, mœnibus oppidum F
de novo cinxisse, & *Arnoldum*,qui obiit A. 1260. *Münsterium Eifliæ* ejusdem
pagi oppidum vallis atque mœnibus circumdedisse, quâ de re vide plura apud Kyriand. in Annal.Trevir., Massenium & Browver.l. cit.

3. *Stadensem Comitatum* suum A.1219.vendidit *Gerhardo* Archi-Epis.Bremensi pro 6200. Marcis argenti, ut ex instrumento hâc de causâ confecto G
patet,quodque vid,infra in Codice Diplom. Palat.

4. Sic & *Adolfo* Holsatiæ Comiti Patrimonium suum, quod habuit
circa fluvium *Game* 700. Marcis argenti vendidisse clarum est ex Chronico Slavor. l. 4. c. 12. Ubi hæc verba habentur: *Postea verò, mediantibus amicis, Comes Adolfus ad gratiam Henrici Comitis Palatini venit, &*
facti sunt amicissimi, ita, ut Dux Henricus patrimonio suo, quod circa fluv. H
Gamme habebat, eum in benefitiaret, & Comes 700. Marcas ei persolveret. Freherus in Ep st. de suscepta ad Gebwold. Bav. Adolfum hunc *Comitem de Dassel* vocat.

M 3 5. Sic

A 5. Sic filia ejus natu Minor *Irmentrudis*, nupta *Hermanno* IV. Cog.to Pio Marchioni Badensi, marito *Durlacum, Pfortzheimium, Heidesheimium, Etlingam* aliaque cum pertinentiis attulit, *Friderico* II. Imp. id comprobante, perperam itaque *Sprenger* in Lucer. p. 197. tradit: Præfecturam *Badensem* & *Pfortzheimensem* quondam ad Domum *VVürtenbergensem* spectasse. Deinde alienata sub eodem *Henrico* Palatino & alia quam plurima Veteris Palatina-
B tus Castella, oppida atque integra etiam Dominia in maximè perturbato illo Imperii Statu, quo Cæsares *Philippus* & *Otto* de Imperio contendebant, & Pontifex Romæ Fridericum II. contra Ottonem concitabat. *Henricus* enim fratris sui Ottonis partes acerrimè sustinens contra Philippum æquè ac *Fridericum* II., tandem tamen una cum fratre Ottone Imp. in angustias redactus est: hinc ditiones terræque ejus Palatinæ miserum in modum à
C Cæsarianis devastatæ, Castra partim occupata aliisque (*b*) *à Cæsare in feudum* concessa, partim solo æquata villæ permultæ ferro flammisque deletæ fuerunt, ita, ut magnum tum caperet Decrementum Palatinatus Rhenanus. Factum autem id eo inprimis tempore, quo Palatinus Leoninum induceret animum, vindicaturus crimen *Moguntini* ingratissimi Archi-Episcopi in fratrem ejus *Ottonem* commissum, Archi-Episcopatum enim ejus una cum Du-
D ce *Brabantiæ* & *Lotharingiæ* miserrimè devastaverat A. 1212. circa Fest. S. Mich. ita, ut ipse Archi-Episcopus terrâ suâ excedere, atque in Thuringiam aufugere coactus fuerit, quo facto à Cæsare A. 1214. vel 1215. proscriptus, toto Palatinatu Rhenano una cum dignitate Comitivæ Palatii exutus, Rhenique Palatinatus in Ludovicum Bavarum D. transmissus fuit,

(*a*) *Tam feudatis.* Videtur, Rheni Palatinos ratione & intuitu Advocatiæ
E Urbis & Ecclesiæ Trevir. ab eadem in feudum jam ab antiquo accepisse inter alia etiam Palatiolum (hodie **Pfältzel.** à Julio Cæsare primitus, ut fertur, exstructum) cum adjacente territorio aliisque villis, pagis, prædiis &c. Eodem modò, quo Rheni Palatinos Castrum quoque cum *Burgo Heidelberg &c. Cometiam Stalbühel.* ab Ecclesiâ *VVormatiensi* in feudum accepisse supra. c. 2. n. 9. diximus, adde Freherum in Orig. Pal. & in not.
F ad Ausonii Mosell. pag. 125., Massen. Annal. Trevir. p. 2. p. 68. ad 1161.

(*b*) *A Cæsare in feudum.* Inprimis *Juliacensibus* Comitibus, *Wilhelmo* scil., quod ex Arnoldi Lubecensis Chron. l. 4. c. 1. colligere licet, ubi hac verba leguntur: *Cum igitur* A. 1204. *Otto* IV. *Coloniam obtinuisset, repente inopinata adversitas exorta est:, Si quidem Comes de Gülicke contra eum insidias moliri cœpit, ita ut Philippo Imp. literas & nun-*
G *tios occultè dirigeret, hoc demandans, si ipsum divitiis & honoribus ampliare vellet, quod non solùm omnes Principes fautores Ottonis Regis (fratris Henrici Palatini* nostri) *sed & ipsum Archi-Episcopum Coloniensem* (Adolfum scil. postea à Papa depositum) *in suam partem adducere vellet, qui gavisus est, hoc remandans, ut super hoc negotio ad locum determinatum sibi occurrere vellet, quod & factum est. Philippus igitur eum sibi juramento ar-*
H *ctius astringens*: (Ducem Brab. ut & Archi-Episcopum Colon. Confluentiæ A. 1204. post Festum S. Mart. Philippo fidelitatis juramentum præstitisse docet Gothofridi Chronicon.) CURIAM 600. MARCAS PERSOLVENTEM *ei in beneficium concessit* (adde ea, quæ infra ad A. 1204. in Henrico Palatino

ex

ex Arnoldo Lubec.l.6.c.1. dicentur:) *& ditatum auro & argento, vestibus pretiosis, & equis ad sua remisit, omnesque ei obsequentes bene induit. VVilhelmus igitur Romes de Sulicke* (quem Lev. à Northof in Chron. Marcan. *Adolfum* vocat, & 5000. marcarum corruptum, Ottone deserto, Philippi partes secutum narrat, adde Trithemium in Chron. Hirs. ad A. 1204. ubi h. modo: *Deinde Adolfum Colonienfem ad se vocatum in oppido Andernach cum multa industria reconciliat, & utDucem Brab.^z & reliquos Lotharingiæ nobiles sibi efficiat fideles* 10000. *marcarum ei donat, & Salveld* (in Thuringia. v. sup. n. 6, & cap. 2. n. 2. 4.) *dudum ab Ecclesiâ Colonienfi alienatum ei restituit, & plura se daturum promisit*) *ipsum Archiepiscopum Colonienfem, & omnes Urbis cives ita præstigiis suis circumvenit, ut omnes Ottoni renunciarint, & in partem Philippi inclinarint.* Unde *Philippus* ab Adolfo Archi-Episcopo Aquisgranum deducitur ibique coronatur (1205. initio anni, ut Gothofredus Monachus scribit.) A B C

Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Nemoris Dux Bavariæ, *Ottonis* IV. majoris *VVittelsbachii*, Bavariæ Palatini, & 1. Ducis Bavariæ filius, proscripto *Henrico* Comite Palatino Rheni Brunsvvicensi, A.1215. in Comitiis Ratisbonensibus à Friderico. II. Imp.in *PalatinumRehni* electus, Palatinatum Rhenanum aliaque eidem annexa Palatii, Vicariatus & Archi-Dapiferatus officia obtinuit. vid, supra. c. 2. n. 11. quo potissimum tum temporis continebatur tractus ille Graichgoviæ, in quo *Heidelberga* sedes jamComitum Palatinorum Rheni, Comitatus Bipontini pars à Conrado Rheni Palatino ratione matris Bipontinæ acquisita. vid. sup. c. n. 9. & infra in Conrado ad A.1195. Item *Baccharacum* cum Castro *Stalecke*, aliaque recentioris Palatinatus Dominia, dico *recentioris*; pleraque enim *Veteris Palatinatus* loca in partibus Mosæ & Mosellæ in agro Trevirensi & Coloniensi, *partim* Monachis, ut jam supradictum, à Palatinis tradita, *partim* vendita, alienata, oppignorata erant, *partim* denique in perturbato illo Imperii Statu, quo Germania civili bello maxime conquassata erat, *vel à Cæsaribus* ipsis *Philippo* scil. & *Friderico* II. Palatinum omnibus modis fratris sui Ottonis partes sustinentem, & propterea proscriptum, acerrimè persequentibus expugnata, *vel* aliis vicinis, ut Comiti *Juliacensi*, *Manderscheidensi*, *Montensi*, *Isenburgensi*, *VVedensi*, *Seynensi*, *VVesterburgensi* occupanda tradita, occupataque tandem in feudum iisdem concessa fuére, ita, ut de veteri amplissimo illo Palatinatu non nisi Palentia minor remansisse videatur: Palentiæ enim majoris bona pars (Comitatus s. Pagus *Meyenfeld*) ut supra dictum, jam alienata erat, Palentiam deinde minorem cum aliqua majoris Palentiæ parte (in quibus inter alia & hæc fuére, Castrum *Broyl*, Advocatia in *Ludensdorf*, Castrum *Erenberg*, *Schonenburg* &c.) tanquam veteris Palatinatus reliquias insequentibus temporibus Palatinos, *Rudolfum* scil. cœcum, ejusque fratrem *Rupertum* Seniorem Electores A. 1350. Ecclesiæ Trevirensi, sub *Balduino* Archi-Episcopo donasse, feudique titulo ab eadem Ecclesia recepisse, Palatinos verò postea in subfeudum (zum Afftterlehen) *Comitibus à Virnenburg* concessisse præter Annales Treverenses sæpius citatos Freherus quoque noster in OriginibusPal. p. 1, c. 2. & Sprenger. in Ellychn. p.1722. fusius docent. Quanto majora autem Veteris Palatinatus fuére decre- 14 D E F G H

A crementa tantò etiam majora incrementa sumsit insequentibus temporibus Recentior ille Palatinatus Rhenanus.

Otto, cognomento Illustris, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, ductâ *Agnete* Palatinâ, *Henrici* Comitis Palat. Rheni Brunswicensis filiâ, Palatinatum Rheni plenariè obtinuit, & Patri *Ludovico Palatino* in Palatii officio A. 1231. successit, sedemque posuit *Heidelbergæ*, recentioris Palatina-

B tus Rhenani Metropoli, ubi etiam ipsi filius *Ludovicus*, cog.^to Severus, natus est. De Veteri enim Palatinatu perpauca, Palentiam scil. minorem, cum aliqua majoris Palentiæ parte, obtinuit, reliquis jam *partim* alienatis, distractis, venditis, oppignoratis, *partim* etiam aliis vicinis, inprimis *Juliacensi* à Palatinis *in feudum* concessis, ut ex sequentibus literis recognitionis feudalis *VVilhelmi* Comitis *Juliacensis*, datis *Ottoni Illustri* Rheni Palatino *Fran-*

C *cofurti* 1230. 6. Kal. Mart. patet, quas notatu maximè dignas ex Freheri nostri Originibus Palat. hic exhibemus: *VVilhelmus C mes de Güliche profitemur, quod nos ab Illustri Domino nostro Ottone Comite Palatino Reni, Duce Bavariæ, feudum, quod à Patre ejusdem Ludovico egregio Duce Bavariæ tenebamus, sub hac forma recepimus, & pacto, quod nos de proprietate nostra in reditibus* 20.

D *Marcarum ei resignavimus, & cum priore feudo recepimus ab eodem, ita tamen, quod datis* 200. *Marcis, dicti redditus* 20. *Marcarum ad nos redeant absolutè: super horum autem effectu & robore fidejussores sunt Præpositus VVilhelmus, Advocatus Aquisgranensis, Christianus Pincerna de Nidecke, Henricus Bunf, Carsilius, Milites de Güliche. Hæc utique supra spatium unius anni effectu debent compleri. Bona autem prioris feudi specialiter & nominatim & lo-*

E *caliter sunt subscripta: Advocatia in Brichse*, (Brisich, vicus Brisacensis, antiquitatibus Romanis haud incelebris, quarum bonam partem Hermannus Comes de Manderscheid in arcem suam Blanckenheim transtulit) *Advocatia in Viletge*, (Vileca, Vilich, celebre quondam Virginum Cœnobium, ubi Mathildis, Ezonis f. Erenfridi Rheni Palatini filia Abbatissam egit. vid. supr.) *Advocatia in VVesle*, (Wesel) *Advocatia in Berchem* (quod oppi-

F dum cum pertinentiis Hetzilo, id est Henricus, Ezonis Palatini frater, in bonorum divisione obtinuit. v. pl. infra in Ezone) *Advocatia in Pfaupfingendorf, Advocatia in Holtvvilre*, (Holtzvvillre, vel forsan *Brovvilre*) *Advocatia in Münstere* (vulgò S. Corn. Münster, Monasterium ad Indam, quod Monasterium Hetzilo, Ezonis Palatini frater, largiter dotavit, eique bonam Comitatus Nemoris partem contulit. v. inf. in Ezone) *Advocatia in*

G *Greznich* (Gressenich, ut in Mappis G.) *Advocatia in Urochem* (Urechem propè Coloniam) *Bona in Zulpeche* (hodiè Zülch, Veterum Tolpiacum. vid. supr. c. 2. n. 1.) *quibus attinet Ecclesia S. Mariæ, Advocatia in Dornich*, COMITATUS ET JUS NEMORIS (quem Comitatum Hermanni Comitis Palatini Rheni & Nemoris filii, Ezo & Hetzilo, inter se divisere, v. Gelen. & inf. in Ezone) *Bona verò pignoris sunt, allodium totum di-*

H *ctus Comes Palatinus habet in Flovercke* (Fleverick, vel juxta Freherum, Lovenicke) *Hujus facti sunt testes prædictus Præpositus Aquisgranensis Hartmannus C. de Dillingen, Ludovicus Pincerna de Occua, VVilhelmus Dapifer junior de Altzeya, Hartvvicus de Hirzberg, Bruno de Altzeya, Milites, cum toto Consilio Domini nostri Comitis Palatini. VVilhelmus Advocatus Aquisgranensis, Christianus Pincerna de Nidecke, cum toto Consilio nostro. Ad*

hujus

hujus facti robur huic literæ nostrum fecimus appendi Sigillum. Datum apud A *Franckenfurt A. D.* 1230. 16. *Kal. Martii.*

Sic quemadmodum *Lotharii* Comitis *VVedani* ex Sorore nepotes, *Eberhardi* Comitis Isenburgici filios, *Brunonem* scil. & *Theodoricum*, HUNC *Isenburgicorum*, ILLUM *VVedanorum* Comitum Satorem, ab *Ottone Illustri* Comite Palatino Rheni (& procul dubio etiam *Lotharium* Wedanum, à *Ludovico Palatino* Ottonis Patre) A. 1237. de integro *Comitatu VVedano* in- B vestitos fuisse legimus. v. Imhof Notit. Procerum Imperii. l. 9. c. 12. Ita etiam credibile est, quod vel Otto noster, vel ejusdem Pater Ludovicus, eundem *Theodoricum* ejusque Patrem Isenburgicos, de *toto Comitatu Isenburgico*, à Castro ejusdem nominis ad Rivum *Bisena* sic dicto (unde haud absurdâ conjecturâ utuntur illi, qui Castrum illud non cum vulgo Isenburg; sed rectius à Rivo isto Bisenburg nuncupant:) ad Palatinos (Henricum scil. Com. C Palat., Dominum de Lacu) quondam spectante, vid. supra. n. 8., investiverit.

Pariter oppidum *Braubach* ad Rhenum cum Castro aliisque pertinentiis ab *Ottone Rheni Palatino* nostro Comitibus de *Catzenelenbogen* in feudum concessum fuisse legimus apud Trithemium in Chron. Hirs. t. 1. p. 544., & in ejus Chron. Comitum Pal. Rh. & Ducum Bavar.

Eodem modo, si quicquam conjicere licet, eâdemque tempestate, *Hen-* D *ricus*, cognomento Magnus, Comes *Saynensis* (ex Veteri Nassovicorum familia oriundus, A. 1246. denatus,) vel à *Ludovico*, vel ejus filio, *Ottone Illustri*, Rheni Palatinis, investitus de toto *Comitatu Saynensi*, Isenburgico Comitatui proximo. Neque enim inter incerta fluctuat, quod asserimus, *Henrici* supradicti ex Sorore *Adelheide* nepotem, vel abnepotem, *Gothofredum Spanheimensem*, ex Saynensi Comitissa genitum, (à quo omnes hodierni Witgen- E steinii Originem trahunt) deficientibus scil. antiquis *Saynensibus*, ab Ottonis Illustris filio, *Ludovico* Rheni Palatino, A. 1273. de eodem Comitatu investitum fuisse, testibus literis feudalibus apud Freherum in Orig. Pal. & infra in Codice nostro Diplomatico Palat. adde etiam Chur-Pfältzischen Bericht/wie die gantze Graffschafft Sayn võ vielen 100. Jahren her Chur-Pfaltz-Manlehen gewesen und noch sey. Literæ verò feudales Ludovici F Palatini hoc modo se habent: *Nos Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, tenore præsentium notum facimus universis præsentibus & futuris, quod dilecto fideli & consanguineo nostro viro nobili Gothofredo Comiti Saynensi propter suæ probitatis merita & servitia, quæ nobis & hæredibus nostris imposterum est facturus, Comitiam Saynensem cum omnibus suis pertinentiis de nostra gratiâ liberaliter contulimus titulo feudali,* G *exceptis possessionibus & bonis, quæ Eberhardus fidelis & affinis noster Comes de Sayn Dominus de Eberstein* (Gothofredi Patruus) *recolendæ memoriæ Patri nostro* (Ottoni) *& nobis, soluta & libera dimisit, sicut in privilegiis super hoc confectis pleniùs continetur, promisimus insuper, eundem ab injuriis quorumlibet, tanquam nostrum Vasallum efficaciter protueri, in cujus rei testimonium sibi dari fecimus præsentes literas nostri sigilli muni-* H *mine roboratas. Actum & datum Baccharati Anno Domini* 1273. 11. *Kal. Sept.*

Non absimili modo *Nassovios Sigenenses Dilleburgenses* eodem quoque tempore, VEL à *Ludovico*, VEL ejus filio *Ottone Illustri* pri-

A mitus de feudis Palatinis investitos fuisse credere par est: Hujus enim Illustris Ottonis ex filio Ludovico nepotis *Rudolfi* Balbi literas feudales, cum elegantissimo sigillo Dillenburgicis datas, ipsemet vidi in *Archivo Nassovio-Dillenburgico*; uti supra c. 2. n. 12. dixi.

Sic, quæ de *VVedanis, Isenburgicis, Seynensibus, VVitgensteinensibus, Nassovicis* jam ostensa sunt, eadem quoq; de *Manderscheidanis, Blanckenheimiis,*
B *Schonenbergicis, VVesterburgicis, Chronenbergicis, Solmensibus, Greiffensteiniis & Braunfelsiis, Hanovicis, Virnenburgicis, Rheingraviis* aliisque quam plurimis Rhenani Palatinatus Vasallis dicta sunto.

Hâc itaque ratione terris atque Dominiis Palatinis *partim* alienatis, venditis, oppignoratis, *partim* Monachis, Ecclesiisque traditis, *partim*,
C ut jam ostensum, aliis in feudum concessis, Vetus Palatinatus Rhenanus paulatim evanuit.

16 *Ludovicum*, cognomento *Severum*, Comitem Palatinum Rheni, Bavariæque Ducem, Ottonis Illustris filium, & in Palatinatu Rhenano, eidemque annexo Palatii, Vicariatus & Archi-Dapiferatus officio Successorem, nihil terrarum Palatinarum, quantum constat, alienâsse, sed contrà
D permulta alia terrarum dominia & Superiori, seu Bavarico, & Inferiori, seu recentiori, Palatinatui Rhenano variis juris titulis adjecisse, sicque suas valdè auxisse ditiones deprehendo.

17 *Rudolfus*, cognomine *Balbus* & Exul, *Ludovici Severi* Rheni Palatini Principis Electoris primogenitus, ejusdemque in Palatinatu Rheni An. 1294. Successor, maxima quoque ditionum suarum damna perpessus est. Electoratum enim ejus, *Adolfi* Imperatoris confirmatione stabilitum, *Ludo-*
E *vicus* frater ejus natu *minor*, antequam Imperator esset, A. 1301. 1313. armis rescindere nitebatur, Imperator autem factus, fratrem suum *toto Palatinatu* privavit, non quidem præcisè & unicè ob denegatum sibi in electione Regis Rom. votum, ut plurimi scripsêre; Sed quod pervicacem clandestinamque cum Friderico, Cognomento Pulchro, Austriaco, Anticæsare, amicitiam coleret, ictisque fœderibus eum sibi devinciret, qui purpuram ipsi
F Imperialẽ nisi dubiam redderet, pertinacibus certè odiis invideret. Ceu colligere hoc ipsum possumus ex *reconciliationis literis horum fratrum*, septimo mense ab electione Ludovici V. Imp. (id est 1315. Mense Majo) exaratis. Quod ex Archivo Ducum Bavariæ docet *Herv. ab Hohenburg* Consiliarius minimus Ducis Bavariæ in *Ludovico* Imp. contra Bzovium *defenso* pag. 103., jussuque Ducis A. 1618. Monachii edito.

G Quomodo in Bello *Alberti* I. Imp. contra *Palatinum* nostrum & Moguntinum, Palatinatus Rheni A. 1301. ab Imperatore miserè devastatus, *VVifelochium* cum arce An. 1301. exustum, aliaque in Palatinatu Rheni flammis deleta atque perdita, Castella solo æquata fuerint? hæc inter alios fusiùs exponunt *Alberti Argent.* Chronicon & Annales Colmar: ad An. 1301; quomodo porrò idem Imperator, eadem quoque belli tempestate, Werdam
H ad Danubium in Superiore Palatinatu armis ceperit, atque Urbem, destructo funditusque deleto Castro adjacente, Imperio addixerit, supra jam c. 2. n. 13. exposuimus.

Tandem *Palatinus* hic exul mœrore obiit in Anglia, ut fertur, A. 1319. Rheni

tamen

tamen Palatinatum postea *Ludovicus* Imper., fratris morte compertâ, factâ A
bonorum divisione, *filiis ejus restituit.* vid. supra. c. 2. n. 14.

Porrò durante bello civili, *Adolfum* inter & *Albertum* Austriacum, Ru-
dolfi Palatini Avunculum, quem cum Adolfo Imp. socero ejus, in gratiam
revocare conatus est, cum Albertus postea *Altzeyam* ditionis suæ oppidum
obsedisset, irâ commotus *Rudolfus*, Soceri sui Adolfi partibus accuratiùs stu-
dere cœpit, unde eum non modo permultis Superioris Palatinatus oppidis, B
castellis atque dominiis privavit, sed & eundem postea obsidione cinxit. Ve-
niam itaque supplex petere coactus, non nisi magnâ pecuniâ datâ, Urbes si-
bi ereptas recepit.

Sub eodem etiam arcem *Fürstenberg*, juxta Baccharacum (de quo infra
in Ludovico Severo) una cum dimidia parte oppidi *Baccharach* A. 1313. oppi-
gnoratam fuisse *Nassovicis*, supra c. 2 n. 12. dictum est. C

Adolfus, Cog.[to] *Simplex*, Rudolfi Balbi Elect[is] Palat. primogenitus, ejus- 18
demq; in Elector. & Palatinatu Rhenano, non A. 1329. demû; sed A. 1319. statim
post Patris obitum *Successor*. vid supra. c. 2 n. 14. Rudolfus enim pater, uxore cû
filiis in Austria relictis, in Anglia exul obiit, ceu modo dictum. Imperator
Ludovicus morte fratris compertâ, iram deposuit, liberosque fratris in Austria D
tunc commorantes, gratiam Patrui Imperatoris, una cum *Friderico* & *Leopoldo*
Austriacis, implorantes & deprecantes, in pleniorem gratiam recepit, eosq; in
Palatinatum Rhenanum remisit. v. Gebvvold. l. de Seprem. p. 192. adde Naucle-
rum, qui in generat. 44. hoc modo: *Rudolfo A. 1319. mortuo, Uxor ejus Meza
(S. Mechtild) cum filiis ad Heidelbergam declinavit. Adolfus autem Elector,
fratri Rudolfo Electoratum A. 1327. resignans, non nisi paucis annis regimen* E
gessit. Ex quibus relatis auguror, eundem parum, aut nihil de Palatinatu
Rhenano alienâsse.

Rudolfus, Cognomine *Cæcus*, Adolfi Electoris frater, ejusdemque in Pa- 19
latinatu & Electoratu *Successor*, in alienatione *Veteris Palatinatus* Rhenani
ultimam manum admovisse videtur, Ecclesiæ scil. *Trevirensi* A. 1350. do-
nando ejusdem Palatinatus *reliquias*, Palentiam videlicet minorem cum
aliqua majoris Palentiæ parte, de quo jam supra num. 12. & 13. dictum fuit.
Sicque Vetus ille Palatinatus, crescente interim novo, planè evanuit, & lic t F
hasce reliquias ab eadem Ecclesia *in feudum* receperint, *Palatini* tamen iidem
rursus aliis in subfeudum, (zum Affterlehen) Comitibus scilicet *de Virnen-
burg*, concessere, donec ultimo Comite de Virnenburg & Nevenar, nomine
Cunone, sine liberis A. 1545. defuncto, idem feudum Archi-Episcopus à *Fri-
derico* II. Comite Palatino, nescio quo quantoque pretio acquisitum, Archi-
Episcopatui incorporavit, quem tamen venditionis contractum, ipso Frideri- G
co II. Electore Pal. sine liberis mortuo, sequentes Electores Palatini ratum
non habuerunt, sed tanquam feudum avitum & gentilitium ipsi proximo
successorio ordine agnati per viam juris modo serio revocarunt, uti *Freherus*
noster in Origin. Palat. docet.

Deinde in Superiori quoque Palatinatu integra Dominia, Urbes, oppida H
& Castella ad sylvam Bohemicam Carolo IV. Imper. genero suo tradidit,
partim dotis loco, *partim* in pleniorem satisfactionem pro illâ pecuniæ summâ,
quâ suum ex fratre Adolfo nepotem *Rupertum*, cognomine *Durum*, in bello
Ludovici Electoris Brandenburgici, contra falsum & fictitium, *VValdemarum*

A qui se pro Marchione Brandenburgico vendıtaverat, gesto, à Saxonibus captum *redemerat Carolus*. De quo vid. supra.c.2.n.18.

Rupertus, Cognomento *Senior*, Rudolfi Electoris frater, atque in Electo-
20 ratu 1353. Successor, (quamvis eundem Electoratum jam una cum fratre Rudolfo aliquamdiu gessisse, ex Diplomate Caroli IV. Imp. Rheni Palatinis Colmariæ A. 1354. & ex Diplomate Ruperti Sen. Elect. Pal. dat. 1353. am S. Mathes Tag des Heil. zwölff Botten und Evangelistens/quod vid. apud
B Lehman Chr. Spir. l. 7. c. 49 aliisque cognoscimus, adde Paræi Hist. Palat.) Carolo IV. A. 1354. in Superiori Palatinatu sequentia loca pretio 32000. marcarum argenti vendidit: *Hirschau*, *Neustat*, *Storenstein*, *Lichtenstein*, *Sultzbach*, *Rosenberg*, *Neidenstein*, *Hertenstein*, *Hilpoltstein*, *Lichtenegk*, *Thürndorf*, *Franckenberg*, *Lauffen*, *Plech*, *Eschenbach*, *Pegnitz*, *Huseck*, *VVerdenstein*, *Ruprechtstein*, *Hohenstein*, *Aurbach*, *Hersbrug*, (quæ 3.
C feuda sunt Imperii) *Velden* & Beldener Forst (feuda Bambergensia) & alia cum pertinentiis: testibus literis Gerlaci Archi-Episcopi Moguntini dat. Norimbergæ 1355. die S. Thomæ, quas vid. apud Reich. *Streinen Baron. de SchVVartzenau* im Bedencken vom Königreich Böhmen p.191. 174. 176. adde Pet. Beckler. in tractatu nuper 1694 edito, s. Historischer gründlicher Bericht vom uralten Hauß Hovera. Quod etiam confirmat Aven-
D tinus in Ann. Bav. l. 8. p. 404., quorum tamen plurima *Rupertus Durus*, ejusque filius *Rupertus Clemens* Rex Romanorum A. 1388. armis repetiere in bello contra Wenceslaum, v. supr. c. 2. n 18. 19.

Rupertus, Cog.[to] *Durus*, Ruperti Senioris, Elector. Palatini, An. 1390.
21 absque liberis defuncti, hæres, & in Electoratu Palat. *Successor*, Adolfi verò supra memorati Electoris filius A. 1391. *Johanni* Seniori Comiti de *Lichtenberg* pretio 15000. floren: vendidit quartam partem Urbis *Gerlingsdorf*,
E item *Harten*, *Rittershofen*, *Külendorf*, *SchVVabVVeiler*, *ReinertsVVeiler*, *LautersVVeiler*, *Brenisdorf*, *Oberndorf*, *Diffenbach*, *Mischdorff*. Vendidit deinde etiam *Henrico* & *Johanni* Comitibus de *Lichtenberg* pagum *Gotteshein* in Alsatia inferiori. v. Hertzogs Chron. Alsat. l.3.p.42. l.5 p. 11.

Deinde haud exigua quoque damna & detrimenta Palatinatus Rheni perpessus est in bello, quod gessit contra Comites quosdam & civitates, Wor-
F matiensem, Spirensem & Moguntinensem A. 1388. quo durante, quam plurimos pagos, oppidula atque Castella Palatinensia *flammis deleta* fuisse Chronicon Königshofen: docet. Verùm prœlio juxta Wormatiam An. 1388. commisso, 100. hostium ferro interemit, 300. cepit, & in Vincula conjecit, inter hos 60. (alii cum Chron. Königshofen. nuper à cl. Schiltero editum, 40. recensent,) incendiarios grassatores, quique flammis omnia in Pala-
G tinatu devastârant, A. 1388. die Veneris ante Festum S. Martin *in lateraria candentem* projecit: *Vos, inquit, clanculum igne sævistis, & ego vos palam alto die & ipso meridie comburam.*

22 *Rupertus*, Cognomento *Clemens*, Ruperti Duri filius, ejusdemque in Electoratu Successor, & postea, deposito *VVenceslao* Imperatore An. 1400. 20. Aug. *Rex Romanorum* electus, de superiori & inferiori Palatinatu nihil,
H quantum quidem Historiæ memorant, alienâsse videtur, sed potius eundem permultis novis accessionibus, de quib' supra c. 2. n. 19. actû, adauxit, in Superiori etiam Palatinatu quam plurima ab Antecessorib' alienata, armis recepit.

Ludovi-

Ludovicus, cog.^to *Barbatus*, Ruperti Regis Rom. filius, in bonorum A
divisione post obitum Patris ipse ut primogenitus *Heidelbergam* cum Palati- 23
tinatu & Electorali dignitate obtinuit, nimia ejus liberalitas in Clerum à
quibusdam prædicatur.

Qua propter etiam *Bonorum administratio* ipsi paulo ante mortem ob ni-
miam liberalitatem & largitatem per Consiliarios ejus, volente *uxore Sabau-
da*, adempta est, teste *Andrea* Presbyt. Ratisb. in Chron. Bav. p. 133., & *Trithem.* B
in Chron. Hirsaug. ad A. 1437., quot autẽ quantaq; bona in Clerum contule-
rit? non exprimitur. Interim *WViltberg* ad Nagolth fl., oppidum & Castrum
cum Præfectura (haud procul ab oppido Calvve) quod Dominiũ primùm à
Comitibus ab *Hohenberg* ad Rheni Palatinos pervenisse constat, nuptiis de-
inde ad Domum *WWürtenbergicam* devenisse, testatur Ms.^tum quoddam; idq;
procul dubio A. 1434. factum, quo Mechthildis, Ludovici Palatini nostri fi- C
lia, Ludovico Comiti Würtenbergico nupsit, qui postea A. 1450. in *Urach*
peste obiit, sepultus in *Gutelstein* ad Carthusianos, v. Trithemii Chron. Hirs.
& in proximè adjacente *Monasterio Reüten* Veteres Comites de Hohenberg
sepulti fuére.

Ludovicus, Cognomine *Mansuetus*, Ludovici Barbati, Palatini Electoris, 24
filius, ejusdemque in Electoratu, tanquam primogenitus, *Successor*, Admini- D
stratorem habuit Patruum juniorem *Ottonem* Comitem Palatinum, dictum
Mosbacensem, à fratre *Ludovico* Electore testamento constitutum, & à *Sigis-
mundo* Imperat. confirmatum, *Johanne & Stephano*, fratribus ejus, & natu
majoribus, prætermissis. v. Parxi Hist. Palat. p. 220. Ipse terrarum habenas
arripuit A 1442. ætatis 18., & obiit Wormatiæ in Comitiis A. 1449. Quam
annorum angustiam si animo metiamur, non abs re erit existimare, eun- E
dem parum aut nihil à ditionibus suis alienâsse. Interim quasdam *Alsatiæ*
(cujus Præfecti hactenus Comites *Palatini* fuére. v. Trithem de Gestis Frid. I.
Elect.; & Topograph. Alsat. p. 43 46. 50.) Urbes perdidit, quarum tamen
aliquas in bello contra *Delphinum* Reg. Franc. easdem occupantem, A. 1444.
recepit, Cœnobium quoque Virginum *Schönfeld* cum reditibus, Monaste-
rio *Limburgensi*, quod valdè devastatum fuerat, donavit. v. Zeil. Topograph. F
Palat. pag. 18.

Friderico, Cognomento *Victorioso*, Ludovici Mansueti Electoris fra- 25
tre, ejusdemque in Electoratu Palatino *Successore*, intra 300. annos bellico-
siorem æquè ac feliciorem non vidit Germania, & Vicini Principes, non ob-
stante Pontificio atque Cæsareo excommunicationis & proscriptionis ful-
mine, contra hunc Leonem, quem vellere non impunè fuit, ne hiscere qui-
dem amplius audebant. Eapropter judicatu difficile est, prudentior, fortior, G
an felicior fuerit? De Palatinatu Rhenano nihil perdidit aut alienavit, sed
eundem potius infinitis novis, bello bonam partem acquisitis terrarum Do-
miniis adauxit. Omnia enim victricibus armis implevit. Quamobrem, quan-
tum suis amabilis, tantùm hostibus terribilis atque formidabilis exstitit, res
autem ejus fortiter gestas Trithemius singulari libro complexus est, ad
quem Lectorem brevitatis gratiâ remittimus. H

Philippus, Ludovici Mansueti filius, Patrui *Friderici* Victoriosi in Ele- 26
ctoratu Successor, ante infaustum illud bellum Palatino-Bavaricum *Prin-
ceps fuit, opibus, authoritate, potentia, ditionumque amplitudine florentissi-*

A *mus.* Verùm quò felicior fuit Victoriosus in acquirendis rerum Dominiis,
eò infelicior fuit hic adoptitius ejus filius in iisdem amittendis. Cum enim
hic filio suo *Ruperto*, cognomento Virtuoso, nuptias conciliâsset cum *Elisa-
betha* Georgii Divitis *Bavaria* Ducis filiâ, & ipse Georgius, condito Heidel-
bergæ 1496. testamento, majorem Bavariæ partem genero suo *Ruperto* le-
B gâsset, reclamantibus *Maximiliano* I. Imp. & *Alberto* Bavariæ Duce, illùdque
impugnantibus, quod scilicet *contra* Imperii leges, *contra* jura feudorum
Masculinn., *contra* ipsa denique cum Georgio inita pacta & tabulas Cæsareas,
imò etiam in *fraudem* Alberti Ducis factum fuisset. Unde acerrimum bel-
lum exarsit, quo Palatinatus miserè ambustus, non exiguum amplitudinis
fortunarumque imminutionem passus est. *Ruperto* enim, impetratâ priùs
C Pontificis Rom. approbatione, post Soceri obitum hæreditatem ex testa-
mento adeunte: *Alberto* verò reclamante, eandemque ex legibus asse-
rente, acriter inter utrumque dimicatum fuit. Imperator tandem se inter-
ponens, hasce pacis conditiones pro lite finiendâ proposuit, ut de *Georgii* di-
tionibus *triens* relinqueretur dotis ratione, *alter* cederet domui Palatinæ in
compensationem, quibus illa se spoliatam esse fœpius fuerat conquesta: *ter-*
D *tiam* partem redderet *Rupertus Alberto* Duci. Rupertus spretis hisce condi-
tionibus, fretus auxiliis *Bohemorum, Regisque Galliæ* Ludovici, jus suum armis
repetere decrevit, factoque impetu ab Imperatore tandem in curia Augusta-
na 1504. 20. April. proscribitur, atque *Philippo* Patri ejus, ne auxiliatrices por-
rigeret manus filio, sub eadem pœnâ interdicitur. Philippus verò Pater
potiorem rationem filii, quam Cæsaris, habendam arbitratus, filio, quantâ
E potuit celeritate, auxilium opemque in necessitate tulit. Paulò pòst *Ruper-
to* A. 1504. 20. Aug. per venenum (ut ipse Philippus Pater ejus testatur, apud
Leodium in vita Frid. II. Elect. p.m. 37.) exstincto, gravius exarsit bellum in-
ter Imperatorem, Albertum Bavariæ Ducem, & Rheni Palatinum, Philip-
pum: *Imperator* Imperii Principes evocat in auxilium, qui *Palatinatum* mi-
serè igne ferroque vastàrunt: *Philippus* à Gallis (jam olim fœdifragis) qui
F tamen præcipua bellici hujus incendii fax & tuba fuere, desertus, maximam
ditionum partem, quas victricibus armis Victoriosus Elector quondam
comparaverat, iterum amisit, & quamvis insequutâ postea *pacificatione*, Co-
loniæ Agrippinæ 1505. Mense Septemb. conclusâ, quædam receperit, red-
dita enim Ruperti filiis *Ottoni Henrico*, & *Philippo* Neoburgum, Lauginga,
G aliaque Superioris Palatinatus territoria fuére, quam plurima tamen Princi-
pes ob *sumptus demandata executionis Cæsareæ* authoritate Cæsaris reti-
nuere, ut:

I. *VVilhelmus* Hassiæ Landgravius obtinuit A. 1505. ob erogatos sumptus bellicos,

H
1. *Cubam.*
2. *Homburgum* ad montes (an der Höhe)
3. *Umstat* oppidum & arcem Utzberg cum Præfectura

} quod ut feudum Comes Hanovius à Palatinis tenebat in Imper. Comitatu Cattimelibocensi, quem Otto Illustris quondam acquisiverat. v. supra c.2.n.22.

4. *Rheinheim.*
5. *Schönberg.*
6. *Odernheim.*

7. *Stein*

7. *Stein.* 8. *Bickkenbach.* } quæ loca Comites Erpacenses à Palatinis feudi nomine tenebant. Bickkenbach ad Stratam Montanam Comites suos habuisse, & Conradum istius familiæ ultimum fuisse testatur Spangenb im Adelsspiegel. p. 271. A

II. *Ulricus* Dux Würtenbergicus ob similes sumptus demandatæ executionis Cæsareæ accepit.

1. *Neostadium* ad Cocheram (l. zur grossen Linden) cum pertinentiis. Quod oppidum prius Helmstadium dictum, primitus ad Comites de Winsperg spectâsse, ab his ad Palatinos devenisse, excussis Palatinis, *Würtenbergicos* occupasse, tandem ad Comites de Trautmansdorf pervenisse, docent Crusius in Annal. Suev., Zeil. in Topograph. Suev., Sprenger. in Lucern. Stat. Imp. B
2. *Winspergum* (Vinimontium) in finibus Graichgoviæ situm, quod cum pertinentiis Rheni *Palatini* à Comitibus de *Winsperg emtionis* titulo acquisivere, à Palatinis ad Würtenbergicos D.D., & ab his denique ad Comites de Trautmansdorf pervenit. *Conradus* III. Imp. in bello contra *Welphum* Bav. Ducem, oppidum hoc A. 1140. obsedit, & mulieribus gratiam fecit, ut quicquid humeris suis exportare possent, ipsis salvum & incolume permaneret: Mulieres itaque, relictis aliis rebus, non nisi viros suos humeris extulerunt, quo facto misericordiam Imperatoris exciverunt, atq; Maritorum suorum incolumitatem impetrarunt. v. Trithemium, Crusium l. cit., Naucleram. Arcem autem Weinspergensem rustici A. 1525. in bello rustico incendio deleverunt. v. Crusii Annal. Suev. C D
3. *Maulbrum* Cœnobium cum pertinentiis.
4. *Meckmühlam*, quam cum attinentiis Palatini à Comitibus ab Hohenlohe pretio 26000. florenorum acquisivére. E
5. *Knitlingam* oppidulum.
6. *Laudam* (Luden) ad Tubaram, de quo vid. supra. c. 2. n. 17.
7. *Lauenstein.* de quo v. Trithem. apud Freher. t. 3. Script. G. item alia loca in Alsatia, de quibus. vid. Guilliman. de Episc. Argentin. n. 71.

III. *Alexander* Dux Bipontin. C. Palat. recepit Landspergam, Moscheln aliaque permulta à Friderico I. Victorioso, quondam Ludovico Bipontino ablata. v. Trithem. de gest. Frid. I. Elect. F

IV. *Emitho Comes à Leiningen* Castella quædam transrhenana, à Friderico Victorioso jure belli quondam acquisita, pariter recepit.

V. *Maximilianus* I. Imperator multa oppida, Castella, Dominia, Palatinis quondam oppignorata, recuperavit.

VI. *Albertus Dux* Bavariæ Ingolstadium 1504. invasit & occupavit, aliaque in Bavaria obtinuit. G

VII. *Norimbergenses* in Superiori Palatinatu obtinuerunt.

1. *Altorffium* cum duobus eo pertinentibus pagis *Bettenhofen* & *Schwartzenbach*.
2. *Lauffen*, quod à Palatinis A. 1354. ad *Carolum* IV. Imp. & regnum Bohemiæ, & ab hoc iterum ad Palatinos Rheni feudi titulo pervenerat. H
3. *Hersbrugk*, quod quondam Palatini eodem feudi titulo cum *Lauffen* à Bohemiæ Regibus recepére, haud procul ab hoc oppido arx *Burgthan*, feudum quondam Palatinum, ad *Altorffium* spectans, per Nobi-

A lem quendam, nomine *Thanper*, ad Burgravios Norimbergenses pervenit.

4. *Velden* oppidulum propè Auerbach.

Sic nemo tunc fuerat, qui non ex *Proscriptionis* sententiâ aliquid de Palatinatu decerpere, atque in aqua illa turbidâ piscari cuperet: Solus *Christophorus*, Marchio Badensis, pacem cum Palatino inviolatam servabat. *Qui-*
B *busdam* enim per literas eum monentibus, jam recuperandi tempus esse ea, quæ Pater ejus *Carolus* in dissidio Moguntino amisisset, heroicè, & verè Christianè respondit: **Ehr und Eyd gilt bey mir mehr / als Land und Leith.** *Pater meus fidem dedit Palatino Victorioso, hanc & ego inviolatam servabo.* *Emicho* verò Comes de *Leiningen* tantùm incendiorum excitaverat in hoc bello, ut neque templis neque cœnobiis parceret: irritato denique
C Cæsare, tantum effecit, ut Germaniâ expelleretur. Inter alia crudelitatis signa, emissis A. 1504. 30. Aug. è Duroburgo (Hartenburg) incendiariis, exuri fecit celeberrimum illud Benedictinorum D. Virg. Mariæ sacratum Cœnobium *Limburg*, antiquissimorũ Franconiæ *Ducum Salicorum* sedem. Quam suam sedẽ, quod obiter monere liceat, Conradus II. Imperator, Cognomento
D Salicus, posito A. 1033. 12. Julii, manè hora 4. primo lapide, in *Monasterium* vertit, & variis prædiis in *Dürckheim*, *Wachenheim*, *Schifferstadt* aliisque benignissimè dotavit, cui etiam postea A. 1445. Ludovicus Elector Palatinus *Shönfeld* Virginum Cœnobium, eidem proximum, cum omnibus pertinentiis donavit: Incendium autem hoc, teste Trithemio, per 12. dies no-
E ctesque duraverat, in quo 3. turres fuére, 6. Campanæ, 20. altaria: & *non memini*, inquit Trithemius in Chron. Hirs. t. 2. p. 170., *me vidisse majorem aut pulchriorem Ecclesiam 20. columnis subnixam.* A. 1470. etiam à Bipontinis exspoliatum, & antiqua documenta distracta fuére. Porro in supradicta pacificatione *Coloniensi* A. 1505, *Ottoni Henrico* & *Philippo*, Ruperti Palatini filiis, tradita fuére *Neoburgum Richardi aulæ Castrum*, *Lavinga*, *Hoechstadium*,
F *Gundelfinga*, *Sultzbachium*, *Haidera*, *Lengenfelda*, *Veldorfium Hemavium*, *Calmuntza*, *Werda*, quibus Anno seq. in Comitiis *Constantiensibus* accessère Præfectura *Neoburgi* cum annexis sylvis, *Monheimium*, *Hilpoltsteinium*, *Burgheimium*, *Labava*, *Allerberga*, *Flossum*, *Vollendrossum*, *Erendorffium*, *Horenbrunna*, *Hainsberga*, *Grais*, *Pachium*, *Burgsteinium*, *Regno Staufium*, *Velburgum*, *Schwaigendorffium*, *Schmidmulium*, *Hombaurum*, aliaque, de quibus
G vid. Adelreitz. in Annal. Bav. p. 2. l. 9.

Vendidit porrò *Philippus* Elect. Episcopo *Wormatiensi* A. 1489. **seinen halben Theil an der Beeth zu Ladenburg** pro 50. aureis annuis, addito tamen *pacto de retrovendendo*, & A. 1507. eidem Episcopo partem suam dimidiam, quam habuit in eadem Urbe *Ladenburgensi* pretio 5120. aureorum Rhenens. cum pacto de retrovendendo. v. Rusdorfii Justitia Causæ Pal.
H p. 280. vendidit, & Episcopo *Spirensi Philippo de Rosenberg* oppidulum *Rotenburg*, in tractu Rheni, qui *Prurheim* vocatur (quod Fridericus I. Victoriosus El. una cum arce, & *Wersau* jure belli acquisiverat. v. Trithem. in Chron. Sponheim) pretio 14000. floren. v. Topograph. Palatinatus pag. 42. Bruschi. de Episc. Spir. c. 6. p. 98.

27 Ludovicus, cognomento *Pacificus*, Elect., Philippi Electoris Pal. filius, sua moderatione & sapientiâ totius Germaniæ motus aliquoties sedavit,

quare

quarto & *Pacifici* nomen sortitus, Religionis pacem inter Cæsarem & Protestantes omnium primus impetravit *Norimbergæ* A.1522. 23. Julii. Hinc eo A
mortuo *Germaniæ Pacem cum eo simul sepultam fuisse* plurimi dixêre. De *Palatinatu Rhen.* nihil alienâsse, neq; bello perdidisse videtur, ob *pacis Studium*, nisi velimus dicere, eum supradicta à Norimbergensibus infausto illo bello Palatino-Bavarico occupata loca, procurante fratre ejus *Friderico* II. Norimbergæ An. 1521. una cum Cancellario *Florentio à Venningen* commorante, B
pecuniâque carente, iisdem transactione quadam *in perpetuum tradidisse*, atque mediante pretio 22000. florenorum alienâsse, ita tamen, ut *Friderico* Palatino arcem *Heinsperg* & Cœnobium Gnadenberg. (ubi quondam Monachi & Moniales una degebant) redderent Norimbergenses. v. Leod. in vita Friderici II. Elect. Pal. l. 5. pag. 84., & Ms.[tum] quoddam apud Zeil. in Topograph. Bavar. C

Fridericus II. cognomento *Sapiens*, Ludovici Pacifici A.1544. sine prole 28
defuncti Frater, atque in Electoratu *Successor*, ultimas *Veteris Palatinatus reliquias* (Palentiam scil. minorem, una cum aliqua Majori, Palentiæ parte) ab Antecessoribus suis Ecclesiæ Trevirensi A.1350. donatas atque ab eadem postea à Palatinis *in feudum receptas*, ab his denique in *subfeudum* Comitibus *de Virneburg & Nevenar* concessas; *Cunone* autem ultimo Comite de Virnenburg A.1545. defuncto, ad Palatinos relapsas, Archi-Episcopo Trevirensi, nescio quo pretio, *vendidit*, quem tamen contractum sequentes Electores Palatini *ratum non habuerunt*, *sed tanquam feudum avitum & gentilitium* ipsi proximi Successorio ordine agnati per viam juris modo serio revocârunt, ut Freherus in Orig. Pal. p.84. loquitur: Interim *Archi-Episcopi* in quieta possessione hactenus permansere. D

A. 1549. Castrum *Boxbergense* à *Carolo* V. Imp. per *Dominum à Büren* captum, & *Alberto de Rosenberg* redditum. v. Leodii Vita Frid. II. El. l.13. p.267., non diu tamen post idem Castrum iterum ad Palatinos rediit. E

Otto Henricus, cognomento *Magnanimus*, Dux Neoburgicus, Comes 29
Palatinus Rh. Friderici II. Electoris, sine masculis defuncti, ex fratre Ruperto Virtuoso nepos, atque in Electoratu Palatino A.1556. Successor, Ducat' suos.

1. *Neoburgicum* } quos in Pacificat. Colon. 1505. Cæsaris beneficio consecutus fuerat, uti F
2. *Sultzbacensem* } supra dictum, Elector factus *Wolffgango* Bipontino agnato suo donavit.

3. *Lautereck.* } Præfecturas una cum Remigsberg (der Probstey) *Ruperto* Wolffgangi
4. *Veldentz.* } patruo tradidit.

5. *Lützelstein* Comitatum, cum oppido *Trarbach* & quartâ communitatis in *Guttenberg* & vini *decimas in VVeissenburg*, quantum scil. ad Palatinos pertinuit, cum aliquo jure Assentii dono dedit *Georgio Johanni*, Ruperti modo dicti filio, v. Sprengeri Lucern. Stat. Imp. p.322., & sup. c.2. n.19. G

6. Præfecturas 3. *Hilpoltstein, Heideck, Allersberg*, Norimbergensibus certis conditionibus pretio 156000. florenorum vendidit. De quo vid. sup. c. 2. num. 19. Zeil. Topogr. Bav. Sic varia, imò maxima terrarum spatia, quibus sanè *Palatinatum Rhenanum*, qui hactenus maximum Superiori bello Palatino-Bavarico ceperat detrimentum, iterum insigniter augere potuisset, prole destitutus alienavit, atq; in alios proximiores transtulit agnatos. H

A *Fridericus* III. Cognomine *Pius*, Johannis II. Ducis *Simmerensis*, Co-
30 mitis Palat. filius, *Ottonis* verò *Henrici* Electoris, A. 1559. absque liberis de-
functi, in Electoratu *Successor*, nihil de *Palatinatu Rhen.* alienasse vel oppi-
gnorasse videtur, cum potius eundem *ditiorem* & *novis accessionibus* am-
pliorem reddiderit, adjiciendo integrum Ducatum *Simmerensem*, quem
Stephanû, Ruperti Regis Romanorum filium, facta terrarum divisione, ob-
tinuisse, atque ad ejus primogenitum Fridericum, cognomento **den Hunds-**
B **rücker** transmisisse supra c.2.n.19. diximus. Deinde *duas quinuncias Ante-
rioris Comitatus cum medietate Ulterioris Comitatus Spanheimensis*, factoque
postea testamento, Electoratum primogenito *Ludovico* adscripsit, *Johanni*
verò *Casimiro*, alteri filiorum, Principatum *Luterensem*, aliaque adjacentia, as-
signavit.

C *Ludovicus*, cognomento *Facilis*, filius Friderici III. Elect. ejusdemque
31 in Electoratu A. 1576. Successor, Princeps Pius, Pacificus, S.Script. assiduus
Lector: Sub hoc quoque, quantum mihi constat, Palatinatus Rheni, quem
non nisi 7. Annis administraverat, nullam passus est imminutionem.

32 *Fridericus* IV. Cognomento *Sincerus*, Ludovici Facilis, Elect. Palatini, fi-
lius, *Administratorem* habuit Patruum *Johannem Casimirum*, Comitem Pa-
lat. in *Lautern* & *Lautereck*. ab A.1583. 15. Oct. usque ad A.1592. 6. Jan., quo
etiam obiit: Sub hoc, ut & ejus Administratore Palatinatus, Rheni itidem nul-
D lum passus est decrementum, sed ingens potius incrementum cepit: cum
enim *Johannes Casimirus* prole mascula se destitutum videret, Principatum
suum *Lautern* & *Lautereck* pupillo suo per testamentum legavit. vid. sup.
c. 2. num. 29.

33 *Fridericus* V. Cognomento *Patiens*, Friderici IV. Elect. filius, ejusdem-
que in Electoratu *Successor*, in Regem Bohemiæ electus est die natali suo, id
est 16. Augusti 1619. Coronatus Pragæ 4. Nov. seu 25. Oct. st. vet. Eapro-
E pter infaustum exortum est bellum Bohemicum, quo tandem A. 1620. 29.
Oct. prœlio in conspectu Urbis Pragæ commisso, die Dominica, quâ lectum
fuit Evangelium: *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris*, à Cæsare victus, profli-
gatus & ob affectatam regni coronam (licet publico scripto toti orbi pro-
testatus fuerit, vocato in testem Deo, se nunquam ambitione electionem re-
F cepisse, sed divina potius gratia pro libertate Bohemica ad illud regnum à
Bohemiæ Statibus evocatum fuisse) A. 1621. Mense Januario proscriptus,
toto simul Palatinatu una cum dignitate Electorali exutus fuit, unde exul
in Hollandia aliquamdiu vixit, Cæsare interim eandem in Maximilia-
num Bavariæ Ducem An. 1623. 15 & 25. Febr. in Comitiis Ratisbonensibus
G transferente, frustra reclamantibus *Moguntino*, *Saxone*, *Brandenburgico*
Electoribus: Hanc ob causam Palatinatus Rhenanus miserè devastatus,
& convulsivis motibus velut in partes & lacinias discerptus est. Nihil
hic mansit integrum: Sed Superior cum Inferiori Palatinatu prædæ ra-
H pientium cessit. *Heidelberga*, metropolis Inferioris, sedesq; Electoralis, in
angustias redacta à *Tillio*, Duce Exercit. Cæsarei, è Monte primû Sancto, de-
inde è Monte Caprino An. 1622. 21. Jun. tormentis petita, capta, tandem
incensa & devastata est, *Bibliotheca* Europæ celeberrima, Manuscriptis
rariori-

rarioribus referta, Romam translata & distracta est. Deinde *Manhemi-* A
um, *Francothalium*, *Neostadium*, aliaque ad Præfecturam *Boxbergensem*
& *Mosbacensem* pertinentia loca à *Tillio*, reliqua Trans-Rhenana verò op-
pida *Crucenacum*, *Baccharacum*, *Cuba*, *Altzeya &c.* à *Spinola*, partim oc-
cupata, partim destructa sunt, & quamvis insecutâ pacificatione Pala-
tinatus Inferior f. Rhenanus innocentibus Palatini filiis restitutus fuerit, B
introducto novo, contra Aureæ Bullæ Caroli IV. hactenus strictè observa-
tum tenorem, Electoratu octavo, novoque Archithesaurarii officio; *Su-*
perior tamen Palatinatus Palatinis ademptus, atque in *Domum Bavaricam*
una cum dignitate Electorali officioq; *Archi-Dapiferatus* pro recuperandis
ditionibus Austriacis, atque pro illis Cæsari mutuo datis 13. Millionibus
aureorum *in perpetuum* venditionis titulo transmissus fuit, fidem facien- C
te Manifesto Palatino A. 1642. edito, quo inter alia hæc verba leguntur:
Daß die Ober Pfaltz An. 1628. von Ihr. Kayserl. Majestät Chur-
Bayren Kauffweiß für die vorhin zu recuperirung der Oestreichi-
schen Landen außgelegte 13. Millionen Golds / darum Bayren
Ober-Oestreich in Handen gehabt/ verkaufft / und dadurch Ober-
Oestreich wider gelößt worden sey / mit dem Vorbehalt / daß wann D
die Pfaltz von dem Churfürsten in Bayren quovis modo abgenommen
werden / der Kayser und seine Erben alsdann gehalten sein solten/das
Land ob der Ens wieder abzutretten / biß die 13. Millionen erstattet
worden / und sehen bey dieser Verkauffung die gemeine Aembter Barck-
stein / Weiden und Bleyenstein außgeschlossen worden/so Jh. Kayserl.
Maj. bereits anderwerts transferirt haben / von der Untern-Pfatz sey- E
en Chur-Bayren vom Kayser zu kauffen gegeben worden die Aembter
disseit Rheins sambt den Plätzen Haidesheim / Weingarten und Ho-
chenheim/welche in die Aembter Bretheim und Heidelberg gehören/ so
der Churfürst zu Trier als Bischoff damahls administrirt, jedoch so
fern Jh. Kayserl. Maj. inzwischen solche nicht völlig übergeben hät-
ten/oder aber obged. Churfürst / daß solche dem Stifft Speyer von F
rechtswegen zuständig/beweisen könte. &c.

Carolus Ludovicus, Cognomento *Salomon Germaniæ*, Friderici V. Pa- 34
latini Regisque Bohemiæ filius, & in Palatinatu Rheni A. 1648. *Successor*,
quomodo is de Palatinatu Rheni novoque *Archithesaurarii* officio A. 1652.
Pragæ à Cæsare investitus fuerit per Legatum suum *Johannem Ludovicum*
Megium, & quomodo idem tertiâ vice coram Imperatore in genua procum- G
bere, ejusq; gratiā implorare, atq; supplicis instar investituram petere necesse
habuerit, fusiùs exponit Theatrum Europæum t.7. p.286. & t.6. p.606. Sum̃a
cum prudentiâ Palatinatui præfuit, & quantò infelicior Pater proscriptus
fuerat in amittendo, tantò felicior filius in recuperando evasit. *Palatinatum*
enim *Rhenanum* pace factâ non solùm *cum juribus eidem annexis* recepit, sed H
& eundem mortuo Ultimo Simmerensi Duce Palatino Rheni, *Ducatu Sim-*
merensi, ut & *Comitatu Spanheimensi* pro medietate, & Præfecturâ *Strombergi-*
câ A. 1673. insigniter auxit. Interim, quâ erat singulari prudentiâ, mina-
ces bellorum irruptiones ut evitavit sæpè, ita ne tandem ex gliscentibus

A dissidiis incendium oriretur, prohibere non potuit. *Galliarum quippe Rex* juratus, ut videtur, Germaniæ hostis, sueto sibi artificio, arcem, oppidum & Præfecturam (*a*) *Germersheim*, velut *appendicem Alsatiæ* An. 1673. per immissum militem occupavit. *Turrenius Dux*, cum in Germanos arma transferret, Palatinatum miserè devastavit, omni licentiâ perfunctus, quâ vastitatem terris ferociens miles inferre solet. Plurimi enim pagi per incendia deleti, Castella direptâ, prædia exusta sunt, *spectante cladem Se-*
B *renissimo Principe*, cui Manhemii munimentis incluso, quid ageret, quantumque sæviret hostis, spectare, & surgentes incendiorum fumos coram intueri, integrum fuit.

(*a*) *Germersheim* oppidum ad Rhen. Castro munitum, à quibusdam pro Veteri *Noviomago* habitum, alii, quod à *Germanico*, Drusi filio, ejus Conditore, nomen traxerit, Castrum primitùs *Germanushaim* dictum fuisse
C credunt, alii, ut verisimilius, illud pro *vico Julii*, cujus in Notitia Imperii mentio fit, agnoscunt, deinde sub Regibus Franciæ in *Germerii seu Germerici* alicujus jus venisse, & paulatim è vico in Urbis formam redactum fuisse scribunt. vid. Freher. Orig. Pal. p. 2. c. 16., Paræi Hist. Palat. p. 418. Haud procul ab hoc oppido occurrit Monasterium *Clingen Münster*, cujus quoque Advocati erant *Rheni Palatini*, & ratione hujus Advocatiæ f. tutelæ,
D singulis annis circa Festum Nativitatis Domini 25. florenos Palatino Electori solvere tenebantur istius loci Monachi. Ad hanc quoque Præfecturam Germersheim: alia nunc Præfectura minor, nomine *Selsa*, pertinet (Romanis olim *Salecio*, & *falsa Rhenana*, ab aqua sic dicta, hodie *Seltz*,) locus sanè in omni antiquitate celebris, ubi sæpius Franciæ quondam Reges conventus habuere, eumque *Salesiam*, item *curtem in Elizatio sitam* nuncupabant,
E quia sita erat hæc curtis f. Castrum (in quo etiam Pipinus Rex, Caroli M. Pater, A. 768. Pascha celebravit) in Comitatu *Hugonis* Comitis *Alsatiæ*, Egisheimii & Dagisburgi, quod tandem cum pertinentiis transiit in potestatem *Adelheidis*, & quidem donatione Mariti ejus *Ottonis* I. Imp. quæ locum in Urbis formam redegit. v. Hertzog. Chron. Alsat. l. 3. c. 18. Topog. Alsat. p. 45. ibique etiam *Monasterium* Ord. S. Bened. in honorem S. Petri
F exstruxit. A. 996., multisque prædiis dotavit, deinde illud A. 1494. in Nobilium Virg. Cœnob. in honorem S. Stephani commutatum, ubi & 12. Canonici & 10. Vicarii alebantur, & inter immediatos Imperii Status susceptum fuit. Palatini verò Electores, istius Monasterii Advocati, (v. supra c. 2. n. 9.) in quorum manus, nescio quo tempore, pervenerat, post Reformatæ Religionis introductionem in alios usus Monasterii reditus partim in Stipendiarios
G ad studia in Academiis prosequenda converterunt, & Imperii onera præstare receperunt. Juxta oppidum hoc Seltz, in Rheno colligebatur quoque *aurum Rhenense*, de quo v. Iren. Exeg. Germ. l. 12. Freher. Orig. P. c. 16. ubi ex Notitiâ Imperii addit *Ducis*, quondam *Moguntinensis* Dominium hucusque extensum fuisse, tractumque Argentinensem hîc incepisse.

H *Carolus*, Cogn. *Credulus & Pius*, Caroli Ludovici Electoris filius, ejus-
35 demque in Electoratu & Archithesaurarii officio *Successor*; Nihil de Palatinatu Rhenano, quantum quidem constat, alienâsse videtur.

Philippus

Philippus Wilhelmus, Comes Palatinus Rheni, Dux Neoburg. *Ca-* A
roli Electoris absque liberis defuncti in Electoratu, Rhenique Palatinatu 36
Successor. Quæ, qualia, quantaque decrementa æquè ac detrimenta Palatinatus Rheni sub optimo hoc Prudentissimoque Principe in nupero bello Gallico passus sit, non est, quod operosiùs hîc describatur. Orbi enim Christiano jam satis superque notum, quàm parùm Christianè Christianissimus egerit nobiscum, quot, quantaque oppida, fortalitia, Castella, aliaque infi- B
nita Palatinatûs eximia loca ejus mandato destructa, exusta, funditùs deleta, soloque æquata fuerint, ipsa rudera hodieque loquuntur, tristia fata deplorant, bellumque hoc verè Avadalicum detestantur.

CAPUT IV.

De Vicariatu Palatino ejusque Antiquitate. C

NEmo in antiquitate Historica adeò rudis est, qui nesciat, *Pipinum*, Caroli Magni Patrem, atque in Aula Regis Franciæ *Majorem Domus*, omnia *Vice-Regis* procurasse, regnumq; Francicum aliquandiu administrasse, & ante *Pipinum* hunc, Majores Domus Gubernacula Regni tenuisse, Reges verò *solo nomine* regnâsse: Id patet inter alia vetustatis documenta etiam ex charta *Herlemundi* Episcopi, Cenomanensis dat: A. 713. die Jovis Kal. Ja- D
nuar. Jupilæ, ubi nomen *Pipini Majoris Domus* cum Dagoberto Fr. Rege præmittitur h. modo: *Dagobertus Rex Franc. Vir illustris Pipinus Major Domus &c.* Unde, ut rectè monet, Mabillonius in Analect. t. 3. p. 395., intelligas Pipino Heristallensi (qui Pipini Pusilli, Patris Caroli Magni, Avus erat,) *nihil defuisse præter nomen Regium*, & Freherus in not. ad Lud. de Bebenberg. c. 12. p. m. 128. Vidimus, inquit, Epistolam Desiderii Episcopi Cadurc. ad E
Grimoaldum Palatii Præfectum (Pipini de Landis, Majoris Domus filium,) h. modo: *Domino illustri totius Aulæ, imò Regni Rectori, Grimoaldo, Majori Domus, Desiderius exiguus Servus Dei &c.* adde Annal. Fuldens. ad An. 751. apud Freherum, & Lehman. in Chron. Spir. l. 3. c. 19. p. 224. & c. 20. ex Mar. Scot. l. 2. æt. 6. Sic Præfectum Regiæ Francorum rerum curam habuisse, *Cedrenus & Warnefridus* testantur. Hinc rectè Cl. Chifletius in Orig. Austriaca il- F
lustrata p. 51. & 47. h. m. *Munus Majoris Palatii dignitas erat Regiæ par, quandoque Reges nomine tenus tantùm regebant, Majores verò Domus reipsâ Reges erant*, unde & non nunquam *Reges* dicti: ut exemplis Caroli Martelli (cui Gregor. 2. & 3. P. R. titulum Regis in Epistolis suis dederunt) & Pipini l. cit. docet, & Hotomannus in Franco-Gall. c. 12. ita: Dignitas Majoratus Domus tam ampla fuit, ut Reges Franciæ, ante tempora Pipini Majoris Domus expertes omnis Administrationis & Regiminis solo no- G
mine regnarent, *sed Majores Domus* f. Præfecti Prætorio universam regni administrationem haberent. Adde *Otton. Frising.* Chron. l. 5. c. 13., *Gothofred. Viterb. Conring.* diss. de Elector. p. m. 102. Eapropter etiam Theobaldus Blesens. Palatii Comes A. 1190. apud Regem Franciæ in Chron. Mauriniacen. *secundus à Rege* dicitur; imò ipsa Comitivæ Palatii dignitas, *Monarchia* vocatur in lib. de fundat. Monasterii Gozecens. ad A. 1153., ubi H
de Dedone Saxoniæ Palatino agitur: Quod autem *Pipinus* ut Major Domus & *Regni Vicarius* in Aula Regis Franciæ, id postea sub Carolingis *Comes*

A *Palatii*, & insequentibus temporibus *Rheni Palatinus Comes*, ut *Imperii Vicarius*, imò & ipsius Cæsaris Judex, in Imperio Romano-Germanico præstint, quod præter Aimoinum etiam Eginhardus, ipsius Caroli Mag. Secretarius, satis clarè ostendit: *Opes*, inquit, *& potentia penes Palatii Præfectos, ad quos summa Imperii pertinebat*. Quo autem jure? ut rectè quærit Cl. H. *Coccejus* in Jur. Publ. Prudent. c. 16. non proprio, sed Vicario. Imò Præfecti Prætorio
B olim quoque Vicarii dicebantur, erant autem antiquissimis temporibus Vicarii in Oriente 3., alii 4. numerant, ut Thraciæ, Asiæ, in Ponto, Macedoniæ, & in Occidente totidem, Romæ, Africæ, Hispaniæ (alii 7. numerant, Romæ, Italiæ, Africæ, Hispaniæ, Illyrici, Galliæ & Britanniæ. De quibus vid. Buxtorff. ad A. B. 5. §. 59.) Differentia autem inter *Majorem Domus* & *Comitem Palatii* (quorum potentiam *Carolus Mag.* veritus exemplum Patris sui Pipini,
C Majoris Domus, non parum infregit) hæc inprimis notanda est, quod Palatii Comites in Aula Caroli Magni non summâ & absolutâ illa authoritate & potentia, quâ olim Majores Domus, qui, uti dictum, reipsâ, Reges verò solo tantùm nomine imperabant, gaudebant, idque argumento istius, quod ex Constitutione Caroli Mag. Capitular. Franc. l. 3. c. 77. docet Lehman. l. c. 2. c. 9. Hinc diligentissimus Antiquitatum Scrutator, fidusque eximium
D Palatinum *Freherus* in not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 10. p. m. 204 & 199. *Vicariatus antiquitatem* ad tempora *Majoratus Domus* rectè refert. Et Knichius de Sax. non prov. jur. voc. Elect. c. 1. n. 121. *Comites Palatinos* jam diu ante tempora *Ottonis III. Vicariatum exercuisse* docet: quamvis *Arumæus* ad A. B. disc. 3. th. 25. & *Sprenger* in fontib. Jur. Publ. p. 1141. refutando *Freherum* & *Knich.* id frustra oppugnent, existimantes, vetustius exemplū, quàm
E *Rudolfi* Comitis Palat. Rheni soceri Caroli IV. Imp. produci non posse. Quod autem quàm falsum sit, infra fusiùs ostendetur. *Freinshemius* l. de Vicariatu Palat. p. 35. ex Chron. Peuceri *initia* VICARIATUS ad Ottonis I. tempora reponit: sed cum Peucero fallitur in eo. I. quod *Arnulfum*, cogn. Malum, Bavariæ Ducem, *Arnulfi Imperatoris* filium, constituerit, cum ipse non Imperatoris; sed *Luitboldi* Ducis Bavar. Oriental. f. Austriæ filius fuerit. v. *Meibom.* not. ad Wittich. l. 1. p. 676. *Regin. Contin.*, *Avent.* l. 5. *Reusner.*
F & *Rittershus.* Geneal. Wildgr., *Blondell.* Geneal: Franc. p. 206. *Chiflet.* & *VVinckelman* in Arboret: Geneal., II. quod eundem *Arnulfum* omnium *primum* Imperii Vicarium fecerit. III. quod ipsum etiam *omnium Comitum Palatinorum Rheni* Patrem prædicaverit: cum *Arnulfus* hic *Dux* quidem *Bavariæ*, non autem *Palatii Comes*, seu Prætorio Præfectus, fuerit, sed filius potius ejus *Hermannus*, Cogn. Pusillus, proscripto *Eberhardo* Franco, Pala-
G tii Comite, ad officium Palatii ab Imperatore Ottone I. evectus, & simul etiam, absente Imperatore, *officio Vicariatus* functus fuerit. Cum autem antiquissimis temporibus non nisi *unicus esset Major Domus* in Aula Regum Francic., qui non *à Franc. Rege*, sed ab *ipsis Francis* constituebatur, teste *Eginhardo* in vita Caroli M. ubi h. modo: *Qui honos non aliis à Populo dari*
H *consueverat, quam qui claritate generis & opum amplitudine cæteris eminebant*. Hîc vocabulum *Populi*, annotante Chifletio in Orig. Austriaca illustrat: p. 51. non pro plebe, sed pro *Ducum Comitum* aliorumque *Procerum* multitudine convocata, accipiendum est, uti exemplis Comitum Palatii à

Francis

Francis electorum fusius ostendit. Sic & non nisi *unicum* ejusdem Regni Franci *Vicarium* quondam exstitisse certum est: Posteris verò temporibus duo constituti fuére *Vicarii*, cujus ratio hæc est: Cùm enim *Imperium* olim in duo potissimùm Regna divisum esset. 1. *Longobardicum* (à Longobardis Suevis sic dictum, qui relicta Provincia sua, quæ hodiè *Saxonia* est, sub *Alboino Duce* Hungarorum hanc Italiæ partem circa A. 568. armis sibi subjecére, regnique sedem *Ticini*, quæ Urbs postea *Papia* & *Pavia* dicta, fixerunt, quod regnum postea Pipinus R. ejusque filius *Carolus* M. victo Rege Longobard: Desiderio A. 774. occuparunt. Unde etiam *Carolus Magnus* seipsum in Literis & Diplomatibus *Regem Francorum & Longobardorum* scripsit. v. Goldast. Const. Imp. ad A. 794. & t. 3. ad A 779. 787. 790. 796. 798. 892. & Mabill. l. de Re Diplomatica) 2. *Francicum*, & hoc cum duplici jure regeretur, FRANCICO (quod jus etiam *Suevicum* dictum, vid. Limn. Jur. Publ. l. 3. c. 13., & Cocceium l. cit. c. 16. §. 9. p. 279.) & SAXONICO, v. Freher. not. ad P. de Andlo l. 2. c 10. p. m. 199. Wurmbser. Exer. 3. Conc. 5. Buxtorf. ad A. B. c. 5. th. 57. quorum HOC jam tempore Caroli Mag. receptum, *tractum Saxonicum* ad mare Balthicum usque & Sarmatiam (vid. Conring. Orig. Jur. German., aliaque ad jus Provinciæ Saxonicæ pertinentia, non autem ea tantùm, quæ præcisè jure Saxonico utuntur, ut Sprenger. in Font. Jur. Publ. c. 11. Limnæus lib. cit. 3. c. 12. n. 25., Carpzov. ad Leg. Reg. c. 11. ſ. 13. aliique voluére) ILLUD verò tractum Rheni, *Franciam Orientalem, Sueviam, Bavariam, Austriam* aliaque ad *Hungariam* usque (vid. Goldast. Præfat. Constitut. Imp.) complectebatur. Hinc factum, & Veterum instituto ita sancitū est, ut *duo* etiam Palatini, *Palatinus* scil. *Rheni*, & *Palatinus Saxoniæ* (cujus Elector & Dux propter eandem Saxoniæ Palatinatus dignitatem Imperii etiam *Vicarius* est, vid. Speidel. in Notab. p. 714., Freher. in not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 10. p. 199., Besold Thesaur. Pract. voce Vicar. & disp. de Success. 3., idque confirmatur etiam ex Diplomate Investituræ Regis Sigismundi de A. 1414.) *absente*, vel ultra *Alpes profecto*, (vid. Leod. vit. Frid. II. Elect. l. 1. p. 16. l. 5. p. 80., Freher. l. cit. 2. c. 10. v. Diploma Ruperti Regis Rom. infra in Codice Diplomat. Pal.) vel *mortuo* Imperatore (**wann das Röm. Reich vacirt, oder ein Römischer Kayser oder König über das Gebürg gezogen** v. Goldast Const. Imp. t. 2 **den Reichssatzungen** p. 241.) *Imperium totum* administrarent, (hinc & duo Specula *Saxonicum*, & *Suevicum*, seu Francicum v. Limn. Jur. Publ. l. 3. c. 12., Speidel. in Specul. Jurid. voce **Sachsen Recht**) Quod à Majoribus ita institutum officium *Carolus IV.* Imp. postea per *Auream Bullam* confirmavit, & alii Imperatores tam ante quàm post Carolum IV. variis Diplomatibus *Rheni Palatinis* hocce jus & *renovarunt & confirmarunt*. v. Paræi Hist. Palat. p. 510., H. Coccejum lib. cit., Winckelman in Hist. Saxo-Westph. p. 540.

Agitatissima jam pridem quæstio fuit & controversia Palatinos inter & Bavaros, occasione translationis Dignitatis Electoralis una cum officio Archi-Dapiferatus in Domum Bavaricam, utrum scil. Imperii Vicariatus inter annexa *Dignitatis Electoralis*, an verò *Palatinatus Rhenani* censeri debeat? Verùm si Antiquitatem Historicam penitiùs inspecturi sumus, luce ipsâ clariùs esse deprehendemus, *Comites Palatinos Rheni neque ratione* DIGNITATIS

A TATIS ELECTORALIS, (quia Vicariatus officium eâdem multo antiquius, ut supra ostensum) NEQUE RATIONE OFFICII ARCHI-DAPIFERATUS (quia hoc,ut & reliqua Imperii officia,etiam *ante Electorum* institutionem adhuc *variabant*, ut capite seq. fusiùs ostendetur, quodque etiam C. Freherus in originib. Palat. cap. 15. rectè observavit) sed *tam* RATIONE MAJORATUS DOMUS, seu summæ dignitatis & Præfecturæ Palatii (quæ *Provinciæ Rhenensi* seu Palatinatui Rhenano ita annexa B erat,ut, qui Palatinatum Rheni obtinuit, cum eodem simul etiam acquisiverit, & *officium Comitivæ Palatii*, & ipsius etiam Imperii *Vicariatum*, uti exemplis *Hermanni* Bavari, proscripto scil. *Eberhardo* Franco, Palatii Comite, *Hermanni* II. *Comitis de Staleck*, *Conradi* Ducis Sueviæ, fratris Friderici I. Imp. *Henrici* Ducis Saxoniæ Brunswicensis, *Ludovici* Ducis Bavariæ ejusque filii *Ottonis* Illustris manifestissimè dispalescit, de quibus infra fusiùs) *quà* C *ratione ipsius etiam* PROVINCIÆ RHENENSIS, ut rectè *Freherus* in Epist.ad Gebwoldum,*Schurtzfleisch* diss. inaugur. de *Vicariis* Imp.th.5. In qua Provincia *Aquisgranum* Imperii sedes & *Palatium*, cujus non alius *nisi Comes Palatinus Rheni* Præses,& inde,vacante Imperio,*Vicarius* esse potuit. Exemplis Eberhardi, Hermanni, Erenfridi, Ottonis, Henrici C. Pal. Domini de Lacu, Sigefridi, Wilhelmi, Hermanni, Conradi, Henrici Brunsvici,Ludovici, Ottonis Illustris, Ludovici Severi, Rudolfi.&c. Comitum Palatino-D rum Rheni res evidens est. Hinc etiam *Carolus* IV. Imp præter Auream Bullam in Diplomate Rheni Palatino dato *Norimbergæ* An. 1356. am Donnerstag nach dem H. Ostertag. quod vid. inf. in Cod. Diplom. Palat., id ipsum expressis verbis testatur: *Invenio*, inquit, *quod Electio & vox super Principatum & terras Palatinas & super Archi-Dapiferiam taliter fundata sint, quod* UNUM SINE ALIO PERSISTERE NON POSSIT. Sed rem E paulò altiùs repetamus: Sanè extra omnem dubitationis aleam ponendum est, COMITES PALATINOS RHENI *tam ratione* vetustissimi & NOBILISSIMI SANGUINIS, ex stirpe scil. Caroli Magni descendentes, testibus *Leodio*, *Trithemio*, *Münstero*, *Irenico*, *Carione*, *Melanchthone*, *Peucero*, *Frehero*, *Beuthero*, *Pareo* aliisque innumeris, & AMPISSIMI DOMINII, quod exstinctis Carolingis Imperioq; ad Francos Salicos s. Palatinos trans-F lato, maxima inde incrementa sumserat, (ita, ut etiam *Eberhardus* Francus & Palatii Comes, Conradi I. Imp. frater, *Begonis* verò Comitis Franc. & Parisiens., qui gener erat Ludovici Pii Imp., abnepos, haud immeritò *Potentissimus Comes* à Luitprando appellatus fuerit, quique etiam unà cum Giselberto,Lotharingiæ Duce, totum regnum Francicum junctim tenebat, v. Leod. lib. cit. pag.13., H. Cocceium in Jur. Publ. Prudent, c. 3. S. 6. §. 95.) G QUAM RATIONE COMITIVÆ PALATII REGII, utpote quæ *tam antè, quàm post Pipini ejusque filii Caroli Mag. tempora* semper & ubique proxima à Rege dignitas fuit (teste, ut jam supra dictum, *Eginhardo*, *Ottone* Frising, *Leodio* l. 1. p. 16., *Cisnero* orat. de Ottone III., *Frehero* Orig.Pal.p.1. p. 3., *Gebvvoldo*, *Pareo* in Hist. Palat. p. 3. & 6., Ez. *Spanheim* l. de Vica-H riat. Pal.p.88, *Freinshemio* l. de Vicar. Palat. p. 7.117.) *Cæteros Duces*, *Principes Imperiique Comites Palatinos provinciales* honore, dignitate, præeminentiâ longè antecessisse, de quo Lehmann Chron. Spir. l. 4. c. 7. ita: das ist

be

bekant/daß die Pfaltzgraffen nach dem Römischen Kayser oder König A
den obersten Stand unter den Graffen/ die man zu Zeiten der Caroliner
und Ottonen Fürsten des Reichs geheissen/ jederzeit hergebracht und be-
sessen/ & N. Cisnerus orat. de Ottone 3. pag. 65. h. m. Palatini Comites non
modo alios Comites dignitate antecellunt, sed ab iis, quorum Palatio Præ-
fuerunt, proximum locum obtinuerunt, ut de Palatino Bavariæ, docet Aven-
tinus, Palatini vero Rheni in Palatinis supremus gradus fuit. huc usque Cis- B
ner. Ita ut etiam *Præfectus Palatii* in Aula Regum Franciæ non modo omnes,
nullo excepto, judicaret. vid. Berth. comment. rer. Germ. l. 2, c. 10. Avent. l. 4. pag.
383. & l. 7. p. 451., Freher. not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 10. & in Orig. Palat. l. 1.
c. 15., Morer. in Dict. Hist. t. 2. p. 228. *sed & ipse Rex*, si ab aliquo se conveniri
pateretur, coram *hoc solo Comite Palatino* se sistere dignaretur, v. Carpzov.
Capitul. cul. Imò si Imperator accusaretur, quod corruptione Imperium C
obtinuerit, *id coram Palatino, Comite Rheni*, faciendum esse, docent *Specul. Sa-
xon.* l. 3. art. 52. §. 6., *Specul. Suev.* l. 1. c. 20. l. 2. c. 43. & 144. §. 6., *jus VVeichbild.*
l. 1. art. 8. & 9., *Goldast.* Const. Imp. t. 1. ad A. 1207. 1300. 1400., *Lehman* Chr. Spir.
l. 7. c. 3., *Arumæus* ad A. B., *Münster* Cosmogr. l. 3. c. 26, *P. de Andlo* de Impe-
rio Rom. Germ. l. 2. c. 10, *Spangenberg* in spec. Nobil. l. 10. c. 7., *Schönberg*: Po-
lit. l. 5. c. 34., *Castaldus* de Imper. R. q. 91. num. 8., *Vasq.* Illust. l. 1. c. 22., *Th.* D
Mich. de jurisdict. concl. 131. H. *Vultejus* ad l. Dn. 4. & seq. C. ubi Senat.,
Hegius q. 4. n. 29., *H. à Rosenthal.* de feudis. 12. c. 3. n. 13., *Schrad.* de feud.,
Bocer. de Invest. c. 3, n. 75., *Sixtum* de Regal. l. 1. c. 8. §. 52., *Stephan.* de Ju-
risdict. l. 2. p. 1. c. 1. n. 155., *Knichen*, P. *Henon.* disp. Juris. l. 2. 1. §. 6., A. *Clapma-
rius* de arcan. Rerumpubl. l. 2. c. 20., *Hering.* de fidejussor. c. 7., Gæd.
Consil. 5. n. 12., *Blarerus* à Geiersberg de Electoratu Palat. p. 3. p. 57. *Bur-* E
gundus in Hist. Bavar. p. 11. Aut si aliqua controversia Imperatori cum a-
liquo existat, sub *Comite Palatino Rheni* judicium subeat, vid. supradictos &
Freher. not. ad P. de Andlo l. 2. c. 10. p. m. 199 *Otton.* diss. de jur. Publ. c. 16. Id
etiam expressè Aurea Bulla Caroli IV. declarat, quâ Imperator clarissimis
verbis testatur, consuetudine id ante se introductum fuisse, id est, *usu antiquo*,
adde Leod. l. c. n. 16. Sic & *Comitem Palatinum* ex antiqua consuetudine *Im-* F
peratoris judicem fuisse, exemplis docent *Aventinus* Ann. Bav. l. 7., *Goldast.*
Const. Imp. t. 1. p. 315. 316., *Londorp.* Act. Publ. t. 1. l. 3. p. 781. Ita tamen, ut hoc
fiat *in curia Publica* præsente Imperatore. v. A. B. c. 5. §. 3., *Coram Palatino*, qui
omnibus Curiis (quæ in Provincia Rhenensi *VVormatiæ*, *Moguntiæ*, *Spiræ*,
Aquisgrani, *Treveris*, *Coloniæ*. Sæpius etiam ex antiqua consuetudine ad Rhe-
ni ripam in villa *Rheinse* fiebant. v. *Freher.* l. cit. l. 2. c. 2. p. m. 154., uti etiam
ex literis Electorum ad Papam de A. 1338. patet apud *Goldast.* l. c. adde *Al-* G
bert. Argent. Chron., *Lehman.* Chr. Spir. l. 2. c. 1., *Freher.* in Orig. Palat. p.
2. c. 2., *Chron. Mag. Belg.* p. 296.) earumq; *negotiis Vicario* Regis nomine præ-
est. Si itaque hoc fit præsente Imperatore, multo magis eodem absente vel
mortuo. Hinc etiam Palatii Comes Imperatorē licentius imperantem admo-
nere poterat. v. Pauli Hist. Arctoæ. l. 37. Propterea etiam *Comites Palatinos
Rheni, Imperii Romani Judices* (Oberste Reichs Richter) appellat *Leo* H
Marsican. in Chron. Cassineus l. 4. c. 105., *Centur.* Eccles. Magdeburg:
12. c. 8. p. 1150., *Lehman.* in Chr. Spir. l. 1. c. 74. p. m. 572., *Freber.* in desusceptaEpist.
ad Gebwold. p. 10., adde *Chron. Laurish.* ex edit. Freher. p. 88. Propter eandem

A etiam dignitatis excellentiam *omnium exercituum*, qui in Imperio Romano eriguntur, *Imperator, & summus belli Dux est Rheni Palatinus*. v. Rusdorf in Justit: Causæ Palat. pag. 37. n. 205. Non autem solos *Rheni Palatinos* hac potestate in Orbe gavisos, sed & alios *Palatinos* in Diversis Europæ partibus, Regumque exterorum aulis, eandem *hanc judicandi potestatem in Rege* exercuisse, ex antiquitate Historica perspectum est. De *Palatinis* enim *Angliæ* id testatur *Math. Paris.* in Chron. ad A. 1236., de *Hungariæ Palatinis*,
B *Mathiæ* Regis Hung. constitutio de A. 1462., de *Palatinis Poloniæ Cromer.* in Hist. Polon. l. 1.

Imperii autem Romani *Comites Palatii* probè distinguendi sunt. I. à *Comitibus Palatinis, provincialibus* alias dictis, & neminem, ævo inprimis *Carolino*, Comitum Palatinorum, qui Provinciis profuerunt, dictum fuisse COMITEM PALATII, rectè observavit sidus illud Saxonicum Cl. *Con-*
C *ringius* in doctis. censura *Diplomatis Ludovicianī*, c. 11. & perperà etiam *Freherus*, & ante eum *Pithœus* in verbis *Eginhardi* de Carolo Magno, dum calcearetur & amiciretur, litigantes audiente, *voce Comitis Palatii* mutavere in Comitem Palatinū, ævo enim illo Carolino solenni *curiæ stylo* Comes Palatinus non dicebatur supremus, sed *Comes Palatii* κατ' ἐξοχὴν. Quod autem *Guntherus Ligur. Hermannum* Comitem Palatinum Rheni, *Comitem Aulæ* vocarit, non ex stylo Curiæ, sed poetico loquutus est.

D 2. Probè quoque notandum, Comites Palatinos Provinciales in *Provinciis sibi concreditis* ordinariè vixisse; *Palatii* verò *Comites* partem Aulæ fuisse, & *Aulam Imperatorum* ubique comitatos, rarissimè extra Aulam vixisse, ut rectè docet *Conringius* lib. cit. c. 11. pag. 203. idque exemplo probatur *Anselmi Comitis Palatii*, cæsi A. 778. in Hispania, in bello, quod Carolus Mag. præsens gessit contra Saracenos, de q. vid. Eginhardi Annal. & vita Caroli M.,
E & alii Annal. Franc. ad A. 778. apud And. du Chesne in Script. Franc. quo tempore etiam *Eghardus Regiæ Mensæ Præpositus* periit. Item probatur ex Adelmo Monacho ad A. 778., & ex Monacho S. Galli, quando narrat de legatis Græcorum: *quo cum venirent videntes, Comitem Palatii* (qui nempe erat in comitatu Imperatoris) *in medio Procerum concionantem, Imperatorem ipsum esse suspicati, terratenus sunt prostrati*. Perpetuo itaque *Comites Palatii*
F in Aulæ comitatu fuére. *Palatini* verò Provinciales extra Aulam vixisse, & hi non nisi *extra Aulam*, illi verò *in Aula solum* officio suo fungi potuére. Jus enim dixére Provinciales non nisi in provinciis, *Palatii* verò *Comites* tantùm in *Aula* s. Palatio Imperatoris. v. *Conring.* lib. cit., Hinc etiam *Guntherus*, ceu modo dictum, *Aulæ Comites* seu *Aulicos* nuncupat, quia Aulam curiamque Imperatorum ubique sequi necesse habebant. Adde Diploma *Hen-*
G *rici Sancti* Imp. dat. Abbati S. Maximi Trevir. A. 1023. 4. id. Dec. infrà in Codice Diplom. Palatino. Sic & non minus certum, quam evidens est, *Comites Palatinos Rheni, quà tales*, id est, *ratione Principatus Palatinatusque Rhenani* seu *Provinciæ Rhenensis*, in qua *Aquisgranum* Imperii sedes & Palatium erat, *non solum* ejusdem *Palatii Comites* Curiæque Imperialis Præsides
H exstitisse, jam ab antiquissimis temporibus, ita, ut qui eundem Palatinatum Rhenanum obtinuerit, simul etiam supremum dicti Palatii officium acquisiverit (ut Exemplis supradictorū Comitum Palatinorum Rheni, imò etiam

anti-

antiquissimi nostri Hermanni Comitis Palat. Rheni ejusque filii & in officio Palatii Successoris Ezonis, id est, Erenfridi probatum dabitur, qui cum de morte conjugis suæ Mechtildis nuncium accepit, nullibi alias ac in Palatio Aquisgranensi A. 1025. cum Proceribus Lotharingiæ versatus & occupatus fuisse legitur, de quo infra in Ezone) *sed & eosdem*, quâ Palatinatus *Rhenani Possessores*, jam ab antiquissimis temporibus, longâ quoque, omniumq; seculorum approbata consuetudine, Majorumque vetustissimâ ordinatione diu ante A. B. imò & ante *Electorum Institutionem*, VICARIATUM *exercuisse*, (vid. Leod. l. cit. 5. p. m. 80. & ib.) exemplis vetustissimorum Comitum Palatinorum Rheni Ordine successorio infra adductorum, ad oculos demonstrabimus. Imò jam *ante & post Carolum Mag. Palatii Præfectos* ratione dignitatis Comitivæ Palatii, & Majoratus Domus, eundem Vicariatum exercuisse, & supremam *post Regem in Regno potestatem* habuisse, jam supra ostensum fuit. A B C

Ante Auream Bullam verò *Rheni Palatinos* Imperii *Vicarios* fuisse in confesso est, inquit *Arumæus* ad A.B. disc. 3. th. 25. p. m. 143. quod etiam apertè declarat *Ludovicus* V. Imp. in Comitiis *Francofurtensibus* A. 1339. celebratis, apud Goldast. in Constitut. Imp. t. 3. p. 411. adde **Ableihnung des Bayrischen Gegenberichts** edit. A. 1657. Heidelbergæ. p. 25. ubi Imperator his verbis de nostrâ sententiâ testatur: LONGA *enim &* APPROBATA *consuetudine inconcussè à Majorū ordinatione* VACANTE IMPERIO *jus administrandi jura, feuda conferendi, negotia cætera disponendi*, PALATINO RHENI DEBETUR. v. & *Carpzov*. q. h. tit. 5. A. B., *Arumæum* ad A. B. disc. 3. th. 24. 25.; *Crantz*. Saxon. l. 9. c. 15., & N. *Cisner*. de Ludovico Bavaro Imp. p. m. 265. ubi h. m. Electorem Palatinum more Majorum ab infinita memoria in interregno vicem Cæsaris tenere, Imperiique negotia tractare. adde *Cuspinian*. in Lud. Imp. *Denais* Assert. jurid. Camer. Imp. p. 46. *Th. Mich.* de Jurisd. concl. 29., *Schrad*. de feudis p. 10. R., *Dieter*. de Sum. Imp. potest. concl. 21., *Cluver*. Hist. Univers. p. m. 510., H. à *Rosenthal* de feud. c. 12. n. 52., *Boter*. de Regal. c. 2. n. 61., *Schönb*. Disput. feudal. 2. th. 22., *Sixtin* de Regal. 1. c. 4., *Knichen* de Sax. nom. prov. jur. voce Elect. 1. n. 121., *Stephan*. de jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. n. 158., *J. VVolf*. Memorab. c. 16. p. 650. Porrò idem Imperator *Ludovicus* testatur in publico, contra Johan. 22. P. Rom. edicto, apud Aventin. l. 7. p. 609. 612. Imperii Vicariatum non Pontifici Romano, sed *Rheni Palatino* competere, hinc apud *Guntherum Ligur*. quidam in Concilio Principum, *Conrado* III. Imp. defuncto, ita infit: D E F G

Francorum Proceres, quos inclyta robora Regem,
Et validas nunquam pudeat dixisse columnas
In manibus vestris Regnum est: ea quippe potestas
Ad vos more suo semper viduata recurrit.
Regibus est aliis potiundi jure paterno;
Certa fides, Sceptrumque Patris novus accipit hæres. H
Nos quibus & melior libertas, *jure vetusto*,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus. &c.

Vid. & *Freber*. not. ad P. de Andlo l. 2. c. 10., & *Rittershus*. in not. ad hunc locum Guntheri. Deinde in alia multò vetustiore *Ludovici* Imp. hujus ordinatione hæc leguntur: *Quod si Regem deficere contigerit, Comes Palatinus*

A *curam habeat semper ex officio pro rebus & necessitate* Regni. Et hæc supra dicta *Carolus* IV. Imp. postea per. A. B. A.1356. 4. id. Jan. *Norimbergæ*, & *Comitiis Metensibus* 8. Kal. Jan. ejusd. Anni promulgatam confirmavit, ubi & c. 5. §. 1. in textu latino clarissima hæc verba exstant: Quod nempe Illustris Comes Palatinus Rheni *Principatus seu Comitatus Palatini Privilegio* IMPERII PROVISOR ESSE debeat. Si itaque juxta Caroli IV. verba ex-
B pressa Rheni Palatinus est Imperii Vicarius ratione COMITATUS (der Pfaltzgraffschafft und Fürstenthum bey Rhein) non video quid clarius dici posset. vid. & *Sprenger* in Fontib. Jur. Publ. p. 1163. (& alibi p. 1147. h. modo: *Dignitates in Germania jam tempore Henrici I. Imp. hæreditarias factas, & dignitatibus his certas affixas fuisse terras, plurimi fatentur. Unde non immerito in A. B. dici: Electores eligere vi Principatuum suorum: nec dubi-*
C *tandum, Præfecturæ Palatii Palatini olim quædam bona fuisse addita, in quibus verò consisterint & ubi? omnes se ignorare fatentur, aliqui ea ad situm Mosellæ referunt.* Huc usque Spreng.) adde *Limnæum* in Jur. Publ. Neq; etiam textus Germanicus A. Bullæ à latino discrepat; sed eundem non mutilatum adducamus cum Bavaris h. m. der Churfürstenthums Freyheit wegen / qui aliàs sic conceptus est: Und soll der erleuchtete Pfaltzgraff bey Rhein von
D des Churfürstenthums und Pfaltzgraffschafft Freyheit wegen ein Verweser und Pfleger des Reichs seyn / ita illud Churfürstenthum & Pfaltzgraffschafft *non dignitatem*; sed *Principatum* denotat, uti Fürstenthum / Hertzogthum / Bischthum / & cum appendice honoris Groß-Fürstenthum / Hertzogthum / Ertzbischthum / sic Pfaltzgraffschafft eodem modo, quo Marckgraffschafft / Landgrafft / Graffschafft non nisi ipsum Prin-
E cipatum denotat, ut rectè Cl. *Coccejus* in Jur. Publ. Prud. c. 16. p. 277., & in Orat. aug. de lege Salica Heidelbergæ habita docet. Cum hisce convenit etiam *aliud* ejusdem Imperatoris *Caroli* Diploma, datum An. 1375. *Ruperto* Seniori Comiti Palatino Rheni, ubi hæc verba: daß die Pfaltzgrafen bey Rhein die Churfürsten sindt / von Römischen Kaysern und Königen
F die Würdigkeit und Freyheit des Vicariats von alten und langen Zeiten her gehabt und haben sollen. v. Heidelbergischen Bericht vom Pfältzischen Vicariat. p. 86. Idem Rheni Palatinis postea confirmatum fuit per seqq. Imperatores. Sic in *Ruperti* Regis Rom. Constitutione de A. 1401., quâ filium suum *Ludovicum* C. Palat. Rh. Vicarium Imperii substituit, hæc verba
G leguntur: *Præcipuè enim animadvertentes à Divis Imperatoribus, & Regibus Rom. Prædecessoribus nostris hactenus, exstitisse observatum, ac etiam de jure Comitatus Palatinatus Rheni fuisse & esse, ut quando Romanus Imperator vel Rex* ULTRA MONTES *in Italiam ingressus fuerit, in ipsius absentia Vicariatus Imperii in Germania, Gallia & Regno Arelatensi ad Comitem Palatinum Rheni pertinuerit & pertineat. &c.* v. Goldast. Constit. Imp. Freher. in
H not. ad P. de Andlo, Leibnitz. in Codice Diplom. pag. 263., adde Florent. à Venningen Cancellar: Elect. Pal. Consil. 16. n. 98., Freher. Orig. Pal. p. 1. c. 1., Lehman. Chr. Spir. c. 74., Kurtzer Bericht des Pfältzischen Vicariats p. 15. & Rettung des Pfältzischen Vicariats Gerechtigkeit. p. 132. 131. 134. Confirmatum etiam est à *Carolo* V. Imp. in Diplomate dat. Wormatiæ 1521. ubi hæc leguntur: *Quod Imperatore* ALPES *transgresso, vel extra Imperium,*

tum

tum Comiti Palatino, qui Elector est, competat Imperii Administratio & Guber- A
natio, quam prærogativam & Privilegium Comitum Palatinorum se quoque
confirmare, &c. v. & Rusdorf. Justit. Caus. Palat. p. 37. *Rheni* itaque *Palati-*
nus non ratione *dignitatis Electoralis*, neq; *officii Archidapiferatus* ; sed ra-
tione *Principatus* s. *Palatinatus Rhenani* (minimè verò ratione Ducatus *Ba-*
variæ, ut Gebwoldus somniat:) Imperii *Vicarius* est. v. & Freher. Epist. ad
Gebvvold, & in not. ad P. de Andlo l. 2. c. 10., Schurtzfleisch diss. inaugur. B
de Vicariis, thes. 5., Buxtorf diss. ad A. B. th. 55. ubi rectè addit, id non
modo testimonio Aureæ Bullæ, sed & antiquiorum probari, ut Antonini
Episcopi Florent. in Sum. Maj. p. 3. t. 22. §. 13., Cardin. Hostiens. in D. C.
Venerab. & Mart. & August. Triumph., in locis à Bellarminio l. 3. de trans-
lat. Imp. c. 1 allatis, qui omnes Friderici 2. Imp. tempore vixére, & nihilo-
minus Principes Electores recensentes, *Comitem Palatinum*, non autem Du- C
cem Bavariæ nominant, adde & Myler. addit. ad A. B. diss. 4. p. 91. Dignita-
tes enim Imperii certis terris & Provinciis affixas fuisse nullum dubium est.
Sic *Fridericus* I. Imp. proscripto Henrico Leone Sax. & Bavariæ Duce in
Bernhardum Ascanium, non modo Saxoniam, sed & eidem annexum Ar-
chi-officium & Electoratum transtulit, ut ex literis investituræ docet Mei- D
bomius. Sic *Carolus* V. Imp. victo, capto & deposito *Johanne Friderico* Sa-
xoniæ Electore in *Mauritium* Thuringo-Misnicum, Alberti Animosi nepo-
tem, non modo Saxoniam ; sed & eidem annexam dignitatem Electoralem,
Archi-officium & Vicariatum in partibus juris Saxonici transtulit. Idem fa-
ctum de *Palatinatu nostro Rhenano* : Hic enim *Eberhardo*, Comite Palatii ejus- E
dem Palatinatus Rhenani possessore proscripto, ab Ottone I. Imp. A. 939.
in *Hermannum* Bavarum Arnulfi Bavariæ Ducis filium, deinde in *Herman-*
num 2. *Comitem* de *Scalecke* ejusque Successorem *Conradum* Suevum Frideri-
ci I. Imper. fratrem, & hujus generum *Henricum* Saxoniæ Ducem Brun-
svvicensem Henrici Leonis filium, *Ludovicum* denique Bavariæ Ducem ejus-
que filium *Ottonem Illustrem*, non solùm ab Imperatoribus quondam trans- F
latus, sed in eosdem simul etiam *Palatii*, *Vicariatus* & *Archi-Dapiferatus*
officia, tanquam Palatinatus Rhenani annexa, & cohærentia, (uti de Saxo-
nia dictum) transmissa fuisse apud probatissimos autores magnam partem
citatos legitur. Sic Imper. *Ferdinandus II.* Palatinatum Rheni, proscripto
Friderico V. Bohem. Rege, Rhenique Palatino Electore in *Maximilianum*
Bavariæ Ducem transtulit, ubi & simul expressa *Archi-officii* & *Vicariatus* G
mentio facta est, ut ex *Brachelii* Hist. l. 2. ad A. 1623 H. *Coccejus* l. cit. cap. 16.
ostendit. Verùm insecutá postea pacificatione Osnabrugensi & Monasteriensi
rescissis Actis prioribus, idem *Palatinatus Rheni*, ceu TERRA ELECTO-
RALIS cum annexis juribus Vicariatus videlicet officio Palatinis restitu-
tus, neque quicquam nisi *Archi-officium Dapiferatus* (quod una cum aliis
Imperii Archi-Officiis antiquitus etiam variasse infra ostendetur) transla- H
tum fuit. De *Palatinatu* verò *Rhenano*, eidemque *annexo Vicariatu*, Comi-
tumque Palatinorum dignitate, potentiâ, exellentia præclarè *Ezech. Span-*
heimius l. de Vicariatu Palat. p. 88. h. modo : *On ne peut nier, que la grandeur de*
domination des anciens Comtes Palatins & la situation de ce Pays, & la consi-
deration de ces belles & delicieuses Provinces n' y aye contribue infiniment, que

A *la Bulle d' Or ont attache au Palatinat du Rhin le Vicariat avec autres Privileges, & l' ont rendu considerable par dessus les autres Palatinats ou Provinces d' Allemagne. &c. Et leurs limites ne s' etendoient pas seulement sur les deux bords de cette fameuse Riviere, qui en conservent encore aujourdhuy le nom, mais memes, qu'ils etoient presque marques depuis sa source jusques à son entrée dans la mer, que le Nicre, la Moselle & le Navo aussi bien que le Rhin les ont reconnus pour leurs Maitres, ainsi qu'ils se sont etendus au long*
B *& au large dans la haute & dans la basse Allemagne & ont occupè si devant la meilleure partie de la Franconie, de la Suabe, du VVetterau, des Duches des Juliers, Cleve & de Geldres. Il est vray, que la Succession du tems, les partages de familles, la liberalité des Princes, (envers les moines) les calamites des guerres & les revolutions ordinaires aux plus grandes maisons ont diminué la puissance & raccourçu les limites de celle-cy: ainsi il n' est pas difficile de*
C *comprendre, d' ou vient, que ce Palatinat du Rhin si celebre en son origine, si glorieux en ses Privilèges, si considerable en son Assiette, si ample en son etendue, & enfin si Auguste par l' extraction & la dignité de ses Maitres, á été honoré des diverses prerogatives si excellentes & si relevées, que c' est de la, que le nom illustre d' Archi Palatinat le premier rang entre les Electeurs d' Allemagne, la dignité de l' Archi-Dapiferat, la qualité de Juge de l' Empereur en ses causes particulieres, le Generalat & le commendement des Armeés de l' Em-*
D *pereur, en fin la Regence* & le VICARIAT DANS L' ABSENCE OU DANS LA MORT DES EMPEREURS Y A ETE' ATTACHE' PAR LES LOIX FONDAMENTALES DE L' EMPIRE, *qu'il n' y a guerre d' apparence, des les vouloir contredire pour suivre le sentimens d' un Advocat de München (Gebvvold.) qui à pretendu de tirer la source de tous ces Droits de la Duche de Baviere & par temoignage des quelques Moines deterres, a voulu*
E *combatre un possessoire immemorial & inviolable & des authorites si connues & si authentiques.* &c.

Gebvvoldus autem supra memoratus vigore & authoritate Diplomatis *Rudolfi I. Imp.* d. Augustæ A. 1275., quo, subortâ lite *Ottocarum Bohemiæ Regem* inter & *Henricum Bavariæ Ducem*, & motâ Henrico quæstione super quasi possessione juris eligendi Regem Roman. *Imperator*, auditis
F partibus, *jus eligendi Regem* R. *Ducibus Bavariæ, ratione Ducatus Bavariæ, competere ab antiquo*, contra *Ottocarum* declarat, frustra probare conatus est. 1. ELECTORATUM non tantùm ab antiquo, id est, primævâ illa & Ottoniana (ut vult) institutione, sed & 2. ipsum etiam IMPERII VICARIATUM tanquam *Dignitatis Electoralis annexum, non Rheni Palatinis*, sed *Ducibus* potius *Bavariæ* competere. v. lib. de Septemvir. c. 10. p. 105. 212. & in Epist.
G monitoria ad Freher. Verùm respondetur. 1. *Electoratum* & jus eligendi Regẽ R. Ducibus Bavariæ ex illo demùm tempore competere, si scil. *Rex Bohemiæ* non est German⁹. Hinc speculũ Saxon. l. 3. art 57 §. 2 *Bohemũ non eligere* weil er nit Teutsch ist. & Specul. Suev. l. 1. c. 29. §. 2. wañ er nit ein Teutscher Mañ ist. Adde Alberti Stadens. Chron. ad A. 1240. 2dò *Henricũ* Bavarũ fratri suo *Ludovi-*
H *co* cog.^to Severo, Comiti *Palatino Rheni* Electori nunquã litẽ de Electoratu & Archiofficio Dapiferat⁹ movisse, sed *contrà utrumq; Bohemo* ratione Electorat⁹ & Officii Archi-Pincernat⁹ controversiã fecisse. 3. *Ducibus Bavariæ* Electoratũ & Archi-Pincernatum non competere, *si* nempe *Rex Bohemiæ* sit *Germanus*,

vel

vel utriusque Parentis, vel ad minimum alterutrius, oppidò patet ex *ejusdem* A
Imperatoris Rudolfi I. Diplomate dat. Erfordiæ A. 1290. 6. Kal. Oct. quod vid: apud *Goldast.* Const. Im. t. 2. p. 82., *Limn.* Jur. Publ. l. 3. c. 8., *Lambecium* in Comment. Biblioth. Cæsar. l. 2. c. 8. p. 828. & infra in Cod. nostro Diplom. Palat., *quo Imperator* decernit, *Electoratum & Archipincernatum* Wenceslao Regi Bohemiæ, Ottocari filio competere ratione *Regni Bohemiæ*, QUIA scil. GERMANUS erat: Rex enim semper *pro Electore & Archipincerna* habe- B
batur, *juxta legem Imperii* antiquam, SI SCIL. ESSET GERMANUS vel utriusque, ut dictum, parentis, vel ad minimum alterutrius. Contra, si non est Germanus, tunc Electoratus una cum *Archi-Officio ad Ducem Bavariæ* devolvebatur. Jam vero talis casus contigit sub *Friderico II.* Imp., cum enim A. 1231. obiisset *Premislaus* Bohemiæ Rex, & ejus filius *VVenceslaus* Cog. 10
Monoculus se eodem modo, quo Pater ejus, gravissimum hostem præbuis- C
set Friderico II. Imp. Austriamque miserè devastâsset; hinc occasione hâc ipsi, ejusque filio *Ottocaro* de Electoratu mota fuit controversia, utpote quòd Wenceslaus neque ratione Patris, neque ratione matris, Germanus esset, sed respectu paternæ originis *Slavus*, maternæ vero *Hungarus*, quia matrem habuerat Constantiam, Belæ Hungariæ Regis filiam. vid. Dubrav. Hist. Boh. l. 15. & 16 Hoc igitur nomine adjudicata est *Dignitas Electoralis* D
Duci Bavariæ, uti supra dictum: adde Struv. disp. de regno Arelat. in Corollear. hinc etiam in Ms.° Germanico Aureæ Bullæ Caroli IV. quod in Bibliotheca Cæsarea, teste Lambecio l. cit. 2. p. 826. c. 8., exstat, hæc leguntur: **Der Pfaltzgraffe von Rine hât ûnter den Leyen-Fürsten die erste Stim an der Chur/der ist des Richs Drochsetztze/und der soll dem Chûnige die erste Stützel tragen/ der Hertzog von Payern** (si scil. Rex Boh. non posset esse Elector) **hat die vierte Stim an der Chur/und ist des Reichs** E
Schencke/und soll dem Chûnige den ersten Becher tragen/diese 4. sollen Tütsche Manne sin von Vatter und Muoter/oder von eintwederine.

Deinde Gebvvoldus in antithesi num. 11. contra Freherum satis audacter ita: *Hinc* inquit, *Palatino Electoratum per matrimonia diversa, ad diversos pervenisse Principes* SOMNIANT; *Francos scil. Suevos, Saxones, denique Bavaros: quod quàm absurdum sit, & ab omni veritate alienum, nemo aequus rei censor non videt &c.* & 2. alibi num. 12. ita: *ex priori autem* F
illo nunquam confic:etur Comitem aliquem Palatino-Rhenensem ab Ottone III. designatum fuisse Electorem, aut, quod Freherus nobis obtrudere adlaborat, Electorum munus Palatinatui Rheni sic annexum fuisse, ut non nisi Comes Palatinus, ejusdem Comitivæ Palatinæ possessor, idem quoque Elector esse debeat, & eo nomine vocari. &c. 3. num. 17. ita: *Velim Freherus nobis exhibeat talem* G
alicujus Regis, vel Imperatoris Romani ab Ottone III. usque ad Carolum IV. attestationem adeo pertinaciter à se asserti Palatino-Electoratus, vel omnia, vel certè rem magnam præstiterit, si hoc, quod petimus, præstiterit. &c. & alibi l. de Septemvir. c. 10. h. modo: *Defecit itaque Freherus in probatione sua, & neque hunc ipsum Henricum* (Henrici Leonis D. Bav. *& Saxon. filium, de quo infra fusius*) *unum ex Electoribus fuisse, neque ullum Comitem Palatinum* H
Rheni alium ulla ratione ostendit, verum missis fictis Comitibus Palatinis Rheni, ad Bavariæ Duces transeo. &c. hucusque Gebvvoldus.

Verùm,

A Verùm, mi Gebwolde, ſi alios abſurdè loquutos prætendis, cave, ne in
ipſam abſurditatem tuâ loquacitate, & nullo fundamento ſtabilitâ aſſertione
incidas, refutando ſcil. ea, quæ tu ipſe non intelligis, vellem ut Cl. *Hotterman-*
ni JCTI & Profeſſ. Marburg. contra *Advocatorum nequitiam* diſſertationem
legiſſes, vel ſaltem titulū iſtius Pralhanß/pral ſacht ! vellem etiam, ut oſten-
diſſes abſurditatem in ſupradictis, à te nimis præcipitanter exſibilatis. Nonne
B Palatii officium, *Palatinatui Rhenano* annexum, ab *Eberhardo* Palatii Comi-
te Franco I. Salico, id eſt Palatino, fratre Conradi I. Imp. Archi-Dapifero,
cujus meminit *VVitichindus* in coronatione Ottonis I. Imp. Aquisgrani An.
936. peractâ (quem tu malè *Bavariæ Ducem, Arnulfi* Cog.[to] mali Bavariæ
Ducis filium ſomnias) *ab Ottone* I. Imp. ob rebellionem, unà cum Giſelber-
to, Lotharingiæ Duce, contra Imperatorem comitatam proſcripto, devolu-
C tum eſt in *Arnulfi* ſupradicti Ducis filium *Hermannum* BAVARUM, ejus-
que filium *Ezonem*, id eſt *Erenfridum* Comites Palatinos Rheni, ? de qui-
bus *Ditmarus* l. 3. p. 92., quod tu ipſe ignorabas, & de quibus infra fuſiùs
agetur. Qui tamen non QUA BAVARI, ſed qua *Succeſſores Eberhardi*
Franci Palatini & Palatinatus Rhenani *poſſeſſores*, *Comites Palatii* Imperiique
officiales & *Vicarii* exſtitère. Nonne *Officium Palatii* unà cum *Palatinatu*
D *Rhenano*, Hermanni Stirpe in *Henrico Comite Palatino Rheni Domino de Laca*
nepote ejusdem A. 1095. exſtinctâ, translatum in Sigefridum *Brabontiæ Co-*
mitem, Henrici verò jam memorati privignum ? Nonne idem *Officium Pa-*
latii cum Palatinatu Rheni, *VVilhelmo* Sigefridi Palatini jam memorati
filio, A. 1142. ſine prole maſculâ defuncto, devolutum in *Hermannum Co-*
mitem de Stalecke ? quo itidem A. 1156. absque maſculis exſtincto, annon idem
E Palatii Officium cum Palatinis ditionibus in *Conradum* SUEVUM Frid. I.
Imp. fratrem, & hoc rurſus A. 1195. absque relictis maſculis demortuo,
nonne idem *Palatinatus Rheni* cum eidem annexis Palatii, Archi-Dapifera-
tus & Vicariatus Officiis, juribus & Privilegiis, per *matrimonium filiæ Con-*
radi, ſupra dicti Comitis Palatini translatus in *Henricum* SAXONIÆ Du-
F cem Brunſvvicenſem, *Henrici Leonis* filium, quo itidem absque pueris de-
functo, nonne denique *Palatinatus Rhenanus* cum eidem annexis jam di-
ctis officiis & juribus *Ottoni Illuſtri* Bavariæ Duci accrevit per *matrimo-*
nium cum Agnete Rheni *Palatina*, Henrici Palatini jam memorati filiâ con-
tractum ? quæ omnia per *Diplomata Cæſarea* aliaque antiquitatis docu-
G menta & auctorum etiam ut plurimum coævorum teſtimonia, confirmata
videbis infra, & in Codice noſtro Diplomatico Palatino. Sed redeo ad Vica-
riatum Palatinum.

Vicarius autem eſt I. vel *Univerſalis* ſeu totius Imperii, ut Comes Pala-
tinus Rheni & Saxoniæ, vel *particularis* I. alicujus Provinciæ, qualis hodie
eſt *Dux Sabaudiæ* perpetuus *Italiæ Vicarius* v. Limn. Jus Publ. l. 3. c. 12., & in
H annot. ad capit. p. 147., Arumæum ad A. B. diſc. 3. theſ. 26., Bodin. (de
Repub 1. c. 8., Chaſſan. Catal. glor. Mund. pag. 12. Cravet. Conſ. 958. num. 4.,
Menoch Conſil, 2. n. 104. v. & Capit. Leopold. a. 4. Sic Thomas de Saban-
dia Comes Sacri Imperii à Papia ſuper: generalis Vicarius conſtitutus eſt à
Frid. II. Imp. ut ex ejuſd. Imper. Dipl. de A. 1248. patet. & Bertholdus Co-
mes de Marſteten Henrici VII. Imp. in Partibus Italiæ Generalis Vicarius,
in conſtitutione Ruperti Imp. Brunovius de la Scala, & filii maſculi legitimi
Vica-

Vicarii generales in civitatibus Veronæ & Vincentiæ conſtituti leguntur. A
v. pl. in Car. du Cheſne Gloſſar. & Limnæi Euncleat. l. 2. c. 11. Sic *Vicariū* quon-
dam *Italiæ Pinzivallam de Fliſco* confirmavit *Rudolfus. I.* Imp. A. 1282. v. Mu-
tii Chron. l. 21. Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 106. Sic *Carolus IV.* Imp. *Vicari-
um* Delphinatus conſtituit *Carolum VI. Viennenſem.* v. Wolf. Memorab. cent.
16. pag. 315., Bodin. l. cit. c. 9., Goldaſt. Conſt. Imp. t. 3. p. 421. Sic *Henricus
VII.* Imp. *Vicarium Parmæ* conſtituit. v. Mutium. l. cit. 23. Sic *Carolus IV. vice* B
Comites Mediolanenſes in *Vicarios* Mediolanenſes elegit. v. Cuſpin. in Carolo
IV. Per. de poteſt. Principum c. 3. q. 4. n. 37., Jac. Sbroz de Vicar. Epiſ. l. 1. q. 3.
n. 45. Bald. Conſil. 333., Münſter. Coſmogr. l. 3. Sic *Rudolfus I. Nanum* in
Specialem *Mediolani Vicarium* poſuit. v. Sigon. de Regn. Ital. ad A. 1274.
Sic Duci Mediolanenſi privilegium perpetui Vicariatus conceſſum ab A-
dolfo Imp. v. Sigon. l. 1. & 20. deinde à Carolo IV. confirmatum. Sic *Fran-* C
ciſcum Picum in *Vicarium Mutinæ* conſtituit *Ludovicus V.* Bavarus Imp. v.
Thuan. Hiſt. l. 8., Fr. Pacian. Conſ. 60. n. 20., Conſ. 61. n. 47., Cephal. Conſil.
539. n. 14., Frid. Schott. t. 1. lib. Reſp. 28. n. 114. Ita *Sigismundus* Imp. Brunones de
Caſcala in *Vicarios Veronæ* & Vincentiæ confirmavit. v. Goldaſt. Conſt. t. 3. p.
14. 34. imò Henricus VII. & Ludovicus Bavarus Impp. ſingulis Civitatibus
in Longobardia Speciales Vicarios dedére. v. Crantzii Saxon. l. 9. c. 11., Wim- D
pheling. Epit. Hiſt. Germ. c. 44. Formulam autem dandi, iſtiusmodi Vicaria-
tum vid. apud Pet. de Vinei. l. 3. Ep. 79., l. 5. Ep. 1., adde Goldaſt. lib. cit. t. 1.
1. pag. 395. 396.

2. Vel *Ordinarius* ſeu perpetuus in Imperio, qualis eſt *Comes Palatinus
Rheni & Saxoniæ*; vel *extraordinarius* ſeu temporalis, qui AD INTERIM,
ideſt, ad certum aliquod tempus Vicariatus Officio Imperatoris & Statuum E
conſenſu fungitur: ſic in certis quibusdā caſibus quondam ab Imperatoribus
ſubſtituti fuére *Sub-Vicarii* ſ. Extraordinarii, & quidem 1. ſi ſcil. *Ordinarius
Vicarius* Comes Palatii morte præventus, tales reliquerit filios, qui *per æta-
tatem* Patri in Officio ſuccedere nondū potuére: 2. Si Imperatores in Italiam
ultra Alpes profecturi *præſentiam Comitum Palatii* efflagitârunt.

Sic *Otto I.* Imp. A. 961. in Italiam profecturus in *locum Hermanni Comi-
tis Palatii* & ordinarii Imperii Vicarii paulo ante Spiræ occiſi ab *Erneſto Sue-* F
via Duce, vel Adelheidis Imperatricis filio, vel ſaltem ejus conſanguineo, in
Imperii *Vicarium* & filii Hermanni Palatini Ezonis tutorem conſtituit *Bru-
nonem*, fratrem ſuum Archiepiſcopum Colonienſem. v. Freher not. ad Pet. de
Andlo l. 2. c. 10. p. 198., & Æg. Gelenium in Hierothec. in vita S. Geronis
Archi-Epiſ. Colon. p. 54. *ratio*, quia Ezo Hermanni filius natus A. 955. tunc tem-
poris non 6. vel 7., Annorum infans, in officio Patri per ætatem ſuccedere nō G
potuit. adde ex vita S. Gerardi Epiſ. Tullens. Chifletii jūn. Coment. Lotharin-
genſi p. 2. teſtantur porrò Reginonis continuator, Lehman. in. Chr. Spir. l. 5. c.
9. Fabricius in Origin. Saxon. l. 2. aliiq; Imperatorem fratrem ſuum *Brunonem*
ut & filium ſuum *VVilhelmum* natu majorem Archiepiſcopum Moguntinum
Ottoni II. filio natu minori jam Wormatiæ A. 961. in Comitiis in Regē Rom.
electo & non niſi 7. annos tunc habenti in Regimine adjunxiſſe; *ſpecialiter* au- H
tem *VVilhelmo* curam demandatam fuiſſe, ut in linguis benè inſtrueretur
Otto II. R. v. Lehman. l. cit. 5. c. 11. *Brunone* autem Archiepiſcopo A. 965. 11. Oct.
Rhemis ex febre ardente defuncto, *VVilhelmus* ſolus *Vicariatū* & Curam

A Imperii gessit, inprimis cum *Otto II.* Rex à Patre invitatus An. 967. mense Septembri in Italiam ad Patrem proficisçeretur, & habito Veronæ conventu An. 967. 19. Oct., cum Patre Romam pro Corona suscipienda contenderet. v.Sigon. l.cit.,deinde *VVilhelmum* quoque hunc mortuo Brunone Imperii *Vicarium* egisse,testatur *VVitichindus* Ann.l.3.p.m. 661. ex edit Meib. ubi ita: *Dum hæc in Italiâ gerebantur,summus Pontifex VVilhelmus vir sapiens*
B *& prudens, pius & cunctis affabilis à Patre* (Ottone I.) *sibi commendatum Francorum Imperium regebat, cujus Mater, licet peregrina*(,captiva enimSclavica erat. v. Ditmar.) *Nobili tamen genere erat procreata.* v. Ditmar.l.2. *VVilhelmo* autem huic Archi-Episcopo An.968. (alii 969) 6.Non,Mart. defuncto (natus hic erat, An. 928. v. Regin.contin., electus in Archi-Epis. An. 954. 17.Dec.Arnstadii. obiit 968. 2.Mart. febre in*Redubuerothe* v. Witichind.) *in*
C *Officio Vicariatus* successisse videtur *S. Gero*,Archi-Epis. Coloniens. Ottone I. Imperatore cum filio Ottone II. adhuc Anno 968. in Italia subsistente.

Sic *VVilligisius* Archi-Episcopus Moguntinus Imperii *Vicarius extraordinarius* constitutus. v. Lehman. Chr.Spir.l. 5. c. 13., vel A. 995. quo *Otto III.* Imp.expeditionem in Italiam contra *Crescentium* susciperet,vel A.1004.,quo *Henricus II.* Imp.cum S.Hereberto Archi-Epis.Colon.&*Comite Palatii Ezone*
D in Italiam proficisceretur, de quo Ditmarus in Chron.l.6. ita: *Cum Imperator* (Henricus II.) *ad fluv.Brentum veniret,Castra metatus est in quadã planicie,ibique cum suis passionem dominicam,Sanctamque resurrectionem Domini veneratur,interdicta est omnibus fuga per bannum Regalẽ ibi à* COMITE PALATINO (Ezone id est Erenfrido) huc usque Ditmar. Imperator commendatâ Reginâ *Cunigundâ* Tugnoni Episcopo in Italiam proficiscitur,
E *Hardvvigum* pro Rege se gerentem Lombardiâ depulsurus, ubi Papiæ exorta seditione S.Herebertum Archi-Epis.Colon.lapidibus impetunt Longobardi,Giselbertum verò D. Cunigundis Reginæ fratrem occidunt v.& Cluver. in Hen. II.

Simili quoque modo idem Imperator *Henricus Sanctus* An. 1013. ineunte vere secundò Italiam petiturus, cum *Ezonẽ Rheni Palatinõ no-*
F *stro* & *S. Hereberto* Archi-Epis. Colon. pro Corona Romanâ suscipiendâ, *alium loco Ezonis Palatini* nostri,substituit Imperii Vicarium, vel Archi-Episcopum *Moguntinum*, vel *affinem Imperatoris* Hetzilonem Bavariæ Ducem, vel alium aliquẽ.Coronatus enim est Imperator Romæ A.1014.23.April præsente *S.Hereberto* Coloniensi, & *Ezone Comite Palatino* nostro: ut patet ex Diplomate Imp., quod vid. apud Baron. in Annal. Eccl,ad A.1014. & Gol-
G dast.Const.Imp.t.1.pag.229.& infra in Codice nostroDiplomat.Palatinô.Eodem modo,quo in posteris temporibus *Henricus VII.* Imp. unà cum *Rudolfo Rheni Palatino* expeditionem in Italiam A.1309.pro Corona Romana impetranda suscipiens, alium Imperii Vicarium,filium scil. Johannem Bohemiæ Regem, Caroli IV. Imp. Aureæque Bullæ Conditoris Patrem,in locumPalatini,cujus præsentiam efflagitaverat Imperator,extra ordinem substituit.
H Sic *Bardo* Archi-Epis.Mogunt. in *Vicarium* electus.v.PauliniHist.Isenac. p.6.Sic *Sigevvinus* Archi-Epis. Colon. ab Imp.Henrico IV.*Vicarius* substitutus v. Gelen.in Hieroth. cum nempe A. 1081. mense Martio cum *Palatino nostro Henrico Domino de Lacu*, & Exercitu in Italiam proficisceretur contra *Hildebrandum*. l. Gregor. VII. Pontificem Rom. (hinc Bertholdus apud Massen.

Massen.in Annal. Trevir. t. 1. l. 12. p. 570. de eodem hoc Palatino nostro ita: A
Henricus hic Comes Palatinus multum & ipse dives, sed Apostolicæ sedi non adeo obediens, viam universæ carnis arripuit An. 1095.) cum verò Idem Imperator *Henricus IV.* postea tertiam expeditionem Anno 1090. in Italiam susciperet, & ibidem ferè septennium subsisteret, *Henricus* jam memoratus Comes *Palatinus Rheni Dominus de Lacu*, ut Imperii *Vicarius* in Germania B
permansit, ut Diplomate infra ostendetur.

Sic *Bruno* Archi-Episcopus Colon. à *Lothario II.* Imp. in Vicarium constitutus.vid.Gelen.Synt.t.4.l.4.p.21.Anno scil.1132., quo Imperator in Italiam, pro Coronâ Romana suscipienda, profectus est.

Similiter *Reinholdus* Archi-Epis.Coloniensis à *Friderico I.* Imp. in *Vicarium* Imperii substitutus est.v.Freher. in not.ad Pet.de Andlo, Gelen in Hierothec. C
Anno scilicet. 1158, quo *Conradus Rheni Palatinus* cum fratre suo Friderico I. Imp. in Italiam expeditionem ad castigandos Mediolanenses rebelles susciperet.

Sic *Henricus VI.* Imp., cum Henricum Comitem Palatinum Rheni cum Exercitu Anno 1197. in Palæstinam, contra Saracenos præmitteret, ipse etiam eodem Anno Italiam peteret, *alium in Palatini locum* Imperii *Vicarium* substituit. Cum verò postea Otto IV. in Imperatorem An. D
1198. eligeretur, & Anno 1209. in Italiam, pro corona obtinenda expeditionem pararet, supra dictum *Rheni Palatinum Henricum*, ut Imperii *Vicarium* in Germania reliquit, de quo infra.

Simili quoque modo *Fridericus I.* Imp. *Vladislaum* Bohemiæ Ducem, de quo vid. Dubrav. in Hist. Boh. l. 12. & *Henricus VII.* Imp. filium suum E
Johannem uti supra dictum, Spiræ in præsentia Principum cum consensu scil. eorum, in Imperii *Vicarium*, Italiam A. 1309. petiturus substituit, v. Lehman. Chr. Spir. l. 1. c. 11. Dubrav. lib. cit. 20. quia Imperator tum temporis *præsentiam Rudolfi Rheni Palatini* expeteret, qui etiam eundem in Italiam (teste Alberto Argentin.in Chr.Corn. Vecerio Imperatoris Secretario in Hist. Henrici VII ad An. 1311. apud Receberum in Script.Germ, p 466., Lehmaño F
l. cit. 7. c. 11. pag. 735. N.Cisnero de Henrico. VII. p. 237.,) concomitatus est.

Verùm omnes hasce *Substitutiones* NON ABSQUE REVERSALIBUS Imperatorum facta esse, certum est, ut patet. 1. Exemplo *Caroli V.* Imp., qui datis reversalibus Rheni Palatino, quas vid. in Cod. nostro Diplom. Palat., *Ferdinandum* fratrem suum in *Imperii Vicarium* constituerat. 2do argumento *Constitutionis Ludovici V.* Imperat. Successoris Henrici VII. G
Imp. factæ in Comitiis Francofurtensibus A. 1339., quo expressè Imperator publicè declarat: *falsissimum esse per vacationem Imperii jus ad Papam devolvi, Longa enim & approbata consuetudine vacante Imperio jus administrandi Imperii, feuda conferendi* RHENI PALATINO *deberi*. v. Goldast. in Constit. Imp. t. 3. pag. 411. quod postea Carolus IV. per A. H
B. An. 1356. confirmavit.

Sic Ludovicus V. Imp. *Eduardum* Angliæ Regem *Vicarium Imperii* constituit, de quo infra fusiùs. *Sic Sigismundus* Imp. Caroli IV. filius, Hussitas Bohemos A. 1419. debellaturus, Archi-Episcopum *Moguntinum* Imperii *Vicarium* constituit. v. Serrar. de rebus Mogunt. l. 5. in Archi-Ep. 48.

A Sic *Carolus* V., ut dictum, fratrem suum *Ferdinandum*, Imperii Vicarium constituit. Hæc autem, aliaque plura exempla, *nihil contrarii* involvunt *Rheni Palatino* & *Saxoniæ*: facta enim hæc sunt *consentientibus* Imperii *Electoribus Vicariis ordinariis*, datisque *reversalibus*; ut rectè *Vitriarius* Illust. Jur. Publ. pag. 334. *Buxtorf.* ad A. Bull. th. 54. ex *Goldasto*, *Otton.* Diss. de Jur. Publ. c. 16. *Myler* in A. B. Diss. 4. add. 1. 2. pag. 89. & tract. von des Röm.
B Reichs Vicariat Joh. Schilterus in Jur. Publ. l. 1. t. 18. p. 192. aliique docent. Sic *Carolus* V. Imp. *Ludovico Rheni Palatino*, Electori nostro, literas *reversales* dedit A. 1521. in Comitiis Wormat. circa Festum S. Catharinæ celebratis v. Leod. in cit. Frid. 2. El. Pal. l. 5. p. m. 80. 81. adde Florent. à Venningen Cancellar. Elect. Palat. in Consil. 16. n. 190. Crusii Annal. Suev. l. 6. p. 3. c. 11. & Goldast. Const. Imp. t. 1. 242. in quibus §. 3. expressa hæc verba: Doch unsern lieben
C Ohmen und Churfürsten/ Pfaltz und Sachsen in ihren Rechten und Freyheiten / was sie deß Vicariats halben haben / unschädlich. &c. Imò ipse *Fridericus II. Rheni Palat.* Elect. postea etiam *unà cum Ferdinando*, supra memorato, Imperii *Vicariatum* gessit, v. Leod. in vita ejus l. 5. p. 80. quod inter alia etiam ex ejusdem Palatini literis dat. Norimbergæ 1522. 20. Januar. ad Johannem Episc. Misnens. evidens est, ubi Fridericus hic ita se sub-
D scripsit: Friderich Pfaltzgraffe bey Rhein/ Hertzog in Bayren/ Stadthalter und Churfürst/ &c. vid. auth. Dialog. menstr. de A. 1690. p. 762.

Verùm cum plerosque, imò omnes, quotquot hactenus fuére rerum Palatinarum scriptores, fugerit vera & genuina *Rheni Palatinorum Comitum successio*, hinc non mirum, cur & iidem, utpote vero fundamento carentes, *in denominandis* & recensendis Imperii *Vicariis*, hallucinati fuerint. Ostensâ autem cap. 1. vera & indubitata Comitum Palatinorum Rheni, hactenus
E non satis cognita successione, facile erit, etiam cum ipsis *veros* indicare *vacantis Imperii Vicarios*, ut ex sequentibus, à temporibus Henrici I. ordine successorio deductis Comitibus Palatinis, clariùs patebit.

Eberhardus Palatinus Comes *potentissimus*, teste Luitprando, ob summam in Imperio auctoritatem, quâ Palatini, ut Imperialis Palatii Curiæque Præsides, & *Vacante Imperio Vicarii*, jam ab antiquissimis temporib' gaudebant,
F ut superiùs ostensum, *Imperii Romani Coronam* (uti Pipinus Major Domus regnum quondam Francicum) aliquoties ambiit; Verùm ex hortatione fratris sui *Conradi I.* Imper. in mortis articulo constituti, Insignia Imperii *Henrico Saxoni*, ut Imperii Vicarius, post mortem Imperatoris tradidit. Vivente autem fratre *Conrado I.* & *Henrico I.* Imp. Eberhardus Palatinus noster *Vicariatus Officium* exercere non potuit, quia hi Alpes non transgressi, neq; *Co-*
G *ronam Romanam* susceperunt. Defuncto verò Conrado I. Imp. statim *Eberhardus Palatinus Comes*, *ex mandato fratris*, Imperii Insignia *Henrico I.* obtulit; *Palatii enim Comites*, ut Imperii Vicarii, insignia Imperii novo Regi deferenda custodiebant, licet custodiam eorum *Ducibus Bavariæ*, tanquam Electoribus & Archidapiferis, malè adscribat *Gebwoldus* l. de Septemvir. p.
H 170. de quibus Insign. vid. Goldast. Pol. Reichs Händel t. 1. p. 6. Sic *Otto III.* Imp. agonizans in Italia, Insignia Imperii *S. Hereberto*, Archi-Episc. Coloniensi commisit, transferenda *Ezoni*, id est, Erenfrido *Rheni Palatino*, qui tum in Germania, *ut Imperii Vicarius*, versabatur. Cùm verò eadem postea *Henricus*

ricus Bavariæ Dux astu intercepisset, &, ut loquitur Cluverus in Henrico A
Sancto, ab Hereberto extorsisset, grave exarsit bellum *Imperatorem* inter & *Ezonem Rheni Palatinum nostrum* (de quo infra fusiùs in Ezone) & inimicitiæ exortæ inter *S. Herebertum* & *S. Henricum* Imperat. de q. vid. vitam S. Hereberti apud Surium. Sic *Henricus Comes Palatinus Rheni* & Imperii *Vicarius*, eadem Insignia *Friderico II.* Imp. tradidit, de quo infra. Sic *Ludovicus*, cog.[to] *Severus*, Rheni Palatinus, eadem novo electo *Regi Wilhelmo* dedit, & B
globum aureum in manu ejus posuit dicens: *accipe globum Sphæricum, ut omnes gentes Terræ Romano Imperio subjicias, & Augustus gloriosus appellari valeas* v. Trithem. in Chron. Hirs. cui *soli Ludovico* Electori, & Imperii Vicario, postea Principes Electores *potestatem eligendi Regem* detulerunt, qui etiã inde *Rudolfum I.* Comitem *Habsburgicum* in Imperatorem elegit, à quo Archi-Duces Austriæ Originem traxerunt. Cum porrò *Henricus I.* Imp. paulò C
ante mortem A. 936. filium suum *Ottonem I.* per Principes Imperii in Regem Rom. eligi curâsset in *Erphesfort*, ut Chronicon Francor. apud Freher. in not. ad Lup. de Bebenberg c. 2. p. m. 22., factum est, ut *Eberhardus* Palatinus noster defuncto Henrico I. Imp. Imperii Vicariatum exercere non potuerit, quia præsentia Regis excludit Vicariatum.

Hermannus cognomento *Pusillus*, Comes Palatinus Rheni & Nemoris, 2
Eberhardi, Comitis Palatini ab Ottone I. Imp. proscripti, ob rebellionem cum D
Giselberto Lotharingiæ Duce concitatam, in Palatii æquè ac *Vicariatus Officio* Successor, cujus meminit Ditmarus l. 3. p. 92., electus est in Comitem Palatii A. 939. *Ratisbonæ*. v. Aventin. l. 4. & *Vicariatum* exercuisse non videtur, nisi forsan A. 951., *quo Otto I.* Imp. primam ejus expeditionem in Italiam susciperet cum *Conrado* cog.[to] *Sapiente*, ejus genero, Lotharing. & postea Franconiæ Duce, contra *Berengarium*, & in defensionem *Adelheidis* E
viduæ *Lotharii*, Italiæ Regis, quam eodem Anno Papiæ matrimonio sibi junxit, & cum eadem Anno seq. 952. ineunte vere in *Germaniam rediit*, relicto genero *Conrado* in Longobardia, ad observandum Berengarium. Ab eo tempore Imperator continuò in Germania permansit, usq; ad A. 961. quo 2dam ejus expeditionem in Italiam parabat, constituens in Imperii *Vicarium Brunonem*, Archi-Episcopum Colon. fratrem ejus, de quo jam supra dictum. Ex F
quo credibile est *Hermannum* Palatinum nostrum (licet Annalium scriptores, quantum scio, de ejus obitu nihil annotaverint) paulò antè Anno circiter 959. vel 960. ab *Ernesto* Sueviæ Duce vel *Adelheidis*, Imperatricis ex priori marito filio, ut Lehman in Chr. Spir., vel *ejus Consanguineo* Spiræ occisum fuisse, de quo infra fusiùs, Hermanni Palatini filiis tum temporis non nisi 6. vel 7. annos habentibus. G

Ezo f. Erenfridus, Comes Palatinus Rheni, Hermanni supradicti filius, 3
ejusdemque in *Officio Palatii* æquè ac *Vicariatu*, Vacante Imperio Successor, *omnium primo Vicariatum* in Imperio exercuisse videtur, & eo quidem tempore, quo *Otto II.* Imp. cum uxore *Theophania*, & valido exercitu Italiam, defensurus Apuliam & Calabriam (quas Provincias Theophaniæ, dotis loco concessas, Basilius Imp. Oriental. recuperare intendebat) peteret, & prælio H
ibidem cum Græcis & Saracenis A. 982. id Jul. ad Castrum *Bassentellum* in

A Calabria, renitente fortunâ, commisso, Imperator captus, enatando tamen salutem quærere coactus esset. v. Chron. Laurishaim.

2. Ottone 2. Imp. A. 983. 8. Dec. ex vulnere, ut volunt, sagittæ, quod victis deinde mari Saracenis acceperat, Romæ defuncto, Ottone verò 3. ejus filio tum temporis non nisi. 10. annos habente, iterum *Vicarius Imperii* extitit. Quod satis clarè patet ex *antiquissimo Ms.^to Abbatiæ Brovvillerensis de* B vita Ezonis Com. Pal. à Monacho aliquo Browillerensi, Ezoni coævo, exarato, ubi hæc verba: *Et Imperatrix Theophania* (filii tutrix) *in disponendis Galliæ Germaniæque negotiis, viri prudentissimi Ezonis, Comitis Palat. semper intuita consilio, cujus nunquam ad hæc decenter perficienda vacabat auxilio, in Aquisgrani Palatio* (cujus nullus alius, quam Ezo, Rheni Palatinus noster Præses & Præfectus esse potuit) *interim moratur cum filio.* hucusque Ms. C quod vid. apud Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5. Maji. ad 21. d. Maji.

3tium *Vicariatum* exercuisse videtur An 996., quo Imperator *Otto III.* secundò *Italiam* cum exercitu peteret contra *Crescentium*, Consulen Roman.

4tum Ottone III. Imp. tertiam ejus expeditionem in Italiam suscipente A. 1001. & ibidem A. seq. 1002. 28. Januar. vitam cum morte commutante, D *Ezo Rheni Palatinus* noster ut *Imperii Vicarius*, in Germania morabatur. Imperator enim in mortis agone constitutus, *Insignia Imperii S. Hereberto* Archi-Episcopo Colon. commisit, *Ezoni Rheni Palatino* nostro transferenda in Germaniam, de quo, ut & Insign. Imp. vide ea, quæ infra in Ezone dicentur, ex Ms. Browiller: & interpolatore vitæ Ezonis Palatini.

5tùm *Vicariatum* in Germania exercuisse videtur A. 1022., quo Imperator *Henricus* Sanctus, tertiam expeditionem susciperet in Italiam, Saracenos E Capuâ expulsurus.

6tùm *Henrico II.* Imperatore A. 1024. 13. Julii Gruningæ in Saxonia defuncto, *Ezo Rheni Palatinus* noster, unà cum conjuge *Mathilde*, Ottonis III. Sorore *Romæ* existebat: Rediens in Germaniam, *Officium Vicariatus* exercuit, F inprimis A. 1025., quo Ezo f. Erenfridus Palatinus, teste Ms.^to Browillerensi apud Papenbroch. lib. cit. occupatus fuit in *Palatio Aquisgranensi*, Imperii sede, cum totius Lotharingiæ Proceribus, de q. infra in Ezone. *Conradus* enim *Salicus*, quamvis post obitum Henrici Imp. absente Palatino nostro, à quibusdam Principibus in Regem eligeretur, electio autem hæc nulla fuit, G quia non *præsente Palatii Comite* facta. Hinc est, quod ex *VVippone*, qui Conrado II. Imperatori à Sacris erat, *Lehmannus* in Chron. Spir. l. 5. c. 18. scribit h. modo: Daß erstlich nach Kayser Henrichs Dot A. 1024. durch Schreiben und Bottschafften (nemlich an Pfaltzgraff Ezo f. Erenfrid, der damahlen zu Rom war) vielfältige Berathschlagung privatim fürgenommen worden/und einer mit dem andern communicirt hätte/wie die Wahl H einzurichten. &c. biennio demum pòst ab *omnibus & electus & confirmatus* fuit. v. Peuceri Chron. Carionis, propterea quoque Anno demum 1026. 8. Januar. *Aquisgrani*, præsente Palatino nostro, coronatus est.

7mùm Anno eodem 1026. primò vere idem *Conradus Rex* cum exercitu Italiam petiit, cum Uxore sua *Gisalâ*, *Rudolfo* Burgundiæ Rege, *Canuto* Daniæ Rege, *Aribone* Archi-Episc. Moguntino, aliisque Imperii Principibus

pro

pro Corona Romanâ (quâ coronatus est A.1027. 26. Mart.) suscipienda, Ezone interim Rheni Palatino nostro, *ut Imperii Vicario* in Germania versato. A

Otto Comes Palatinus Rheni, Dux Sueviæ, Ezonis f. *Erenfridi* filius, & in 4 *Officio Palatii* Successor, cui quamvis non nisi per decennium præfuisset, ab Anno scilicet 1035. usque ad A. 1045., quo ab Imperatore Henrico III. in *Ducem Sueviæ* Electus est Goslariæ: *Vicariatus* tamen *actum* absente Cæsare exercuisse videtur vel Anno 1036., quo *Conradus II.* Imp. secundò Italiam petierat, vel A. 1041., *quo Henricus III.* Imp. primam suam expeditionem B susceperat in Hungariam. Hic enim vivente Patre *Conrado* Imp. in Regem coronatus est Aquisgrani A. 1030. 4. Octob. Eapropter Vicariatum mortuo Conrado II. Imp. exercere non potuit, quia præsentia Regis excludit Vicariatum; deinde non hic Palatinus Otto tum temporis Palatii Officio præfectus, quia pater ejus Ezo Rheni Palatinus adhuc in vivis erat. C

Henricus Comes Palatinus Rheni Dominus de Lacu, Erenfridi supradicti ex 5 fratre *Hetzilone* nepos, ad *Officium Palatii* evectus A. 1045. Goslariæ eodem tempore, quo *Otto* Rheni Palatinus ejus patruelis in Ducem Sueviæ ab Imperatore electus fuit, *Vicariatum* exercuisse videtur primò A. 1045. quo Henricus III. Imp. in Hungariam abiret. Imperatore verò in reditu Francofurti graviter ægrotante, adeò ut de salute ejus & restitutione desperaretur, Principes Imperii *huic Palatino*, ut quondam *Otto III.* Sororis marito, *Erenfrido* D *Rheni Palatino* nostro, Imperii Coronam destinârunt, de quo Avent. A. B. l. 5. p. 419. ita: *Henricus Rex Francofurti gravissimâ ægritudine decubuit, adeo ut desperatâ ejus salute, Henricus Dux Bavariæ* (junior dictus, filius Frid. Comitis. 2. Luxemburgici) *Otto Dux Sueviæ* (Erenfridi Comitis Palat. Rheni filius) *& Episcoporum plerique Henrico* (Comiti Palatino Rheni, Domino de Lacu) *filio Hetzilini* (qui frater erat Erenfridi, uti dictum) *Ottonis verò Sueviæ Ducis* PATRUELI, (vid. supra Genealog.) *Imperium destinarint.* hucusque Aventinus. E

2dò *Vicariatus Officio* functus est sub *Henrico IV.* Imp., teste Diplomate Abbatiæ Echternacensis, quod hoc modo incipit: *Henricus Comes, Conradi* (Comitis 4. Lucemburgici v. supr. Genealog.) *piæ memoriæ filius, Bertrami defensoris nostræ Ecclesiæ circumventus & deceptus muneribus & fraudibus, jus Advocati in aratura. &c. Præsidente Domino Henrico Comite Palatino* (Domino de Lacu, Erenfridi Com. Palat. ex fratre nepote) *cui à Domino nostro gloriosissimo Imperatore Augusto Henrico* (4) *in Italiam exercitum* (A. 1090.) *ductante, commissæ sunt habenæ. &c.* Testibus *Henrico Comite Palatino*, *Hermanno* filio *Hermanni* (Regis Romanor. v. supra Geneal.) *& fratre ejus Theodorico* (Lucemburgicis) aliisque &c. vid. And. du Chesne Histoire Genealogique de la maison de Luxembourg. in probat. p. 31. Clarissimum sanè hoc est *antiquitatis Vicariatus Palatini testimonium*, quod etiam confirmat Ms.tum *Bipontinum*, manu, ut videtur, Serenissimi Ducis Bipontini *Johannis* exaratum, additis antiquissimorum Palatinorum Rheni armis, variis colorib' distinctis, quod vidi Herbornæ in Biblioth. *Joh. à Leuth* SS. Theol. D. & Professor. Herbornens. Sub habenis autem nil nisi *regni administratio* intelligitur; Pari enim modo in Chron. Laurishaim f. antiquitatibus Laurishaim: Helvvigii legitur. *Lothario II. Imp. defuncto, Conradus III. habenas regni sortitus est.*

A *est.* Atqui hi Imperii Administratores, *Friderici I. & II.* temporibus *Procuratores, Caroli IV.* ævo *Provisores*; in posteris temporibus *Locumtenentes & Vicarii* dicebantur v. & Schubart Diss. de Comit. Palatinis Cæsar. pag. 189. 190. & Schilter de libert. Eccles. Germ. l. 5. c. 9. n. 8. *Henrico IV.* itaque Imperatore A. 1090. in Italiam profecto, & per septennium ibidem commorante, Henricus Rheni Palatin' noster in *ipso Vicariatus Officio* A. 1095. 12. April *sine* obiit,
B *heredem* & in Palatinatu Rhenano, eidemque annexo Palatii & Vicariatus officio, ut & in *Advocatia Ecclesiæ Trevirensis* Successorem scripsit *Sigefridum privignum* suum, *Henrici* Brabantiæ & Lovaniensis Comitis & *Adelheidis* filium. Hic cum adhuc juvenis esset, & inprimis famosissimæ expeditioni, quam *Gothofredus Buillionæus*, Lotharingiæ Dux, Rex postea Hierosolymitanus cum 600000. peditū promiscui sexus & 100000. equitū, teste Wil-
C helmo Tyrio, Cluvero in Hist. Univ., A. 1096. in Palæstinam suscipiebat contra Saracenos, interesse desiderasset, Imperator in ejus *Administratorem* æquè ac *Imperii Vicarium* elegit & constituit *Gothofredum Sueviæ Palatinum*, Tübingensem, Comitem de Calve (filium *Adelberti III. Palatini Tubingensis* Comitis de Calve, cognomento Azimbart s. Barbati A. 1093. 3. Non Dec. defuncti, & in Monasterio Hirsaugiensi sepulti, ex *VViltrude Leonis 9.* Pontif.
D Rom. Sorore, Hugonis Comitis filia) usque ad *Sigefridi* Palatini nostri *reditum & provectiorem* maturioremque ejus *ætatem*, de quo Gothofrido (qui à Frehero in Epist. recepisse ad Gebvvold: aliisque perperam Rheni Palatinus vocatur) v. Chr. Hirsaug. Trithemii t. 1. p. 291. Chron Laurish. in Bennone Abb. & plura infra in Sigefrido.

6 *Sigefridus Comes Palatinus Rheni*, supradicti Henrici Rheni Palatini, cui, ut dictum, ab Imperatore in Imperio *commissæ sunt habenæ*, privignus, *heres & Successor* in Palatinatu Rheni, eidemque annexo Palatii & *Vicariatus Of-*
E *ficio*, quem Vicariatum etiam ipso facto exercuit sub *Henrico V.* Imper. An. 1110. & A. 1111. in Italia existente, atque Coronam Romanam suscipiente, quam ipsi Papa denegaverat, nisi prius Ecclesiæ jura restitueret. Tum, quod hic recensere liceat, Papa Romæ tantam excitaverat rebellionem, ut Imperator in summo vitæ periculo constitut', vix fugâ salutem quærere po-
F tuerit: Verùm capto postea Pontifice *Paschali*, & in Castrum *Trebecum* abducto, & insequuta pace, facta ad pontem viæ Salariæ, ubi Imperator in campo Pascha celebraverat, ita cum Pontifice transactum est, quod negotium Coronationis Cæsareæ, electionis Pontificiæ & Episcopatuum collationem spectabat, ut in tabulas conventionis pars utraque liberè consentiret, & Pontifex sub jurisjurandi religione cum & Imperatori Sanctum corporis Christi
G pignus porrexisset, servaturum se omnia, redditis Imperio juribus polliceretur. Post hanc pacificationem Romam repetierunt & Imperator à Papa Goronatus est A. 1111. 13. April. literæ utrinque confectæ, quas vid. apud Baron. in Annal Eccles. ad A. 1111. Sigon. de Regn. Ital. p. 248., Goldast in Constit. Im. t. 1. p. 254. 256. 258., Florent. Wigorn, Angl. in Chron. ad A. 1111.
H ubi ex parte Imperatoris jurarunt

Fridericus Archi-Ep. Colon.
Burchardus Epis. Monast.
Bruno Epis. Spirens.
Albertus Cancellarius.
Hermannus Comes de Saxon.

Fridericus Comes Palat (Saxoniæ Alberti Summerseb. filius)
Berengarius Comes (Sultzbac.)
Fridericus Comes.
Bonifacius Comes.

Fridericus Comes.
Gothofredus Comes de Calvè (Palatin' Tubingensis de quo supradictū)
Ita in aliis Diplomatibus

Impera-

Imperatoris eodem Anno datis etiam Comes de Caloen & Caloe seuCal- A
ve appellatur, quæ vid. apud Guilliman. de rebus Habsburg. pag. 191. & de Episcopis Argent. pag. 220., Hartmannum in Annal. Monast. S. V. Deiparæ pag. 172., Hundium in Metrop. t. 1. pag. 259. & t. 3. pag. 95. fuit autem hic *Administrator Palatinatus Rhenani*, unde etiam aliquando *Comes Palatinus Rheni* dicitur, in Chron. Laurish. & Goldast. Const. Imp. t. 1. p. 254. B

Ex quo patet *Sigefridum* Rheni Palatinum nostrum tum temporis non adfuisse, *sed in Germania* (ut quondam Vitricus ejus sub Henrico IV. Imp., ut supra ostensum) *Imperii Vicarium* egisse. Idem etiam 2dò cognoscitur *ex Brunonis*, Archi-Episcopi Trevirens. *literis fundationis* Domus Hospital. *S. Nicolai apud Confluentes*, quas cum aliis testibus etiam subscripsit Sigefridus noster, de quo Massen. in Annal. Trevir. t. 2. pag. 7. ita: *A. 1110. Bruno apud* C
Confluentes hospitali Domus S. Nicolai Originem dedit, oblato domicilio, & sic dotato, ut exemplo provocaret non modo Clerum S. Florini, penes quem hospitalitatis futura erat procuratio, sed vicinos quoque Viros & municipia; donum approbarunt Rambertus Præpos. Trevirensis, Bruno Præpos. S. Florini, Adalbero Præpos. S. *Castor. &c. & longè primus Nobilium* SIGEFRIDUS *Comes Palatinus & Trevirensis Ecclesiæ* PRINCIPALIS *Advocatus.* D

VVilhelmus Comes Palatinus Rheni, Sigefridi Palatini jam memorati filius, qui Patre A. 1113. ab *Hoyero* Mansfeldio Com. in Saxonia occiso, infans non nisi 3. vel 4. Annorum fuit: *Natus enim* A. 1110. eodem scil. Anno, quo Pater à Cæsare iterum libertate donatus fuerat (Et non A. 1112. ut alii, de quo alibi) *Henrico V.* Imperatore ipsum è Sacro Baptismatis fonte suscipiente, de q. v. Ursperg. Chron. Trithem. Chron. Hirs. ad A. 1112., Massen. l. cit. t. E
2. pag. 7., quâ de causâ factum est, ut iterum ab Imperatore *Administrator Palatinatus Rhen.* constitutus fuerit supra memoratus *Gothofredus Comes de Calve*, & *Palatinus Sueviæ* Tubingensis v. Henninges. Geneal. p. 2. p. 115. qui Rheni Palatinatum, eidemque annexum Palatii officium administraret, usq; ad *majorem VVilhelmi* nostri *ætatem*, id est ad Annum circiter 1130. Et ejusdem *Gothofredi* mentio fit *in exequiis Henrici V.* A. 1125., qui cum aliis Im- F
perii Principibus post exequias Spiræ ritè peractas, statim Moguntiam se contulit, *ibique Lotharium* Saxoniæ Ducem, mense Augusto in Festo S. Bartholom. *in Imperatorem elegit*, ut ex Principum literis ad *Ottonem Epis. Bambergens.* perscriptis patet; quas vid. apud Goldast in Const. Imp. t. 1. p. 259. & Gebvvold. l. de Septemvir. p. m. 125. Sic *Gothofredus* quoque hic Palatinatus Rhenani Administrator sHenrico V. Imp. ab A. 1116. usque ad A. 1121. in G
Italia existente, in Germania tanquam *Imperii Vicarius* substitisse videtur, quod etiam inter alia ex Massenio in Ann. Trevir. ad A. 1116. patet, ubi ita: *Basileam inter & Moguntiam seditionibus ardebat Germania, cædibus, rapinis eadem vastata, hinc Friderico Duce Sueviæ, cui Gothofredus Palatinus aderat, inde Adalbero, Moguntino & Ludero Saxonum Duce, fœdè rempublicam* H
distrahentibus. &c. Tandem *Gothofredus* hic Palatinus Sueviæ Tubingensis defunctâ uxore *Luitgardâ*, filiâ Bertholdi Ducis Zæringiæ, Aleman. Brisgoviæ & Neckergoviæ. v. Bucelin: Stematograph., seculo valedicens pompisque Mundanis, Monasterium Hirsaugiense ingressus, ibique fato functus An. 1148. & juxta Patrem sepultus est. v. Trithem. Chron. Hirs. t. p. 189.

VVilhelmus autem justam ætatem assecutus ipse Palatinatum Rhen. admini-

A ministravit,hinc etiam in Diplomatibus de A.1135. 1138. *Comes Palatinus* vocatur,quæ vid. infra in Codice nost.Diplom.Palat.*Vicariatus* quoque *actum* exercuisse videtur, *Lothario II.* Imp. cum Uxore *Richeza* , *Brunone* Archi-Ep.Colon., *Henrico* Superbo Genero Imp.Saxon.& Bav.Duce,*Conrado* Suev. Duce (postea Imperatore) *Gothofredo Palatino Sueviæ*(v.Goldast. t.3.p. 321. Constit. Imp.) & magno exercitu ad Rogerium Siculum, pro arbitrio do-
B minantem compescendum,expeditionem A.1136. ineunte autumno in Italiam suscipiente,ubi etiam ipse Imperator Anno seq.3.Decemb.peste correptus obiit *Bredinæ* in pago Italiæ,in montibus sito, in casula alicujus rustici.

8 *Hermannus* Comes Palatinus Rheni, Wilhelmi Palatini A. 1142. absque liberis defuncti Successor, *ex Comite de Stalecke* & Baccharach in Rheni Palatinum electus,circa A. 1143. vel 1144. à *Conrado III.* Imp., cujus ex Sorore
C *Luitgarde* neptem *Gertrudem*, Conradi Pii Marchionis *Misniæ & Landspergæ* filiam, in Uxorem duxerat, de q. infra. *Vicariatum Imperii* exercuit.1. cum A.1148. *Conradus III.* Imp. expeditionem in *Palæstinam* pararet contra Saracenos,permansit enim *Hermannus* Palatinus noster in Imperio , ut patet ex bello,quod Palatinus Rheni eodem Anno 1148. contra Adalberonem,Archi-Episc.Trevirensem gessit, teste Kyriandro, Browero & Massenio in Annal.
D Trevirens.

2dum *Vicariatus* Officio functus est *morte Conradi III.* Imp. à 15. die Februarii 1152. usque ad 4. Martii ejusd. anni , quo Fridericus I. Conradi III. ex fratre nepos, Francofurti Rex electus est. Ejusdem Hermanni Pal. nostri etiam meminit Cl. Joh. Schilterus in Jur. Publ. l.1.tit.16.p.192.h.modo : Hæc ros jam tum imperante Friderico I. quum in Italia absens esset, & Moguntinum Vicarium constituisset,ansam belli inter Hermannum Com. Palat. & Moguntinum dedisse videtur A.1155. Trithemius in Chron. Hirs.edit.priori
E hanc adjicit causam: *Nam ipse Imperator* (Frid.) *Arnoldum Archi-Ep. constituerat,multis Potentibus in circuitu invitis,quippè qui noverant eum justum virum & austerum,eorum malis studiis minimè consensurum.*

9 *Conradus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Sueviæ, Friderici I. Imp. frater, à quo *in Comitem Palatinum Rheni* electus est, *Hermanno* Rheni Palatino An. 1156. *sine prole* defuncto,cui non modò in Palatinatu Rhenano ; sed & in il-
F lo eidem annexo *Palatii & Vicariatus Officio*, ut & in *Advocatia urbis & Ecclesiæ Trevirensis* successit. Hic cum A.1158. unà cum fratre Friderico I. Imp. in Italia versaretur (vid. Radevicum de gestis Frid. I. c. 25. 44. Gobelium Cosmogr. apud Meibom.) Imperator *Reinholdum* Archi-Epis. Coloniens. in Vicarium substituit v. Freher. in not. ad P. de Andlo l. 2. c. 10. p. m. 198. & Gelen. in Hieroth : Si tamen quoties *Vicariatus* Spartam exornavit, adcura-
G tius dignoscere juvat,sequentia è documentis Historicis colliguntur.

1. *Conradus* Rheni Palatinus noster , Imperatore A. 1163. tertià vice Alpes transgresso,ut *ordinarius Imperii Vicarius* in Germania permansit, quod demonstratur ex controversia, quà Palatinus A.1164. habuit cum *Coloniensibus*,absente Archi-Episcopo *Reinhaldo*,& in Italia apud Imperatorem exi-
H stente,teste Gothofredo Monach.in Chron.ad A.1164.,Trithemio in Chron. Hirs.ad A.1164.,authore Cathalogi Archiepis.Colon.apud Meibom.l.2.op.p.7.

2. A. 1175. quo Imperator sextam expeditionem in Italiam cum filio

Henr

Henrico Rege Roman,suscipiebat,*Conradus* Rheni Palatinus noster ut Imperii *Vicarius* in Germania permansit,deq.infra. A

3. A. 1184. *Vicariatum* exercuit, quo Anno Imperator cum *filio Henrico Rege Rom.*, Italiam repetiit.vid. Sigon. de Regno Ital,&Anno.1186.,demum in Germaniam rediit,relicto in Italia filio Henrico Rom.Rege.

Anno verò 1189. cùm Imperator *Fridericus I.* expeditionem in Palæstinam contra Saracenos pararet, filium suum *Henricum Regem* Romanorum in B Imperio reliquit,ut illud administraret, cui Palatinus noster semper Consiliis adfuit, præsentia autem Regis excludit Vicariatum.

A. 1190. *Vicariatum* exercuit, cùm *Henricus Rex*, Patre eodem A. 10. Junii in Palæstina defuncto, in Italiam proficisceretur, & A. 1191. 18. K. Maji. cum Uxore Constantia Romæ coronaretur, ipse Palatinus noster in Germania substitit,ut patet ex literis ipsius Gonradi Palat.dat.A.1190. in arce C Stalecke Baccharacensi.

Henricus Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ Brunsvvicensis, filius 10 *Henrici Leonis* Ducis Saxon. & Bavariæ, & gener *Conradi* supradicti Rheni Palatini, ejusdemque in Palatinatu Rhenano,& huic territorio anexo Palatii,*Vicariatus* & Archi-Dapiferatus Officio, ut & in *Advocatia Ecclesiæ Trevirensis* verus Successor. Hic A.1197.cum exercitu ab Imperatore in ter- D ram Sanctam ad expellendos è Palæstinâ Saracenos missus est,ipse verò Imperator eodem Annô Palatinum sequuturus, Italiamque petiturus, *Philippum* fratrem,absente scil. Palatino, *Imperii Vicarium* per substitutionem declarat: qui cùm postea evocatus à fratre *Fridericum II.* suum ex fratre Imperat: nepotem,Romam conduceret,ibique Imperatorem jam decessisse comperisset (obiit enim Messanæ in Sicilia A.1198. 30. Septemb.) quanta potuit E celeritate Germaniam repetiit, idque unicè egit, *ut rata maneret* nepotis sui Friderici II. *electio*: ipse ut patruus tutelam Imperii, absente Palatino, caperet. Electus deinde in Imperatorem à quibusdam Principibus, sed rejectus est à Papa, Coloniensi, Trevirensi, Palatino aliisque. Tandem Otto IV. frater Henrici Rheni Palatini nostri, auxilio Papæ in Imperatorem eligitur Co- F loniæ A.1198., quo A.1209. pro Coronâ Romana suscipienda in Italiam profecto, *Henricus Rheni Palatinus* noster VICARIATUS Officio functus est in Germania, vid. Cæsar.Monach.Heisterbacens.l.1.c.31. memorab., Kyriand. Annal.Trev., Freher., in Epist.de suscepta ad Gebvvold.pag.12.Ezech.Spanheim.l.de Vicariatu Palat.pag.465 Ottone IV. deinde defuncto, *Henricus* Palatinus, ut Imperii *Vicarius, Insignia Imperii* Friderico II. denuò à Principibus e- G lecto A.1219.tradidit Norimbergæ v. Cuspinian.in Frid.II.& Albert.Stad.

Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, electus est in Comitem 11 Palatinum Rheni à Friderico. II. Imp. An. 1215. in Comitiis Ratisbonens. proscripto *Henrico Rheni Palatino* v. Avent. l. 7. pag. 519., Gebwold l. de Septemvir.c.10.p.193., Reusner. in Geneal.D.Bav.p.210., Freher.Orig.Pal. p. 2.c.10.12.17., Blarer à Geiersberg de Electoratu Palat.p.1.p.131.p.2.p.24., Paræc.in Hist.Palat.p. 75. 145. de quo Urspergensis & Eccardus de casibus Mo- H nast.S.Galli.c.14.p.324.apud Goldast.in antiq.Aleman. t.1.ita: A.1225.*Ludovicus Dux Bavarorum, Curator Henrici Regis, in rebus tàm propriis quàm Imperialibus in Alemannia &c.* Postea quoq; Friderico II.Imp.expeditionē A.1228. contra Saracenos in Palæstinâ parante, *Imperii Vicarius & Curator* junioris Re-

A gis *Henrici* constituitur ab Imperatore.v.Avent.l.7. pag. 664., Adelreitzer.
in Annal.Bav.Sprenger.in Fontib.jur.Publ.pag.1132 1136.,adde & Conradum
de Fabaria Presbyt.S.Otmari, qui A.1240. vixit, de Ludovico nostro apud
Goldast. l.cit.t.1.pag.1. l. de Casib. Monast. S.Galli. c. 12. pag.80 ita: *Duce
Noricorum* (Ludovico) *in Curia* (Regis Henrici) *manente,cujus Consilio Res
Imperii per id temporis disponebantur,aliisque Principibus Abbatia, ut decuit,*
B *principaliter suscepit investituram.&c.* vel Gebvvold.l.cit. c.11.pag.769. Sic
Pithæus in Diss.f.memoires des Comtes Palatins de Champagne & Brie e-
dit. Paris.1581., quam Diss. postea Freherus noster in latinam Ling. transtu-
lit, egregiè de Ludovico Rheni Palatino hoc ita: *Non dubito Palatinatum
Rheni deinceps magna incrementa fecisse potentiæ & auctoritatis, maximè ab eo
tempore, quo Ludovicus Dux Bavar. Palatinatum Rheni à Friderico II. im-*
C *petrasset in Comitiis Ratisbon.A.1215., ut jam factus esset Primarius Elector Im-
perii, & in hac qualitate Palatini Electoris multas prærogativas super reliquos
haberet, ut esset* PROVISOR ET SUPERINTENDENS IMPERII *Va-
cantis, cum potestate inter alia judicandi vice Imperatoris, non tam in Palatina-*
12 *tu suo Rhenensi, sed & Suevia, Franconia.&c.*

Otto cognomento *Illustris*, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, *Ludovi-
ci* Palatini A. 1231., occisi filius, ejusdemque in Palatinatu Rheni & eidem
D annexo *Vicariatus* Officio Successor: Primum à Gregorio 9. P. R. munera-
bus illectus, cum aliis Imperii Principibus *in Fridericum II.* Imp. conspirare
cæpit. Hinc etiam ab Imperatore, in Italia commorante, alius *Imperii Vica-
rius* substitutus fuit, *Albertus* scil. Archi-Episcopus *Magdeburgensis*, de quo
v. Spangenb. in Chron. Mansfeld. Et A. 1241. etiam *Henricus Thuringiæ
Landgravius* (postea A. 1246. in Regem Rom. electus) ut patet ex *Diplo-*
E *mate Friderici II.* Imp. de A. 1242., ubi ipsum *Procuratorem Germaniæ* vo-
cat.v. Schubart Diss. de Comit. Palatinis Cæsar. pag.189.190., & in alio Di-
plom., quod vid. apud J.Schilter.l. de libert. Eccles. Germ.l.5. c.9. num.8. Ve-
rùm cognitis falsis & fictitiis Pontificis in Imperatorem criminationibus,
Otto Palatinus in gratiam rediit cum Imperatore, mediante *Matrimonio filiæ*,
Palatini nostri cum *Conrado Rege*, filio Imperatoris (electus hic est in Regem
F Rom. 1234. in locum Henrici Regis fratris sui, qui instinctu Papæ contra Patrē
rebellavit, tandem 70. Principum sententia Parricidii accusatus, Ottoni Pa-
latino nostro ad custodiendum Heidelbergæ traditus fuit v. Freher. & Tri-
them. Chron. Hirs.) Hinc *Otto Palatinus* ab Imperatore *in Officio Vicariatus*
restitutus, & inprimis A. 1245., quo *Conradus Rex Rom*: Veronam in Itali-
am ad Patrem, & A.1250. quo, teste Paduano in Chron., iterum in Italiam
G ad Patrem profectus est, in Germania *Vicariatus Officium* exercuisse videtur,
consiliis deinde Conrado Regi semper adstitit usque ad mortem Imperato-
ris (obiit is in arce Florentzola in Apulia *A.1250.* 13. Decemb.) quâ cognitâ
Conradus Rex relictâ *Landshutæ Uxore* suâ *gravida* apud Palatinum nostrum,
Apuliam Anno seq. regnum Paternum, occupaturus petiit. Quo tempo-
re *Otto Palatinus Rheni* in Germania remanens, *Imperii Vicariatum* exercuit
H usque ad mortem ejus, id est, ad *A.* 1253. 28. Nov. Mox enim Anno seq. 21.
Maji *Conradus Rex* eodem, quo Pater, mortis genere, id est, *veneno* periit
in Italia. Porrò certissimum est, *omnes Rheni Palatinos* ab antiquissimis tem-
poribus *Imperii Vicarios* exstitisse, atque illud præterea ex antiquitate superius

ostensa

ostensa, expressis etiam verbis docet & declarat quidem *Ottonis Palatini* no- A
stri ex filio *Ludovico nepos, Ludovicus V. Imperator* A. 1339. in Comitiis Francofurtensibus, apud Goldast. in Const. Imp. LONGA inquit, & APPROBATA CONSUETUDINE *vacante Imperio jus administrandi jura, feuda conferendi, negotia cætera disponendi*, PALATINO RHENI *debetur &c.* vid. & Wolf. memorab. Cent. 16. p. 650., & in Paralip. ad Ursperg. Avent. l. 7. p. 609., Spec. Vet. Suev. l. 2. c. 144. B

LUDOVICUS, cognomento *Severus*, Comes Palatinus Rheni, Dux Ba- 13
variæ, filius *Ottonis Illustris* ejusque in Palatinatu Rheni Successor, jam prodit in scenam. Hunc *Imperij Vicarium* exstitisse, satis notum & ostensum est ab Ezech. Spanheim l. de Vicariatu Pal. p. 464. Freinsheim. Diss. de Vicar. Palat. Buxtorff. ad A. B. Caroli IV. c. 5. §. 56. adde Crusium in Ann. Suev. l. 3. p. 3. p. 183., D. Gasser. in Ann. August. p. 381. authorem Apologiæ von Reichsvogteyen C
p. 512. 515. 507. & satis clarè Aventin. in Ann. Bav. l. 7. p. 519. & p. 576. ubi de morte *Rudolfi I.* Imp., & *Adolfo* Nassov. & *Alberto* Austriaco de Imperio certantibus loquitur: SOLET, inquit, *in Germania, quamdiu capite orbata est*, PRÆFECTUS PRÆTORIO RHENI *D. Bav.* INTERREX *esse, atque Imperij munia obire, Ludovicus Severus hujusmodi dignitate defungens apud Rhenum diversabatur, &c.* Illud verò vocabulum *solet*, rectè annotante Sprengero in D
Henricus Epis. Tull. n. . ob. 1165. . Agnes n. . Abbatissa Romarimontis. Gertrudis n. oa: Amadæi D. Sabaud: d. . ob: . . Gerhardus
Theodoricus D. Alf. Com: Fland. o. ob: 1168. El . ob: . . . . . . Egisheim
. . sep. Watenis in Monast. ua: Sibilla (Suanabilda) f. Simon. 1. D. Loth. dict. Crassus n. ob. 1141. . in Bitsch . sep. in Sturzelbrun. Theobaldus C. Tullens. ob: 1120 ua: Gertrudis f. Sigefridi Com. Palat: Rh. d. . ob: ob: 1120 ux: N.
Juditha n. ux: Frid. Com: à Sarbrück. d. . oa: Adelheidis soror Lotharii 2. Imp. da. .
. ob: . . . . .

Bertha ux: Theodor: D. Loth. Buill: d. Mathæus 1. D. Loth. n. . ob: cir. 1207. . Agatha n. . ux: Rainaldi 3. C. Burg. d. . Udalricus
. . ob: . . . . . sep. Chatiloci M. à se condito: ux Juditha (al. Bertha:) . . ux:
Robertus C. de Floreng: ob: . . soror Frid. 1: Imp. . . ob. . . ob: . . .
Adelbero . . . . sep. Clariloci: . . .

1. Simon 2. D. Loth. n. . ob: ær. 1207 . . sep. . ux: N. . f. . Com. Vienensf. . d. . ob. Mathæus 2. Dux Com. Tullens. n. . ob: 2. Fridericus. Com: in Bitsch. ob: post A. 1203. . sep. . lai seu D. Polon. d. . ux: Ludmilla f. Mies- . ob: . Theodoricus n. Epis. Metens: El. ob: Juditha ux: Stephani 2. Com. Burg: d. . ob: Adelheidis gonis 3. d.

Juditha ux. Henrici 2. Cô. Salmens d. ob. ob: Frid. Agatha Abbatis. Romarici montis El. . . . Fridericus D. 1. Loth. n. ob: 1214. 10. Oct. . ua: Agnes f. Theob. Barrens. Com: d. . . ob. . . Mathæus Epis. Tull. El. . depositus. . A . ob: . Theodoricus Cog. Infernus C. ob: . . Philippus in Ger ob:

Theobaldus 1. D. n. . ob: ær. 1214. in prælio juxta Bovinos: al: A. 1220. 3 Jacobus Epis. Metens: El: . ob: . . . . . 2. Mathæus 2. D. Loth. n. . . ob 1256. . . sep. . . ux: Catharina f. Walrami 2 D. Limburg. d 1225. sept. ob: Regnaldus C. de Castel. N.
ob. . . . . . N.

Elisabetha oa: Wilh. C. Vien: a. Johan. de Chalon. & Rochefort. ob: Fridericus 2. D. Loth. n. . . ob. 1303 13. Nov. æt: 90. sep. . N. ux: 1. Joh. de Dampierre
ux: Margaretha f. Theob: 6 Com: Camp. Reg. Navar. d. 1255. ob: zier. 2. Wilh. 2 de Vergy

Fridericus Epis. Aurelianens. n . . El . occisus. Aurel. 1299. 4. Jun. à Nobili cujus filiam vitiaverat. Anna n. . . ux: Ludovici f. Lud Com. P. RheniSeveri d. 1290. . ob. . Theobaldus. 2. D. Loth n. . periit in obsidione Florentiæ 1312 . sep. . ux: Elisab. f. . de Rumignyaco d. . ob: . . . Mathæus n. aquis submersus 1281. 8. Aug. ob: ær. sep. . oa: Adelheild. f. Theob. 2. Barrens.

Fridericus 3. D & March: Loth: n. . cæs. in præl. de Mont-Castel 1329. . sep. . .
. . . oa. Elisabetha f. Alberti 1. Imp: d. . . ob:

Radulfus D. Loth: n. . . periit in præl. Creciac. 1346. . . Fridericus Com. de Luneville n.
sep. . . ua: Maria f. . . C. Blesens: & Chatillon. ob: . . .
d. . ob: . . . . .

Johannes D. Loth. n. . . ob: Parisiis Veneno.
1382. 27. Sept. sep. . . 1. ux: Sophia f. Eberh. 4. Wurtenb.
D. da. . ob: . . . 2. Margaretha f. Lod. C. Lossens.

Elisabeth: ux. 1. Enguerandi 7. C. de Soissons & Coucy. 2. n. . . 2. Fridericus D. de Vaudem. & Guise. n. . occisus in prælio juxta Azincourt in Picardia 1415. 25. Oct. ux: Margareth. f. Henr. 5. C. d. Vaudem. ob: . . 1. *Carolus* D. Loth. n. ca. 1. A. . . Connestab: Franciæ operâ Elisab. næ Bavar. 1418. ob: 1430.

...dis Monasterii Hamaticensis fundatrix ob. 655. 6. Dec. sep. in Hamat: Monast.

...b:

...s Dux. ob: Sigefridus Com: ob:
...dis Marcianens: f. Ernoldi Com. Tholosæ ex Lichâ ob: Abbatissa.

...s Abbas Clotsindis n. Abbatis. Hamat: post matrem ob: Eusebia Abbatis: Hamatic: ob: Adalsendis ob:

...s d. ob: Adalbertus Dominus Duaci ob:

...Monialis. n. ...at. 103. 3. Hugo. Comes ob: ux: N. 2. Hetto Comes ob: ux. N. 4. Bataco Com: ob: ox: N.

...b. Remedius Epis. Argent: El: 779. ob. 803. 19. Mart: Bodalus ob. ux: Ermentrudis ob: Hetto Epis. Argent. El. 734. ob: 779. 8 Mart. Albericus. Com. ob. ux: N: Bero Com: ob. ux:

Egino ob: Gisboldus ob: Roduna ob: Attala ob: Eberhardus Com: ob: ux. N. Monachus A. Albertus ob. Hugo ob:

...Com: ob: Orbertus ob: Eberhardus C. Lutrensis Cœnobii invasor ob. ux: Adalindis f. Tetbaldus ob.

...m: ob:
...gardis f.

...s 1. Comes Metens: ob: ...gundis f. Hugo Com: Dagsburgi ob. ux: N. Guntramous. Cogn. Dives. Comes Habsb. ob: 946. ox: N. soror Landolai Arch Ep. Darvensis, ut videtur.

...x Henrici D. Fran- ob: ...radi. 2 Imperat: Hugo C. Dagisb. & Egish. n. ob. ux: Heilvvidis f. C. de Calve Adela ux: Raineri 3. Com: Hannon: ob. Kaozelinus C. Altenburgi ob: 991. 2. Apr. sep. ux: N. f. Com: de. Sonneberg. d. ob: Buchilo C. ob.

...i C Tull. Papa Leo 9. El. 1048. ...1. Jan. Ob. 1054. 19. Apr. sep. ...s. C. ob: ...a. f. Hugo C. Dagisb. in Hagenau ob: ux: Hadvvigis f. Hugonis Cap. Regis Fr. ob: Weroharius Epis. Argent: El. ob: 1028. 28 Oct. Constantinop. Radeboto C. Habs: ob: 1027. 24 Mart. sep. ux: Itha f. Frid. 1. D. Loth. d. 1009 ob: 1026. 23. Jul. sep. in mon: Muri à se cond. Rudolfus ob: Lanzelinus. ob:

...a ux: Gerhardi C. de ...monte d. ob: Albertus C. ob: ux: Ermentrudis f. Conradi C. Luzemb: Otto occisus ab Erinlerio. A. 1049. 8 Nov: Werobarius C. ob: 1096. 11. Nov. sep. ox: Rego-linda. f. Albertus ob: 1056. sep. in mon. Muri Richenza ux: Ulrici C. de Lenzburg. da. ob:

...metule: ob: 1... A. ...ux: Gothofredi D Loth. da ob: Itha ux: Rudolfi à Thierstein. d ob: Otto C. Habs. cæsus ab Hesone de Usimberg, A. 1113. 8. Nov. sep. ox: Hilla Firtensis Albertus ob: 1141. ux: Judenta. Wernharius ob:

...edix ox: N. Werhnarius 3 C. Habsburg: ob: 1193. ux: Gertrudis f. sep.

...a ux: Johan: Com: de ...a. ob: Gertrudis. ux. Theodor: C. de Montispelgard da. ob: Adelbertus Com: n. ob: 1199. ux: Itha f. Rudolfi Com: de Pfulleudorf. & Sororis Welfi d. sep. ob.

ob: 1144. Rudolfus Com: Habsburg: o. ob: 1231. ux: Agnes f. Gothofredi C. ab Hohenstaufen d. sep. ob:

...s C. ab Egish. ob: 1156. ux: N. Heilvvigis ox: Hermanni C. de Froburg ob. Albertus prudens. C. Habsb. ob. 1240. ux: Heilvvigis f. Ulrici C. Kyburg: d. ob. Rudolfus taciturnus. ob: ux: Gertrud: f. Luitoldi de Regensperg. ob: Wernerus ob: ux: Gertrud. ob:

...C. ab Egish. ob: ux: N. *Carolus* ob: *Albertus*. ob: *Hartmannus*. ob: Canonici. *Bertha* ux: N. Com. à Strasberg. d. ob. *Martha* monialis *Elisabetha* n. ox: N. *Atavia* Brandenburg: Principum. Com. ab Hohenzollern. d. ob. Gothfridus C. Kyburg: ob: Eberhardus, C. in Lauffenberg. ob. Rudolfus. Epis. Constant: El. ob:
...s 2. C. ab Egish. ob.

...s. 3. C. ab Egish. ob. ... 1238 N. ux: Alberti Com. Hochberg. d. ob.

Anna n. Uxor 2. *Rudolfi* 1. Imp. n. 1218. 1. May Limburgi. ob: 1291. 15. Julii.

...dis n. ux: Ludovici Com: Pal: Rheni D. Bav. d. 1273. Nov: Aquisgrani ob: 1303. Oct. in Aust. sep. Furstenfeldii.

...us Balbus, Com: Pal. Rheni Elect. n. 1274. Ob. 1319. 12. Aug. ux: Mechtildis f. Adolfi Imp. d. 1295. 1. sept. ob. A.

...s Com: Pal: Rh. Elect: n. 1300. 27. Sept: ob: 1389. ux: Irmengardis f. Ludovici Com. ab. Oetingen d. ob: 1339.

...us Parvus & Durus, dictus C. Pal. Rh. El. n. 1325. ob. 1396. 12. Feb. ux: Beatrix f. Petri 2. R. Sicil. d. ob. 1365.

...us Rex Rom: n. 1352. Elect. 1400. 20. Aug. ob 1410. 18. Mart: ux: Elisabetha f. Frid. 4. Burgrav: Norimb. d. 1374 ob: 1411 26. Jun.

...*rtha* n. da. Ludovicus Barbatus Elect: n. 1376. ob: 1436. 30. Decemb.

****





CAPUT V. A

De Majoribus Domus, & Comitibus Palatii.

JAm diu agitata fuit quæstio, unde vox *Palatii*? Et à quo *mons ille Palatinus*, inter septem Romæ colles præcipuus, à *Romulo* inhabitatus, nomen obtinuerit? *Leodius* Frid. II. Elect. Pal. Secretarius in Annal.f.vitâ ejusdem Elect.l. 1. pag. 1. hac de re varias Auctorum sententias affert, quas hûc transcribere operæ pretiũ duxi: Varro, inquit, quartæ legionis Palatium, quod Palantes, qui cum Evandro venére, qui etiam Palatini dicti & Aborigines ex agro Rheatino, qui appellatur Palatium, ibi consederunt. Alii à Pallante proavo Evandri Palatinorum nomen mansisse referunt, de quo B Virg. Æn.l.5. unde & tum temporis procul dubio Comites Palatini cœpti appellari, ut ex Virgilio patet. Livius montem hunc Palatinum à Pallanteo, Arcadiæ Urbe, Pallantium, deinde Palatium appellatum tradit. Alii, quod Pallante Hyperborei filia, quæ ex Hercule Latinum suscepit, hunc montem incoluerit. Alii à Pallantia Evandri filia, ab Hercule vitiatâ, & ibi sepultâ. Alii à Pallante, qui & ipse inibi sepultus est, Alii eundem hunc locum à pecore dictum putant, unde Navius Palantiũ nominat, vel quod palare, id est C errare solebant armenta, Cephalon autem Gergiti' tradidit, hominem quendam, Æneæ Comitem, occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, Urbem condidisse Romamque denominâsse, Tremellius verò Palatinum Romulæum montem vocat, fuit, inquit, Statua in pede montis Romulæi ante Sacrã viam, inter templum Faustinæ ad arcum Fabianum, is mons hodie Palatium majus vocatur in Palatini montis vertice, & Dionysius scribit: Arcades, qui cum Evandro venerunt, Victoriæ templum erexerunt, magna mater Ida ex Pessinunte, oppido Phrygiæ advecta, in Palatio tamdiu collocata fuit, donec Ædes columnis pretiosis, cum pavimentis diversorum colorum illi construeretur, fuit & in Palatio Fanum Febris &c. Æneas cum Ascanio Tem- D

 plum

A plum fidei in Palatio à Græcis constituisse dicuntur. Quin & Templum Jovis Victoris in monte Palatino fuisse volunt, Ant. Heliogabalus Deum suum Heliogabalum in monte Palatino consecravit. Templum Apollinis in Palatino monte Augustus excitavit, in quo jam Senior sæpe Senatum habuit, & decurias judicum recognovit, & in eo Poetæ sua scripta reponebant, unde Horatius:

B *Scripta Palatinus quæcunque reponit Apollo.*

Livia quoque Divo Augusto Templum in Palatio erexit, Domus etiam Ciceronis in Celeberrima parte montis Palatini, propèq; Palatium sita erat, nec minus in eodem monte ædes Deorum Penatum, Romuli & Remi, Casa ex lignis & arundinibus structa, Catilinæ Domus, Marci Scauri, Mar. Flacci, Viturbii, & multorum aliorum in Palatino monte fuerunt, qualis autem
C quantaque fuerit Palatii moles & pulchritudo, indicant statuæ, præclarissimæque Columnæ in eo repertæ. Hodiè autem tam præclarus mons seu collis præter unam aut alteram Domunculam, & ædem S. Andreæ, nullum habet ædificium, totus cum Vinetis plenus, aut pascuus ager non ovibus magis, quam Capellis & Capris est relictus, ut verè Ballantium nunc possit appellari, ut scribit Barth. Marlianus in antiquæ Romæ Topogtaphia, quæ qui-
D dem libenter recensuimus, non ut ex Romano Palatio nostrorum Palatinorum nomen eruere conaremur, quemadmodum non incelebris vir Austriacorum Principum ex arca Noæ & Monte Aventino originem deducere conatus est; sed tantùm, ut ostenderemus, unde Principum Magnorum ædes Palatii nomen consecutæ, & Palatini nostri non ab aliquo Palatio particulari, quocunque locorum foret, verè appellari. huc usque Leodius, ad-
E de Voss. in Palat.: Quæcunque autem vocis *Palatii*, *Montisque Palatini* sit Origo, sive illa à *Pallanteo* Arcadiæ Urbe, sive à *Palare* sit petenda, sive, ut aliis placet, à Græco πάλλειν quatere: Hinc *Palladi* nomen ab hasta, quam quatit, nec obstare, inquiunt, quod hic duplex λλ occurat, solenne enim Romanis antiquis fuisse, non geminare scribendo litteras, ut solers pro sollers, hodieque Saxones pronunciare Pallast/ Suevi verò Palast; deinde illis,
F qui ab *Evandro* (qui ex *Arcadia* factionibus in Patria agitatus, duabus navibus in Latium circa Annum M. 2710. appulisse traditur v. Dion. Halicar. l. 1., Liv. l. 1. Aus. in Att., Apoll. l. 3. Cluver. in Hist. Univers. pag. 17.) in *Palantis* Proavi memoriam, *Monti Palatino* nomen impositum volunt, Virgilius l. 8. Æneid. adstipulare videtur. Porrò Palatinum quoque montem longo tempore ante Urbem conditam à *Palentia* Itali filia inhabitatum,
G in eoque postea *arcem* ab *Evandro* exstructam fuisse, in Historia Romana legitur, studiosiùs in ea jam non inquirimus, sed aliis investigandum relinquimus, hoc interim certè constat, inquit *Rosinus* l. de antiquit. Rom. *Romulum* hunc montem omnium primum muro cinxisse, & in eo *Romam quadratam* condidisse, eandemque additis postea semper aliis montibus collibusque vicinis ampliatam, in *Septicolem* tandem excrevisse, montemque
H hunc inter septem Romæ colles præcipuum & non alium placuisse Romulo, juxta quem Urbem conderet. v. & Morerii Dict. Hist. p. 549. Porrò ex Dionysio tradit Rosinus, quod mons hic fratribus expositis *Romulo & Remo* incolumitatem & educationem præbuisset, auspicio insuper 12. Vulturum, qui

Romulo

Romulo Imperium addixerant, accedente. Verùm non à *Romulo* solo, *Tul-* A
lioque Hostilio inhabitatus, sed etiam in eo insequentibus temporibus ipsa
Imperii sedes fixa est, Regiaq; Cæsarum, cum ab *Augusto* Imperat: deinceps o-
mnes ejus Successores Imperatores Roman. non aliud quã hoc in eodẽ *mon-*
te Palatino ab *Augusto*, pro sede sua sumptuosissimè exstructum domici-
lium, ab ipso monte Palatino *Palatium* dictum, inhabitâsse certum sit, vid. B
Morerii dict. Hist. p. 649. de quo inter alia etiam Diot 53. h. m. *Imperatoris*,
inquit, *sedes Palatium nominatur, non quod ita aliquando decretum sit, sed*
quod in Palatio Cæsar habitabat, ibique Prætorium ejus erat, & non nihil Do-
mus ejus, ab eo toto monte propterea, quod ibi quondam Romulus habitârat,
splendoris accepit. Et Claudianus. l. 6. Honor. Conf.

Ecce Palatino crevit reverentia monti C
Exultatque habitante Deo (id est Imperatore)

Ædes autem *Romuli Palatium* dictum vult Scholiastes, Juvenal. ad Satyr. 6.
vers. 527. eandemq; non ultra *Valentiniani* Imp. tempora stetisse quidam
statuunt, verùm ejus Successor *Maximus*, Palatinis inclusus limitibus dicitur
à *Sidonio Apollinari* l. 2. Ep. 13., & *Cassiodor.* in Chron. *Hermenerico* inquit, & *Ba-* D
silico Coss. Ricimeris fraude, ut dicitur, Severus Roma in Palatio interemptus
est, Templa autem majora 10. minora 16. aliaque celebriora in hoc Palatino
monte quondam exstructa ædificia recensent *Onuphrius Panphinius* in reg.
10., & Joh. Rosin. l. cit. 1. c. 12. sequentia 1. *Apollinis Palatini*, à Palatio sic
dicti Templum, ab *Augusto* dedicatum, *Bibliothecâ* Latinâ Græcaq; celebre,
ubi Lychnuchi pendebant instar arboris mala ferentis cum porticu & area, E
in qua fuerunt *simulachra Dei Apollinis*. Insignis ibidem etiam fuit Porti-
cus Templi Apoll., cum statua *M. Varronis*, fuit & in eodem Templo Co-
lumna 50. pedum, dubium pretionè, an pulchritudine nobilior.

2. *Augusti Templum.*
3. *Fidei Templum.*
4. *Deæ Viriplacæ* ædes.
5. *Fortunæ Viscatæ ædes.*
6. *Minervæ delubrum.*
7. *Palatii delubrum.*
8. *Junonis sospitæ* delubrum.
9. *Jovis propugnatoris* Templum.
10. *Jovis arbitratoris Pantapilon.*
11. *Febris Templum.*
12. *Magnæ Matris Deûm Templum cum simulachro ejus ex Pessinunte advecto.*
13. *Vestæ ædes.*
14. *Larum sacellum in Velia.*
15. *Victoris Jovis Templum.*
16. *Volupiæ sacellum.*
17. *Quirini Templum propè Lupercal, ubi erat* signum *Lupæ prabentis* duobus *pueris Romulo & Remo* Mammas. F
18. *Orciades*, Victoriæ ædes.
19. *Dijovis* ædes. &c.

Porrò celebrem etiam hunc *montem Palatinum Asylo* quondam fuisse à *Ro-*
mulo institutum (v. Plutarch. in Rom. 1. pag. 41.) in Hist. Rom. legitur, ut G
scilicet omnes, eujuscunque etiam facinoris rei, eo confugientes salvi es-
sent, nullâque vi inde abstrahi possent, idque ad imitationem *Cadmi*,
qui *Thebas* condituru, similem perfugii locum constituit v. Rosin. l. cit. c.
14. Erantque *Athenis* 6. istiusmodi Asyla aræque, eodem immunitatis pri-
vilegio gaudentes. Hodiè verò *Mons iste Palatinus* in omni antiquitate H
celeberrimus subterraneis ductibus & specubus totus quasi pensilis, &
ædificiorum ruinis devastatus, & vepribus, arboribus herbisque to-
tus quasi consitus est.

A *Palatium* itaque in posteris temporibus quodvis, Imperatoris inprimis Romano-Germanici splendorem & dignitatem suam, *ædibus Augusti in Palatino Monte* exstructis, & ab ipso ejusque Successoribus inhabitatis præcipuè debere, indeque omnes, Imperatorum, Regum, aliorumque Principum ædes, ut rectè docet Leodius l. cit., Palatii nomen consecutas fuisse, certum est, ubicunque locorum essent v. l. unic. Consecrat. C. de Palat. & Dom. Domin. l. B 16. quicunque locus C. de oper. Publ. In hoc etiam Augusti Imp. Palatio conventus Procerum, cum de eligendo Imperii Successore ageretur, fiebant, Cosipp. de laud. Aug. Justini Min. l. 1. n. 17. ubi etiam patet, Senatu ibidem habito, de honoribus defuncto decernendis deliberatum fuisse.

> Castigatque moras & plena Palatia narrat
> Conventu Procerum fortis Senioris adempti
> C Dilecti Numen struerent, quo nocte peractâ, &c.

Porrò Palatio quoque huic (quod Stationariorum & legionariorum militum excubiæ tuebantur v. Cosipp. l. c. 1. n. 12.) præerat vir summæ apud Imperatorem authoritatis, qui *Præfectus Palatio* & *Præfectus Pretorio* dicebatur, Græcis verò κυροπαλάτης *Curopalates* à cura Palatii, quam gerebant, sic dictus. v. Luitprand. hinc à Georg. Codin. l. de offic. Aulæ Constantinop. c. 47. D mentio fit τοῦ προκαθημένου τῶν μεγάλων παλατίων s. Præfecti, Præsidis, Magnorum Palatiorum de q. Ammian. Marcell. l. 14. *Iisdem*, inquit, *diebus Apollinaris Domitiani gener, paulò ante agens Palatij Cæsaris curam*, de cujus authoritate Africanus l. 1. n. 8. h. m.

> Cum magni regeres divina Palatia Patris,
> E Par exstans curis *solo diademate dispar*,
> Ordine pro rerum vocitatus *Cura Palates*,
> Dispositu nam Cæsar eras, cum sceptra teneret
> Fortis adhuc Senior. &c.

Meminit & ejusdem vocis P. Diaconus l. 16. h. m. *Efficitur ei hujusmodi Successor Justinus Curopalates*, Gregor. Cedtenus, ut & J. Zonaras t. 3. in vita F Justini, Leonis Isauri, à quo Arthabaldus hunc honorem Palat. acceperat, & Instaurati Κυροπαλάτην appellat. Huic autem κυροπαλατοῦ dignitati similis erat illa *Majoratus Domus* apud Francos, quo Regiæ aulæ cura gerebatur, v. Eginhard. lit. Car. M., Vinc. Lupan. de Magistrat. Gall. Th. Demster. in not. ad Rosini antiq. Rom. l. 1. c. 4. Ab hoc etiam vocabulo *Curopalatis* quidam, nescio quàm benè, nostrum Teutonicum Chur-Pfaltz derivare conan- G tur, alii verò cum Gebwoldo l. de Septemvir. vocabulum Chur vel Kur à Kuren seu Khoren id est eligere, rectiùs deducere videntur, ita ut Chur-fürst s. Korfürst (qui à Magistris Mus. den Meistersängern in certamine musico quondam coram Hermanno Landgravio Thuringiæ, & Palatino Saxoniæ instituto, etiam Welere dicebantur) nihil aliud sit, quàm *Princeps Elector.*

H In sequentibus deinde temporibus, cum plura ejusmodi Palatia in Provinciis exstruerentur, (quibus quidam minister, qui Provisor regiarum villarum dicebatur, & apud Constantinopolitanos Ἄρχων τῶν παλατίων) illa à Regibus deinde alienata, & Proceribus Imperii concessa fu t, qu dq; à *Carolo Magno*

Magno factitatum esse, docet author vitæ Ludovici Pii, deinde etiam *ab ipso* A
Ludovico Pio Imper. v. Annal. Franc. & Metenses, quorum pleraque postea à
Normannis, longè lateque omnia igne ferroque vastantibus, funditus destru-
cta sunt. Palatiorum regni Francici seriem exhibet Carolus du Fresne in
glossar. voce Palatii. Atque hisce Palatiis hinc inde exstructis, in quibus Prin-
cipum conventus, Placita, aliaque festa solennia summo cum apparatu cele-
brabantur, amplos fuisse reditus quondam attributos annexosque, quibus B
Regia familia aleretur, manifestum est ex authore vitæ Ludovici Pii Imp. ad
A. 796., ubi de *Carolo M.* ita: Ordinavit (Carolus M.) qualiter in quatuor lo-
cis hyberna transigeret Ludovicus (Pius) ut tribus annis exactis, quarto de-
mum anno hyematurum se quisque eorum susciperet locus: *Theowadum*
scil. Palatium, *Cassinogilum, Andiacum, Euvogilum*, quæ loca (regni Aquitanici
Palatia) quando ad quartum redibatur annum, sufficientem regio servitio C
exhibebant expensam.

In hæc Franciæ Palatia non Reges solùm & Imperatores, sed & missi
Dominici s. Legati Regii, ne populus eorum mansionibus gravaretur, di-
vertebant, de quo Synodus Ticinens. A. 855. ita: *Sancimus, ut singuli conventus
& exactores reipubl. in suis ministeriis per loca solita restaurent Palatia,
quibus, cum iter dictaverit, Nos, legatosque nostros valeant recipere, ne grave-* D
tur Ecclesia.

Apud Romanos Sacri Palatii Comites & ministri, qui Palatio inservie-
bant, quique Aulam Principis sequebantur, *Palatini* à Palatio dicti sunt, at-
que eos tam apud Romanos Imperatores, quàm apud Franciæ Reges aliis
semper dignitate præstitisse ex t. 34. l. 1. C. de Offic. Com. Sacr. Palat. & tit. 13.
l. 12. C. de Comitib. & Archiat. sacri Palat., & insuper etiam ex Historica an- E
tiquitate clarum est, inter hos autem Palatinos *Prætorio Præfectos*, seu quod
idem, Palatii Comites apud Imperatores Rom. primas tenuisse, summoque
semper loco habitos, Palatii æquè ac Imperii curam gessisse, imò etiam præ-
cipua pacis bellique negotia tractâsse, extra omne dubium est. Primitùs au-
tem apud Romanos Palatini dicebantur non tantùm Palatii Comites, sed
& inferiorum ordinum ministri, quiq; non tantùm Principi in Aula, sed ipsis F
etiam eorum Præfectis, Aulæque Comitibus inserviebant, usque ad illos ad-
eo, quos tineas & sorices Palatii Imperator quidam vocare solebat. Fractis
etiam per insequentia tempora Romanorum viribus, Provinciisque à Francis,
Gothis, Longobardis hinc inde occupatis, iidem Franci, Longobardi, Gothi
æmulatione Splendoris Romani flagrantes, priscam Romanorum & Regi-
minis formam, & Aulæ dignitatumque pompam retinere studuerunt. Qua- G
propter Præfectos, Præsides, Cancellarios, Comites aliosque Regiminis mi-
nistros usurpâsse, imò & ipsum Francicum Regnum, ut olim Romanum, in
Provincias & Præfecturas, ita illud deinceps in *Comitatus* & *Episcopatus* divi-
sum fuisse, legimus, sic

Gothos Italiâ subactâ eandem Comitivæ Palatii dignitatem, quâ o- I
lim usi sunt Romani, retinuisse liquet ex formula *Curæ Palatij* (quæ uti su- H
pra dictum, cum Comitivâ Palatii una eademque dignitas) apud *Cassio-
dorum* (circa A. 469. natum, quique eodem officio Comitivæ Palatii fun-

A gebatur apud *Theodoricum*. I. Veronensem, Gothorum Regem, ejusque nepotem *Athalaricum* ex filia *Amala Suentha*, ex *Audefleta Clodovei* Magni Franciæ Regis sorore progenitâ, & hujus Successorem Regem *Theodahadum*, Amalæ Suenthæ supradictæ secundum maritum, & denique apud *Vitigem* Goth. Regem, vide sis vitam Cassiodori nuper Parisiis 1695. editam) in lib. 7. var. ubi eximius illi hic honos tribuitur: *Ut aureâ virga decoratus, inter*
B *obsequia numerosa ante pedes Regios plenius incederet.* Hispaniæ porrò Reges Gothicos, suos quoque *Palatii Comites* habuisse, docet Sebast. Salmanticensis Episcopus, inter quos in *Ramiro*. I. R. recenset *Nepotianum*, *Aldredum*, & *Peniolum Palatii Comites*, qui subinde ipsi Regi rebellantes, regiam quoque dignitatem usurpare conati sunt.

2 *Longobardos*, quorum regnum primitùs fundatum ab *Alboino I.* Longo-
C bardorum Rege (qui adjunctis sibi Saxonibus, Longobardis, aliarumque gentium non paucis, è Pannonia circa A. 568. commigravit in Italiam, & occupatâ Galliâ Cisalpinâ, primus Longobardiæ nomen ei intulit, *Ticinumque*, cui postea Papiæ nomen inditum, regni sedem constituit) suos quoque *Palatij Rectores* habuisse docet *P. Warnefridus* in Hist. Longob. 63.

3 *Franci* primi Præfectum Palatii, uti ex Venantio Fortunato Epis. Pictav.
D constat, *Domesticum* appellabant, qui idem erat cum *Palatino*, sicut enim hic *à Palatio*, ita ille à *Domo regia* dicebatur, à qua & *Major Domus*, *Major Palatij*, de cujus summa in regno Francico potestate ab ipso Rege proxima, teste Ainconio, jam supra c. 4. fusiùs egimus, in quorum manu pax bellumque erat, & Reges tum temporis non nisi titulotenus regnabant, quem hodieque Hispani retinuére, eorum enim *Mayor Domo* summam pa-
E riter in Regis Palatio exercet potestatem; num autem *Officium Majoris Domus* & illud *Comitis Palatij* sub ipsis antiquissimis Franciæ Regibus, diuque ante Pipinum Regem, jam diversa, & à se invicem distincta officia fuerint? adhuc sub judice lis est; *Freherus* enim, *Paraus* in Hist. Palat. aliique non pauci id negare, *Fauchetius* verò, *Pithæus*, *Blondellus* & *Ezech. Spanhemius* affirmare videntur, qui lib. de Vicariatu Palatino. p. 64. h. m. scribit: *D'ou*
F *vous voyez memes, que leur (Comtes des Palais) institution est de plus antienne date, qu'on n' apas coutume de la Marques & que divers Ecrivains celebres se trompent dans leur calcul, qui n'en tireut l' origine que du tems de l' abolition des nos Maires du Palais, c'est à diro des regnes du Pipin, & Charle Magne, qu'il est assez clair par les passages des autheurs sur nommes, par les exemples d'un Arnould, d' un Ronulfe, & d' autres nommes*
G *Comtes du Pa'ais sons un Clothaire & un Childebert, que cette dignité à deja subsisté avec celle des Maires sous la premiere race de nos Roys. &c. Ceux qui ne sont qu'une seule Dignité de ceux deux la, & qui donnent le meme employ aux Maires & Comtes du Palais se trompent, & Ainconius, Cedrenus, Trithemius les confondent ensemble, & ainsi ont donné lieu à divers Ecrivains celebres, qui meritent d'ailleurs beaucoup de louange, de suivre aussi la meme*
H *piste, & d'y metre aucune difference. Cepandant il est hors de doute, que sous la race des Merovingiens ces 2. nous n' emporterent pas la meme signification, & que ces Maires & ces Comtes du Palais estoient distinguez assez visiblement*

v. Greg.

v. Reg. Turon. l. 12. c. 39., Jauchet antiquit. Gauloises, Pithon memoires des Comtes de *Brie & de Champagne, Blondel part. 2. de son grand Ouvrage contre Chiflet.* hùc usque Spanhemius. A

Verùm non obstat, quod *Arnoldus* & *Ronulfus* sub Rege *Clothario* & *Childeberto* dicti fuerint *Comites Palatii*, cum ex antiquitate Historica constet, *Majores Domus* passim ab Auctoribus promiscuè appellatos fuisse. Sic Franci *Majorem Domus* primitùs dicebant *Domesticum*, ut jam supradictum, sic *Hunnibaldus* qui seculo 5. circa A. 480. floruit, eos promiscuè *Palatinos Comites* vocat, illi à Domo Regia, hi à Palatio Principis sic dicti: Sic iidem apud *Ainconium, Eginhardum, Hincmarum* aliosque Francicorum Annaliũ Scriptores subinde nominantur *Comites Domus Regiæ*, *Majores Palatii*, *Comites Domus Regis*, *Comites Palatii Principis*, *Præfecti & Præpositi Palatii*, *Gubernatores Palatii* (Exemplum in *Hermanno* apud Regem Aquitan. v. Car. du Fresne in glossar.) *Principes Regiminis & Palatii*, *Duces Palatii* (v. Car. du Fresne lib. cit.) *Rectores Palatii* ut apud Aincon. l. 4. c. 26. & 36. ubi de *Ega Palatii Gubernatore* agit, quem Fredegarius aliique *Majorem Domus* appellant. Hic *Theodoricus* I. Franc. Rex in Diplomate apud Mabillonium, *Ebroinum*, *VVarotonem*, *Ghislemarum Majores Domus suos* vocat, ab ejusdem Theodorici filio verò *Childeberto II.* R. idem GHISLEMARUS *Comes Palatii* appellatur in Diplomate dat. Carriciaco in Palatio 25. Febr. A. 8. regni ejus, idest A. 703. quod vid. apud Mabillon. de re Diplom. l. 6. pag. 480. Sic *Ebroino* Majori Domus, eundem *Comitis Palatii* titulum tribuit author vitæ S. Drausii Epis. Suession. v. Car. du Fresne Diss. ad Joinvill. 14. Sic *Erchinoaldus* ab Ansberto in vita S. Andoini *Palatii Præfectus* appellatur, qui tamen ab Ainconio aliisque semper *Major Domus* dicitur. Plura ejusmodi Exempla adduci possent, quod etiam *Freherus* noster, diligentissimus antiquitatum Scrutator, confirmare videtur, quando in not. ad A. B. scribit: *Ex priscis scriptoribus constat, dignitatis Palatinæ Originem maximè deberi Francis, qui Comitem Palatinum*, COMITEM PALATII, MAJOREM DOMUS, *Comitem Regiæ Domus vocarunt, quem Aulæ Regiæ seu Palatio præfecerunt. v. Eginhard. vitam Carol. M. Munus autem Comitis Palatii ea tempestate describit Hincmarus Epis. Rhemens. Epist. c. 16. & quum vigente Merovingiorum familiâ plerumque unus tantùm Comes Palatii esset, postea Carolus M. animadverso priorum Regum errore, qui per Comitem Palatii regno exuti fuerunt, plures Comites Palatinos instituit, eâque divisione Majestatem & vires tanti officii infregit. Ita factum, ut ex singulis ferè nationibus Comites Palatini in Aula Regia versarentur, nec dubium est, ab ea Origine postea Palatinos Rheni, Saxoniæ, Bavariæ aliosque abolevisse*: huc usque Freherus, adde *Lebman.* Chr. Spir., & *Paræi* Hist. Palat.; eandem cum Frehero sententiam fovet Claris. *Ludolfi* Collegii Historici Imperialis Dignissimus Præses, quam mihi nuper aperuit, ut & Clar. Joh. Schilter Jur. Publ. l. 1. tit. 15. p. 166 adde & *Hofmanni* Lexic. Histor. voce Pfaltzgrav. Quos itaque Franci & Hispani *Majores Domus* seu *Palatii Comites*, hos Romani *Prætorio Præfectos*, Græci *Curopalates*, Longobardi *Palatii Rectores*, Germani nostri **Pfaltzgraffen** & **Sahlgraffen** (à Sala s. Palatio, hinc Salici, idest Palatini v. Chiflet. 1. in Gossar. Salico, & in natali solo legum Salic. p. 87., H. Coccejum in Jur. Publ. prud.) dixere B C D E F G H

A dixere. De Majoribus Domus *Reginarum*, item *Regum Hispaniæ, Arragoniæ, Castellæ* vid. Caroli du Fresne gloffar.

Majores autem *Domus* hi non ab ipfis Franciæ Regibus, fed à *Francorum Proceribus populoque*, fruftra obloquenre Blondello in Geneal Francica p. 366., eligebantur (v. Fredegar. Chron. c. 54., Aimcon. l. 4. c. 13., Eginhardi vit. Carol. M., Car. du Frefne lib. cit. & Mezeray abregé Chrono-
B logique t. 1. p. 76.) & quidem tales, qui prudentiâ, fapientiâ, Claritate generis, opumque magnitudine Cæteris eminebant, uti fupra c. 4. ex Eginhardo oftendimus, adde Gregorii Turon. Hift. Franc., Scriptorem vetuftum Annalium Franc. à Pithæo editum, And. du Chefne, And. Favinum de Primis Miniftris Coronæ Gall:, Carol. du Frefne l. cit. Et quemadmodum initio illi tantùm erant Majores Domus f. Palatii Comites, qui, ut ex
C Frehero dictum, Palatio Regis præerant, ita poftmodum ex eorum ordine in primarias Regni Provincias mitti cœperunt, eodem modo quo *Præfecti Prætorio* apud Romanos ex Aula in Provincias fummo cum Imperio miffi, iisque præfecti funt. vid. *Caffiodor.* l. 6. Epift. 3. Sic Orientem, Africam, Illyricum, Germaniam fuos Præfectos Prætorio accepiffe, legimus in notit. Imper. R, & Cod. l. 1. tit. 26., adde *Latzium* de migrat. Gentium. l. 21. c. 3. *Leb-*
D *manni* Chron. Spir. l. 1. c. 9. *Buxtorf.* Comm. ad A. B. Eodem modò *Majores Domus* à Francorum Regibus in *Auftrafiam*, *Neuftriam*, *Burgundiam* aliasque Provincias miffos, iisque Regnis plenâ quoque cum poteftate præfectos fuiffe, ex Hiftoria Francica certum eft. vid. & Car. du Frefne gloffar. & Morerium in Dict. Hift. p. 228. t. 2. Sic

I. *Auftrafiam* fub Sigeberto, I. *Clotharii I.* Franciæ Regis & *Ingondis* filio A. 576. defuncto, Majores Domus, 1. *Chrodinum*, aliis Godinum, electum Majorem Domus A. 564. de quo gefta Franc. & Fredegar. c. 54. 89. ita: Clo-
E tharius jubet Arnebertum Ducem, Godinum Majorem Domus cum exercitu interficeret. v. Mezeray abregé Chronologique de l' Hift. des Roy, de Fr. 2. *Gogonem* (de quo vid. Mezeray lib. cit. p. 45. t. 1.) 3. *Radonem* & *Gucilionem* Palatii Comitem, Deinde fub ejus filio *Childeberto* Majores Domus *Florentianum* & *Vufoaldum*, & Palatii Comites *Trudulfum* & *Romulfum*; Porrò fub *Thedoberto*, fupradicti Sigeberti R. ex Childeberto filio nepote
F Auftrafiæ Rege, *Gundulfum* Majorem Domus habuiffe (v. Gregor. Turon. l. 6. c. 11. ubi eum de genere Senatorio fuiffe fcribit) ex Antiquitatibus Francicis docent *Carolus du Frefne* in gloff. & *Valefius* in Hift. Franc. *VVarnecharium* deinde Majorem Domus, Aulam *Theodorici*, fratris Theodoberti R. gubernaffe, eumque morti vicinum, facultates fuas circ. A. 626. pauperibus diftribuiffe, teftis eft Aimconius l. 3. Filium habuit *Godinum*, quem crimine
G læfæ Majeftatis accufatum, *Clotharius* Rex interfici curavit, cui fucceffit *Bertoaldus* Major Domus, quem ut è medio tolleret *Brunnechildis* Regina, Uxor fupradicti Sigeberti Auftrafiæ Regis A. 576. in obfidione Tornacenfi à duobus ficariis à Fredegunde, Chilperici R. Uxore, cum duobus cultris fubmiffis Cæfi, nepotem fuum *Theodoricum* Regem incitaverat, ut Berthoal-
H dum fibi adverfantem interficeret, & *Protadium* (Romanû genere, & Brunnechildi ftupri caufa familiariffimum, & ob id etiam poftea in pago Ultrajurano poft *VVandelmarum* Burgundiæ Ducem conftitutum) fubftitueret.

Inter-

Interfectus itaque crudeliter *Bertoaldus* Major Domus apud *Stampas*, Gallis Estampes à *Landerico Duce* An. 10. regni Theodorici circa natalem Domini, eique subſtitutus eſt *Protadius*, v. Fredegar. Chr. c. 26. 42. Verùm & hic non diu ſuperſtes, in caſtris enim ad villam *Cariciacum* ſedens in tentorio, ludensque ad tabulas cum *Petro Medico*, occiſus eſt inſidiis *Uncelini* Anno XI. regni Theodorici Regis, & eodem anno Protadio in Officio Majoratus Domus Auſtraſiæ ſurrogatus eſt *Claudius*, quem deſcribit Aimonius l. 3. c. 92. *quod fuerit prudens, jocundus, in cunctis providus, ſed ſagina corporis valde gravis*. De *Vulfo* Patricio, Majore Domus, *Erchinoaldi* Majoris Domus avo materno in Majorem Domus à Theodorico R. electo, vid. Blondell. in Præfat. Apologet: ad Geneal. Franc., *Sigeberto* deinde Theodorici R. jam memorati filio à *Clothario II*. Franciæ Rege prælio victo, capto & occiſo eundem Clothariũ R. filium ſuum *Dagobertum*, A. 625. Auſtraſiæ Regem conſtituiſſe, eique ſimul hac occaſione *Rhadonem*, Majorem Domus adjunxiſſe, teſtantur *Trithemius* l. de Orig. Franc. & in Compend. Annal. Franc. apud *Lehman*. in Chron. Spir. l. 3. c. 10., *Belforeſtius* in Annal. Franc. pag. 85. ad An. 619., cujus tempore in Francia Majoratum Domus geſſit *Pipinus de Landis*, qui poſtea *Rhadoni* in Auſtraſiæ regno ſucceſſit, v. Belforeſt: lib. cit. pag. 92. ad An. 632. & pag. 85. Pipino deinde An. 647. defuncto, atque cum Uxore ſua *Jtha* ſ. Jduberga Ruothaldi Archi-Epiſ. Trevirenſ. Sorore, Niveliis ſepulto, ſucceſſit filius *Grimoaldus* de quo Aimonius h. modo: *Defuncto Pipino Majore Domus, Otto filius Beronis ſperabat ſe Comitem Palatii fieri poſſe eo, quod Bajulus* (id eſt tector, ſ. informator) *fuerat Sigeberti II. Regis* (Auſtraſiæ filii Dagoberti I. R. Fr.) *Grimoaldus verò filius Pipini* (de Landis) *moliebatur Ottonem pellere Palatio, ſed cum id nequiſſet explere, exoſum eum Leutherto Alemanniæ Duci efficit, à quo Otto Anno* 10. (id eſt 648.) *Regis Sigeberti II. interfectus eſt, & ita Grimoaldus in locum Patris Major Domus in Auſtraſiæ regno inſtitutus eſt*. Huc uſque Aimon. vet. Geſta Franc. c. 43. Ejuſdem etiam meminit Clar. *Freherus* noſter in not. ad Lupold. de Babenberg c. 12. pag. 128. *Vidimus*, inquit, *Epiſtolam Deſiderii Epiſcopi Cadur. ad Grimoaldum Palatii Præpoſitum h. m. Domino Illuſtri totius Aulæ, imò regni Rectori Grimoaldo Majori Domus, Deſiderius exiguus ſervus Dei*. &c. Hic tandem à *Clodoveo II*. Fr. Rege captus propter ſcelus, quod in *Dagobertum*, Sigeberti Regis Auſtr. filium exercuit v. Geſta Franc. cap. 47. Pariſiis carcere perpetuo incluſus eſt, in quo & obiit A. 655. Huic *Anſegiſus* ductâ Sorore ejus *Begâ* poſt *S. Arnulfum* in Officio hoc ſucceſſit, qui hæredem, & poſt Martinum, in eodem Officio Succeſſorem reliquit filium *Pipinum* cognomine *Craſſum & Heriſtallium* (quod ibidem ſit natus & educatus) Auſtraſiæ Majorem Domus, in ipſa etiam Auſtraſia Jupiliæ videlicet ad Moſam A. 714. 17. Kal. Januar. defunctum; Cui poſtea ſucceſſere in eodem Officio filii & nepotes *Grimoaldus ſcilicet, Theobaldus, Carolus Martellus, Carolomannus, Pipinus*, v. Blondelli Præfat. Apologet: de *Adalgiſo* Palatii Comite ſub *Sigeberto. III*. R. Auſtraſ. & *Pipino Juniore* Majore Domus, Adalgiſi filio, ſub *Theodorico* R. Auſtr. (Clodovæi II. Franciæ Regis filio) & ſub *Clodovao* R. Auſtraſiæ, Theodorici Regis filio, vid. Carolum du Freſne in Gloſſar.

A 2. *Neustriæ* MajoremDomus *Erchinoaldum* (*a*) A.646. electum, legimus apud Ainconium, qui *Egani Majoris Domus* Neustriæ filius, *Dagoberti* verò Franciæ Regis ex Matre *Bertrude* consanguineus, seu potius Consobrinus erat, v. Dav. Blondell: Præfat. Apolog. ad plenior. assertion. Genealogiæ Franc. Successorem in Majoratu Domus Neustriæ habuit filium *Leudesium* de quo v. Blondell. lib. cit.

B (*a*) De cujus obitu & sepultura Ansbertus, S. Eligii Noviodunensis Episcopi Successor in vita S. Audoini Dagoberti Fr. Regis Cancellarii, & Episcopi Rothomagensis A. 676. 24. Aug. defuncti, hæc annotavit: *Rogavit Eligium aliquando Erchinoaldus Palatio Præfectus, ut cum ipso longius proficisceretur: at ille secum multa reputans, nolebat ire cum eo, sed tamen coactus à Senioribus & Abbatibus civitatis suæ, verentibus ne tanti viri*
C *animum offenderet, ita palam dixit: Quid necesse est, fratres, ut tantâ nos afficiatis molestia? Equidem novi, quod vos ignoratis, si cum illo ierimus, malè id cessurum. Ille quidem hinc exit, sed ibi morietur. Ivit tamen cum illo: Ventum est ad locum destinatum: cumque illic nocte quadam aliis dormientibus, casu Beatus Eligius foras egressus obambularet, & de Psalmis*
D *nescio quid secum volveret: subito vidit columnam ignis è cœlo descendere, & magna vi cubiculum Erchinoaldi penetrare. Rei itaque eventum tacitè secum considerans, interitum bestiæ illius Diacono suo, qui forte solus tum ei aderat indicavit. Mox autem divinitùs perculsus Erchinoaldus, sentiens magno ardore cruciari viscera sua, jubet ad se ocius introduci Eligium. Venit Eligius, videt hominem magnis torreptum angoribus; hortatur eum,*
E *ut quando desperat se victurum, vel moriturus faciat, quod vivens sponte noluisset, videlicet, ut loculos multos auro tumentes, quos equi vehebant, pauperibus quàm primum erogaret pro refrigerio animæ suæ. Id solum profuturum ei afferens, nocitura verò, quæ in thesauris esset relicturus. Sed ille ut rapax, ita etiam tenax, dum moras nectit, repentè extremum efflat anhelitum. Corpus ejus misericordiâ motus Eligius* (Episcopus No-
F viodunens. Elect. 646. 24. Maji. denatus 663. 1. Decemb.) *secum asportavit, & tradidit sepulturæ;* Huc usque Ansbertus.

3. *Burgundiæ* Major Domus sub Clothario, 2. & Theodorico R. exstitit *VVarnacarius*, de quo vid. Fredegar. c. 54., & Car. du Fresne Glossar. voce Major Domus, de quo Gregor. Turon. l. 11. c. 44. h. m. *Mortuo VVarnario Majore Domus, Rex*
G *Lotharius Trecasinis placitum habuit cum Proceribus & Leudibus* (f. Populo) *Burgundiæ, eosque sollicitavit, ut alium in demortui* (Warnarii) *locum eligerent, sed illi rem Regi commiserunt.* v. & Fredegar. c. 54. 42. *VVarnacharius*, inquit, *in regno Burg. substitutus Major Domus, sacramento à Clothario accepto, ne unquam vita suæ temporibus degradaretur.* Sub *Dagoberto Magno* verò *Ega* qui in villa Clippiacensi An. 648. febre correptus obiit v. Aincon. l. 4. c. 36. Beliforest: lib. cit. p. 94. Porrò *Flaocatum* Burgundiæ quoq; regno post Regẽ
H *Clodovæum* 2. Aulæ istius præfectũ fuisse, idem Ainconius l. 4. c. 39. testatur: ad. de Car. du Fresne in Glossar. Fredegar. c. 89. ubi h. m. Flaocatus genere Francꝰ, Major Domus in regno Burgund. electionePontificũ & cunctorumDucum à Nan-

à Nanthilde Reg. in hoc gradu honoris stabilitur. Abrogatis deinde à *Pipino Rege* ejusve filio *Carolo Magno* Majoribus Domus, Palatiique Comitibus substitutis, idem sub Carolingis in Imperio Romano-Germanico obtinuisse, atque unum quodque regnum *Galliam* videlicet, *Italiam*, *Aquitaniam*, *Germaniamque* suos Palatii Comites etiam habuisse ex Historica Antiquitate certum est. A

. 1. *Gallia* sub *Carolo Magno* Galliæ Rege A. 776. Palatii Comitem habuit *Anselmum* v. Annal. Franc. ad A. 776. 778., quo eodem Anno Cæso in prælio contra Saracenos in Hispania commisso, successit *VVoradus* (alii Woraldus) *Palatii Comes*, de quo vid. Eginhardi Annal. Franc. ad An. 782., & Diploma Caroli Mag. dat. Monasterio S. Dionys. A. 783. 16. Dec. A. regni ejus 14. Carisimo in Palatio, quod vid. apud Mabillon. l. de re Diplom. l. 6. pag. 502., & Pithæum l. de Palatinis Camp. sub *Carolo Calvo* Galliæ R. An. 841. Officio Palatii functus est *Hilmeradus*, ut ex fragmento Chronici Fontanellensis apud And. du Chesne t. 2. Script. Franc. p. 389. patet, cæsus hic est in prælio A. 851. contra Normannos commisso, de quo vid. Annal. Fuldens. Item de *Bosone* & *Fulcone*, *Palatii Comitibus*, sub eodem Carolo R. v. Frodoardi Hist. Rhemens. l. 3. c. 26. Car. du Fresne in Glossar. voce Com. Sic & *Ruodberti* Vicarii Caroli Calvi mentio fit in Diplomate An. 36. regni Ludovici Regis apud Goldast. in antiquitat. Aleman. t. 3. pag. 109. fuit autem *Robertus* hic cognomento *Fortis*, *Dux Franciæ*, *Judithæ* Imperatricis Uxoris Ludovici Pii ex fratre *Conrado* Majore, Comite Paris. & Burgundiæ Jurensis Duce nepos, & filius *Adelheidis*, quæ Hugonis Abbatis, nothi Caroli Magni A. 844. 7. Id. Jun. in prælio cæsi, filia erat. v. Chiflet. vind. Hispan. D. Blondellus verò (qui in multis injuriosius tractat Doctis. Chifletium, causam Cæsaris propugnantè, cujus modestia tamen inter alia etiam ex hisce Præfationis verbis dispalescit: ausus est, inquit, assertor Gallus *acribus stimulis* me immoderatius impellere, ego verò aculeos ejus non minoris æstimavi, quam miles strenuus honorarias cicatrices) in Geneal Franc. pag. 169. usq; ad 189. *Robertum* hunc fortem (quem Aventinus l. 1. Judam Macchabæum vocat) Roberti Comitis filium, Childebrandi verò Suevia Ducis (qui Pipini Heristallii Majoris Domus filius erat) ex Nebelungo filio abnepotem perperam fecit, uxoremque ipsi adscripsit Adelheidem, supradictam Conradi viduam, quam inverso ordine Ludovici Imp. cognomento Pii filiam vocavit, sed Herico author coævus lib. de mirac. S. Jerman. l. 2. c. 5. & c. 2. rectius aliud nos docet, quando *eam antiquorum Procerum* (NB. non Regum scribit, vel Imperatorum) *progenie oriundam* testatur, consentiunt *Mabillonius* l. de re Diplom. l. 6. pag. 551. & inter antiquos *Aimcoinius* l. 2. c. 1. de Mirac. S. Bened., *Jvo Carnotens.* Ep. 89. *Annales Bertiniani*, Chronicon *Divionense*, *Albericus* in Chron.; *VVilh. de Nang.* Chr., *Chron. S. Victor.* Paril., *author. Lud. 8. R. Diuterus*, item *J. Besseus*, quem ex ipsa Blondelli confessione, jure optimo difficillimos Historiæ Francicæ nodos solvere aptū judicavit, *Nicolaus Marquinus*, deinde *Bouchetus*, *Andreas Chesneus*, *author libri de Hugone* 1. Abb. Parisiis An. 1647. editi, *Joh. Jac. Chifletius* in Lampad. ad Vind. Hisp. pag. 46. & in Vind. Hisp. pag. 196. 198. *Nic. Vignierius*, Historiographus Regius. Si enim *Adelheidem* Ludovici Pii filiam B C D E F G H

A ordine tertiam tardissimè circa *A.* 807. natam, atque *Conrado* matrimonio
junctam statueremus, certè Adelheidis morte mariti *A.* 862. insecutâ, ad
minimum 55. ætatis annum egisset, adeoque secundò nupta *Roberto Forti*
non potuisset 5. adhuc soboles ex ipso suscipere, ut rectè docet Chifletius lib.
cit. Deinde *Robertum Fortem* originem potiùs ex Saxonia, ex *stemmate*
B scil. *Witichindi* traxisse, cum *Aventino* lib. 5. & supramemoratis plerique
etiam tam veteres, quàm recentiores scriptores Gallici, statuunt, inpri-
mis *Andreas du Chesne*, nostro seculo Historicorum & Genealogistarum
facilè Princeps (cujus encomium Lud. *Morerius* in Dict. Hist. pag. 147.
hisce exposuit verbis: *qu' il a été un des plus grands hommes, que nous
avons en dans ce fiecle pourla connoissance de l' Histoire & principalement*
C *des Histoires Genealogiques, aux quelles il s' est le plus attaché, il fut
Geographe & Historiographe du Roy & à la verité, il meritoit de l'etre,
quisqu' il à si bien ecrit l' Histoire & qu' il luy à meme donne, si l' on peut
parler ainsi, tout ce, qu'elle à decertitude. Ceu par les preuves, qu' il rap-
portoit, & par les amiens titres, qu' il connoissoit vieux, qu' homme du
monde, & dont il sçavoit le mieux se servir*) qui mentem & sententiam
D suam de *Hugonum Origine Saxonica* paulò ante ejus obitum Baroni d' Au-
teuil fideliter exposuit, & hic deinde eandem libro ejus de l' Histoire des
Ministres d' Estat inseruit, aliiquetam nostri, quàm superioris seculi præ-
stantiores, qui unquam floruére Historici uno quasi ore fatentur, add.
Claris. *Meibomium*, qui in not. ad Witichind. pag. 673. *Hugones non ut
aliqui fingunt, Gallicæ, sed Germanicæ originis esse* similiter docuit. Lu-
E dovico etiam Pio Imp. 5. filias adscribunt rerum Francic. scriptores,
quarum 1. *Alpais* circa An. 797. nata, & Begoni Paris. Comit., circa An.
812. matrimonio juncta, Mater ex eo facta est Letardi & Everhardi de q.,
vid. Flodoardi Hist. Rhemens. lib. 2. cap. 12. lib. 4. cap. 16 Morerii Dict.
Hist. 4. pag. 370., & atava Conradi I. Imp., ut rectè Blondell. in Geneal.
Francicæ pleniori assert:, 2. *Gisla* Uxor Everhardi Comitis Cizonii,
F Ducis deinde Foro Juliens. 3. *Adelheidis*, 4. *Rotrudis* 5. *Hiltegardis*, quam
quidam Uxorem *Theodorici* Comitis, alii Abbatissam Coenobii Virg. Tigu-
rin. & A. 857. defunctam statuunt cum Henningesio in Theat. Geneal. &
Chifletio in Lamp. ad Vind. Hist. p. 46. sed errant, Abbatissa enim hæc Ti-
gur. nata 839., non Ludovici Pii Imp., sed ejusdem ex filio Ludovico Ger-
maniæ Rege, (qui dictum Monasterium fundaverat A. 20. regni Franciæ
Orientalis, ut ejus literæ fundationis habent) neptis erat, qua A. 857. 10.
G Kal. Januar. æt. 18. denatâ, cujus Epitaphium vid. apud Mabillon. in ana-
lect. t. 4. pag. 34., ejus Soror *Bertha* Abbatissa constituta A. 32. regni ejus
Franc. Oriental. & obiit *A.* 877. Mabillon. lib. cit.: Quantum autem ad
Robertum Fortem supra memoratum, Roberti Franciæ Regis patrem, hic cum
Normannos hostes prosecutus fuisset, & absque Galeâ & loricâ dimicas-
H set, ab iisdem juxta *Briesertam* villulam ad Ligurium in introitu Eccle-
siæ transfossus periit *A.* 867. 25. Julii feria 6ta ætatis circiter 50. A. sepultus,
ut videtur, una cum Hugone Abbate Parisiis ad S. German. vid. Mabill. l. de
re Diplom. l. 6. p. 551.

2. In *Italia Adalardum* Caroli Magni patruelem, *Caroli* verò Martel-
li Majo-

li Majoris Domus ex filio *Bernhardo* nepotem, sub *Bernhardo* Italiæ A
Rege, Pipini Italiæ Regis filio, *Palatij Officium* administrasse, tandem (a) *Abbatem* factum Monasterii Corbejensis in Picardia, ex authore libri de constructione novæ Corbejæ apud And. du Chesne t. 2. script. Francic. p. 345. & 652. evidens est, ubi hæc verba leguntur: *Mittitur autem Adalardus, ut regnum Longobardicum curaret, donec filius Pipini Regis Bernhardus cresceret, nam Pipinus Rex Italiæ ante 3. annos obierat* (A. scil. 810. 8. Julii, ætatis 33.) *cum* B
autem puer crevit, accepit ei uxorem (circa A. 813. qualem verò? hactenus non constat) *& constituit eum super omne regnum*, &c. *Deinde Romam profectus Adalardus ad Papam* (Leonem 3. A. 813.) *& cum ibi de profectu Adolescentis* (Bernhardi) *gauderet, subito nuncius venit de morte Caroli* (magni A. 814. 28. Jan. defuncti) huc usque author. *Adalardo* in eodem Palatii Officio successit frater ejus *VValo* (Wala & Walach) Abbas deinde Corbejens. qui cum C
colluderet in rebellione cum *Bernhardo* Italiæ Rege, Imperium contra Ludovicum Pium ex Capite primogenituræ, quodque filius primogeniti Caroli Magni esset, affectante A. 818. captus, sed postea libertati restitutus, tandem peste (al. febre) correptus in Italia periit 836. m. Septemb. v. Annal. Franc. ad A. 836., Vitam Ludovici Pii apud And. du Chesne l. cit. t. 2., Vitam ejus descripsit Paschasius Rotbertus discipulus ejus; Matrimonio sibi junxerat fi- D
liam *VVilhelmi* Ducis Septimaniæ, quâ repudiatâ Monasterium Corbejense ingressus est. v. Morerii Dict. Hist. p. 563., adde Annal. Franc. ad A. 823. auctorem vitæ Caroli M. apud And. du Chesne t. 2. p. 66. ad A. 812. Mabillonium in actis sanct. Ord. S. Bened., Belforestii Annal. Franc. De *Adelardo minore Palatij Comite* apud Ludov. Pium, A. 824. in Ducem Spoletanum electo, sed quinto mense pòst in Italia febre defuncto, vid. Eginhardi Ann. Franc. & alios Annal. E
apud A. du Chesne t. 2. item vitam Lud. Pii ad A. 823. ibid. t. 2. p. 302. In posteris temporibus apud Reges Neapolitanos Palatii Comites fuêre *Loretelli*, qui & *Comites Comitum* dicti sunt, & apud *Siciliæ Regem Henricus de Claramonte*, cujus meminit Cartha apud Ughellium in Ital. sacr. t. 1. p. 268. Item apud Normanniæ Reges. v. not. ad Cinnamum. Imo *Pontifices Romanos* etiam F
suos habuisse Palatii Comites, docet Carol. du Fresne in glossar. & quidem inter alia ex bulla Johan. 19. R. P., cujus Frater *Albericus Palatij Comes* intererat judicato, quod Pontifex protulit in æde S. Sylvestri, De *Comitibus Palatij Lateranensis* inprimis Castrucio Duce Lucano à Ludovico V. Imp. A. 1328. in istius Palatii Comitem electo v. Dipl. apud Goldast. Const. Imp. t. 1. p. 329. & apud Freher. in not. ad Pet. de Andlo. p. m. 178. l. 2. c. 6. & Leibnitzium in Cod. G
Diplomat. p. 130. Unde autem Palatio Romano Laterani nomen inditum sit, pluribus docet Baronius in Annal. Eccl. ad A. 312. n. 83.

(a) *Adalardum* autem hunc nuptias *Hiltegardis* (quam utpote Pipini Heristallii Majoris Dom. ex filio *Childebrando* Sueviæ Duce neptem A. 768. vivente adhuc patre in matrimonium duxerat, Carolus M. Verùm hâc postea repudiatâ, matrimonio sibi junxit consilio matris Berthæ Reginæ & *Adalardi* Palat. Comitis Hermingardim, Desiderii Longobardiæ Regis filiam H
A. 770., deinde & hâc ob sterilitatem, & quod clinica esset, dimissâ, repetiit priorem Hiltegardem, & legitimo thoro, urgente Stephano IV. Pontifice

A Romano, frustra reclamante Adalardo Palatii Comite, rursus sibi sociavit) adeò adversatum fuisse, ut seculum relinquere, monasterium Corbejense intrare, & Aulâ secedere maluerit, quàm eam pro *legitimâ Caroli uxore* agnoscere, Paschasius Radbertus Corbejæ veteris S. Gallicæ Abbas in vita ejus scribit. De Adalardo vid. & Freheri nostri Origines Palat.

3 *Aquitania* sub Ludovico Pio Aquitaniæ Rege vel *Ragenarium*, vel B *Ramnulfum Palatij Comites*, quorum mentio fit in precar. *Aldrici* Epis. Ceuoman. apud Baluzium in Miscell. t. 3. p. 171. (vid. & Thegan. de gest. Lud. Pii ad A. 818. & alium Auth. vitæ Ludovici apud And. du Chesne t. 2. p. 299.) hoc Palatii officio functum fuisse, verisimile est, Sub *Pipino* verò, Ludovici ejusdem filio, *Robertum* fratrem Ingeltrudis uxoris Pipini I. R. Aquit. v. Blondelli Geneal. Franc. A. 828. Palatii curam habuisse, ex Hist. Francica certum est, C vid. & Car. du Fresne Glossar., sic & mentio fit in Annal. Franc. *Hermanni Gubernatoris Palatij Regis Aquitaniæ* v. Car. du Fresne. l. cit., adde Capitul. Lud. Pii A. 871. pro monasterio S. Crucis Pictav. c. 3.

4 *Germania* suos quoque *Palatij Comites* sub *Carolo* Germaniæ Rege, Magni Caroli filio, & *Ludovico*, Ludovici Pii filio habuisse, nullum dubium est, Sic *Ruodholtum* Palatii Comitem A. 857. una cum *Ernesto*, Ernesti filio (quem D primum inter optimates A. 861. post Pascha Ratisbonæ publicis honoribus privavit Ludovicus Rex Germaniæ. v. Annal. Fuld.) & *Otgaro* Episcopo à *Ludovico* cognomento *Germanico* R. in Bohemiam missum, Annales Fuldenses ad A. 857. & ad A. 871. docent. De *Morhardo Palatij Comite* apud eundem Regem Ludovicum v. Thegan. l. de gestis Ludovici Pii c. 45. apud A. du Chesne t. 2. p. 283.

E Ostensis itaque diversis Majorum Domus, Palatiique Comitum ordinibus, jam quales ipsa quoque *Francia* antiqua ad *Pipinum* Regem usque, & filium ejus *Carolum Magnum* habuerit *Majores Domus*, ordine, quantum quidem nobis ex antiquitate Historica hactenus constare licuit, additâ etiam quorundam Genealogiâ, ea, qua cœpimus, brevitate perlustremus, num autem, & quos qualesque Majores Domus, seu Palatii Gubernatores habuerint pri- F mi Franciæ Reges, cum Doctioribus ignoramus. Palatii tamen Comites seu Rectores primis quoque Franciæ Regibus quidam adscribere videntur cum *Morerio*, qui in Diction. Hist. t. 2. p. 228. h. modo: *Les Rois de France ont eu des Comtes du Palais de l'etablissement de la Monarchie & ils les ont conserves long tems & bien avant la troisieme race. &c.*

G

Sub
1. Pharamundo Fr. R. Marcomiri Francorum Ducis filio. A. 418. Elect. & A. 428. defuncto.

Sub
2. Clogione. I. Pharamundi R. filio A. 447. defuncto.

H

Sub
3. Merovæo Franc. Reg. A. 458. denato.

Sub
4. Childerico I. Merovæi R. filio. A. 481. mortuo.

Sub

Sub 5. Clodovæo. I. Childerici I. Franciæ Reg. filio. A. 511. defuncto.	Aubertus, Major Domus. A
Sub 6. Childeberto I. Clodovæi I. Regis Christiani filio. A. 558. denato.	Badegisilus, Major Domus Franciæ. B
Sub 7. Clothario. I. Childeberti I. Fr. Regis filio. A. 561. defuncto.	1. Badegisilus Major Domus Franciæ, deinde Episcopus factus Cenomanensis ob. 2. Gundolandus, Major Domus Franciæ.
Sub 8. Chereberto Clotharii. I. Fr. Reg. filio. A. 570. denato.	1. Rhadonius Major Domus Fr. 2. Gondulfus Major Domus Franc., atque hunc ex Domestico Ducem Gogoni Childeberti R. nutritio suffectum, de genere Senatorio fuisse, docet Greg. Turon. l. 6. c. 11. C
Sub 9. Chilperico. I. Chereberti Fr. Regis fratre. A. 584. mortuo.	1. Gondulfus Major Domus Fr. de quo vid. Vallesl. in Hist. Franc., Blond. Præf. Apolog. 2. Landericus Major Domus Franc. Electus circa A. 582. opera Fredegundis Reg. v. Belforest. Annal. Franc. p. 85. v. Gesta Franc. c. 36., atque hic à quibusdam author necis Regis Chilperici perhibetur. D
Sub 10. Clothario II. Chilperici I. Regis filio. A. 628. denato.	1. Landericus Major Domus Fr. 2. Gundoaldus Major Domus Franc. 3. Carolomannus Caroli Com. Hasbaniæ filius, Major Domus, circa A. 615. defunctus, filium, & in eodem officio Successorem reliquit Pipinum. E 4. Pipinus de Landis Major Dom' Fr. de quo v. Vallesl. l. c., Divæum, Matthæi not. ad Annal. Egmond. p. 167.
Sub 11. Dagoberto. I. Clotharii II. Regis Fr. filio. A. 638. defuncto.	1. Pipinus de Landis Major Domus, qui postea in Austrasiam abiens, Successorem habuit *Eganum*, cui Dagobertus Franciæ R. moriens uxorem suam Nanthildem & filium Clodovæum II. commendavit, de q. v. Aincon. l. 4. c. 36., & secundo ejus filio tutores delegavit Chunibertum Episc. Camp. & *Adalgisum* Palatii Rectorem v. Aincon. c. 26. Sic & *Talilonis* Comitis Palatii apud eund. Regem mentio fit in l. de gest. Dagoberti. I. c. 37., ut & *S. VVandregisili Comitis Palatij*, postea Abbatis S. Arnulfi ex illo Wandegiso Com. nepotis, de q. v. Blondel. Geneal. Fr. tab. 10. Item *Baldrici* Comitis Palatii sub eodem Rege, v. Carol. du Fresne Gloss. voce Comes. F

Sub

A Eganus, Major Domus Franciæ, quo tertio regni anno Clodovæi II. Clippiaci febre exstincto, v. Aimon. l.4.c.36., & Fredegar. Chron. successit Almaricus II. Major Domus, qui deinde Successorem habuit *Grimoaldum* Majorem Domus Pipini II. de Landis, Majoris Dom. filium, sed hoc à Clodovæo R. Parisiis perpetuo carcere incluso, atque in eodem A. 655. defuncto, Nanthildis, Reginæ operâ in eodem officio successit *Erchinoaldus*, Egani Majoris D. filius, v. Anonimum de Majoribus Dom. apud And. du Chesne t.2.p.1., v. & Blondel. Præf. Apolog.

C Porrò in Diplomate ejusdem Regis, Clodovæi de A. 653. dat. 10. Kal. Jul. Clippiaci A. 16. regni ejus mentio fit, 1. *Aigulfi* Comitis Palatii, v. apud Mabillon. l. de re Diplom. l.6 p.467. & Car. du Fresne Glossar. 2. *Berthariꝫ* Comitis Palatii in Chron. Fredegarii c.90. 3. *Rigoberti* Comitis Palatii f. Berthæ Parentis, v. Carol. du Fresne l. cit. & D. Blondel. in Præf.

Sub

12. Clodovæo II. R. Dagoberti I. Franciæ Regis filio. A. 656. denato.

Erchionaldus, Major Domus Franciæ, hic Monasterium in Latiniaco villa Regia exstruxisse fertur, de q. vid. vitam S. Fursei, quo A. 661. defuncto, in Officio Majoratus Domus post E Rodobertum successit Ebroinus natione, ut volunt Germanus, v. Morerii Dict. Hist. p.393. t.2 electus à Clothario III. R. v. Mabillon. l. cit. p.312. De Erchinoaldo autem hoc Blondell. in Præf. Apologet. ita: *Erchinoaldus Egano Majori Domus Neustriæ, cujus Metropolis erat Lutetia Parisiorum, ubi Clodovæus Magnus Rex sedem circa A. 508. collocavit, successit A. 646. & obiit A. 661. vix ad senium profectus, quandoquidem avia Gertrudæ Hamaticensi Ricomiris Comitis viduæ A. 655.* (à S. Arnulfi obitu 1310.) *6. Decemb. defunctæ, ad sexennium superstes non fuit.* deq. vid. Chiflet. l. de Stemmate Austr. p. 45. 46. 47. De *Andobaldo Palatiꝫ Comite* sub eodem Rege, v. Carol. du Fresne Glossar.

Sub

13. Clothario III. Clodovæi II. Regis Fr. filio.

Ebroinus Major Domus Franciæ, hic defuncto Clothario III. R. ad Franciæ regnum evexit *Theodoricum*, Proceres verò Franciæ, qui ejusdem Ebroini jussu ædibus suis egredi prohibebantur, interea temporis repudiato Theodorico, in Franciæ Regem elegerunt *Childericum II.* cujus tandem mandato Ebroinus, quod à Fran-

Sub

Childerico II. Clotharii III. Regis fratre. A. 676. denato.

cis ob nimia scelera accusaretur, honoribus privatus A atque in monasterium Luxoviense Burgundiæ circa An. 676., *Theodoricus* verò Rex in monasterium S. Dionysii missus fuit, & in Ebroini locum *Leudesius*, supradicti *Erchinoaldi* Majoris Domus filius, Consilio *Leodegarij* Episcopi Augustadonensis, *Major Domus Franciæ* constituitur, qui cum Franciæ Proce- B ribus, *Childerico* Rege una cum uxore gravida à conspiratoribus peremto, *Theodoricum* fratrem ejus è monasterio S. Dionys. revocatum A. 676. Franciæ Regem constituit. Ejusdem Ebroini tempore Adolescens quidam nobilis Aquitanicus, nomine *Hubertus* (postea Episcopus) *Comes Palatij* erat sub Theo- C dorico, verùm malitiam & tyrannidem execratus Ebroini, Franciam Sequanorum deseruit, & ad Pipinum Austrasiæ Majorem Domus fugit, adhæsit & illi amita sua *S. Oda* Aquitanici sanguinis, Arnoldi Boggisii dicti Aquitaniæ Ducis uxor. Vid. vitam S. Huberti (*S. Oda* hæc in villa Amaria ad Mosam nata, An- D no verò 711. 14. Octob. defuncta, atque in Ecclesia Amaviensi à se condita, Diœceseos Leodiens. sepulta scribitur.)

Sub Theodorico I. Childerici II. Regis fratre. A. 690. mortuo.

Ebroinus Major Domus è monasterio Luxoviensi circa Ann. 677. egressus, *Theodoricum* Franciæ E Regem ejusque Majorem Domus *Leudesium* persequitur, atque hoc Crisciaci in Pontivo, ad fluv. Majam inter colloquendum circa Ann. 682. perfidiosè occiso, Principatum Regni violenter invasit, thesauros Regios apprehendit, Episcopum *Leodegarium* captivum oculis privavit, eundemque tan- F dem una cum fratre ejus *Guerino* Comite 685. interemit, *Drogonem* Episcopum avunculum ejus in exilium misit, *Martinum Austrasiæ Majorem Domus* S. Clodulfi, Majoris Domus Archi-Episc. Trevirensis filium, tyrannidi ejus una cum fratre Pipino se op- G ponentem, prælio in Austrasia vicit, & non diu post, cùm specie amicitiæ & oblivionis injuriarum eum ad colloquium invitasset *Ercherium* (hodie Gallis Escheri Launois) haud longè Lauduno telis occidit, v. Mabillon. lib. cit., Fredegar. l. c. c. 98., Chron. Fontanellens. apud Acher. in Spicileg. t. 3. p. 185., Vallef. H in notit. Gall., Verùm cum diu Francos crudeliter tractâsset, utpote *cui studium erat*, (prout scriptor vitæ S. Arnulfi loquitur) *ut quoscunque ex Francorum genere altâ ortos progenie nobilitare vidisset,*

A *cum seculi utilitate proficere, ipsos vel interficeret, vel in exilium mitteret, tandem ab Ermenfrido Franco* (procul dubio Egani Majoris Domus genero, qui etiam ante paucos dies obitus ipsius Egani, Arnulfum Comitem apud Albiodurum vicum in publico Malleo interfecerat v. Aimon. l. 4. c. 37.) *quem*
B *omnibus bonis suis exuerat, occisus est mane in lecto* (vel ut alii, dum ex Camerâ exiret) Ann. 683. (al. 688.) de q. v. Greg. Turon. append. c. 94. & seq., Adon., Sigebert., & Aimon. l. 4. c. 44. 45. & seq. Mezeraus Histor. Franc., Morerus Dict. Hist. t. 2. p. 393. *Eremfridus* verò ad Pipinum Heristallium,
C Majorem Domus in Austrasiam fugiens evasit, v. Aimon. lib. cit. & Anonim. de Majoribus Domus apud And. Chesneum. Post cædem Ebroini Major Domus constituitur *WVaranto* (Warato) à Francis Regeque *Theodorico*, v. Gesta Francor. c. 47. Mabillon. de re Diplom. l. 4. pag. 273., cujus filius
D *Ghislemarus* cum Pipino, contradicente matre bella civilia gessit. (a) *WVaratone* defuncto, Franci *Berecharium* (Bercharium) *statura*, ut loquitur supra memoratus Anonimus, *pusillum*, *sapientiâ ignobilem*, *consilio inutilem Majorem Domus eligunt*, ejusdemque mentio fit in Diplomate Theodorici I. R.
E Franc. dat. Compendii 3. Kalend. Novemb. A. regni ejus 16. (id est, Ann. 690.) quod vid. apud Mabillionium loc. cit. 6. pag. 471. *Pipinus Heristallius* deinde exstinctis Austrasiæ Regibus, terram sibi vindicaturus contra *Theodoricum* Regem, ejusque Majorem Domus Berecharium bellum gerit, eosque
F Ann. 690. apud Textricium prælio victos fugat, & *Berecharius* ab inimicis suis occiditur, hinc *Pipinus* annuente Theodorico Rege *Major Domus* A. 691. eligitur v. Sigebert. Chron., & Henschenii diatrib. ad t. 3. SS. Apr. c. 1. 4.

Sub eodem Theodorico R. mentio quoque fit
G *Druεtoaldi Comitis Palatij* in Diplomate ejusdem Regis dat. Lusarecæ 2. Kalend. Jul. Anno 7. regni. (id est, Anno 680.) v. apud Mabillon. loc. cit. 6. pag. 470.

(a) Filiam habuit *Adaltrudem*, quam *Drogoni* Pipini Heristallii primogenito in uxorem
H dedit. v. Mabillon. l. cit. 4. p. 276. l. 6. p. 471., alteram ejus filiam N. matrimonio junxit *Berchario* Majori Domus.

Sub

Sub Clodovæo III. Theodorici I. Regis filio. A.694. defuncto.

Pipinus, Major Domus Palatio Regis non diu præfuit, sed mox relictâ *Clodovæi* Aulâ, atque *Norteberto* Majore Domus substituto, in Austrasiam abiit, (v. Anonimum l. de Major. Dom. apud A. du Chesne) ubi *Radbodum* Frisiæ Ducem Austrasiam devastantem prælio vicit, deinde Ecclesias variis muneribus dotavit. Sub hoc quoque Rege An.691. *Ansoaldus* Palatii Comes fuit; ut ex Diplomate Clodovæi liquet dat. Captunnaco 12. Aug. A.1. regni ejus (id est, A.691.) quod vid. apud Mabillon. de re Diplom. l. 6. p. 474. l.2.c.11, p.116., Carol. du Fresne in Glossar.; & A. 692. alius fuit Comes Palatii nomine *VVarno*, teste Diplomate ejusdem Clodovæi III. R. dat. 15. Mart. in Noviento A. 2. regni ejus, (id est, A. 692.) Et rursus alius in eodem Anno Palatii Comes nomine *Marso*, uti videre est, ex Diplomate Clodovæi. R. dat. Lusarchæ Kalend. Decemb. A.2. regni ejus, (id est, A.692.) quæ vid. apud Mabillon. l. cit. 6. p. 472. 474. A. etiam 693. *Andramni* Palatii Comitis mentio fit in Diplomat. ejusd. Regis dat. Valentianii prid. Kalend. Mart. A.3. regni ejus, (id est, 693.) quod vid. apud Mabillon. l.c.6.p.475., & Carol. du Fresne l.cit. voce Com.

Sub Childeberto II. Clodovæi III. Regis fratre. A.711 denato.

Nordeberto Majore Domus defuncto, *Pipinus* filium suum *Grimoaldum* A.699. in Majoratu Domus substituit, qui Popiliam profecturus, ibique Patrem ægrotum visitaturus, à *Rangario* milite Frisio Leodii ad aram S. Lamberti in ipsa oratione occisus est A. 714. m. April. Sub hoc quoque Rege mentio fit

1. *Hociobrechti Comitis Palatij* in Diplomate ejusdem Regis dat. Compendii. 14. Mart. Anno 3. regni ejus, (id est, A.697.)
2. *Ghislemarij* (f. Agislemarii) *Comitis Palatij* in Diplomate Regis Childeberti II., dat. Carraciaco. 25. Febr. Anno 8. regni ejus (id est, A. 703.) v. apud Mabillon. de re Diplom. l.6.p.479.& p.480.)
3. *Bertoaldi Comitis Palatij* in Diplomate ejusdem Regis, dat. Crisciaco in Pontivo ad fluv. Majam 8. April. Anno 15. regni ejus (id est, A.709.)
4. *Grimbrechti Comitis Palatij* in Diplom. Reg. hujus dat. apud Mamaccas 14. Kal. Decemb. Anno 16. regni ejus (id est, A.710.)
5. Beronis Comitis Palatii in eod. Diplom. quod vid. apud Mabillon. l.c.p.482.483.

A 6. *Timulfi Comitis Palatij* sub eod. Rege cujus meminit Gregor. Turon. de Mirac. S. Mart. l. 4. c. 6. vid. Carol. du Fresne in Glossar.

7. *Sigefridi Comitis Palatij*, in Diplomate ejusd. Regis dat. apud Mamaccas idib. Decemb. A. 16. regni ejus (id est 710,) quod vid. apud Mabillon. l. cit. b. p. 483.
B ejusdem quoque meminit Freherus noster in not. ad Pet. de Andlo l. 1. c. 13. h. m. *Legimus*, inquit, *in veteri Historiola de fundatione Monasterij* Frauen Kirchen *in Diœcesi Trevir. Temporibus B. Hildolfi Archi-Episc. Trevirens.*, *qui in Palatio Offendinck residebat*, *factum est passagium contra paganos*, *erat*
C *autem in Palatio Trevirensi Nobilissimus Palatinus nomine Sigefridus Christianissimus, qui sumsit sibi uxorem de stirpe Regia, filiam Ducis Brabantiæ nomine Genofevam pulchram nimis.* huc usque Freherus add. Leodium. Hujus Genofevæ in Monasterio Frauen-Kirchen / sepultæ vitam fusius descripsit
D A. 1472. Matth. Emichius SS. Theol. D. Carmelit. MS., ut fertur, asservatur Confluentiæ.

Pipinus, Major Domus Franciæ, cujus *Harlemundus* Episc. Cenomanens. in literis dat. Jupiliæ A. 713. Kal. Jan. h. modo meminit: *Dagobertus Rex Franciæ, vir illuster Pipinus Major Dom. n. quas vid.* apud Ma-
E billon. in Analect. t. 3. p. 395. de quo vid. & supra c. 4. Hoc Jopiliæ ad Mosam A. 714. 17. Kal. Januar. ob necem filii Grimoaldi mœrore defuncto, Franci Majorem Domus eligunt *Theudoaldum Grimoaldi Majoris Domus filium*, quo cæso, Franciæ Proceres substituunt *Raginfredum* quendam, qui mortuo *Dagoberto* Rege,
F Procerum consensu A. 716. Regem constituit *Chilpericum* cogn. *Danielem*, contra quem ejusque Majorem Domus Raginfredum bellum postea gessit *Carolus Martellus*.

Sub Dagoberto II. Childeberti II. Regis filio. A. 715. defuncto.

Raginfredus Major Domus Franciæ, quem una cum Rege Chilperico II. prælio A. 717. 12. Kal. April. die
G Solis summo mane commisso, tanta clade devicit *Carolus Martellus*, Austrasiæ Princeps, supradicti Pipini heristallii filius, ut ab eo tempore hostibus formidabilis, imo & deposito Raginfredo Major Domus Franciæ, ab ipsis Franciæ Proceribus electus fuerit, v. Annal. Franc. Sub hoc quoque Rege mentio fit in Hi-
H storia Franc. cujusdam Marsonis Comitis Palatii. v. Car. du Fresne Glossar, de *Raginfredo* Majore Domus, v. & Gesta Franc., Fredegar. c. 106. 7. Chron. Hildesheimense.

Sub Chilperico II. cogn. Daniele Childerici Regis filio. A. 721. denato.

Sub

Sub Theodorico II.

Dagoberti III. Regis. A. 738. mortuo.

Carolus Martellus, Major Domus Franciæ, hic Saxones A. 723. vicit, Suevos & Bavaros A. 724. ad obsequia redegit, devictis tandem Gothis, Frisonibus, atque A. 730. prælio cæsis 375000. (ut Annales Fuldens. Anastasius, Sigebertus aliique istius ævi scriptores narrant) Saracenis una cum eorum Duce *Abdiramma*, cum Francorum mille tantum & quingenti desiderarentur, à Francis *Pater Patriæ, Regumque fortissimus* salutatus fuit; Revera enim maximus ex omnibus Majoribus Domus, Princeps Herosque omnium, quos Gallia unquam habuit, pugnacissimus æquè ac felicissimus erat, qui etiam aliquoties oblatum sibi Franciæ Regnum, seu potius Regis titulum animosè contempsit, dicens: *Malle se Dominum Regis, quàm Regem esse.* Hinc etiam in Epitaphio ejus legitur: *Dux Dominusque Ducum, Regum quoque Rex fore spernit, non vult regnare, sed Regibus imperat ipse*, & Chron. Laurisheim. *Carolus*, inquit, *Martell. sub honore Majoratus tenuit REGNUM* 27. Ann., sub hoc mentio quoque fit in chartis A B C D

1. *Chrodoberti Comitis Palatij.*
2. *Chunrodebaldi Comitis Palatij.* v. vitam S. Leodegarii Ep., Doubleti Hist. Dionys. & Carol. du Fresne Glossar.

Sub Childerico III. Theodorici II. Regis fratre. A. 751. deposito & stirpis Merowing. ultimo.

Carolus Martellus, Major Domus Franciæ, qui cum per 27. Annos regia plane vixisset potestate, Franciæ Regibus tum temporis solo nomine regnantibus, Palatioque abditis, valida tandem febre correptus, in Palatio *Carisiacensi ad fluv. Isram*, (uti in antiq. Codice, l. Isaram, Kiersy quondam, nunc Gallis Thiersy & Quersy ut rectè Valesius rer. Franc. l. 25. & in notit. Gall. & alii MSti Annal. in Biblioth. Cæsarea, & Mabillon. l. de re Diplom. l. 2 p. 261., quod recentiores quidam cum oppidulo Creciaco confundentes, ad Saram amnem cum Labbæo perperam collocant,) A. 741. ii. Kal. Novemb. obiit. v. Annal. Franc., & *Lambecium* in Comment. Bibl. Cæsar. l. 2. c. 8. p. 929. *Pipino & Carolomanno* filiis hæreditarium reliquit Galliarum Regimen. Patri itaque in Majoratu Domus Franciæ *Pipinus* (de quo varia Diplomata vid. apud Mabillon de re Diplom. inter alia dat. 9. Febr. in Verno in Palatio Reg. A 5. regni Childerici R. id est, A. 748. ubi mentio fit *Ermenaldi Comitis Palatij* v. Mabill. l. 6. p. 489.) *Carolomanno* fratre Monasterium Cassinense à Petronacte recens instauratum ingresso, successit, atque hoc officio functus est usque ad A. 751., quo pulso *Childe-* E F G H

A *rico* Rege, Merovæi Stirpis ultimo, eoque in monasterium S. Omer, Romani Pontificis jussu detruso, ipse Regni habenas arripuit, à S. Bonifacio Archi-Episc. I. Moguntinensi Suessionibus mense Martio in Franciæ Regem coronatus, hic perspectâ *Majorum Domus* ni-
B miâ *potestate*, ipsisque Regibus formidolosâ, quâ sæpe Reges regno exuti fuére, eam infringere disposuit & Palatii Comites, abrogatis Majoribus Domus, substituit, v. Bellforestium in Annal. Franc. p. 151. ad A. 768. Hinc sub ejus Regimine nullius *Majoris Domus* mentio fit, sed *Palatij Comitis VVicberti* A. 752., uti videre
C est ex Diplomate Regis Pipini dat. Vermeriæ Kalend. Mart. A. 1. regni ejus (id est, A. 752.) & in alio Diplomate ejusdem Regis dat. Compendii 3. Kal. Novemb. A. 8. regni ejus (id est, A. 759.) ejusdem *VVicberti* Comitis Palatii mentio fit, quæ vid. apud Mabillon. lib. cit. p. 491. 493. De *VVulfoaldo Palatij Præfecto*, Monasterii
D S. Michaelis fundatore, sub Childerico hoc Franciæ Rege vid. Vallef. Hist. Franc. p. 388. Tandem ipse Rex Pipinus, cum *Aistulphum* Longobardiæ Regem variis cladibus fractum devicisset, & *Guajofarium* Aquitaniæ Ducem, ob jura Ecclesiis denegata, longo fregisset bello, ipsoque Duce non diu post à suis interfecto, u-
E niversam Aquitaniam Francico Regno adjecisset, rediens ab urbe Santonensi (Gallis Saintes) Hydropico morbo correptus, vitam finiit Parisiis A. 768. 8. Kalend. Octobr. ætatis 54. sepultus Paris. ad S. Dion. v. Eginhardi Annal. Franc. apud And. du Chesne.

Et hæc de Majoribus Domus Regni Francici paucis dixisse sufficiat:
F Operæ sane pretium, imò & optandum esset, ut eruditus quidam, rerumque documentis antiquioribus satis instructus, peculiarem quandam de hisce Majoribus Domus conscriberet Historiam. *Abrogatis* itaque, uti jam dictum, *Majoribus Domus*, atque Officio Comitum Palatii in similitudinem Majoratus Domus à Pipino ejusque filio Carolo Magno introducto, jam quinam sub Carolingis, à temporibus scil. Caroli Magni, usque Henricum I. Imp. Palatiis
G Imperatorum Romano-Germ. præfecti fuerint? eodem, quo cœpimus, ordine paucis perlustremus.

1. *Anselmus Palatij Comes* fuit, cujus mentio fit in Diplomate Caroli Magni dat. Monasterio S. Dionys. A. 7. regni ejus (id est, A. 775.) in Duria Villa in Pa-
H latio Reg. 5. Kal. Aug. v. apud Mabillon. de re Dipl. p. 281. 499., & Baluzium in not. ad Capitular. Caroli M. vol. 1061. Huic *Anselmo* interempto A. 778. in prælio contra Saracenos in Hispania commisso, v. Annal. Franc. Eginhardi ad 778. in eodem Palatii Officio successisse videtur.

Sub Carolo Magno. Franciæ Rege. Ab A. 769. usq; ad 800.

Sub

2. *Woradus* (Woraldus & Wolradus) Palatii Comes, seu,ut in Annalib.Franc. Aulæ Moderator, de quo vid.Eginhardi Annal.Franc.ad A. 782. apud And. du Chesne t. 2. Script. Franc., & Diploma Caroli Mag.dat.monasterio S.Dionys.Ann. 14. regni ejus (id est,A.783) 10.Decemb. Carisiaco in Palatio & Placito,præsente & *Woraldo Palatij Comite*,vid. apud Mabillon.l.cit.6. p.502. A B

Sub Carolo Magno Imperatore Occidental. Ab A. 800. usque ad A. 814.

1. *Troantus*, Comes Palatii A.800. cujus in Historia Franconis Episc.Cenomanensis A.816.3.Kal. Febr. in villa Baliau defuncti,mentio fit h. modo : *Ut autem cognovit* (Carolus Imp.) *justitiam Domni Episcopi, præcepit tamen propter pleniorem auctoritatem hæc publiciter in causis publicis Ercambaldo* Seniori *Cancellario suo,& Troanto Comiti Palatij suo inquirere & diligenter tractare,tunc autem Domnus Franco Episcopus in eodem Palatio* (Aquisgranensi) *ut prædicta præcepta Regalia, & sua instrumenta Chartarum*(12.Regum Franciæ super monasterium Karileffi) *& justa ratione secundum legem antepradictos missos,& postea ante Carolum Magnum condicavit suum placitum,& conquisivit jam dictum monasterium ad jus suæ sedis Ecclesiæ. &c.* Monasterium itaque hoc *Karileffi* antiquissimum Franconi Episcopo redditum est Diplomate Caroli M., dat. Aquisgrani in Palatio A.1.Imperii,regni 34. 9.Kal. Maj. (id est, 800.) quod vid. apud Mabillon. in Analect.t.3. p.254.267. C D E

2. *Amalricus Palatij Comes*,Troanti in Palatii Officio Successor, de quo in Diplomate Caroli Mag. Imper., quod Aquisgrani in Palatio & Placito dedit contra Tingulfum 8. Mart. A. 12. Imperii Karoli (id est,A.812.) præsentibus *Amalrico* Palatii Comite,aliisque 8. Comitibus, quos vid. apud Mabillon. l.de re Diplom. l.6. p. 512. Plura de hisce & aliis Palatinis Regiis, v.D.du Cange Dissert. 14. sur l'Histoire de S. Louis. F G

Sub Ludovico cogn. Pio Caroli Magni Imper. filio. Ab A. 814. usq; ad 840.

1. *Ragenarius* (Reginerius) *Comes* fuit *Palatij* A. 815. filius *Hardrati* (Hardiati) Ducis Austriæ s. Austras. ut Thegan in vit.Lud.Pii apud And.du Chesne t.2. p.280., vel ut alii, filius *Reginheri*, (vel ut in MSto Meginheri Comitis,cujus Maternus avus Hardradus, olim in Germania cum multis aliis nobilibus contra Carolum Magn.Imp. conspiraverat, ut ex Aimonio docet Vorburg. in Hist. t. XI. p. 58.) hic A.817. cum *Bernhardo* Rege Italiæ, & *Reginhardo* H

Ca-

A Cameræ Præposito conspiravit contra *Ludovicum* Pium Imper., sed captus, & cum Bernhardo Rege Imperatoris ex fratre Pipino Rege nepote aliisque oculis privatus est A.818.v.Thegan.lib.cit.& alium Anonimum vitæ Ludov.Pii apud And.du Chesne

B t.2.p.299., Lehman Chron.Spirens.l.2.c.39.p.155., subscripsit & hic cum alio *Palatij Comite Ramnulfo* precariam Aldrici Episcopi Cenomanensis à Baluzio in Miscellan.t.3.p.171. editam.

2. *Adalardus Minor* dictus *Comes Palatij*, An. 822. ab Imperatore missus in Italiam, & non diu pòst An.

C 824. in Ducem Spoletanum electus est; sed mense quinto pòst febre correptus in Italia obiit v. Eginhardi Annal. Franc. ad An. 822. 823. 824. apud And. du Chesne t. 2., & in aliis Annal. Franc. ad A.823.ex edit.Reuberi & in vita Ludovici Pii ad A. 823. apud A.Chesnium p.303., Bellforest.in Annal.

D Franc.ad h.A.cui successisse videtur.

3. *Bertricus Comes Palatij.* v. Carol.du Fresne Glossar., Annal.Fuld.ad 826., & Aventin. A.B.l.4.p.385.

4. *Gebavvinus* (Gebuinus) & *Ruodbertus* (al. Ruodhardus) *Comites Palatij*, quorum mentio fit in donationibus Fuldensibus, à Pistorio editis, in Diplo-

E mate dat. Neomagi A. 838. 18. Kalend. Jul., adde Eginhardi Epist. 9. & Carol. du Fresne. lib. cit. voce Com.

Num autem *Adalbertus Comes in Buochorn* & Linczgow, *Manegoldi* & *Udalrici* Comitum frater, fundator Monasterii Lindaviensis, Comitis Palatii

F Officio apud Ludovicum Pium functus fuerit, cum Cl. Conringio in censura Diplomatis Ludoviciani c.11.p.203.& c.5.p.76., & cum Bellforestio. l. cit. ad A. 840., ubi ipsum Connestable de France & Comte du Rhin vocat.p.248.247.250. affirmare non audeo, eòque magis, quod in donationibus Fuldens. in Diplo-

G mate dat.Neomagi.838. 18.Kal. Jul., & in aliâ Charta *Aldrici Episc.Cenomanensis* d.Aquisgrani 838.Kalend. Maji, apud Baluzium in Miscellan.t.3.p.171.126. & in alio Diplom. Ludovici Pii de A.840.15. Kalend. Maji. A.27.Imperii apud Baluzium lib. cit. nunquam Palatii

H Comes, sed simpliciter Comes, & à *Nithardo* coævo l.2. aliisque Comes Metensis, & Dux Austrasiorum vocatur, uti rectè observat Cl. Tentzelius in Dialogis menstruis, de Ann. 1693. M. Maji p.405. Cæsus hic fuit in prælio *Lotharium Imp.* inter & fratres ejus *Ludovicum* & *Carolum* A. 841. (alii A. 842. ponunt) 3. id.

Sub

Maji commisso juxta Rheinse Villam v. Annal. Fuldens., filium reliquit *Burchardum* Sueviæ Ducem, (postea in Italia per insidias A.925. 2.id. Nov. trucidatum) & ex eo nepotem *Burchardum II.* Sueviæ Ducem A.973. defunctum, maritum Hedwigis filiæ Henrici Rixosi Ducis Bav., de quo v. Eccard. l. de Casib. Monasterii S. Galli. A B

Sub Lothario Imperat. Ab A. 840. usq; ad 855.

1. *Gebavvinus Comes Palatij.*
2. *Ansfridus Comes Palatij*, filius *Cancronis* Comitis Rhenensis, fundatoris *Monasterij Laurisheimensis* ex *Angilâ* f. N . . . &c. v. Chron. Laurish. ex edit. Freher. ubi eundem prædia sua in *Geizefurt*, in Pago Navariensi sup. fluv. Nerse, ut & ea in pago Laumensi *in villa Sodeja* super fluv. Geldiune à *Lothario* Imp. ob egregia merita sibi tradita, item prædium suum in *Gent* (Gaunit villula) in prædicto pago, quod à Ludovico Rege Germ. acceperat, imò quicquid habebat in pago *Darnon* in Marcha vel villa Sodeja ad fluv. Geldiun sita, in Comitatu *Giselberti*, Monasterio Laurisheimensi sub *Thiodrucho* Abbate (qui Ecclesiam in *Oppenheim*, & monasterium S. Mich. in *monte Abrahæ* s. Abrinsberg hodie *Heiligenberg* è regione Heidelbergæ è fundamentis exstruxit,) tradidisse testatur. Imò & Lotharium Imper. *Ansfridum* hunc fidelem Palatii sui Comitem appellâsse, testis est *Leodius* in Ann. l. cit. Frid. 2. El. P. l. 1. p. 10. C D E
3. *Hucboldus* Comes Palatii, de quo vid. Carol. du Fresne in Glossar.

Sub Ludovico II. Imp. Ab A. 855. usq; ad 875.

1. *Hucboldus Comes Palatij.* v. Car. du Fresne l. cit. F
2. *Rudolfus Comes Palatij*, de quo v. Annal. Fuldens., Annal. Franc. ad A. 857., Carol. du Fresne l. c.
3. *Heribaldus* (s. Heraldus) *Comes Palatij*, A. 874. ut patet ex Diplomate & Placito habito A. 874. m. Decemb. in Monasterio SS. Trinit. in loco casa aurea dicto, in insulâ Piscariâ, de q. v. Mabillon. l. de re Diplom. l. 6. p. 544., & ex alio Diplomate ejusdem Ludovici II. Imp. in Cartario Casauriensi. G
4. *Bodradus Comes Palatij*, apud Ludovicum II. Imp. A. 876., qui interfuit electioni Caroli Calvi in Palatio Ticinensi in Italia A. 876. m. Junio peractæ, v. And. du Chesne t. 2. Script. Franc. p. 459. & Goldast. in Constit. Imp. t. 2. p. 31. H

1. *Adalardus II. Comes Palatij* A. 877., de quo vid. Capitular. Caroli Calvi tit. 43. apud Carisiacum An. 877. facta; ubi Imperator Italiam petiturus consti-

A tutionem fecit, in quâ hæc verba leguntur: *Adalardus Comes Palatij remaneat cum eo* (Ludovico, Caroli Imp. filio) *cum sigillo &c.* vid. Mabillon. l. de re Diplom. l. 2. c. 11. p. 117., And. du Chesne t. 2. p. 464. script. Fr. Ante electionem verò ejus in Imperatorem, *Hilmeradum* (s. Elmeradum, de quo Mabill. l. c.
B p. 544.) Palatio ejus Præfectum fuisse, jam supra diximus. De *Bosone* & *Fulcone* Comitibus Palatii sub eodem Carolo, vid. Frodoard. Hist. Rhemens. l. 3. c. 26., Car. du Fresne Gloss. ejusdem *Fulconis* ut & *Ragenarij* Comitum Palatii *Vassorum Domin.* mentio etiam fit in Charta de A. 838. d. Aquisgrani Kal.
C Maji apud Balutz. in vitâ *Aldrici* Episc. Cenomanens. t. 3. Misc. p. 130., & Mabillon. lib. cit. 2. 11. p. 117.

Sub Carolo Calvo Imp. Ab A. 876. ad A. 878.

Adalardus Comes Palatij jam memoratus, atque hic frater Irmengardis uxoris Lotharii Imperat. fuisse videtur, de q. vid. infr. in Geneal. Major. Dom.

Sub Ludovico Balbo III. Imp. Ab A. 878. usque ad 880.

D *Adalardus Comes Palatij.*

Sub Carolo Crasso Imp. Ab A. 880. usq; ad 887.

Otto Comes Palatij.
Sigefridus Comes Palatij.

Sub Arnulpho Imperat. Ab A. 887. usque ad A. 899.

E *Sigefridus Comes Palatij* A. 901. uti patet ex Diplomate ejusd. Imperatoris dat. A. 901. 15. Kal. Febr. Paloniæ (forsan Pataviæ) dato Comensibus. vid. apud Ughellium in Ital. sacr. p. 259.

Sub Ludovico IV. Arnulfi filio. Ab A. 899. usq; ad 911.

Eberhardus Comes Palatij, Dux Franciæ, Provinciæ Rhenensis, seu veteris Palatinatus Rhenani verus
F Possessor & *Conradi I.* Imperatoris frater, qui defuncto fratre Imp., Coronam Insigniaque Imperii in *Henricum I.* cognomento Aucupem, Saxoniæ Ducem, quem *Conringius* Germaniæ Theseum, Niem verò in not. ad Flor. Redintegratorem Germaniæ vocat, transtulit, de quo ejusque Successoribus in Palatii Officio, Rhenique Palatinatu infra fusius dicturi sumus.

Sub Conrado I. Imp. Ab A. 911. usq; ad 919.

Richo-

TUM PALATINORUM RHENI SACRI ROMAN

& Electorum à temporibus Ottonis I. Succes

...a Parentes.	Regimen.	Memorabilia & mortis genus.	Mortis & Sepulturæ Locus.		Æt.
...i 1. Imp: frater. ...i Francon. Cofilius.		Palatii Comes & S. R. Imp. Archidapifer. Ottoni 1. rebellis Rhenum cum suis trajecturus, ab Hermanno ex improviso adoritur, & multis vulneribus acceptis sed viriliter redditis, telis tandem obrutus corruit.	In prædio juxta Andernacum.		
...lfi Mali Ducis ex Gerberga Ru-...uconiæ Com: ...erbipolens. filiâ.	20 - -	ab Ernesto Duce, Ottonis. 1. Imp. privigno in præsentia Cæsaria occisus, ob Calumnias sparsas ac si vitæ Cæsaris insidiaretur, invidiâ exortas, ob singularem Ernesti in ling. Latina & Græca peritiam.	Spiræ in Palatio.		
...anni Com. Pal. ex Heilevvige f.	60 - -	Veteribus Ezo, Ezelinus, Hixo. à Concubina Thietburgâ veneno necatus. v. Chron. Hildesheim:	Salfeldiæ. in Thuring.	In Bro vvilletrasi Monast.	80.
...fridi Com: Pal. ex Mathilde f. ...s 2. Imp.	9·11	Patri successit 1035. electus postea in Ducem Sueviæ Goslariæ 1045, in Paschate, administravit ducatum 3-4-12d. obiit ἄπαις.	In Tonaburg castro Veteris Palat.	In Bro vvilletrad Patr.	
Dominus de La-...fridi Pal: ex fra-...nilone nepos.	50 - -	Electus in Comitem Palatii Goslariæ eodem tempore, quo Otto patruelis ejus in Ducem Sueviæ 1045. eligebatur obiit ἄπαις.	In Castro ad Lacum.	In Mon. ad Lacum.	
...etri Com: de ...alatini Sueviæ ...rude Leonis 9. R Sorore.		Palatinatus Rheni Administrator ob minorennitatem Sigefridi ejusque in Palæstinam expeditionem morte tandem uxoris mundo valedicens Hirsaugiense monast. ingressus est, ubi obiit.	In Hirsaugiensi Monasterio.	In Hirsaugiensi Monasterio.	
...i 2 Com. Lo-...b. ex Adelheide ...s Marck: Thur. ...ndano.	12	Henrici Rheni Palatini Domini de Lacu privignus & hæres ex testamento, Confossus tandem ab Hoyero Comite de Mansfeld Duce Exercitus Henrici 5. Imp.	Warenstedii in Saxonia.	In Monasterio Saxon.	
...C. Palat. Rheni ...ude f. Henrici ...om. Northeim ... Eebetto natæ.	7.	Patre defuncto infans 3. annorum fuit, hinc Gothofredum Palatinum Sueviæ tutorem accepit, majorennis factus officio Palatii ipse functus est, ob: ἄπαις.	in Castro Cocheim.	In Sprenkirba censi monasterio.	30.
de Staleeke. f	15.	Electus in Comitem Palat: Rheni à Conrado 3. J. 1142. Ob turbatam pacem in Comitiis Wormat: 1156. ad canem portandum condemnatus, paulò post eodem anno ob: ...it febre corrept. in mon: Ebracensi, ubi vitam egit monasticam.	In Ebracensi monasterio in Franconia	In Bildhusano monasterio in Franconia.	
...oelidis D. Suev. ...te f. Frider. Cõ. & Sarbruck	38.	Electus in Comitem Palat: Rheni à fratre Frid. 1. Imp. 1156. Goslariæ. Obiit absque prole mascula n.	Baccharaci in arce Staleke.	In Schonaugiensi monaster.	68.
...i t. Imp. frater. ...fus. f. Henri: i ... Sax: & Bav: ex ...de. fil. Henr 2. ...ngliæ.	32 6 13	Hic ductâ A. 1194. Agnete, Conradi Palat: filiâ. fit Comes Palatinus Rh: 1195 & ab Henr 6. Imp. A. 119... investitus ob: absque mascula m.	Brunsvvigæ in arce nova à Patre exstructum.	Brunsvigæ ad S. Blasi ad Patrem.	58.
...is Witelsba-...t. D. Bav. ex A-... Theodorici Wasserborgi-	15 - 9.	Proscripto Henrico Palat: à Frid. 2. in Rheni Palatinum Electus est Ratisbonæ 1215. à Stychione Morione (alii rectius à subordinato Henr. Cæsaris) post cænam in ponte Kelheimii deambulans cultello percussus, in conspectu Aulicorum obiit:	Kelheimii.	Schirz ad Patrem.	57.
...iciCom: Palat: ... Bav. ex Lud ... Ducia ...ensis:	22 - 11	Hic ductâ Agnete Henrici Rheni Palatini filia 1225. post Pentecosten Straubingæ fit C. Palatinus Rheni. Quum diem hilarem cum eadem uxore & liberis traduxisset, nocte sequente subito Apoplexiâ tactus obiit.	Landshutæ. in arce.	Schirz ad Patrem.	47.
...is Illust. Rhe-...: ex Agnete ... Pal. Rheni fi	41·2·4	Morbo correptus genitalia int ... cumque præ pudore languorem diu tegisset, nimis serò postea Medicos adhibens, in eodem, in quo natus Cubiculo obiit in arce veteri.	Heidelbergæ in arce veteri.	Fürstenfeldii in monasterio.	66.
...iei Severi C. ...i ex Mechtil-...dolfi. 1, Imp.	19	Ob denegatum fratri votum 1314. in Electione Regia Rom: & Clandestina cum Frid. Adversario suo inita fœdera, à fratre Ludovico R. ditionibus pulsus in Angliam fugit, ubi mœrore obiit.	In Anglia (al: Moravia.)		44.
...C. Palat: Rhe ...echtilde f. A-...per: Com: Nas-	7.	Primogenitus beneficio Patrui Ludovici Imp. 1320. Elector fit, verùm ob studium tranquillitatis fratri Rud. 1327. Electoratum resignavit. ob: morte placidâ. Ux: ejus Irmengard ob: 1339. sep. in Libenau.	Neostadii. ad Huartam.	Schonaugiæ.	
...dolfi. C. Pal. ...h. Elect:	26.	Una cum fratre Ruperto Electoratum aliquamdiu gessit. Tandem cæcus evasit, obiit morte leni die S. Francisci. sep. ad uxorem Annam 1331. denatam.	Neostadii. ad Huartam.	Schonaugiæ.	41.
...frater Rudolfi ... Pal. Rh: Ele-	36 4·16	Sub hoc ejusque fratre Rudolfo Academia Heidelb. 1346. fundata 1386. 18. Octob. introducta est. Obiit ἄπαις. die B. Julianæ virg: fundavit Ecclesiam Neostad:	Neostad. ad Huartam.	Neostad. ad S. Ægyd.	[illegible]
...& Branditz. f. ...l: ex Irmgarde ...iei Com: Oe-	7 11 24	Hic 40 Incendiarios captos in bello, quo civitates Rhenenses jussu Wenceslai Imp. lacessebant Palatinum, A. 1388. in latetariam candentem projecit: Vos, inquit, clanculum igne sævistis, at ego vos palam, alio die, imò ipsa meridie comburam. ob.	Ambergæ. (al: Heidelbergæ.)	Amberg (al: Schonaugiæ.)	
...hianns. f. Ru-...rt Elect: Pal: ...ice f. Petri 2. ...i Regis Sici-...sab. f. Ottonis ...eb,	2 6 - 8.	Electus in Regem Rom: 1400. 20. Aug. Lansteinii. deposito Wenceslao Imp:, Coron: Coloniæ 1401. 6. Jan. Exstruxit templum Spiritus Sr. Heidelbergæ. ob: Apoplexiâ.	Oppenheimii.	Heidelbergæ ad Spir. S.	58.
...i Regis Ro-... Elisabetha f. ...4. Burggravii ...rgensis	36 4·10	Ob nimiam largitatem in Clerum reprehensus, juvenis in Palæstinam profectus, J. Huss in Concilio Constant. cui præses erat, lictoribus comburendum tradidit, senio confectus cæcus tandem evasit & ob: morte leni.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ	60.
...ar, Rh. Ludo-...ic.		Administrator & tutor Ludovici 4. constitutus, ab. A. 1436. usque ad A. 1442. ob:	Mosbaci. ad Nicrum.	Reichenbachii	71.

ARCHIDAPIFERORUM, ARCHITHESAURARIORUM

æſentia usque tempora continuata ſeries, vita & mors.

s Nativi-Patria.	*Familia, Parentes.*	*Regi-men.*	*Memorabilia & mortis genus.*	*Mortis & ſepul-tura Locus.*		*Æt.*
us 4. C van 1424. ergæ.	f. Ludovici 3 Elect. Pal: ex Mechtilde f. Ludovici Regis Cypri, Ducis Sabaudiæ.	7.	n Comitiis Wormatienſibus profluvio ventris ſeu diſenteriâ correptus vitam finiit in der Thum-Probſtey.	Wormatiæ.	Heidelbergæ ad Spir. St.	25.
us 1. C Vi s n. 1425 Heidelber .mei.	frater Ludovici Manſueti. El.	27. 4.	Non obſtante Cæſareo æquè ac Pontificio excommunicationis fulmine ſemper victorioſus extitit. Tandem in ipſo victoriarum flore morte placidâ obiit in vigil. S. Luciæ, ſep. 1477. 26. Jan. die Lunæ.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ apud Franciſcanos.	51. 4
s C. Inge- 450. 14. Jul. 1. Heidelb.	f. Ludovici manſueti ex Margaretha f. Amadæi. 1. D. Sabaud: in Papam electi (Felix 5. dict.)	32. 2. 15	Chiragræ & Podagræ, Calculi & arenæ corporisinfirmitate oppreſſus obiit.	Germersheimii.	Heidelbergæ ad Spir. St.	57. 6
us 5. C. Pa- 1. 1478. 2. idelbergæ 3 h. p. mer.	f. Philippi Elect: ex Margaretha f. Ludovicis Ducis Bavar.	36. 17	Pacem Religionis inter Cæſarem & Proteſtantes omnium primus impetravit 1532. 23. Jul. Norimbergæ, Franc. à Sickingen A. 1522. debellavit. tandem Paralyſi tactus ob: ἄπαις.	Heidelbergæ. in arce nova.	Heidelbergæ. ad Spir. St.	65. 7
us 2. C. Sap. 9. Dec. pau h. 4. mat: in imixingen.	frater Ludovici 5. Pacifici El. Com: Palat: Rheni.	11. 11. 10	De Electoratu inveſtitus Spiræ in Comitiis 1544. m. Jun. à Carolo 5., cui nuncium de Electione ejus in Imp: ipſe in Hiſpaniam detulit, Galliam, Hiſp: Ital: Belg: Hung. Boh. majorem Europæ partem peragravit. Podagræ & Calculi doloribus ſæpius conflictatus quibus & accedente febre obiit ἄπαις.	Altzeiæ.	Heidelbergæ ad Spir. St	73. 2
enricus C. nimus n. 10. Apsil. h. . 33. pomer. gi.	f. Ruperti virtuoſi Com: P. Rhen: D. Bav. ex Eliſabetha f. Georg. divitis Ducis Bavariæ.	2. 11. 17	Electoratum à Frid. Patruo moribundo ſibi reſtam: deſignatum excepit 27. Febr. 1556. In Palæſtinam A. 1520. profectus Auctor Bibliothecæ Heidelb. celeber: Tandem Anno ætatis ſuæ Climacterico 3vo. inopinata morte ob: ἄπαις.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ ad Spir. St.	56.
us 3. Copn: . 1515. 14. mmeriæ.	f. Joh: 2. Com: Pal. D. Simmerens: Com: Sponheim: ex Beatrice f. Chriſtoph: March. Baden.	17. 8. 14	A. 1565. Heidelbergæ Monaſt: Franciſcan: in Gymnaſium commutavit, Collegium Sapientiæ SS. Theologiæ dedicavit. Tandem gravedine capitis, quàm Medici -ages vocant accedente Hydrope piè die Amandi deceſſit.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ ad Spir. St.	60
rus 6 C. Fa- 1539. 4 Jul. iæ.	f. Friderici 3 El. Palat. ex Maria f. Caſimiri March Brandenburgici in Onolsbach.	6. 11. 16	Academiæ & Eccleſiarum liberaliſſ: mœcænas, ſed ab ubiquitariis ad violenta conſilia impulſus eſt, hinc triſtis Eccleſiarum & Religionis Reformatæ Paſtorum diſſipatio ſequuta. In ipſis diebus nuptiarum 2. matrimonii febre lenta correptus eſt, quâ & obiit	Heidelbergæ.	Heidelbergæ. ad Spir. S.	44
aſimirus 6. Mart. iæ.	frater Ludovici Facilis Elect:		Adminiſtrator Palatinatus Rhen ab A. 1583. 15. Oct. usque ad 1592. 6. Jan. Tandem Apoplexiâ tactus placidè obiit.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ. ad Spir. St	48.
us 4. C. Sin- . 1574 5. nbergæ.	f. Ludovici facilis El: ex Eliſabetha f. Philip. Landgr. Haſſiæ.	17. 11. 21	Princeps humanitate & Clementiâ erga ſubditos nulli ſecundus. Academiam Heid. Profeſſione Hiſtorica adauxit. Podagra aliisque morbis preſſus accedente tandem Colicâ vitam finiit.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ. ad Spir St. 17. Oct:	36
nemes. . 12. Apr. ex nis mon-	f. Joh: 1. C. Pal. D. Bipont: ex Magdalena f. Wilhelmi Ducis Juliacenſ: Cliv. & Berg.		Adminiſtrator & Tutor Friderici 5. A. 1610. usque ad 1614. 16. Aug. Vicarius Imperii A. 1612. ob:	Metis.	. . .	51.
ens 5. C. Pa- n. 1596. 16. Ambergæ.	f. Friderici 4. Elect. ex Louyſa Juliana f. Wilhelmi Principis Auriaci Comitis Naſſovici.	8. 3. 3.	Regimen ſuſcepit 16. Aug 1614. Electus in Regem Bohemiæ 16. Aug 1619. Coron: Pragæ 25. Oct. St. v. Proſcriptus à Cæſare 21. Jan 1621 Obiit tandem peſte, Pet: de Spina Prof: & Archiatro ejus & avo meo, puſtulas peſtiferas ipſi aperiente.	Moguntiæ.	Sedan. (al: Metis.)	36
s Ludovicus 7 $\frac{1}{2}\frac{2}{2}$. Dec. bergæ.	C. Germaniæ Salomô: f. Frid 5. ex Eliſab: f Jacobi Reg. Angliæ.	31. 10. 4	Pace Oſnabrug: & Monaſter. Palatinatum Rheni una cum dignitate Electorali eidem annexa recepit. & primus factus Imperii Archithesaurarius 1648. 24. Oct. illo Archidapiferatus officio in Maximilianum Bav: Ducem 1623. 25. Febr. translato. Febre Manhemii correptus eſt. Heidelbergam profecturus Paralyſi tactus in via animam egit.	Edingæ, in horto alicujus ruſtici ſub Dio.	Heidelbergæ ad ad Spir. S. 25 Oct:	62
Cog. Pin- 1651. 31. Heidelber-	f. Caroli Lud Elect: ex Charlotta f Wilhelmi 5. Landg. Haſſiæ.	4. 8 18.	Princeps Pius, Magnanimus, fortis, felix ſed in hoc infelix quod malis ſit uſus miniſtris. Fertur & eum in Anglia 1680. Spatio 3. dierum 3. quoque dignitates fuiſſe conſecutum. 1. Die Doctoralem Oxonii. 2. Electoralem nuntio allato de morte Patris. 3. Equeſtrem. Tandem febre quartanâ in Ludis Campeſtr. juxta Caſtelnovo contracta in Hecticam degenerante obiit. ἄπ.	Heidelbergæ.	Heidelbergæ ad Spir. S.	3.
s Wilhel- 615. 4 Oct. v. Düſſel-	Cog. Prudens & Felix. f. Wolfgangi Wilh. C. P. D. Neoburg: ex Magdalena fil. Wilhelmi Ducis Bavar.	5. 3. 7	Apoplexiâ tactus obiit.	Viennæ.	Neoburgi.	7
s Wilhelmus $\frac{9}{1}\frac{}{3}$. April. orpii.	Joſephus. Ignatius. C. f. Philip: Wilhel: Elect: Pal: ex Eliſabetha Amalia f. Georgii Landgravii Haſſo-Darmſtadiani.					

BAVARIÆ SAC. ROM. IMPERII ARCHIDAPIFE
RUM ET ELECTORUM SERIES, VITA ET MORS.

...as.	Mortis tempus	...amilia Parentes.	Regimen.	Memorabilia & mortis genus.	Mortis & Sepulturæ Locus.	A...
	1549. 13 Aug.	Wilhelmi Ducis ...il. Bav. ex Renata ...ancisci Loth. Ducis ...ia.	28. 7. 2	Io Electorem Bavariæ & Imperii Archidapiferum, proscripto Frid. 5. Rheni Palat. Elect: electus Ratisbonæ 1623. 25. Febr. ob:	Ingolstadii. Ingolstadii.	71.
. 1	1476. 12. Dec.	Pacificos. f. Maxi...ct: ex: Anna Maria ...erdin. 2. Imp.	27. 7 29	Cum in diversorio Schleusheimensi se oblectaret subito Apoplexiâ tactus obiit . . .	Schleusheimii. Monachii.	42
.13	1508. 27. Feb.					
·.14	1544. 16. Mart	...erdinandi Electo... Bavariæ ex Henri... ...delheide f. Victo... ...madæi Ducis Sa...diæ.		Omnium fortissimus nostris temporibus Europæ Heros, cujus fortitudinem insignem fusis prostratisque undique hostibus, expertus est nuper perfidus Turca.		
.17	1556. 26. Feb.					
10.2	1559. 12. Feb.					
8.12	1576. 26. Oct. h. 4. vesp.					
. 3 8	1583. 12. Oct.					
10.10	1592. 16. Jan. p. h. 5. mat.					
6. 3	1610. 8. Sept. h. 2. nocte.					
3.20	1635. 30. Jul.					
·3.3.	1632. 19. Nov.					
1.8.14	1680. 28. Aug.					
1.1.16	1685. 16. May h. 1. p. m.					
4.9.7.	1690. 2. Sept. st. n. h. 4. mat.					

CAPUT VI. A
De Archi-Officiis Imperii.
& in specie
De Archi-Dapiferatu & Archi-Pincernatu.

1. Officia Aulica ab antiquissimis Regum Franciæ temporibus non nisi 4. fuêre, quibus præfecti erant 4. Officiales, ut *Dapifer*, *Ma-* B
reschallus, (*Magister stabuli*, (hinc Gallicum *Connestablius*, id est
Comes Stabuli). *Camerarius* & *Pincerna*, quod patet ex *Caroli Crassi* Imp.
constitutione, quam Freherus cum notis exhibuit, v. & Goldast. constit.
Imp. t. 1. ad A. 881. §. 6. ubi dicitur: *Singuli Principes habeant Officiarios spe-*
ciales, Mareschallum, Dapiferum, Pincernam, Camerarium. adde *Arnoldi Lu-*
bec. Chron. l. 3 c. 9., & *Lehman*: Chron. Spir. l. 5. cap. 3. (quo an quis peritior C
fuerit rerum Imperii nostri, dubitat *Conringius*, l. de Orig. Jur. Germ. c. 28.
unde etiam eundẽ diligentissimum *rerum Germanicarum indagatorem* vocat,
imò *nec alius quisquam hactenus Lehmanno præstitit paria*, Conring. in Præf.
ad Lampad., *cujus incomparabili & nunquam satis laudando operi infra di-*
gnitatem Chronici Spirensis nomen inditum est, *Conring.* in censura Diplom.
Ludoviciani Lindav. c. 8. p. 128.) h. modo: **Daß ein jeder Kayser oder** D
König / und auß derer Ordnung / die Reichs Fürsten ein jeder an seinem
Hof fürnemlich 4. Aembter dem Reich zu Ehren gehalten / als einen
Druchsäß / Marschall / Cämmerer und Schenck. &c.

2. Horum officiorum uni ferè semper cohæsit *Officium Comitivæ Pala-*
tii, seu Præfecturæ Prætorio: ita *Officium Dapiferatus* à Palatii Comite ad- E
ministratum fuit temporibus *Henrici* I. & *Ottonis* I. Impp. uti exemplo *Eber-*
hardi Franci, *Comitis Palatii* & Ducis Franciæ infra ex *VVitichindo* patebit.
Sic *Pincernatum* ab alio Palatii Comite, Provinciæque Rhenensis possessore
exercitum, exemplo *Hermanni Comitis Palat.* ejusque filii, atque in Officio
eodem Successoris *Ezonis*, id est *Erenfridi*, tempore Ottonis III. Imp. ex *Dit-*
maro l. 4. p. 36. l. 3. p. 47., clarum est, adde *VVitichind.* Geneal Sax, p. 1. c. 13. & 15.,
Freher. Orig. Pal. p. 1. c. 15., *Parei* Hist. Palat. p. 517. aliquando etiam Officium F
Comitivæ Palatii *planè seorsim* administratum fuit tempore Caroli Magni,
uti ex Eginhardo in vita ejus colligere licet.

Num autem Comes Palatii utrumque, & *Dapiferatus* & *Pincernatus* Offi-
cium uno eodemque tempore etiam quandoque gesserit? ita, ut hæc tria Of-
ficia aliquando conjunctim *ab uno Palatino* administrata fuerint, cum D.
Strauchio in Jur. Publ. l. 1. tit. 22. §. 1. 23., & H. Coccejo in Jur. Publ. prudent. G
c. 11. §. 3. p. 210. non ausim dicere, cum potius temporibus *Lotharii* II. & *Con-*
radi III. Imp. in *Henrico superbo*, qui Bavariam & Saxoniam junctim tene-
bat, contrarium appareat, ita ut simul 2. Officia ab una eademque persona
administrari non potuerint, de quo infra fusius.

3. Quantum ad *antiquitatem* horum officiorum, non quidem purum in-
ventum Germanicum, quod *Mallin Krotius* l. de Archicancellariis p. 170. H
affirmare videtur, sed ea vel ad *imitationem Romanorum* vel *Constantinopoli-*
tanorum Imperatorum, quod Mallin Krotius l. cit impugnat, postea in Fran-

A corum Regum Aulis quoque introducta fuisse autumo, eoque magis, quia in Historia Byzantina sæpe mentio fit *Præpositi Regiæ Mensæ*, id est Dapiferi. v. Cedren., Niceph., Gregor. l. 8., Ezech. Spanheim de Vicariatu Palat. p. 266.

4. Officia hæc Caroli Magni tempore *certis Provinciis* & *familiis* nondum annexa, sed modo huic, modo illi ex honoratissimis, & virtutibus maximè conspicuis, in Imperatorum Aulis atque Curiis administranda concesB sa fuisse, extra dubium colloco. v. Freher. Orig. Pal. pag. 1. cap. 15.; Spanheim. l. cit. pag. 267.

Sic in Aula Caroli Magni *Anselmo, Palatii Comiti* in prælio contra Saracenos in Hispania A. 778. occiso. v. Annal. Franc. alius ex alia familia, nomine *Wolradus* in eodem Officio successit. vid. Pithæum apud Freher. Orig.
C pag. 10. de Aadalardo Comite Palatii vid. supra c. 5. & Freher. l. cit. c. 1. pag. 2.

Sic *Eckardo Regiæ Mensæ Præfecto* f. Dapifero, eodem in prælio A. 778. interfecto, successit alius alio ex Stemmate oriundus *Adulfus*, qui ab Imperatore missus A. 786. Britones Armoricanos domuit, & Caroli M. Senescallus vocatur. vid. *Eginhard.* in vita Caroli M. & Annal. Franc. Ita
D *Adelgiso Camerario* Caroli Magni A. 782. ad Visurgim à Saxonibus cæso, alius etiam procul dubio ex alia familia nobilissima in eodem Officio successit.

Sic *Grilo* (aliis Geilo) *Stabuli Comes* seu Mareschallus, cum *Adelgiso* eodem tempore occisus, v. Annal. Franc., Successorem procul dubio habuit in eodem Officio *Burchardum* postea à Carolo Magno A. 807. cum classe in Corsicam contra Mauros missum. v. Reginon. l. 2.

E Idem dicendum de *Eberhardo Pincerna* à Carolo Mag. una cum Diacono *Richolfo* ad *Thassilonem* Bavariæ Ducem A. 781. misso de q. v. Annal. Franc. Eginhardi, Ursperg.

5. Exstinctis deinde Carolingis, *Duces*, quos *Carolus Magnus* certis ex rationibus abrogaverat, iterum Germaniæ Provinciis præpositi, summa hæc Imperii Officia administrabant, atq; hi altum jam supercilium ferentes, Ducat⁹,
F quos ad magnum illud interregnum usque tum temporis non nisi 5. numerabat Germania, *Franconicum* scil. *Saxonicum*, *Bavaricũ*, *Suevicum* & *Lotharingicum*, summa cum potestate gubernabant, ita ut de iisdem Provinciis sibi commissis, etiam proprio jure sibi attribuendis, atq; ad hæredes transmittendis cogitantes, id etiam partim connivenria Cæsarum pacem quærentium, partim etiam armis (exemplo *Henrici I.* D. Sax. post Imp.) obtinue-
G rint. vid. *Lehman.* Chron. Spir. l. 5. pag. 390., Crantz. Saxon. l. 8.; *Knichen* de jure territ. n. 17., *Paurmeister.* l. de jurisdict. l. 2. 10. n. 7.; hinc considerata eorum potentia, semper etiam *unus ex illis in Regem Rom.* electus est (ut exemplis *Conradi. I.* Ducis Franc., *Henrici* I., *Ottonis* I. II. III. Saxoniæ Ducum, *Henrici* II. Bavariæ Ducis, *Conradi* II., *Henrici* III. IV. V. Franconiæ Du-
H cum, *Lotharii* II. Saxoniæ Ducis, *Conradi* III., *Friderici* I. Sueviæ Ducum clarum est) reliqui 4. Imperii Officiis fungebantur.

Quod docent 1. *Witichindus* l. 2. p. 20. h. m. *Post Coronationem*, inquit, *Imperator* (Otto I. Dux Saxon: A. 936.) *descendit ad Palatium, accedens ad mensam*

menſam marmoream regio apparatu ornatam, Duces miniſtrabant; Giſel- A
bertus Dux Lothariorum, ad cujus poteſtatem locus ille (Aquisgranum) *per-*
tinebat, omnia procurat, Eberhardus (Franciæ Dux & Palatii Comes Con-
radi I. Imp. frater) *menſæ praerat, Hermannus* (ſanguine & origine Fran-
cus, *Gebhardi* Franconiæ & Wetteraviæ Comitis filius, & non Suevus, ut
cum H. Coccejo l.c. alii voluére, ſed Anno demum 926., teſte Reginonis
continuatore, in Sueviæ Ducem electus) *Pincernis, Arnulfus* (cognomi- B
ne Malus, Dux Bavariæ) *equeſtri ordini & eligendis locandisque caſtris*
præfuit. &c.

5. Ditmarus in Chron. l.4. pag. 36. h. m. *Otto III. feſtum Paſchatis (A. 985.)*
Quedlinburgi celebravit ſingulari magnificentia, ob placatum Bavarum,
inſtruens inquiſito apparatu convivium, ubi 4. Duces miniſtrabant; Henri-
cus (Dux Bavariæ, Sancti Henrici Imp. Pater) *ad Menſam* (ſeu Dapifer) C
Conradus (Dux Sueviæ, Luitolfi Sueviæ D. filius) *ad Cameram*, (ſ. Came-
rarius) *Hezil* (Ezil, Ezo id eſt, Erenfridus Comes Palatinus Rheni; Her-
manni Rheni Palatini Ducisque Loth. filius) *ad Cellariam*, (ſ. Pincerna)
Bernhardus (Saxoniæ Dux Hermanni Bilingi ſeu, ut rectius, Wilingi Du-
cis filius) *Equis præfuit*, (ſeu Officio Mareſchallatus functus eſt) adde
Fabritium in Orig. Saxon. l.3. p.13., *VVitichind.* Geneal. Sax. p.1. c.13, 15., *Fre-* D
her. Orig. Pal. p.1. c.15., *Lehman in* Chron. Spir. l.5.

6. Archi-Officiales autem hi ſoli *Aulæ Regiæ*, rebus verò Imperii una cum
tribus *Archi-Cancellariis* Præfecti ſunt. Hinc emerſit *Septemviratus* & ſe-
ptem in univerſum Archi-Officia Imperii ab Imperatoribus conſtituta ſunt.

7. Archi-Officia hæc, deficientibus Carolingis, 5. hiſce Germaniæ Pro-
vinciis annexa fuiſſe, certum eſt, ita tamen, ut certum aliquod Officium certæ E
familiæ vel Provinciæ nondum præcisè, nec ſemper cohæſerit. Sed eadem ad-
huc *variâſſe*, rectè etiam Cl. *Freherus* obſervavit, eodem modo, quo 3. *Archi-*
Cancellariatus Imperii nondum certis Epiſcopatibus affixi; ſed pro arbitrio
Regis modo his, modo illis collocati fuerunt antiquitus.

I. Sic ex.gr. *Officium Pincernatus*, quod temporibus *Henrici I.* ejuſque fi- F
lii *Ottonis I.* A. 936. in coronatione ejus Aquisgrani peractâ, adminiſtrave-
rat *Hermannus Francus*, Sueviæ Dux, ut ſupra ex Witichindo vidimus, de q.
vid. Geneal. ſuper. lit. A. morte demum hujus A. 949. in aliū *Hermannum* ſan-
guine *Bavarum, Rhenique Palatinum* noſtrum, & ab hoc in filium *Ezonem*
ſ. Erenfridum Rheni Palatinum, de quo infra ſuo loco fuſius, translatum
fuiſſe ſuprà ex *Ditmaro, VVitichindo* & *Frehero* clarum fecimus, atque hoc G
tandem Officium Bohemiæ Regi *Vladislao II.* conceſſum fuiſſe, infra oſten-
detur. *Pincerna* autem quondam in Francorum Regum Aulâ *Scantio* dice-
batur, unde manſit Franco-Gallicum *Eſchanſon*; Sic etiam in Concilio To-
letano mentio fit Comitis Scancziarum Triclinii, ut notat *Pithæus*: Græci
[illegible] dixére, vid. Freher. in not. ad Pet. de Andlo l.2. c.1. & forſan Scanzio à
Schencken. v. Orig. Palat. Freheri p.2. c.1. p.2. H

II. Sic *Dapiferatus Officium*, quod *Henrici I.* & *Ottonis I.* tempore geſſe-
rat *Eberhardus Francus, Palatii Comes*, Dux Franciæ Conradi I. Imp. frater, te-
ſte *VVitichindo* loco ſuprà cit:, *Frebero* l. cit. 2. c.1. pag. 150., adde *Spangenberg*
in Chron. Sax. ad A. 936., *Boeclerum* in Impp. Germ. p.m. 305., *Ezech. Span-*

A *heim.* de Vicariatu Palat. p.266., *Henr. Coccejum* l. de Juris Publ. prudent.c.11.
§.5. Postea verò ab Imp. *Ottone I.* in fratrem sibi jam reconciliatum, *Henricum* cognomine *Rixosum*, una cum Bavariæ Ducatu translatum fuisse videtur, ut colligere licet ex *Ditmaro* quando libro supra cit^to *Henricum* Bavariæ Ducem *Ottonis I.* ex fratre *Henrico nepotem*, in solenni Curia A.985. Quedlinburgi celebratâ, idem Officium administrasse testatus est:, adde *VVitichind.*
B Geneal.Saxon.1. c.13.15., *Fabricium* in Orig. Saxon. l. 2. pag. 13, *Freher. in* Orig Palat.p.1.c.15., *Lehman*: in Chron. Spir. 5. *Cluver*. Hist.Univers. p. m. 404. Tandem Officium hoc iterum *ad Rheni Palatinos* pervenit, variasse autem Officium hoc post Eberhardum, supradictum Palatii Comitem, & Provinciæ Rhenensis possessorem, etiam inter alios Clariss. *Boeclerus* l. cit. in Ottone I. testatur.

C III. De *Mareschallatus Archi-Officio* idem sentiendum est, quod A.936. administraverat *Arnulfus Bavariæ Dux*, qui juxta Witichindum l.1. supremus castrorum Præfectus erat. Postea idem Saxonibus concessum fuisse, suprà ex *Ditmaro* vidimus, adde *VVitichind.* Geneal. Sax. p.1, c.13. & 15., *Fabricium* l. c. Vocabulum autem *Marschalck* merè Germanicum, & compositum est ex Veteri Germanico *Mar*, quod equum (sic & *Marin*, *Mär*, *Mähr*
D equum) significat, & vocabulo *Schalck* & Schalt, quod *ministrum prudentem & sagacem, experientiâ clarum* denotat. v. Spangenberg Adelspiegel p.349. hinc hodiè *Marschall* ein Schmid apud Gallos, qui equos tractare sciat. Hi autem *Archi-Mareschalli* in Imperio Romano-Germanico *Portitores ensis* sunt, quales quondam *apud Byzantinos* fuête *Spatarii*, *Protospatarii*, aliquando etiam *Spataferi* dicti. *Præfectus* quondam *Prætorio* apud Ro-
E manos gladium Imperatori præferebat, in signum meri Imperii. v. & Pet. Fabri Semest.l.1.c.3. hinc Trajanus Imperator: *hoc pro me utere, si justè imperavero, sin minus, contra me.* Et apud Francos antiquissimos *Basanus Sicambrorum Rex* quocunque ibat, *gladium & funem* sibi præferre jussit, insignum justitiæ, imò & ante *Carolum Magnum* ejusque tribunal *gladius nudus* more veteri Francico ferebatur. v. *Turpin.* c.20., *Blondell.* in Præfat. Apolo-
F get.ad Geneal.Franc. Mareschalli itaque primitùs apud Francos agminis primi ductores erant, qui hostem detegerent, locumque castris idoneum eligerent, Imò hodieque apud Galliæ Reges suprema dignitas est, & summus regni Mareschallus non solùm Regi, dum baculo Mareschallatus donatur, sed & Parlamento juramentum præstare solebat, atque huic subsunt *Mareschalli Campi*, *Castrorum Tribuni*, *Mareschalli* seu *Metatores Castrorum* &
G hospitiorum designatores. De varii autem generis Mareschallis ut *Aulæ*, *Banci Regis*, *Curiæ*, *Episcoporum*, *Exercitus* & *Ecclesiæ Dei*, *Magnatum*. &c. v. Car. du Fresne & Spelmanni Glossar.

IV. De *Camerarii Archi-Officio* idem dicendum, quod dubio procul A. 936. Aquisgrani *Giselbertus Lotharingiæ Dux* administraverat, insequentibus *Ottonis III.* temporibus ad *Sueviæ Duces*, qui, ut jam supra dictum, *Pin-*
H *cernatum* quondam gesserant, *Conradum* videlicet Ottonis. I. Imp. ex *filio Ludolfo* nepotem, Sueviæ Ducem translatum fuisse, ex *Ditmaro*, *VVitichindo*, *Fabritio*, *Frebero*, *Cluvero* supra ostensum est, tandem *Marchiæ Brandenburgicæ* annexum fuisse constat, de quo infra pl. Archi-Officialis autem hic &

Cubi-

Cubiculo Regio & *fisco* præerat, cujus Insigne *Sceptrum erat, olim Clavis*, apud A
Græcos *Caniclin'*, hinc Guntherus *Ligur. l. 8. Hic Caniclinus erat, Urbis Camera-
rius idem.* &c. Apud Romanos Imperatores Veteres *Camerarius*, seu sacri Cu-
biculi Præfectus *summæ dignitatis* erat, & exæquabatur ipsi *Prætorio Præfecto*, in
cujus Dignitatis signum *gladium ferendi* potestas illi concessa erat, ut patet
ex *Xiphilino* in Domitiano, adde l. 1. C. ult de præp. sacr. Cubic., *Fabri* semestr.
l. 1. c. 3., *Freher* not. ad Pet. de Andlo l. 2. c. 1. B

8. Quemadmodum *Archi-Cancellariis* (s. Archi-Capellanis) subfué-
re *Cancellarii* (qui quondam etiam Capellani à Capella, id est Cancellariâ
appellabantur) *Secretarii, scribæ* aliique ad Cancellariam à Cancellis, quibus
ab ingressu arcebatur vulgus, sic dictam pertinentes, sic & Archi-Officia-
libus reliqua omnia *Aulæ Officia* minora subfuisse, certum est, de quibus Offi-
ciis. v. *Lehmanni* Chron. Spir. l. 2. c. 8. & 10., *Strauch.* Jur. Publ. l. 3. tit. 22. §. 1. 2. 3., C
H. *Coccejum* Jur. Publ. Prudent. c. 11. p. 212. hinc *Ditmaro* l. 4. dicuntur, *præesse
reliquis*, imò, ut Eginhardus in vita Caroli M., *belli pacisque rebus præfecti
erant.*

Sic *Dapifer* sub se continebat alios Officiales *Culinæ Aulicæ*, & omnes illos,
qui eò pertinent, ut *Rationarios*, *Promptuarios*, **Kuchenmeister/Kuchen-
schreiber**/ v. *Lehmannum* lib. cit. *Coccejum* l. cit. D

Archi-Pincernæ subjecta erant Officia *rei Cellariæ Aulicæ* ut **Hoffkeller**/ &
hinc *Eberhardus* in Aula Caroli Magni Magister Pincernarum dicebatur.
v. Annal. Franc. ad A. 781.

Comiti Palatii verò (qui apud Romanos Cæsares olim Magister & Decurio
Palatii, Præfectus, Custos & Curator-Palatii, dicebatur) omnes *Aulæ Ju-
stitiarii*, si Rex extra ordinem adiretur, quod Palatii Comes non admit- E
tir, nisi cum ipse sopiendæ querelæ par non sit, uti ex *Eginhardi* Vita Ca-
roli M. H. *Coccejus* lib. cit. docet. Item illi, qui constituti sunt ad Curam
& *custodiam Aulæ*, *Aulæorum*, *Rei Argentariæ*, *Portarum*, item *Rationarii
Aulæ* **Hattschirer/Herolden**/ in rebus verò Domesticis substituitur etiã
ein Hauß-Hofmeister. &c. F

9. Officia hæc non nisi *sanguine & origine Germani* administrare pos-
sunt, idque argumento Aureæ Bullæ Caroli IV., ubi in versione Germanica,
quæ exstat in Bibliotheca Cæsarea, hæc verba leguntur: **Und diese 4. Für-
sten sullen Teutsche Manne sin von Vater oder Muoter/oder von int-
weder ine.** v. *Lambec.* Comment. Bibl. Cæs. l. 2. c. 8. pag. 826., adde *Specul.
Saxon.* 3. art. 57. §. 2., & *Specul. Svev.* c. 29. §. 2.: **Dann die 4. Leyen Fürsten** G
sollen Teutsche Man sin von Vater oder von Mutter. v. & Capitul. Fer-
dinandi III. art. 15., adde ea, quæ supra cap. 4. de Rege Bohemiæ ejusq; con-
troversia cum Duce Bav. dicta sunt.

10. Qamvis Archi-Officia hæc à Carolingis ad Conradi III. vel juxta
alios, ad *Friderici I.* tempora usque semper adhuc *variaverint*, Digni-
tatem tamen Comitivæ Palatii ab *Ottonis I.* tempore usque ad præsentia H
apud *Rheni Palatinos*, Rheniq; Palatinatus Possessores constanter permansisse,
certum est.

Sic Dignitas hæc ab *Eberhardo Palatii Comite* potentissimo Franciæ Duce, &
Palatinatus Rhenani Possessore, ob rebellionem aliquoties contra Impe-
ratorem

A ratorem Ottonem I. excitatam proscripto, in *Hermannum Bavarum* cognomine *Pusillum* A.939. una cum Ditionibus Palatinis translata, inde ab hoc ad filios & nepotes successorio ordine, & concatenatâ semper serie transmissa fuit, usque ad *Henricum* Dominum de Lacu, ultimum hujus familiæ Rheni Palatinum, uti infra luce meridianâ clarius ostendetur. Fallitur autem hâc in parte Clar. H. *Coccejus*, quando libro sæpius laudato de Jur. Publ.
B Prud.c.12.§.5.p.219. *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem rebellionis socium *Eberhardi* supradicti, Officio Palatii functū, *Comitem Palatinum*, Provinciæq; Rhenensis possessorem prædicat: & non obstar, quod Palatinatus quondam Rhenanus bonā ex parte, ut & ipsa Imperii sedes Aquisgranum Palatiumq; situm esset, in ipsa ejus Provincia Lotharingica, quæ pars quondam Franciæ
C erat; Hinc à Leodio rectè dicitur: *Giselbertum & Eberhardum Palatinum nostrum Franciam junctim tenuisse*. Deinde verba Witichindi supradicta: *Ad cujus potestatem locus ille* (Aquisgranum) *pertinebat* etc. cum grano salis legenda sunt. Aquisgranum ejusque Palatium, ut & reliquæ Ditiones Palatinæ ad *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem propriè non pertinebant, licet Ipsi in ejus Ducatu ex parte sitæ quondam fuerint, eodem modo, quo & alia Im-
D peratorum Palatia, Terræ Palatinæ Provinciales in reliquis Germaniæ partibus non spectarint ad earum Provinciarum Duces, licet in eorū Territoriis seu Ducatibus sitæ fuerint: Sic ex.gr. Ditiones *Comitis Palatini Saxoniæ*, ut & alia Palatia, quæ Imperatores quondā in ipsa Saxonia habebant, non præcisè ad Ducem Saxoniæ spectabant, sed ad ipsum potius istius loci Comitem Palatinum. Idem de Comitibus *Palatinis Bavariæ, Sueviæ* aliisq; dicendum est. Præterea certum quoq; est, *Eberhardum* Francum, Salicum
E *Conradi* I. Imp. fratrem, Palatii Comitem Provinciæque Rhenensis possessorem exstitisse, antequam *Giselbertus* in Lotharingiæ Ducem eligeretur, ideoque rectè etiam ipse *Eberhardus Comes Palatinus*, non autem *Giselbertus* hoc nomine à scriptoribus appellatus fuit, de quo infra fusius. Hinc etiam est, cur Carolus IV. Imp. postea per A.B. c.5.§.1. idem jus Rheni Palatinis confirmans expresse declaraverit, Comiti Palatino Rheni *ratione Comitatus Pa-*
F *latini seu Palatinatus Rhenani* (& non ratione Lotharingiæ) *Dignitatem Comitivæ Palatii, Vicariatum* & *Archi-Dapiferatum* competere, idque consuetudine, idem *usu antiquo* introductum esse adde Diploma Caroli IV. Imp. dat. Ruperto Rheni Palatino A.1356. Am Donnerstag nach dem H. Ostertag. Norimbergæ ubi Hæc verba: Sintemal der Hochgebohrne Ruprecht der Aeltere. &c. in Besitzung und Gewähr hat das Fürstenthum der
G Pfallentz/das Druchsässen Ambt &c. die Land/ Manschafft und alle „Zugehörunge/ darauff die Chur und Stimme eines Pfallentzgraffen „bey Rhein gegrundvestiget ist. &c. Daß auch die Chur und Stimme auff „das Fürstenthum und auff das Land der Pfallentz/und auff das ehe genante Druchsässen Ambt also gegrundvestiget seind/daß ihr eines ohne das ander nicht sein mag/sondern sie müssen bey einander in aller Ansprach zu Verlust und zu Gewin unverscheidentlich bleiben. & hæc
H Carolus Imp. & in alio ejusdem Imp. Diplomate dato Norimbergæ 1356. die S.Joh., ubi hæc verba: Daß Ruprecht der Aelter und niemand anders von wegen der Pfallentz ein Kohrfürste gehaalten werden sulle. &c. Er in alio Diplomate ejusdem Caroli Imp. dat. Colmar. 1354. am H. Uffarts-

tage/

tage/ ubi hæc verba: und daß derselbe unser Schwecher (Rudolf) sulches recht an der Wahl und Kur eines Römischen Königs/eines zukünfftigen Kaysers von wegen der Pfallentz allein gehabt. &c. quæ Diploma vid. infra in Codice nostro Diplomatico Palat. A

11. Quamdiu autem, & ad quæ usque tempora *Officia* hæc variaverint? vel quando certum aliquod Archiofficium certæ Familiæ cohæserit? Nihil certi determinari potest. Idem dicendum de tribus Imperii *Archicancellariis*, & quamvis Onuphrius Panvin. l. de Comit. c. 6., primam eorum institutionem temporibus *Ottonis I.* adscribat, Verùm cùm coævorum testimonia taceant, hinc major ei fides haberi non potest, quàm Mallincrotio l. de Archicancellariis. Interim cum Auctores, quantum ad Officia Aulica, eorumque ad certas Imperii familias distributionem, non consentiant, aliis eam *Conrado III.*, aliis cum Cl. Conringio *Friderico I.*, aliisque denique cum Mallincrotio *Friderico II.* Impp., adscribentibus, tres saltem sententias eorum hic subjiciamus, liberumque judicium Lectori relinquamus. B C

I. Eorum est, qui cum Mallincrotio Archiofficiorum ad certas familias distributionē, *Friderico II.* Imp. adscribunt, asserentes, *Fridericum I.* Imp. proscripto *Henrico Leone* Saxoniæ & Bavariæ Duce, *Ottoni Wittelsbachio* Bavariæ Palatino A. 1180., Bavariæ Ducatum dedisse, atque cum eo simul etiam *Pincernatus Officium* in eundem transtulisse: cùm verò postea hujus filius *Ludovicus* Bavariæ Dux, proscripto etiam *Henrico Rheni Palatino Brunsvvicensi*, ejusdem Henrici Leonis jam memorati filio A. 1215. in Comitiis Ratisbonensibus à *Friderico* II. Imp., Palatinatum quoq; Rhenanum unacum eidem annexo *Palatii & Dapiferatus* Officio (quem Dapiferatum Ottonis III. tempore Bavariæ Duces administrasse supra ostendimus) obtinuisset, sicque Bavariam cum Palatinatu Rhenano, & simul Dapiferatus Officiū cum illo Pincernatus conjunxisset, hinc alterū necessario vacare necesse fuisse, *Fridericum* Imp. idcirco illud *Pincernatus*, relicto *Ludovico* Rheni Palatino Duciq; Bavariæ *Dapiferatus* officio, in Bohemiæ Ducē hâc occasione transmisisse, simulq; reliqua certis familiis assignâsse. Cum verò postea *Rudolfi* I. Imp. tempore Bavaria iterum à Palatinatu Rheni separata esset, *Henricum* Bavariæ Ducem *Ludovici* Severi Rheni Palatini fratrem illud *Pincernatus*, tanquā Bavariæ Officium, à *Friderico* I. Imp., ut dictum, in Bavariam transmissum, à Bohemis, qui exercitium tantùm non jus perpetuum habebant, repetiisse, *Rudolfumq*. Imp. quoq; illud Diplomate Sigillo Regio munito A. 1275. in *Comitiis Augustanis* Bavaris restituisse. vid. illud apud Goldast, in Const. Imp. t. 1., Lambec. Comment. Biblioth. Cæsar. l. 2. c. 8. p. 827, & infra in Codice nostro Diplom. Palat. D E F

II. Eorum est, qui cum *Conringio* in not. ad Lampad. id *Friderico* I. adscribunt, & quidem in specie Officii *Pincernatus* transmissionem in *Vladislaum II.* Bohemiæ Ducem, postea ob singularia merita & servitia Imperatori præstita A. 1158. ab eodem Imperatore Vesontione in Bohemiæ Regem electū (v. Radevicū de gestis Frid. I. l. 3. c. 13., Gunther. Ligur. l. 6., Aventin. l. 6. A. Bav., Peucer. in Chr. Carion., Chron. Montisseren. p. 519. Imò ipsum Imperatorē Rudolfum I. motâ controversiâ adcuratius in id inquirentē, Originē hujus Officii ab hoc *Vladislao 2. Wenceslai 4.* cognomine sancti Bohemiæ Regis atavo derivasse, teste ipsi Imperatoris Diplomate dat. Erfordiæ 1290. 6. Kal. Oct. quod vid. apud *Goldast.* Const. Imp. t. 2. p. 85, Lambec. l. cit. p. 828. & infra in Cod. Diplomatico Palatin. G H

A III. Sententia illorum est, qui hanc *Pincernatus* translationem in Bohemos, imò & reliquorum Officiorum *ad certas familias* distributioně ad tempora *Conradi III.* rejiciunt. Cum enim sub hoc Imperatore, tanquam Sueviæ & Franconiæ Duce, Officium Sueviæ, quod fuit *Camerariatus*, vacaret, & tum temporis in Imperio non nisi 2. Archi-Officiales essent, v. *H. Coccejum* lib.cit.pag.220., *Palatinus* scil. *Rheni Hermanns*, & Saxoniæ Dux *Henricus*
B cognomine *Superbus*, qui simul etiam Dux Bavariæ erat, à *Lothario* enim Imp., ductâ An. 1134. filia ejus *Gertrude* Metsburgi (v. Trithem. Chron. Hirs., & A. seq. vel 1136. *Henricum Leonem* ejus filium unicum natum, & die Pentecostes Baptizatum scribit Urspergensis in Chron., Crus. in Annal. Suev. l.9.p.266., Henninges: in theat. Geneal., Chron. Weingarthense de Guelphis apud Canisium) *Saxoniam* dotis loco obtinuerat, imò occasione hujus Saxo-
C niæ æquè ac Bavariæ Ducis ejusque filii *Henrici Leonis*, jam olim mota controversia & acriter disputatum fuit, *num quis duos Electoratus habere, & simul etiam duobus Imperii Archi-Officiis præesse posset*? Sed constanter negatum fuit id fieri posse. v. *Helmold.* Chron. Slav. l.1. c.73., *Albert. Stadens.* ad A. 1138., *Crantz.* in Vandal. l. 3. c. 38., alterum enim Officium vacare necesse esse. Exinde factum, quod *Canutus* Daniæ Rex in solenni Curia Lotharii Imp.
D An. 1135., ni fallor, Magdeburgi celebratâ, *Officio Mareschallatus* functus fuerit extra ordinem (**da er dem Kayser** sub Coronâ **das blose Schwert fürgetragen**/ vide sis *Ottonem Fris.* in Chron. l. 7. c. 19., *Henrico* interim *Superbo* Duce *Pincernatus* Officium eadem in Curia administrante. *Conradum III.* itaque Imp. l. *Camerarii Officium*, quod vacabat, in *Albertum Ursum* Ascaeum una cum *Marchia Brandenburgica* Quedlinburgi transtulisse A. 1142.,
E quo *Pribitslaus* Obotritorum Regulus obierat, confirmante id postea *Friderico I.* Imperatore in solenni Curiâ Mersburgi, præsentibus *Canuto* & *Petro Daniæ Regibus* A. 1152. celebratâ. Hinc ARNOLDUM Lubecensem in Chron. l. 3. c. 9. ad A. 1182. (alii Annum 1184. ponunt) quo Imperator Fridericus I. Moguntiæ solennem quoque Curiam egerat, ejusdem *Alberti* Marchionis Brandenburg: & *Regis Bohemiæ*, ut jam *Archi-Officialium* men-
F tionem fecisse. Quartus enim Dux Germanus tunc erat *Marchio Brandenburgicus*, quia Marchia illa in solo Vandalico quondam sita, novus Dux & totus Germanus, expulsis enim maximam partem Slavis, & Colonis novis Germanis Germano Duce & in solo Germanico Ducatus conditus erat, & à Saxonia jam divisus, teste Adamo Brem. l. 2. c. 13., Helmold. Chron. Slav. l.1.c.2., Crantz. Vandal. l.2.c.19. necessariò itaque Officium illud Camera-
G rii absque ullâ nova constitutione ad Albertum pertinuisse, prout docet Cl. H. Coccejus lib. erudito de Jur. Publ. prudentia.

2. *Pincernatus* Officiũ (quod, ut supradictum, *Ottonis I.* tempore *ad Suevos*, ab his ad *Rheni Palatinos* perveniebat, tandem *ad Bavaros* manabat) ab eodě Imp. *Conrado* in Bohemiæ Ducem *Uladislaũ II.* transmissum fuisse volunt, relicto *Henrico superbo*, ejusq; filio *Henrico Leoni* Saxoniæ Officio, qui cum etiã
H Bavariæ Duces essent, & Duo Archiofficia simul administrare non possent, eapropter illud Bavariæ Officium, quod est *Pincernatus*, à Conrado Imp. *Bohemiæ Duci*, quem etiam à *Conrado* Moravo expulsum, Bohemiæ A. 1141. restituerat idem Imperator, collatũ fuisse, idq; inter alia etiam ex eo probari posse, quod idem *Uladisla'* Boh. Dux postea in Successoris ejus *Friderici I. Electione* A. 1152.

4. Martii

4. Martii Francofurti peractâ, illud, ut *Dux Bohemiæ*, jam exercuisse legatur., v. Dubravii Hist. Bohem. l. 12. p. 318. Amandum Friderici I. Imp. Secretariũ lib. de primis gestis Frid. I. à Gebwoldo l. de Septemvir., citatum. Et cum deinde *Vladislaus* hic, à Friderico I. in Bohemiæ Regem A. 1158. electus esset, teste *Æn. Sylvio* in Hist. Boh. c. 24., *Ligurin.* l. 1., *Raderico* l. cit., *Ursperg.*, *Ottone de S. Blas.* in Chr. c. 28., *Crantz.* Vandal. l. 8. c. 6., propterea etiam ejusdem in *solenni Curia Moguntiæ in festo Pentecostes* A. 1184. ut *Dodechen.* continuat Schafnab., *Gothofridi* Chron. & *Chron. August. Canisius* in Lect. Antiq. in Chron. Weingarth., & *Lehman.* in Chr. Spir. l. 5. c. 17. p. 415., (vel ut *Helmold.* l. 3. c. 9., Frehero in Orig. Pal. c. 15. p. 126., aliisque placet An. 1182.) habitã, ut jam *Archi-Officialis Imperii* mentionem fecisse *Arnoldum* Lubecens. l. 3. c. 9., accuratum scriptorem judicio Cl. Meibomii in not. ad Gerh. Stederb. p. 227., dum hoc modo scribit: *Officium Dapiferi seu Pincernæ, Camerarii seu Mareschalli, non nisi* REGES, DUCES, *aut* MARCHIONES *administrabant*: Rex scil. Bohemiæ *Vladislaus*, Duces *Rhenensis* scil. seu *Palatinus Rheni*, Dux Suev. *Conradus* Friderici I. Imp. frater, *Dapifer*, Saxoniæ Dux *Bernhardus*, *Alberti* supradicti Ursi filius proscripto jam Henrico Leone, *Mareschallus*, Marchio scil. Brandenburgicus erat tum temporis *Otto*, qui *Camerarii* officio functus erat, adde *Ottonem* de S. Blas. c. 26., *Gothofredi* Chron., *Freheri* Orig. Palat. pag. 1. cap. 15., & hanc & non aliam causam esse, cur *Rudolfus* I. Imp. in Diplomate Erfordiæ Bohemiæ Duci dato 1290. 6. Kal. Octob., ab eodem *Vladislao II. Wenceslai* IV. Sancti Bohemiæ Regis atavo Officii hujus Originem derivare non dubitaverit. v. *Goldast.* Const. Imp. t. 2. pag. 85. *Lambec.* l. cit. 3. c. 8 p. 828. Verùm notandum quoque est, Officium hoc, cum Bohemia Sclavici non Germanici juris sit, non semper & ubique Regibus Bohemiæ concessum fuisse, nisi in casum, quando scil. *Germanis parentibus* procreati fuerint, propterea etiam Officium hoc Regibus Bohemiæ *ante Rudolfum I.* Habsburgicum constanter negatum fuit, cum Reges exercitium tantùm, non jus perpetuum habuerint, hinc *duo Rudolfi I. Imp. Diplomata* data sunt, de quibus supra c. 4. fusius dictum fuit, adde Specul. Saxon. 3. art. 57. §. 2., Specul. Suev. l. 1. c. 29. §. 2., Albert. Stad. ad A. 1240. p 213., ubi & hoc addit: *Bohemiæ Regem Pincernæ munere quidem fungi, Verùm non eligere, quod non sit Teutonicus.* v. & Freher. in not. ad Pet. de Andlo. l. 2. c. 2.

Si itaq; *Pincernatus* Officium (quod, ut dictum, Palatini *Ottonis III.* tempore administrabant) à *Conrado III.* Bohemiæ Ducibus concessum fuerit, ita etiam *Dapiferatûs* Officium (quo *Eberhardus* Palatinus *Ottonis I.* tempore fungebatur, insequentibus verò temporibus *Ottonis III. ad Duces Bavariæ* transiisse supra ostendimus) ab eodem quoq; Imperatore Conrado III. iterũ *Rheni Palatinis* (Hermanno scil. una cum Palatinatu Rhenano, Wilhelmo Rheni Palatino, absq; prole 1140. defuncto) collatũ fuisse credibile est, quod tanquã notorium quid, jam de suo tempore attestari videtur Albert. Stadens., in Chron. ad A. 1240. quando scribit: *Palatinus eligit, quia* DAPIFER est. &c. A quo tempore Archiofficiũ hoc semper *apud Palatinos Rheni* permansit, factâ per *Carolum* IV. confirmatione, usq; ad tempora *Ferdinandi III. Imper.*, qui proscripto *Friderico V.* Bohemiæ Rege Rheniq; Palatino Electore, illud una cum Dignitate Electorali in *Maximilianum* Bavariæ Ducem A. 1623. 15. & 25. Febr. in Comitiis Ratisbonensibus transmisit, substituto *novo & octavo Electoratu*,

A *Eloratu* & simul etiam novo & antea inaudito *Archithesaurarii* Officio, *Carolo Ludovico* Friderici V. filio Rheni Palatino, ejusque hæredibus & in Palatinatu Rheni Successoribus concesso, ita tamen, ut Rheni Palatinis Electoribus pristinum illud jus in *casum emortuæ familiæ Bavaricæ Wilhelminæ* expresse per pacificationem Osnabrugensem art. 5. §. 3. & Monasteriensem, §. 11. reservatum fuerit, cujus novi Archi-Officialis est, Imperatori præferre *Coronam*
B *auream Conradi I. Imp.* (ut vulgò creditur, rectius tamen *Conradi II.* corona est, per rationes, quas affert Cl. Wagenseilius) quam Norimbergenses custodiunt, & Vicarium habet *Comitem de Sintzendorf*, ad hoc munus hæreditarium An. 1653. in Comitiis Ratisbonensibus specialiter electum.

Dapifer seu Infertor, qui Gallis *Senechal*, & antiquis Germanis *Stolesatz*, malè hodiè à permultis Germanicè redditur per **Truchses** & **Ertz-Truch-**
C **ses**/quod propriè nihil aliud significat, quam *Primarium Palatij Comitem, Judicem*, seu Primarium judiciũ Regii Præsidem, **Truchsess** enim Germanicum est, & in antiquis documentis **Drotsezze** / **Drochsezze** / Saxonibus **Drost**/ Suecis & Danis **Drotset** & **Drotzet**/quod ipsis nihil aliud est, quam *Judex regius*, seu *Judex Regis vice*, quem Aula *Caroli Magni* quondam *Palatij Comitem* dixit, nos hodiè κατ' ἐξοχὴν Comitem Palatinum **den Pfaltzgraffen**/
D vocamus, hodieque etiam ille, qui hoc nomen **Drotset** in Sueciæ regno gerit, summi Regiique Dicasterii Præses est, **Drotset** & **Drotzet** enim tribunal regis, & summum etiam judicium significat, ab antiquo vocabulo Germanico **Druthin** & **Drothin**/quod Rex & Dominus est. vid. *Ottfridi* Version. Germ. antiq. 4. Evangelistarum, hinc est, quod in A. B. c. 5. dicatur: *Imperatorem, super quibus causis conventus fuerit, coram Palatino Rheni, (qui juxta*
E *eandem etiam* **Drotsezze** / id est, Judex est) *respondere debere*, &c. *Dapifer* porrò ab Eginhardo in vita Caroli M. & *Witichindo* per *Mensæ Præpositum* effertur, licet vocabulum Dapiferi etiam apud vetustos authores inveniatur, ut apud Henr. Huntodunensem in Hist. l. 6., Gothofredum Vindon. p. 99. ut rectè observat Cl. Ezech. Spanheimius l. de Vicariatu Pal. Item in antiquis Diplomatibus Regum Franciæ. Huic autem Dapiferatus Officio (cujus
F exemplum tempore *Constantini Magni* vid. apud Gregor. l. 7. p. 109. & ex eo Freher. in Orig. Palat. c. 5. p. 125.) multiplex nomen tribuitur. Græcis enim I. fuit ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, & ὁ δομέστικος τῆς τραπέζης apud Greg. Cedren, quorum Officium l. de Offic. Constantinop. p. 109. describit, adde Niceph. Gregor. l. 8. II. Ἐλεάτρος *Eleater*, quod ministros περὶ τὴν ἴλιον, id est, ad mensam coquinariam, cibos inde ad mensam Regis delaturos convocabat; Sic Ptolomæus
G Soter Alexandri Magni Eleater erat. III. *Architriclinus* ἀρχιτρίκλινος & τραπεζοποιὸς (cujus insigne erat virga memorata à Seneca Epist. 47., quâ murmur famulorum compescebatur) *Trapezopæus* à mensa curanda, de quo v. Athen. l. 4. c. 23. L. Pignorium Comment. de Serv., Demsterum ad Rosini antiq. Rom. l. 7. c. 28. IV. *Progeusta, Protogeusta* & *Prægustator* à prægustando, qualis Britannicus fuit apud Tacit. & Claudius apud Sueton. in Claudio c. 44. Sic idem
H officialis, qui Regis mensam curabat, quique in Oriente quandoque etiam à Græcis *Domesticus* & *Megadomesticus* & *Oeconomus* dicebatur, in Occidente apud Francos *Seneschalcus, Scalcus, Gastaldus, Mensæ Regiæ Præfectus, Princeps Coquorum* (ut Reginoni) nominabatur. Omnes tamen aliquatenus inter se differebant. v. *Codin.* de Offic. Constantinop., & *Falcet.* Orig. l. 1. c. 10. Splendidis-

didissimam autem hanc Dapiferorum dignitatem fuisse, (quâ ipsis etiam Ducibus præferebantur) inter alia etiam manifestum est ex *S. Bernhardi* Epist. 74.& 78. apud Freherum in Orig. P. c. 15. p. 124. & 125. quorum est solenne in Imperatoris inauguratione *prima fercula* equo elata *Imperatoriæ mensæ* inferre, hinc quandoque etiam ab antiquis *Infertores* dicebantur. v. Athen. l. 4. Deinde *Dapiferos* etiam (quorum nomen post *Caroli Magni* demum tempora claré emicuit) *vexillum Regium* non solùm in acie detulisse, ut Falcet. in Orig. l. 1. c. 10. ex Vetustissimis Diplomatibus docet, sed *primas* etiam *in Regno* obtinuisse tradit Hier. Bignonius, adde Car. du Fresne in Glossar. & Spelman. in Glossar. Archæol., imò illos qui sub 1. & 2. Stirpe Regum Franc. *Majores Domus* appellantur, *Dapiferos* seu *Seneschalcos* dixêre posteri Franci, sic *Theobaldus* Comes Blesensis *modo Major Domus, modo Seneschalcus* dictus fuit, prout docemur à Car. du Fresne libro cit. In solenni verò Processione *Pomum aureum* Imperiale (in signum *universalis Imperij*, quod Germani Imperatores à *Romanis* & *Orientalibus* Imperatoribus mutuati sunt, prout rectè scribit Cl. *Freherus* noster in not. ad Pet. de Andlo. l. 2. c. 6.) ante Imperatorem gestare solet. v. Aur. Bull. c. 22., Limn. J. Publ. Archidapiferi Imperii Vicarios quondam habuêre *Comites de Nortenberg*, hodiè *Comites de Waldburg & Zeil.*

A B C D

CAPUT VII.

De Eberhardo Comite Palatii & Archidapifero.

EBerhardus Præfectus *Prætorio*, f. Comes Palatii, Imperii Archidapifer (sub Conrado I., Henrico I., Ottone I.) Dux Franconiæ, Præfectus Alsatiæ, Comes Hassiæ, Dominus Brisaci & Hagenoæ, *frater Conradi I. Imperat.* & *filius Conradi Senioris* Comitis Franconiæ, Hassiæ, Wetteraviæ, Præsidis Fritzlariæ &c. filius, inquam, *Conradi Comitis*, teste *Reginone* in Chron. l. 6. & *Mar. Scoto*, & *non Ducis*, ut malè Trithemius in Chron. Ducum Bav., qui eundem *Conradum* patrem Conradi I. Imp. *Ducem Lotharingiæ* & simul etiam filium fecit *Arnulfi* Imperatoris, quem errorem etiam errârunt *Urspergensis*, *Lazius* l. de migrat. gent. l. 8. p. 419., *Henningesius* in Theat. Geneal. & *Reusner*. in Geneal., Hofman. in Geneal. Comitum Palat. Rheni, cum *Ottonis* potius *Franconiæ Comitis*, ut rectè D. Blondell. in plenior. assert. Genealogiæ Franc., & non *Arnulfi* Imper. filius fuerit. *Franconiam* enim adhuc sub *Ludovico IV. Arnulfi* Imp. filio, sub administratione *Comitum*, quos Regiæ *Cameræ Nuntios* eo tempore vocabant, stetisse, clarissimè patet ex Eccardo l. de Casib. monast. S. Galli, adde Lehmanni Chron. Spir. l. 2. c. 16.

E F G

Deficientibus enim paulatim Carolingis, 5. *demum Ducatus Imperij*, quos Carolus Magnus, abrogatis Ducibus, per Comites regi curaverat. v. Conring. Ex. Acad. 4. §. 19., iterum erecti sunt, & hos ducatus 5. Duces (in Imperio, & non plures) cum *plenissima potestate*, radicatâ jam eorum potentiâ administrabant, eosque ad posteros transmittebant, de quibus Luitprandus l. 2. c. 7. *Sub Conrado I.*, inquit, *potentissimi Principes, Arnulfus in Bojaria, Burchardus in Suevia, Eberardus Comes Potentissimus in Francia, Giselbertus Dux Lotharingiæ, quos inter Henricus Saxonum atque Thuringorum Dux præpotens clarebat.* v. & Lehman. l. cit. 2. 16. Et ex his unus *in Regem* eligebatur; reliqui 4. H

A Archi-Officiis Imperii fungebantur. Quilibet autem *Ducatus* suos habuit *Comites Palatinos*, v. *Spec. Saxon.* l.3. art.53. *Spec. Suev.* l.1. art.19., *Lehman.* Chr. Spir., *Crusium* de præemin., *Winckelman.* in Vet. Saxo-Westphalia., *Blarer. à Geiersberg.* de Electoratu Palat. p. 253. 272., *Vitriar.* Illustrat. Jut. Publ. l.1. p. 472. *Sic Bavariæ Ducatus* suos habuit Comites *Palatinos Schirenses*, deinde *Wittelsbachios*, de quibus vid. *Aventin.*, *Adelreitz.* in Annal. Bav.

B *Suevia* suos habuit *Palatinos Tubingenses* dictos, quorum Genealogiam exhibet Henningesius in Theat. Genealog. (inter quos fuit & *Gothofredus* Palatinus Sueviæ, *Comes de Calve.* v. Henninges. lib. cit. p.2. p.115., postea etiam *Administrator* factus *Palatinatus Rhenani.* de quo infra in Sigefrido) vid. & Crusium in Ann. Suev. l.8. p.2. c.13. l.10. c.10. l.8. c.10.

Saxonia suos habuit Palatinos è familia Comitum *de Gotzecke* & *Sum*-

C *merseburg*, de his vid. *Henninges.*, l. c., *Reusner* in Genealog. p. 271., *Fabric.* in Annal. Misn. l.1., *Albin.* Chr. Misn. *Spangenberg.* Adelsspigel / Chron. *Marienthal.* apud Meibom., Reineccium in append. Witichind., aliosque.

Sic Francia quoque suos habuit *Palatinos.* v. Specul. Saxon. & Suev. l.1. art.19., quâ & Lotharingia & Francia propriè sic dicta seu *terra Salica*, *Palatina*, id est, *Provincia Rhenensis*, quæ in posteris temporibus *Palatinatus Rhe-*

D *ni* dicebatur, complectebatur. In ipsa autem *Lotharingia amplissima olim* (quæ etiam quondam sub se bonam Provinciæ Rhenensis partem comprehendebat) *Aquisgranum Regni Francici Sedes* & *Palatium* situm erat, cujus perpetui Præsides & Comites fuére Præfecti Prætorio, seu *Comites Palatii*, qui Franciam f. terram Salicam, id est, Provinciam Rhenensem possidebant, & quales non fuére Lotharingi (ut Giselbertus Dux) sed Franci, Salici inde di-

E cti, id est, Palatini sub Henrico I. & Ottone I., ut Eberhardus Francus, f. Salicus, frater Conradi I. Imperat., Franciæ Ducis.

Francia autem antiqua seu *Orientalis* latiori significatione non solum *Franconiam*, sed & totum regnum Teutonicum, cujus Eberhardus Francus *Comes Palatii* erat, imò ipsam etiam Austrasiam complectebatur. v. Otton. Frising. Chron. l.6. c.11., Gothofrid. Viterb., Rhenan. l.1. rer. Germ., & distin-

F guenda est in ista significatione ab ipsa Franconia, v. Anonim. in Ann. Franc. ad A. 823. 820., Althamer. in Tacit., quam *Franconiam* in specie sic dictam, Pipinus filio suo Carolo Magno administrandam dedit. Decennio verò post hunc *Franconiæ Ducatum* Caroli omniumque Procerum consensu *S. Burchardo*, Episcopo Herbipolensi ejusque Successoribus, post legationem Romanam à S. Burchardo, pro obtinendis *regni Francici gubernaculis*, feliciter

G peractam, *perpetua donatione* An. 752. tradidit. v. Trithem. Chron. Hirs., & Andream Ratisb. in Chron. Bav., insequentibus verò temporibus Henricus V. Imp. *Erlungo Epis. Herbipol. Ducatum ademit*, & *Conrado Sueviæ Duci*, ejus ex Sorore nepoti An. 1116. tradidit, à quo postea eundem Ducatum Lotharius II. Imp. repetiit, & *Embrichoni* Episcopo Herbipolensi A. 1128. restituit. Conradus verò Cæsar factus, iterum Ducatum sibi vendicans in *Fridericum*

H filium suum transtulit, quo postea in obsidione Romæ An. 1167. improli & peste defuncto, Ducatum recepit ejus patruelis *Fridericus I. Imp.*, qui denique eum *Heroldo Episcopo Herbipol.* A. 1168. 10. Julii cum omni jurisdictione restituit, aureoque sigillo confirmavit. vid. *Crus.* in Annal. Suev. l.11. p.2. p.454.,

Tri-

Trithem. Chron. Hirs. Cujus etiam Ecclesiæ Herbipolensis aliarumque in A
Terra Francica Salica s. Rhenensi, Rheni Palatini perpetui *Advocati* exstitere,
de q. supr. c. 2. n. 9. Non obstante autem *Ducatus* hujus in *Herbipolensem*
translatione, Franconiam tamen adhuc *Comites* suos potentissimos retinuisse
certissimum est. v. *Münster.* Cosmogr. & *Meibom.* in not. ad Witich. t. 1. p. 673.,
non enim tota Provincia Franconiæ Episcopo data fuit. v. Spiegelii not. ad
Ligurin. l. 1. apud Reuber. p. 278. Sed majores *Conradi I.* Imp. bona adhuc B
amplissima habuére, non solùm in tractu illo hodierno Nassovico, Hassia,
Wetteravia, Rhingovia, sed & in ipsa *Franconia*, in agro *Spirensi* & *Wormatiensi*, ubi erat *Castrum Limburg* quorundam Franconiæ Ducum sedes: item
Rotenburgum ad Tubarum, sedes Comitum quorundam Franconiæ,
Schwveinfurt, *Camberg*, imò etiam circa ipsam *Herbipolim* & *Bambergam*:
unde factum etiam est, ut antiquissimi Franconiæ Comites divisi fuerint in C
Bambergenses & *Herbipolenses*, quorum Genealogiam exhibet Meibom. t. 1.
p. 673., qui perpetuis bellis se lacesserunt ob interceptam locorum quorundam Jurisdictionem. v. Ursperg. Chron., Cluver. Hist. univers. in Ludovico IV, cujus belli occasione etiam ipse *Conradus* Senior Comes Franconiæ
Herbipolensis, *Pater Eberhardi Palatij Comitis* nostri occisus est ab *Alberto*
Comite Francon. *Bambergensi* A. 905. 27. Febr., sepultus ab uxore sua & filiis D
in Civitate suâ *Wilinaburch.* vid. *Witichind.* l. 1. Ann., *Regin.* ad An. 905., *Luitprand.* l. 2. c. 5., eo, quod ipse Conradus antea *Reinholdum*, fratrem Alberti Bambergensis trucidâsset. Verùm eodem *Alberto* Com. Franconiæ Bambergensi
(Henrici Ducis filio. v. Regin., & Henrici I. Imp. ex sorore Baba nepote) Hattonis Archi-Episcopi Moguntini *dolo capto*, jussuque Ludovici Imper. An.
908. 9. Sept., *capite plexo*, atq; in castro suo *Tharissa* (aliis Terasso ut Mar. Scot.) E
sepulto. v. Luitprand. l. 2. c. 3., Witich. l. 1., Ursperg., Aventin., Possessiones &
bona ejus in fiscum redacta (vid. Regin. ad A. 906.) eadem postea beneficio
Cæsaris Ludovici filiis Conradi occisi (Conrado scil. Juniori postea Imperatori,
Eberhardo Palatino & Wernero) *in feudum* concessa videntur.

Eam ob causam & ex eo tempore Conradum juniorem (posteà Imper.)
multis divitiis auctum & ditatum, Ducis titulum gestâsse credibile est. Certè F
Witichindus. l. 1. eum *Ducem* quondam *Francorum* appellat: & Ditmarus l. 1.
Conradus, ait, *Francorum quondam Rex, egregius nunc Ludovici Successor.* vid.
Cluver. Hist. Univ. in Conrado. Unde factum, ut habita consideratione opum & Potentiæ, ipse *Conradus* in Imperatorem electus sit. *Consentiunt* adhæc plerique Historici Ducatum Franconiæ circa An. 908. iterum erectum
fuisse. v. Lehman Chr. Spir. l. 2. c. 16., & verisimile est, *Eberhardum* Palatinum G
nostrum post obitum fratris sui *Conradi* Imper. ab Henrico I. Imp., cui sceptrum & Coronam Imperii detulerat, in Franconiæ Ducem itidem investitum & confirmatum fuisse. Et propterea Eberhardus Palatinus noster à plerisque Historicis *Ducis titulo* insignitur. vid. *Ditmar.* l. 2., *Contin. Reginonis* ad
A. 937., *Peucer.* in Chron. Carionis, *Crus.* in Annal. Suev. l. 12. c. 5., *Zeil.* Topograph. Alsat., *Lehman.* l. cit. 2. c. 16., *Spangenberg* Chron. Mansfeld. c. 129. Ne- H
que minus rectè Chifletius in Orig. Austriaca illustrata p. 47. *Dignitas*, inquit, *Ducalis olim Præfecturæ Palatij annexa, gradus proximus ad Regiam*: Sic
Eberhardi Palatini nostri in Officio Palatii Successor *Hermannus* Ottoni
Lotha-

A Lotharingiæ Duci An. 944. defuncto *in Ducatu* successit. v. Vignier. Chron.
Burg. ad A. 944., adde ea, quæ supra c.1. cum Ditmaro diximus, 4. Duces in
splendido *Ottonis III.* convivio administrasse. *Eberhardus* itaque & Palatii
Comes & Franconiæ Dux, Successorem habuit in *Ducatu Franconiæ* nepo-
tem ex fratre Wernero *Conradum*, cognomento *Sapientem*, in prælio postea
contra Hungaros Ann. 955. 10. August. cæsum, *in dignitate* verò *Comitivæ*
B *Palatij Hermannum* Bavarum, Arnulfi cogn. Mali Bavariæ Ducis filium,
de quo infra.

Porrò quemadmodum extra omne dubium est, *Pipinam* Regni Francici
Palatinam familiam tractum Rhenanum seu Provinciam Rhenensem (quæ u-
tramque Rheni ripam complexa est. v. Conring. de Judic. Germ. apud Limn.
enucleat. l.4.c.73.) tanquam *primum & hæreditarium Principatum* in Austra-
C siæ regno ad Argentoratum usque possedisse, teste *Leodio, Frebero*, p.2.c.3. O.
P. *Aventino, Blarero à Geiersperg.* l. de Electoratu Palat. p. 113., ita & *eundem*
Rheni tractum s. Palatinatum Rhenanum *Comites & Duces* postea *Franconiæ*
ex Franco sanguine, stirpe videlicet Caroli Magni oriundos, (v. Lehmann Chr.
Spir. l.5.c.4.l.2.c.16., Zeiler. Topogr. Palat. p. 62., Carionis Chron.) imò et
omnium Historicorum consensu, deficientibus paulatim *Carolingis*, pleno
D successionis jure obtinuisse ex antiquitate Historica satis & luculenter
probari potest. Hinc & iidem Franciæ Comites & Duces ex Pipina Palati-
na familia, uti dictum, descendentes, *Salici* (à Saala s. Palatio) id est, *Palatini &*
Aulici dicti sunt (v. Chiflet. in Glossario Salico, & fusius in natali solo legum
Salicar. p.87.) quia *iisdem Palatiis*, quæ Reges in hoc Rheni tractu (Coloniæ,
Aquisgrani, Treviris, Moguntiæ, Ingelheimii, Treburæ, Wormatiæ, Spiræ,
E &c.) habebant, *perpetui Præfecti* Comites, Curiæque Præsides fuére, imò &
Rheni *Custodes & Possessores.* Excipe tamen illa Ecclesiarum bona, antiqui-
tus ad Episcopatus Rhenenses aliaque monasteria spectantia: quæ tamen
bona ex parte ex donationibus *Pipini* ejusque filii *Caroli Magni* Ecclesiis ac-
cessere. Sic *Pipinum & Carolum* Ecclesiis Coloniensi, Trevirensi, Mogunti-
nensi, Wormatiensi, Spirensi, Laurisheimensi permulta donâsse certum est,
F v. Trithem. Chron. Hirs. ad An. 1085., Serrar. de reb. Mogunt., Sagittar. l. de
Christianismo Thur. l.3.c.24.p.313. Eapropter etiam factum, & ab antiquo
ita ordinatum est, ut *familia Pipina*, ac illi *ex eadem* descendentes Franciæ
Duces & Comites omnium in hoc Rheni tractu existentium Ecclesiarum,
(ut Coloniens., Trevirens., Mogunt., Ravengirsburgens., Wormat., Spir.,
Limburgens., Laurishaimens., Weissenburgens.,) *ad-vocati* essent, de q. supr.
G c.2.n.9. dictum: cujus rei gratia etiam *Pipinus Major Domus* (abnepos *S. Ar-*
nulfi Majoris Domus apud Dagobertum Franciæ Regem, & ab eodem in *Ad-*
vocatum Ecclesiæ Trevirens. A.623. constituti & postea à Sigeberto Dagoberti
filio confirmati, ut ex Diplomate patet apud Fr. de Rosieres in Hist. Geneal.
Ducum Lothar. p.1. & 3., adde Lehman. l. cit. 2. c.36. p.m.141.) *Dux Trevirensis*
& Agrippinensis vocatur. v. Leod. Annal. s. vit. Frid. 2. El. Pal. l.1.p.7., Freher. in
H Orig. Pal. p.1.c.2. Eo autem Ducis vocabulo non nisi harum Ecclesiarum
Defensorem & Advocatum subintelligendum esse puto, quia *Advocatia hæc*
Ecclesiæ Trevirensis ad S. Arnulfi Majoris Domus & Austrasiæ Principis po-
steros, id est, familiam *Pipinam Palatinam*, & à Pipino filioq; Carolo Magno
ad

ad posteros & nepotes *Francos Salicos* seu Rheni *Palatinos* transmissa est; & A hanc quoque administratam fuisse à *Conrado* Seniore *Franco Eberhardi* Palatini nostri Patre, *Ludovici* verò *Pij* Imperat. ex filià *Alpaide* abnepote, ex Reginone Prumiensis clarè & perspicuè cognoscitur, qui ad A. 905. ita: *Conradus Comes filium suum Conradum* (post. Imper.) *misit cum armatorum non modica manu, ut irruerent super Gerhardum & fratrem ejus Matfridum, eò quod honores suos & Gebelhardi fratris videlicet Possessionem s. Maximini* (Trevirens.) *& S. Mariæ ad Horrea violenter invasissent, quibus exercitus ex regno* B *Lotharij sociatus est. Pervenerunt usque ad pagum Blesiacum, rapinis & incendijs hæreditatem & possessionem supradictorum fratrum depopulantes, porrò Gerhardus & Matfridus è castro, in quo se munierant, legationem mittentes pacem petierunt, quâ concessâ datis ex utraque parte Sacramentis usque in octavam Paschæ exercitus ad propria discessit:* hucusque Regino. Ex quo C testimonio dispalescere arbitror, *Conradum* Seniorem *Eberhardi* Palatini nostri patrem non solum Monasteriis, *S. Maximini Trevir.* & *S. Mariæ ad Horrea* (quod ex horreo Romanorum pro continendo frumento in Palatium, & ex Palatio *Dagobertus* Franciæ Rex in Monasterium Virg. commutaverat, eique filiam suam *Irminam* præfecerat, v. Freher. not. ad Ausonii Mosell. p.m. 104. & Topograph. Archi-Episcopatus Trevir. p. 22. Mabillon. de re D Diplom. p. 331.;) in eadem urbe, sed & totius *Ecclesiæ Trevirens. Advocatum* extitisse; quales posteri Rheni Palatini per successionem quoque fuerunt. Quæ S. Maximini Advocatia postea *Sigefrido* Comiti I. Lucemburgico ejusque filio *Hetziloni* D. Cunigundæ fratri concessa est (vid. Nic. Zillesii defens. Abbatiæ S. Maxim. Trevir. Massen in Annal. Trevir., Chiflet. in Alsat. Vindicat. p. 12.) ita tamen, ut *Eberhardi* Palatini nostri Successores *Rhenique Palatinatûs possessores* Ecclesiæ Trevirensis PRINCIPALES ADVOCATI semper audierint, ut patet ex *Brunonis* Archi-Episcopi Trevirens. literis fundationis Domus hospital. S. Nicolai apud Confluentes de An. 1110. apud Massen. l. cit. t. 2. p. 7. & 9., in quibus testis adducitur *Sigefridus* Comes Palatinus Ecclesiæ *Trevirens.* PRINCIPALIS ADVOCATUS (qui Sigefridus privignus & hæres fuit *Henrici* Rheni Palatini Domini de Lacu, nepotis *Hermanni* Rheni Palatini supradicti, qui *Eberhardo* Palatino nostro in Officio Palatii Rhenique Palatinatu successit) adde *Diploma Henrici Sancti* Imp. dat. Harichoni Abbati S. Maximini 1023. 4. id. Dec. infrà in Cod. Diplom. Palat. v. & Diploma Friderici I. Imp. dat. Monasterio S. Maxim. A. 1157. 8. id. Jan. apud Massen. l. cit. & infra in Cod. Dipl. Pal., ubi *Conradus Rheni Palatinus Ecclesiæ Trevir.* CAPITALIS seu Principalis ADVOCATUS vocatur.

Ex supradictis itaque demonstratum est, *Eberhardum* Francum, Salicum l. Palatinum ejusque in Officio Palatii Successorem *Hermannum* Bavarum, imò omnes ex eo descendentes filios & nepotes in Palatinatu Rhenano Successores, *Erenfridum* scil. hujusque filium *Ottonem*, *Henricum* Rheni Palatinum, Dominum de Lacu, Ottonis jam memorati patruelem & in Officio Palatii Successorem, Erenfridi verò ex fratre nepotem, *Sigefridum* ejusdem H Henrici privignum, hæredem & in Palatinatu Rhenano Successorem, de quo infra, usque ad *Henricum* Comitem Palatinum Rheni, *Ducem Saxoniæ Brunsvvicensem*, Rheni Palatinos, *perpetuos Ecclesiæ Trevirens. Advocatos Principales*

A *pales exstitisse*. Quod si consideretur, & inprimis id, quod supra de *Pipinis*
dictum est, facilè quæstio resolvitur, cur *Ezonem* s. Erenfridum supradictum
Rheni Palatinum nostrum *Gelenius* l. de Magnitud. Colon. Agripp. p. 388., &
Theod. à Rhay è Soc. Jes. l. Anim. Illustr. Cliv. Juliac. p. 66. appellaverint *Eccle-
siæ Coloniensis Vexilliferum* & *Primipulum*.

Antiquo itaque Franconiæ Ducatu per *Pipinum* Episcopatui Herbipo-
B lensi, ut dictum, incorporato, alius postea & novus emersit Franconiæ Duca-
tus, qui latissimè se extendens & terram Franconicam Salicam dictam, id est,
Provinciam Rhenensem ad utramque Rheni ripam & simul etiam partem Au-
strasiæ s. regni Lotharingici complectebatur, quod *regnum Austrasiæ* antiqui-
tus etiam *agrum Wormatiensem*, *Moguntinensem*, (ex eo Moguntia Franciæ
metropolis dicta, v. Continuatorem Regin. ad A. 953. & Ditmar. l. 2.) *Spiren-*
C *sem*, in quo castrum *Limburg*, sedes quondam Ducum Franconiæ cogno-
mento Salicorum, continebat. v. *Münsteri* Cosmogr., *Lehman*. Chron. Spir.
l. 5 c 19. l. 2. c. 16., *Ditmar*. l. 1. p. 5., *Witichind*. l. 1. apud Meibom. l. 1. p. 636., *Ur-
sperg*. Chron. p. 150., *Bruschium* de Epis. Germ. c. 6. n. 24. Atque novus hic Du-
catus Franconicus nil nisi ipsa Provincia Rhenensis, quæ in Lotharingiæ seu
Austrasiæ quondam regno sita erat, cujus ipse *Eberhardus* Palatinus noster
D Comes Potentissimus, teste Luitprando. l. 2 c. 7.; & post obitum fratris sui
Conradi I. Imp. simul etiam Dux existebat. Propterea *Mabillon*. in Act. Sanct.
Ord. S. Bened. sæc. 5. p. 410. in Vita S. Joh. Abb. Gorziens. rectè scribit: *Eum
Franciæ Austrasiæ PARTEM aliaque transrhenana loca tenuisse*. Cum autem
terra Francica, Salica s. Provincia Rhenensis in ipso regno Lotharingico sita,
Eberhardus verò ipse etiam *Francus & Salicus* esset, sequitur ipsum *Eberhar-*
E *dum* & non alium ipsius quoque Lotharingiæ (ubi sedes regni Francici A-
quisgranum erat) & simul etiam istius Sedis & Palatii Comitem & Curiæ
Præsidem exstitisse, proinde rectè quoque Cl. *Conringius* de Jud. Germ. p. 161.
h. modo: *Franconiæ Palatinus videtur esse is, qui aliàs Palatinus Rheni ho-
dieque nuncupatur, utraque enim Rheni ripa ad Franciam pertinet Orientalem.*
F hucusque Conringius. Quod cum acrius apud animum perpendo, *Eber-
hardum* nostrum & *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem Regnum Franciæ jun-
ctim tenuisse rectè, me Judice, scribunt *Leodius* in Vit. Frid. II. El. Pal. p. 13., &
H. Coccejus in Jur. Publ. Prudent. c. 3. s. 6. §. 93., quod etiam testatur *author vitæ
S. Johan. Abb. Gorziens.* apud Mabillon. l. cit. p. 401. sæc. 5. *quod Giselbertus
Ducatum regni Lotharij, Eberhardus Franciæ Austrasiæ & quorundam trans*
G *Rhenum tenuerit locorum. etc.* Hinc quoque perspicitur, non *Giselbertum* Lo-
tharingiæ Ducem, ut nuper *H. Coccejus* l. cit. c. 12. §. 5., quod tamen pace Cla-
ris. Viri dixerim, sed *Eberhardum* potius *Francum*, Salicum & *Provinciæ Rhe-
nensis possessorem* Officio Palatii regni Francici functum fuisse, licet in ipsius
Giselberti Ducatu Lotharingico bona ex parte etiam terra Rhenensis, ut pars
Austrasiæ, & ipsum etiam regni Francici Palatium Aquisgranense (cujus non
H alius quam ipse *Eberhardus*, tam ratione sanguinis Francici Salici, quàm ra-
tione Provinciæ Rhenensis Comes & Præses esse potuit) situm erat, eodem
modo, quo Bavariæ Duces non fuerunt Comites Palatini Bavariæ, licet Im-
peratores Palatia quoque sua & ipsi Bavariæ *Palatini Schirenses & Wittels-
bachij* territoria sua habuerint in ipso eorum Ducatu.

Pala-

Palatium autem Aquisgranense à *Carolo Magno* primitus exſtructum, v. Ni- A tard. l. 4., Ottonem Friſing. l. 5. c. 3. l. 6. c. 19., Münſter. Coſmogr. l. 3. c. 2. & ab eodem Imperatore in *caput* & *regni Francici Sedem* conſtitutum eſt peculiari conſtitutione, quam vid. apud Goldaſt. in Conſtit. Imp. t. 2. p. 8. Quod etiam innuit Hymnus ſacer Divo Carolo dicatus.

Urbs Aquenſis, Urbs Regalis, B
Sedes Regni Principalis
Prima Regum Curia, etc.

Ita etiam in poſterioribus ſeculis *Aquisgranum* ſemper Imperii ſedes fuit, v. Lambert. Schafn. ad A. 1074., Æn. Sylv. Germ. & Freh. in not. ad P. de Andlo l. 1. c. 13., & Wipo in vita Conradi II. Imp. apud eund. Freher. in Orig. Palat. c. 8. p. 27., Lupold. de Bebenberg de Jur. Imp. Rom. c. 10. Imò antiquitus Caro- C lingorum temporibus *Palatium* illud SACRUM dictum: ceu patet ex Diplomate Ludovici Pii Imp. d. Aquisgrani A. 823. 3. Non. Jun. apud Mabill. in Act. Sanct. ſæc. 5. p. 74. & l. de re Diplom. l. 2. c. 11. n. 13., & in vita S. Odonis II. Abbatis Cluniac. p. 150. apud Mabill. Act. Sanct. item ex Diplomate Ludovici Pii dat. Cœnobio Campidonenſi A. Imperii 26. 14. Kal. Maj. in Bodama Palatio Regio apud Mabill. in Analect. t. 4. p. 470. & in Dipl. Lud. Pii Imp. dat. A- D quisgrani id. Aug. A. 22. Imp. ejus apud Mabill. l. de re Dipl. l. 6. p. 513., & in alio. de A. 822. ib. p. 514., quod contra *Conringium* notandum. Deſtructum autem *Palatium hoc à Normannis* A. 1381., & exuſtum. v. Limn. Jur. Publ. l. 7. c. 2.

Deinde certum quoq; eſt, *Eberhardum* noſtrum jam Officio Palatii functum fuiſſe, antequam ipſe *Giſelbertus* in Lotharingiæ Ducem ab *Henrico I.* Imp. conſtitueretur. Hinc etiam *Eberhardus* noſter rectè *Comes Palatinus* ap- E pellatur à *Ditmaro* l. 2., *Sigeberto* ad A. 938. annotante *Bæclero* in Impp. Germ. p. 305., *Alberico* Monach. Monaſterii 3. Fontium in Chr. ad A. 938. ex edit. Leibnitzii, *Engelhuſio* in Chr. ap. Mader. l. de vitis Impp. ex domo Luneburg. p. 30., *Trithemio* in Chron. Hirſ. t. 1. p. 75. ad A. 938. & p. 78., *Mutio* in Chr. Germ. l. 13., *Æg. de Roya* in Annal. Belg. ad A. 941. 942., *Cruſio* in Ann. Suev. l. 4. c. 112. & l. 12. c. 5., *Nic. Ciſnero* Conſil. Palatino & Aſſeſſor. Cam. Imp. in Orat. de Otton. 3. F Imp. p. m. 14., ubi & eundem Ducem Franciæ ſeu, ut hodie, Franconiæ, appellat. *Spangenberg*. in Chron. Sax. ſeu Mansfeld. c. 129. ad A. 936., *Erichio* in Chr. Juliac., *Zeilero* in Topogr. Alſat. (ubi ipſum Comitem Palatinum, Ducem Franconiæ, Wormatiæ, Præfectum Alſatiæ, Briſaci, Hagenoæ vocat; (Spangenberg verò l. cit., & Cruſius l. c. eum etiam Dominum in Hohentwiel faciunt; de quo tamen ego valdè dubito, & hac in re confundi potius puto G *Eberhardum* Palatinum noſtrum, cum alio *Eberhardo Comite ab Eberſtein* genero Henrici I. Imp., qui cum uxore ſuâ *Hedvvige* in dicto caſtro ſedem ſuam poſuerat) *Lehmanno* in Chron. Spir., *Aventino* in Ann. Bav. l. 4. p. 380., ubi rectè eum Præfectum Prætorio appellat. *Sprengero*, de Fontib. Jur. Publ. p. 1126. *Franciſco de Roſieres* in Hiſt. Geneal. Ducum Lothar. p. 188., *Ezech. Spanhemio* de Vic. Pal. p. 266., *Grat. Philæc.* id eſt, *Freinshemio* in tract. de Vicar. Pal. p. 74. H 82. 93., *J. Cluvero* in Hiſt. Univ. p. m. 395., *H. Bangert.* in not. ad Helmoldi Chr. Slav. l. 7. p. 502. ubi eum Comitem Palat. Rheni vocat (adde Carionis Chron.) aliisque quamplurimis.

Z 2 Porro

A Porrò *Eberhardum* Palatii Comitem nostrum *Archidapiferatus* quoque
Officium in Coronatione *Ottonis* I. Imp. An. 936. Aquisgrani exercuisse, palam
est ex *Witichindo* l. 2. vid. & *Freher.* in not. ad P. de *Andlo* l. 2. c. 1. p. m. 150., & in
Orig. Pal. p. 2. c. 15. p. 124. *Spangenberg* l. cit. ad A. 936., *Sprenger.* l. c. p. 1126., *Be-
cler.* in Impp. Germ. p. 305. in Ottone I., H. *Coccejum* in Jur. Publ. Prudent. c. 12.
§. 5., & *Ezech. Spanheim.* de Vicariatu Pal. p. 266. ubi ita: *D'ou vient, que Wi-*
B *tichinde l. 2. fut mention d'un Eberhard, lequel exercoit dans l'inauguration
solennelle cette meme office de Dapifer ou de mensæ ministrator, le mensæ Mi-
nisterium fut exercé par ceux, qui porte le nom de Dapifer ou d' Archidapi-
fer, le quel de Dapifer se trouve chez quelques anciens Historiens, ut Henr.
Huntodunens. Hist. l. 6., Heda p. 282. v. & not. in Gothofred. Vindovinens. p. 99.
Il est asseuré, que ces 3. Officiers de l'Empire etoient autrefois les Principaux*
C *en la cour de nos Roys & Empereurs d'Allemagne par divers Historiens; mais
Hincmar & quelques autres nous pourrons faire douter sur ce sujet, & on
pourroit metre en avant quelques diplomes des anciens Roys & Empereurs
ou ces Dapiferi se trouvent signès les premiers, ils n'ont eté attachez de long
tems à certaines familles, jusques à ce qu'ils devinrent hereditaires.*

Et quemadmodum Palatini Provinciales bona sua propria & hæredi-
D taria habuerunt: Sic etiam *Eberhardum* nostrum in terra Rhenensi sua illis
Ecclesiarum territoriis intermixta habuisse constat: Sic partim in *agro Trevi-
rensi*, cujus Ecclesiæ Advocatus una cum Patre ejus erat, ut supradictum,
Comitatum Meyenfeld, de quo vid. infra in Codice Diplom. Pal. Diploma *Ot-
tonis I* de A. 966., & in *Coloniensi* & *Juliacensi* territoriis *Comitatum Nemoris*,
postea in ejus, in Officio Palatii Successorem *Hermannum* devolutum, tene-
E bat: huic adjacebat *Aquisgranum*, cujus Palatii Comes ipse quoque exsti-
bat, aliaque quam plurima *cis & trans Rhenana loca in* hisce partibus Rheni
inferioribus pleno jure possidebat: *partim* etiam in *Wormatiensi* & *Spirensi*
Comitatum & Castrum *Limburg* Ducum Franconiæ sedem, & cis Rhenum
vastissima terrarum spatia, inter quæ etiam antiquissimus & amplissimus Co-
mitatus Erpacensis est recensendus, quem à Rheni Palatinis Elect. in feudum
F recognoscunt hodieque illustres ejus nominis Comites. vid. Freher. Orig.
Pal. c. 5. p. 20. Sic & integri Comitatus Saynensis, Wiedanus, Solmensis ali-
que, feuda sunt Palatina. v. Freh. l. c. p. 24. De Nassovicis, Isenburgicis aliisque
supra jam dictum fuit. Imò etiam in toto Rheni tractu ad *Argentoratum &
Brisacum* usque, cujus & ipse *Eberhardus Palatinus* Dominus, teste *Witichin-
do*, existebat, amplissima territoria tenebat: *partim* etiam bona quædam feu-
G dali titulo ab *Ecclesiis Rhenensibus*, quarum ipsi Franci & Palatini *Advocati*
exstiterunt, de q. supr. c. 2. n. 9. dictum, recognoscebat, quod ex Annal. Lacen-
sibus Irenicus in Exeg. Germ. l. 3. c. 54. p. 76. rectè & satis clarè docet hisce ver-
bis: *Henrici Comitis Palatini Rheni, Domini de Lacu* (nepos hic erat Her-
manni Rheni Palatini, Successoris Eberhardi) *Majores* (id est, Franconiæ Du-
ces, ut Eberhardus Franconiæ Dux & Palatii Comes) *feuda sua à Worma-*
H *tiensibus & Weissenburgensibus recepisse.* etc. Unde etiam procul dubio ori-
go feudi *de Castro cum Burgo Heidelberg & Comitia Stalbübel*, quo *Henricus*
Epis. Wormatiens. *Ludovicum Comitem Palatinum Rheni*, Ducem Bavariæ e-
jusque filium *Ottonem Illustrem*, ratione *Agnetis* Palatinæ Rheni A. 1225. 9. Kal.
Apr. investivit, petenda est, de quo supr. c. 2. n. 9.

Pro-

Provincia autem hæc *Rhenensis* seu terra Salica, Franconica postea, *Eberhardo* Palatino nostro defuncto, divisa fuit, ita ut *Conradus* cogn. Sapiens *Eberhardi* Palatini ex fratre nepos, in partibus Rheni Superioribus Ducatum Franconiæ, una cum Ducũ sede *Limburgo* & Palatio Wormatiensi ab Ottone I. Imp., socero obtinuerit, indeque titulum Ducis Franconiæ gesserit. v. Otton. Frising. Chron. l. 6. c. 20., Miræum in Donat. Belg., Meibom. in not. ad Witich. l. 1., Lehman. Chr. Spir. l. 1. c. 4., Freher. not. ad Lupold de Bebenberg. c. 1. pag. 10., qui postea eundem Ducatum ad nepotes & pronepotes Conradum scil. II. cognomento Salicum, postea Imperatorem. v. Ottonem Frising. in Chron. l. 6. c. 28. transmisit. Wormatiense autem Palatium Dagoberti Francorum quondam Regis, Prætoriumque Ducis Vangionum Conradi cog. Sapientis, cum illud Successori filioque hujus Ottoni, atque nepoti Henrico Castellum esset forensis latrocinii, opera tandem Henrici II. Imp. ipse Dux Bruchsallam se recipere & oppido omne jus suum vendere coactus fuit, sicq; Civitas Wormat. in libertatem vendicata Imperio accessit, & Bruchsalla in Graichgovia permutatione factâ Henricum inter Franconiæ Ducem & B. Burchardum Epis. Wormat. pro Palatio Ducis (quod deinde ab eodem Episcopo in Collegium Canonicorum S. Pauli conversum fuit. v. Bruschium de Epis. Wormat., & Freherum in Orig. Pal. cap. 13.,) tradita fuit Duci. vid. vitam B. Burchardi, Bruchsalla verò insequent: temporibus à prædicti Ducis filio Conrado II, Imp. A. 1025. Gualthero Epis. Spirensi data fuit. v. Eisengrun. de Epis. Spirens. Quod autem Conradus II. Salicus Imp., pronepos fuerit Conradi Sapientis Franconiæ Ducis Salici testantur Wippo in vita Conradi II. Imp., Genealogia S. Arnulfi Epis., Otto Frising. in Chron. l. 6. c. 28., Chronicon Citizense apud Lehman. in Chron. Spir. l. 4. c. 2. & l. 5. c. 18 pag. 416. Aventin. in Annal. Bav. l. 5. p. 404., Bucelin. in Topo-Chrono-Stemmatographia t. 1. p. 60. Meibomius in not. ad Panegyr. Roswithæ poet. p. 729., author vitæ S. Burchardi Epis. Wormat., Albericus in Chron. ad A. 1024. ex edit. Leibnizii, & inprimis author Coævus Chronici Ms.ti in Bibliotheca Cæsarea h. modo: *Conradus Dux,* (scil. Franconiæ, cog. Sapiens) *qui fuit ex progenie Conradi I. Regis* (Fratris Eberhardi Palatini nostri) *accepit filiam Ottonis I. Imp.* (Luitgardem) *ex quâ natus est Otto Dux, Otto hic habuit, duos filios Cono & Hezil* (s. Henricus) *ex isto Hezil natus est Cono*, (seu Conradus Salicus) *qui modo Rex est.* huc usque auctor. v. Lambecium in Coment. Biblioth. Cæsar. l. 2. c. 5. p. 394. Quod contra D. Blondellum notandum, quando in Genealogiæ Francicæ pleniori assertione p. 169. Conradum Ducem generum Ottonis I. Imp. A. 955. ἀπαιδα defunctum scribit, eundemque Conradi II. Imp. Salici proavum fuisse negat, substituendo in ejus locum Ludolfum Ducem, Ottonis I. Imperatoris filium. Deinde Conradus hic Salicus Imperator non fuit filius Hermanni, ut Henningesius in Theat. Genealog. (eundem quoque errorem errarunt Morerius in Dict. Hist. t. 2. p. 239. & pag. 518. voce Burgund., Chr. Franc. Paulini Diss. de Cœnob. Visbecensi pag. 60. aliique permulti) sed Henrici Ducis Franc., supradicti ex Adelheide filia Gerhardi, I. Comitis Metens. & Alsatiæ, adde Buccelin. libro cit. pag. 60.

Inferior verò Provinciæ Rhenensis pars cessit *Hermanno Eberhardi* proscripti, ejusdemque in Palatii Officio Successori, qui eundem terrarum tra-

A ctum ad utramque Rheni ripam latissimè se extendentem una cum Officio
Palatii ad filios & nepotes transmisit; de quibus infra fusius. Et hæc inferior
Provincia Rhenensis, *& morte Giselberti* Lotharingiæ Ducis, *& insecutâ Henrici* ejus filii obitu *Lotharingiæ divisione*, imò & *matrimonio Ezonis* s. Erenfridi filii Hermanni Rheni Palatini cum *Mathilde* Ottonis III. Sorore, *& donationibus Ottonis III.* (de quo Ditmarus l.3. pag. 92.) *& Henrici* II. cogno-
B mine *Sancti* Impp. (de quo, supra c.2.n.1.& 2. & infra in Ezone) insigniter aucta postea *Palentiæ majoris & minoris s. Palatinatus Rheni* (hodiè die alte Pfaltz) nomen obtinuit: Cui Veteri seu inferiori Palatinatui proximè adjacebat *Aquisgranum*, cujus Palatium non unius Provinciæ, sed totius regni Francici perpetua sedes erat, à temporibus scil. *Caroli Magni* (nam sub primis Franciæ Regibus sedes Regni 1. *Duysburgum ad Rhenum* v. Casp. Sa-
C gitar. in Thuring., deinde trajecto Rheno *Cameracum*, tandem à *Carolo Magno Aquisgranum* translata est:) Hinc *Rheni Palatinus*, non Palatinus aliquis Provincialis, uti reliqui Germaniæ Palatini, sed Regius & *totius regni Francici* Palatii Comes & Præfectus erat. Quod cum adducimus cognoscitur ejus præ ceteris Excellentia, propter quam *ipse solus judex Regis & Regni Vicarius* est, sic & propter eandem Dignitatis excellentiam solus Rheni Palati-
D nus *hunc Palatini titulum*, cæteris paulatim deficientibus, constanter retinuit. v. Blarer à Geiersberg l. de Electoratu Palat. p.2.p.293.297., H. Coccejum in Jur. Publ. Prudent. c.15.§.10., ita ut hodieque in Aula Cæsarea κατ᾿ ἐξοχὴν Palatinus der Pfaltzgraff vocetur, cujus Officium atque reliqua jura & Privilegia (*ut Vicariatus, Archidapiferat', Advocatia Ecclesiæ Trevirensis*. etc.) non solum Territorio Palatinatus Rhenani affixa sunt, eidemque ita cohærent, ut qui
E *Rheni Palatinatum* obtinuit, simul etiam *Palatii Comes*, & vacante Imperio *Vicarius* audierit: Sed & jam temporibus *Ottonis I.* hæreditaria & ad posteros transmissa fuére: ut exemplis *Hermanni* (Successoris *Eberhardi* Palatini nostri) ejusque filii *Ezonis* s. Erenfridi Rheni Palatini, & *Ottonis* nepotis Palatini & alterius nepotis Hermanni, *Henrici* videlicet Com. Palatini Rheni Domini de Lacu, *Sigefridi* privigni & hæredis ex testamento Henrici
F jam memorati Rheni Palatini, ejusdemque in Palatinatu Rhenano Successoris, *Hermanni II.* Comitis de Stalecke, *Conradi* Ducis Sueviæ aliorumq; luce meridiana clarius infra patebit, quod tamen alii malè ad aliquot sæcula tardius retulerunt.

Eberhardus autem Palatinus noster (cujus nomen est ab *Apro* Eber quod animum aprinum, imperterritum & ferocem denotat v. Meibom. not. ad
G Chron. Schauenb. p. m. 526. veteribus *Eppo*) confunditur à *Gebwolde* l. de Septemvir. p.169. & in Epist. monitor. ad Freher. n. 5. & in not. ad notas Antithes. Gebwoldi, *Mabillone* in Act. Sanct. in vita S. Joh. Abb. Gorziens. p.401. aliisque, cum *Eberhardo Bavaro*, Arnulfi Mali Bavariæ Ducis filio, qui bis *Ottoni I.* Imper. rebellis quoque factus est: Quamobrem ab Imperatore Ratisbonæ obsessus, & captâ Urbe in Sueviam relegatus est, ubi *Dyna-*
H *stiam Ebersspergensem* egit. v. Contin. Reginon. Meibom. not. ad Witichind. p.676.687. adde Mich. Beuter. animadvers. in Genealog. Bavar. Hunc autem neque Palatinum, neque in Coronatione *Ottonis I.* A. 936. Mensæ Præfectum exstitisse (de quo Witichind. l.2.) Historiæ rectius excussæ silentium testatur,

frustra

frustra renitente Gebvvoldo lib.cit.,2dò confunditur cum *Eberhardo* Hugonis Dagisburgensis Comitis Alsatiæ & Hiltegardis filio à *Chifletio* l. de Stemmate Austriaco p.22., rectè annotante *Blondello* in præfat. Apologet. ad Geneal. Franc. *Ludovico* IV. Imper. ex Stemmate Caroli Magni Ultimo Ratisbonæ A.911.12. Kal. Jan. mœrore exstincto, *Conradus* Francus, frater *Eberhardi* Palatini nostri in Imperatorem eligitur eodem anno mense Decembri, Anno seq. 912 *Aquisgrani* coronatur præsente *Eberhardo* Palatino nostro & *Hat.one* Archi-Episc. Moguntino, à quo Rex coronatus est. Rediens ad Rhenum Imperator *Triburiæ* proprietates quasdam in villa *Hendschuchheim* in pago Lotodunensi Monasterio *S. Michaelis in Abrinsberg* (hodie *Heiligenberg* è regione Heidelbergæ) ad Monasterium *Laurishaimense* quondam spectanti concessit: ut patet ex Diplomate dat. Triburiæ A.912.10. Kal. Sept. quod vid. apud Freher. in Orig. Pal. postea etiam dicto Monasterio Laurishaimensi Conradi Imp. conjux *Cunigundis Richardis*, Uxoris *Caroli Crassi* Imp. ex fratre *Erchangero* Comite neptis, vidua *Luitboldi* Ducis Bavar. Oriental., quam hoc vel sequente anno duxerat, ut ex Chron. Laurishaim:, Chron. Monasterii S. Galli, Chron. Hepidani rectè docuit Blondell. in Genealogiæ Franc. assert. plenior. p.204. (quæq; etiam ibidem sepulta est, vid. Helvvigii antiquit. Laurishaim.) locum *proprietatis suæ in Gingen*, Maritus verò Imperator *prædia sua in Wattenheim* ad fluvium Wisgoz, hodie Weschnitz, & *Virnheim* (quo nomine vel Virnunheim hodie Wirnheim in strata Montana juxta oppidum Weinheim, non autẽ, ut alii, *Wirheim* hodiè Werheim Nassovicum, intelligo) donavit, *sita in Pago Rhingovve* in Comitatu *Utonis* Comitis (quo vir quidam doctus Comitem aliquem Nassoviæ de *Luremberg* & *Löpern*, Patrem *Hazechonis* Episcopi Wormat. interpretatur, mihi tamen verisimilius videtur, Imperatorẽ *hoc Utone Comite*, non Nassovicum, sed consanguineum potius suum seu patruelem, Udonem videlicet, Gebhardi Comitis Franconiæ, Wetteraviæ filium subintellexisse, de quo vid. supra Geneal.) vid. Helvvigii lib. cit. p.72. De Nassovicis autẽ obiter tantùm hæc addo, eos se antiquitus scripsisse de *Luremburg* & *Löpern*. Lopern villula hodie, antiquissimã habuit arcem & sedem quondam Comitum Nassov. (cujus rudera etiamnum conspici fama est) spectatur in Comitatu Cattimelibocensi juxta Cœnobium Schonaugiam, Trithemio *Lieprona*, hodiè in mappis corruptè Lyeeren cujus situm Lentulus Profess. Marburg. in Historia Nassovica Ms.[ta] quæ in Archivo Nassovio-Dillenburgico asservatur, ignoravit, quando in eadem scribit: *ubi ista Löppera in Imperio Romano sita fuerit quæritur?* Ejusdem autem Trithemius in Chron. Hirs. ad A. 1130. h. modo meminit: *Cœnobium autem Shönaugiense erat quondam Ordinis nostri Præpositura in eo loco, qui ab incolis hodie Lieprone* (Lopern) *vocatur, posita, ubi nunc villula cum Parochiali Ecclesia sita est ad* 1. *Mill. distans de Schönaugia, & ab hoc Monasterio distat Monasterium Gronau A.*1130. *à Comitibus de* LURBURG fundatum, huc usque Trithemius (Lürenburg hodie Laurenburg Castrum quondam & sedes antiquissimorũ Comitum Nassov. ad Lanam à sylvâ *Lure* procul dubio sic dicta, cujus meminit Northof. in Chron. Marc: apud Meibom. p. 387. hodiè ad Principissam Prudentissimam Nassovio-Schaumburgicam Dominam Elisabetham Carolam Petri Comitis ab Holtzapfel filiam spectat) Haud procul ab isto *Lopern* Rheno adjacet oppidũ *Baccharach* in quo antiquissimos quos-

dam

A B C D E F G H

A dam *Nassoviæ Comites sepultos* jacere Genelogica Domus Nassovica testatur. Porrò prædicti Comites se etiam scripsère de antiquo Castro Sonnenberg nunc diruto, juxta oppidum Wisbaden.

An. 913. *Eberhardus* Palatinus noster cum *Giselberto* Loth. Duce, Henrico Saxonum Duce & *Arnulfo* Bavariæ Duce, contra fratrem Imperatorem *Conradum* rebellionem excitavit. v. Sigebert. Trithem. Chron.
B Hirs.. eosdem tamen mox & prudentia & fortitudine in ordinem redegit, Imper. solus *Arnulfus* cum Uxore & liberis ad Hungaros profugit, qui eodē anno Alemanniā infestare cæperunt, sed grandi prælio ad fluv. Inn. à Bavaris & Alemannis fusi fugatique sunt, tamen mox restauratis viribus biennio post redierunt totum Imperium pervagantes omnia devastarunt: Hoc quoque Anno Imperator *Cassellæ* fuit 5. id Mart., ut ex Diplomate patet quod
C vid., apud Stangefol. Circuli Westphal. p. 172.

A. 914. 7. id Jul. Imperator *Willensburgi* (f. Willeneburgi) in civitate suâ exstitit, ut legitur in Diplomate ejus dat. Ecclesiæ Ultraject. v. Hedam. de Episc. Ultraject.. p. 252., & Joh. à Leiden in Chron., præsentibus *Udone* Comite & *Walgero* Comite. Sub Wileneburg autem vel hodiernum illud Weilburgum Nassovicum, vel Limpurgum ad Lanam subintelligi supra c. 2. dixi-
D mus. *Natalem Domini* Cæsar (procul dubio etiam cum fratre *Eberhardo* Palatino) *Constantiæ* celebravit hoc anno, deinde Anno sequenti

A. 915. Ad *Monasterium S. Galli* profectus ibique mense Martio diem S. Innocentii celebravit, & simul ibidem à Collegio in fraternitatē, ut petierat, receptus est, & unicuique fratri unam libram argenti donavit. v. Eccard de Casib. Monasterii S. Galli l. 4. c. 34., Stumpf. Helvet. In Bavariam reversus Im-
E perator *Ratisbonæ* Conventum Principum egit, præsente *Eberhardo* Palatino nostro, ubi *Arnulfum* Bavariæ Ducē Nonis Octob. proscripsit, *Bavariamque* in tutelam & administrationem *fratri suo Eberhardo* Palatino commisit. v. Avent. Annal. Bav. l. 5. p. m. 395. Hisce peractis Imperator contra *Bertholdum* & *Erchingerum* fratres, Sueviæ usurpatores & sicarios *Burchardi* Sueviæ
F Ducis filii Richardi proficiscitur, quibus fugientibus Cæsar in Franconiā regressus est. Sed mox eodem anno die S. Pelagii operâ *Sigefridi* Episcopi matutino tempore dormientes in Monasterio quodam capti ad castrum *Duillium* (*Hohentwiel*) abducti sunt, Imperatore in Franconia adhuc commorante. Deinde eodem anno Moguntiæ in Principum conventu condemnati, sed diu adhuc in custodia detenti sunt, donec A. 917. die S. Agnetis (21.
G Jan.) *Altingæ* capite jussu Cæsaris plexi sunt, *Salomone* Constantiensi Episcopo frustra pro eis deprecante. v. *Eccard*, de casibus Monast. S. Galli, *Herman. Contract.*, Regn. Contin. ad A. 917., *Avent.* l. 1. *Crus.* Ann. Suev. l. 3. p. 84. *Stumpf.* Helvet. Reversi hoc anno Hungari totam Alemanniam igne ferroque devastarunt & in Saxoniam ad Fuldense usque Monasterium penetrarunt, quod incendio subverterunt.

H A. 916. *Henricus* Saxonum Dux invidiosa *Conrado* Imperatori jam diu suspectus potentia, insidiis *Hattonis* Archi-Episcopi Moguntini (cujus dolo jam antea quoque *Albertus* Comes Franconiæ Bambergensis An. 906. 5. id. Sept. (ut Regin.) captus & capite plexus fuerat) petitur, qui jam torquem auream fabricaverat, quæ collo Ducis secum convivantis mitteretur, & Conrado Imper. traderetur, sed patefactis insidiis *Henricus irritatus* Imperatori

tori rebellare incipit. Contra quem Imperator fratrem suum *Eberhardum* Comitem Palat. valido exercitu instructum mittit hoc anno. vid. Meibom. Diss. de Irmens. c. 13., Ducemq; adoriri jubet. *Eberhardus* imperata facit, & *Henricum Eresburgi* (hodie Statbergen. v. Meibom. l. cit. c. 14.) ubi Dux cum suis hosté præstolabatur, obsidet. Dux è Castro se defendens cũ non compareret, superbè nimis sed incautius *Eberhardus* Palatin' noster eidem insultat, exprobrans Saxonibus indignam bellicosâ gente timiditatem, quo mulierum instar mœnibus & ædib' inhærerent, interaq; vallum desidentes, hostis aspectui se ostendere apertoq; marte pugnare formidarent. Quo sermone vix prolato, Saxones ex improviso erupentes prælio commisso tantâ hostes strage affecére, ut Saxones proclamarent ubi infernus tantus, qui tantam cæsorum multitudinẽ caperet. v. Meibom, l. cit, Avent. l. 5, Cruf. l. cit. 3. p. 2. p. 82. *Henric' Dux* post victoriam & fugatũ *Eberhardum* Palatinũ in Castellum Gruonam se recepit. A B C

Dum hæc aguntur & *Eberhardus* Palatinus bello Saxonico implicitus erat, *Arnulfus* Bavariæ Dux proscriptus, ut dictum, à Cæsare, Juaviã, ubi hactenus delituit, erumpit Bavariamque recepit v. Aventin. Non diu post cladem Francorum, *Eberhardus* Palatinus noster vindicaturus ignominiam sibi à Saxonib' illatam, denuò *cum fratre Imperatore* Saxoniam petiit, quam expeditionem Witichindus l. 1. p. m. 636. ex edit. Meibom. ita describit: *Frater autem Regis Eberhardus liberatus à timore absentiæ Saxonum, nam eos præsentes vidit & ab ipsis turbiter fugatus discessit. Audiens autem Rex malè pugnatum à fratre congregatâ omni virtute Francorum perrexit ad requirendum Henricum, quem compertum in præsidio urbis Gronæ, tentavit illud oppugnare præsidum. Et missâ legatione pro spontanea deditione spondet se per hoc sibi amicum futurum, non hostem experturum. Huic legationi intervenit Thiatmarus* (quem Burgravium fuisse Rorbeccensem, Ditremi Comitis Wetinensis filium, Fabritius in Orig, Sax. autumat.) *ab Oriente, vir disciplinæ militaris peritissimus consilioque magnus, quique calliditate ingenii multos mortales superabat: hic superveniens legatis Regis Conradi præsentibus interrogat, ubi vellet exercitum castra metari. At ille jam suasus cedere Francis accepit fiduciã, audiens de exercitu, credens ita esse. Thiatmarus vero fictè loquebatur, cum 5. enim viris tantùm venerat. De numero vero legionum suscitante Duce ad 30. ferè legiones se producere posse respondet, & ita delusi legati regressi sunt ad Regem, vicit verò eos Calliditate suâ Thiatmarus, quos ipse Dux ferro vincere non potuit. Conradus Rex inde profectus in Bavariam dimicavit cum Arnulfo Duce.* huc usq; Witichind. Hoc quoque Anno Imperatorem in castro *Hartesburg* Ecclesiam Canon. secular. exstruxisse, testatur Engelhusius in Chron. Hildesheim. D E F G

A. 917. *Hungari* iterum per Alemanniam in Alsatiam irrumpentes fines regni Lotharingici prædando, urendo depopulati sunt, Basileam destruxerunt. v. Herm. Contract. inde in Italiã progressi maximâ calamitate Italos affecerũt, pueros per multos, virgines, fœminas captivas abduxerunt, Imperator hoc anno Francofurti fuit, ut ex Diplom. patet apud Massen. in Añal. Trevir. p. 456.

A. 918. Imperator Comitem Ringelheimensem, qui 3. fratres habuerat, contra Danos mittit eosque prælio vincit: *Palatium* quoque Regium *Bodmenicum*, quod id odio esset monachis S. Galli, cum in eo quondam *S. Othmarus* captivus detineretur, destrui jussit. Nativitatem S. Johan. in Monasterio *Herolvesfeldt* celebravit. H

A A. 919. 23. Decemb. obiit Imperator *Conradus* Quedlinburgi, febre exortâ ex vulnere, quod in bello Bavarico acceperat, ultimus ex Carol Magni Stemmate, de quo vid. versus *Gothofredi* Viterbiens.: *Ultimus iste fuit Carolorum sanguine cretus, sed tamen à latere Stemmata Carlus habet.* v. Freher. in not. ad Pet. de. Andlo l. 2. c. 1. De cujus obitu ita *Witichindus* l. 1. p. m. 636. *Cum se morbo sensisset laborare, pariter cum defectione primæ fortunæ vocat fratrem* B (Eberhardum Palat.) *qui eum visitandi gratia adierat, quem ita alloquitur: Sentio, inquit, frater, diutius me istam vitam tenere non posse, Deo, qui ordinavit ita, imperante, gravique morbo id cogente, quapropter tui considerationem habeto, & quod ad te maximè respicit, Francorum toti Regno consulito, attendendo fratris tui Consilio, sunt nobis, frater, copia exercitus congregandi & ducendi, sunt urbes & arma, cum regalibus insigniis & omne quod Decus regium depo-* C *scit, præter fortunam atque mores. Fortuna, frater, cum nobilissimis moribus Henrico cedit, rerum publicarum secus Saxones summa est. Sumtis igitur insigniis lancea sacra, armillis aureis cum chlamide & veterum gladio Regum ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum eo, ut eum fœderatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? ipse enim Rex erit & Imperator multorum populorum, his dictis fra-* D *ter* (Eberhardus Palatinus) *lachrymans se consentire respondit, post hæc vero Rex moritur, ipse vir fortis & potens Domi militiæque optimus, largitate serenus, & omnium virtutum insigniis clarus, sepeliturque in civitate sua Wilinaburg* (Ditmarus Limburg, sed in Codice Ms. Wilini, exstare optimè monet Cl. Meibomius in not. ad Witichind., quod cum Wilineburg benè convenit) *cum mœrore & lacrymis omnium Francorum, ut ergo Rex imperat, Eberhar-* E *dus adiit Henricum, se, cum omnibus thesauris illi tradidit, pacem fecit, amicitiam promeruit, deinde congregatis Principibus & natu majoribus exercitus Francorum in Fritisleri* (Fritzlariæ) *designavit eum Regem coram omni populo Francorum & Saxonum.* Et Eccardus de Caseb. Monast. S. Gall. ita: *Conradus Rex virili prole carens, Eberhardum fratrem habens ad regni gubernacula, si sibi supervixeret, aspirantem, sensit eum nec regno virtute quidem habilem,* F *nec populo moribus acceptum, rogantemque, cum ipse jam senesceret, ut se populo commendaret, crebrò frustravit, incipiens autem mori, clam loquitur fratri: video, ait, Germane mi, & semper vidi, te à populo nolle accipi, ideoque, quod sæpè rogaras, ne te contristarem, tacitè distuli, Consilium autem meum, si nunc feceris, ut in Deum spero, inglorìosius non eris, est in Saxonia, cui neminem in regno æquiparem scio, Henricus quippe Comes Mathildâ conjuge clarus, sumens ergo co-* G *ronam & Sceptrum nocte dieq; accelera ad ipsum, teque & regnum meis verbis in manus dato, & mea vita memores fore ambos rogato, Fecit igitur Eberhard, ut Rex jusserat, veniensque Secretum Comitis petiit alloquium. Eliminatis omnibus, ipse ostium clausit, Chlamideque exutâ ad pedes viro corruit nimis stupenti, Coronam & Sceptrum detegit, & quæ jussus erat, narrat, cui ille inter cætera, si secum in fide, quâ dixerat, sentire vellet, omniaque, quæ tanto nuncio* H *decerent futurum spoponderat.* hucusque Eccardus, adde *Luitprandum* l. 2. c. 7. *Regin*: *Contin.* ad A. 919., *Ditmar.* Chron. l. 1. p. 4., *Annales Metens*: apud Franc. du Chesne in Script. Franc. Sepultus itaque *Conradus* Imperator in civitate sua *Wilineburg* ut rectè *Witichind*, *Ditmar.*, *Meibom.* in not. ad Witichind. & ex vetusto Membranaceo Codice *Crusius* in Annal. Suev. l. 4. p. 19.

juxta

juxta Patrem suum *Conradum*.v.*Reginon* ad.905.(quo nomine vel *VVeilburgum* Nassovicum ut cum Urspergensi Meibomius in dissert. de Irmensula c. 1., vel *Limburgum* oppidum ad Lanum juxta Dietzam, non autem illud in *agro Spirensi* subintelligendum esse supra monui) & *non Fuldæ* ut *Contin. Regin*; *Marian.Scot.*, *Trithem.* in Chron.Hirs., *Brovver.* in Antiq. Fuldens., *Rosberg*, *Megiser.*, aliique existimarunt. A

A.920.*Henricus* itaque Saxonum Dux, *Conrado* Imp. piè defuncto exequiisque ab *Eberhardo* fratre aliisq; Francorum Proceribus *VVilinaburgi* ritè peractis, *Fritzlariæ* in Hassia in Principum conventu, præsente quoq; *Eberhardo* Palatino nostro acclamante populo in Regem eligitur, & quoad vixit Palatinus noster *Henrico* Regi semper fidelis existitit. B

A.925. *Herebertus* Comes Sylvanect. ad *Giselbertum* Loth. D. & *Ottonem* aliosq; Loth.æ Proceres missus fuit, ut eos in gratiam cum *Rudolfo* Fr. Rege redigeret, quod cum displicuisset *Henrico I.* Regi, missis in Lotharingiam copiis suis *Tolpiacū*, quod tum præsidio Giselberti tenebatur, vi expugnavit, de quo v.&Freher.inO.P.c.8.p.27.p.1.ipsum *Giselbertum* dolo cujusdā Lotharingi nomine *Christiani* comprehensum, non solùm in gratiam postea recepit, sed & desponsatâ sibi filia suâ Gerbergâ Lotharingiæ præfecit.v.Frodoard. ad 925. C

A.926.*Henricus I.* Imp.& *Carolus* Fr.Rex pacem facientes in Castello *Bonnæ* 7.Novemb.conveniunt, fœdus ineunt, & *Carolus* nunquam sibi amplius Lotharienſe regnum usurpaturum promittens regreditur, *ita Regin. Contin.*, adde *Sigeberti* Chr.ad A.923., *Otton*, Frisl.l.2.c.18., *Conring*.de Finib.Imp.l.1.c.6., *Obrecht*.inProdr. rer.Alsat.c.7.p.18.Præsentes fuêre & *Eberhardus* Palatinus noster aliique Imperii Proceres, quos auctor Fragmenti Hist.apud A.du Chesne.t.2.Script.Fr.p.588.recenset:*Carolus*, inquit, Rex ad Bonnam Castrum super Rhenum 11.Non.Nov.venit, & Henricus I.Imp.ex altera parte Rheni, & tandem feria 4. 7. id.Novemb.in medio Rheni fluvio Principes è navib' quisq; suis in tertiam ascenderunt, quæ anchorata in medio fluminis gratiâ eorum colloquii fixa erat, ibique sacramento pacta sanciebant, ut ex parte Henrici Imp. Episcopi & magnates cum Nobilibus suii firmitatem, quam hi Reges inter se fecerunt, collaudando acceptaverunt, & manibus suis Sacramentum firmarunt nunquam à se destruendam: ut Herigerus Archi-Ep. Mogunt. Nitardus Epis. Mimmogernefordæ, Dodo Epis. Osnabroggæ, Ricaredo Epis. Vangionum, quæ nunc dicitur Warmatia, Hunvard' Epis. Paderb. Notingus Epis. Constantiæ Alemannicæ: Hæc sunt nomina Comitū: Eurard', Chonradus, Herimannus, Hato, Gothofredus, Otto, Herimann', Cobbo, Magenhardus, Fridericus.etc. Hujus pacti formulā etiam exhibet *Baluzius* in t.2.Capitul.Fr.t.3.p.299.& ex eo.J.*Schilterus* in Jur. Publ.t.2.§.49.p.76. D E F G

Eodem A.*Eberhardus* Palat.noster ab *Henrico I.* in *Lotharingiam* missus ad Jura dicenda, Lotharingosque in pace continendos. v.Vignier.Chr.B.ad h.A.

A.931.*Henricus* ab *Eberhardo* aliisq; Franciæ & Loth. Proceribus & Episcopis in Franciam vocatus singillatim ab unoquoq; eorū in Castellis suis & Ecclesiarū sedibus Regē decentib' conviviis & munerib' est honorat' Reg.Con.

A.933.*Eberhardus* Comes Palat.noster prælio inter Henricum I. Imperatorem & Hungaros juxta Mersburgum & sylvam Scoltzig commisso interfuit, quod ab ortu solis usq; ad tertiam vespertinam in media quadragesimæ duraverat. Tandem Hungari profligati ab utraque parte ad 100000. H

 cecid,

A cecidére Hungarorum 50000. capti sunt, quodque fusius describunt *Witichind.*, l. 1. *Ditmar.* l. 1., *Sigebert.* Gelubl., *Regin. Contin.*, *Herman. Contract.*, *Brotuf.* in Chron. Mersburg.

A. 934. Cum *Rudolfus* Franciæ Rex & *Hugo Magnus* Comes Paris., Heriberti Comitis Viromand. *Castellum Theodorici* oppugnâssent (ratio istius est, quia Herebertus pacta & conventiones, quibus obsessi se à priori obsidio-
B ne redemerant, infregerat) Herebertus autem Imperatoris *Henrici* auxilium imploràsset, hinc *Eberhardus* noster una cum *Giselberto* Lothar. Duce ab Imperatore ad *Rudolfum* Regem pro pace missi sunt, inducias quorundam mensium inter Regem & *Herebertum* Comitem impetrârunt; finitis his, *Hereberto* Quintini castrum obsessuro *Giselbertus* Lotharingensium copias in auxilium adduxit, sed induciarum in annum sequentem prorogatio illud
C Castellum ab obsidione liberavit. v. *Frodoard.* ad A. 934. *Vignier.* lib. cit.

A. 936. *Henrico I.* Imp. in *Himelunâ* Sax. Castello ex Apoplexiâ in paralysin degenerante 2. Jul. defuncto (*qui*, ut Witichindus l. 1., *in vita talis erat, ut nihil negaret amicis, ingentis prudentiæ, moles corporis Regiæ dignitati omnem addens decorem, in exercitiis ludi omnes superabat, in venatione acerrimus, in conviviis jocundus satis, tamen nihil Regalis Majestatis minuebat, militibus suis*
D *favorem pariter & timorem infundebat*) filius ejus *Otto* Imperator electus est, cujus coronationi *Aquisgrani*, ut in Francici Regni Sede peractæ, *Eberhardus* Palatinus noster interfuit, ibique *Archidapiferatus Officium* in ista solennitate exercuit, teste Witichindo l. 2. vid. & supr. c. 5.

Anno eodem Imperator *Otto I.* exercitum *Duce Esicone in Bohemiam* misit contra *Boleslaum* Ducem, qui *Wenceslaum* fratrem suum sub specie con-
E vivii ob recens natum filium *Bolislaviam* vocatum, in templo in odium Christianæ religionis Imperiique Romani, cui semper fidelis exstiterat, crudeliter obtruncaverat An. 935. 28. Sept. *Esico* itaque cum legione *Mersburgensium* & valida manu *Hassiganorum* (Hassos intelligit Fabric. in Orig. Sax.) & *Thuringorum* in ultionem istius missus est Witich. l. 2., & prælio cum Bohemis commisso victor primò exstitit *Esico*. Dum verò securius dies agit in
F castris, *Boleslaus* resumtis viribus ex improviso irruit in hostes, & ipsum *Esiconem* cum omni penè exercitu delevit. Imperator hoc cognito cum majoribus copiis Bohemiam intrat, iisque Ducem præfecit *Hermannum Billingum Wichmanni* fratrem, quod multis displicuit Principibus (hæcque rebellionis causa est, cur *Eberhardi* Palatini partes postea secutus fuerit Wichmannus) *Hermannus* cum Bohemis manus conferens, atroci prælio commisso
G fortiter eos vincit, de quo ita Witichindus l. 2. *Hermannus autem cum in prima acie in introitu Regionis in hostium pugnam incidit, eosque fortiter vicit, & ob hoc majori invidia inimicos accendit, inter quos Eccardus filius Luitolfi, qui in tantum ægrè passus est fortunam Hermanni, ut sese promitteret majora facturum aut vivere nolle: collectis itaque ex omni exercitu fortissimis viris interdictum Regis rupit, & paludem, quæ erat inter urbem hostium & castra Regis*
H *Ottonis cum sociis transiit, statimque hostes offendit, & ab his circumfusus cum omnibus suis periit. A. 936. 7. Kalend. Octob. & cum eo 18. Electorum virorum ex omni exercitu cecidére simul, Rex autem cæsa multitudine & cæteris tributariis factis in Saxoniam reversus est mense Octobre.* Eodem anno Hungari Saxo-

niam

niam ingressi omnia vastant, *Moniales in Overenkercken* cum Clericis & familia sua ad 120. crudeliter interficiunt die SS.Felicis & Audacti. v. *Chron. Mindense.* Quo cognito Imperator illis cum valido exercitu occurrit, pulsis his graviqúe prælio cæsis in *agro Tremonensi*, fines relinquere cogit. Cessantibus autem bellis externis exorta & alia hisque graviora civilia, Saxones enim, ut Witichind., l. 2. loquitur, Imperio Regis facti gloriosi, dedignabantur aliis servire nationibus, quæsturasque, quas habuére, nullius nisi Regis gratiâ habere contempserunt, unde iratus *Eberhardus Palatij Comes* contra *Bruningum Ducem* (s. Burgravium Sorab., Comitem Wethini) insurgit & civitatem ejus *Elveri* (quam vel *Elmershausen* ad Wisaram, vel Cœnobium *Helmershausen* fuisse putat Meibomius in not. ad Witichind.) incendio delet, omnesque ejus inhabitatores nullo ætatis vel sexus habito respectu ferro necat. v. *Witich.* l. 1., *Ursperg.* Chron., *Lehman.* Chron. Spir. l. 5. c. 4. Socium expeditionis & belli hujus habuit *Wichmannum Hermanni* Billingi fratrem (eo quod, ut dictum, fratrem Hermannum Imperator ipsi prætulerit, militiæque Ducem instituerit) qui tamen postea aversatus seditiosorum facinora ad Officium rediit, humilique factâ supplicatione & deprecatione Imperatori reconciliatus est v. Witich., Ditmar. l. 2., Contin. Regin. Rex de his omnibus certior factus *Eberhardum* nostrum cum omnibus ejus sociis *in Comitiis Magdeburgensibus* in antiquam Gothis, Francis, Saxonibus, Suevis, Bohemis & Longobardis quondam usitatam fractæ pacis publicæ pœnam (de qua. v. *Arnold. Mediolan.* in Chron. ad A. 1088., *Meibom.* not. ad Witich., *Rittershus.* in not. ad Ligur. l. 5. ad v. 195., *Besold.* thes. Pract. voce **Hundtragen** / *Bangart.* not. ad Arnold. Lub.) *ad Canem* humeris portandum condemnavit; quam pœnam tamen corporalem Imperator pro naturali sua clementia habito etiam respectu illustrissimæ familiæ summæque in Imperio authoritatis & dignitatis Palatinæ mitigavit in *Eberhardo* nostro, inque mulctuariam commutavit: Adjutores verò ejus *Comites* Canes ipsos ad *Urbem* usque *Magdeburgensem* portare coegit, de quo *Witichindus* l. 1. ita: *Quâ præsumtione Rex auditâ condemnavit* (Eberhardum) 100. *talentis æstimatione equorum, omnesque Principes militum, qui eum ad hoc facinus juvabant, dedecore canum, quos portabant, usque ad urbem Regiam Magadaburg. Ipse autem Rex, dum erat clementissimus, dum turbatores pacis meritâ castigatione afflixit, ilico cum pietate suscepit & unumquemque eorum regio munere honorans dimisit in pace. At illi nihilominus Duci suo* (Eberhardo) *hærebant ad omne nefas, quia ille* (Eberhardus) ERAT JOCUNDUS ANIMO, AFFABILIS, MEDIOCRIS IN REBUS, LARGUS IN DANDO, *& his rebus multos Saxonum sibi sociavit.* hucusque Witich. adde *Crantz.* Sax. l. 3. c. 15., *Fabric.* Orig. Sax. ad A. 637. & rerum memor. Saxon. l. 1.

Eberhardum autem nostrum in plenam Regis gratiam receptum, à pravis tamen consiliis & machinationibus renovato paulo pòst dissidio inter eum & *Bruniconem* seu *Bruningum* Ducem non destitisse, clarum est ex Witichindo auctore coævo l. 2. Unde iterum hi pacis turbatores ad *Comitia Stelæ* (in Westphalia ad Ruram) celebranda vocantur. Et quamvis non comparuissent, veniam tamen impetrâsse Witichindus scribit.

In his autem Comitiis duo potissimum negotia ventilata fuére. 1. Utrum in

A in hæreditate adeunda filii filiorum deberent inter filios computari. 2. De pacis publicæ violatione ab Eberhardo Palatino & Brunicone Duce denuo perpetrata: de utrisque ita Witichindus l.2. *De Legum quoque varietate facta est conventio, fuêre, qui dicerent, quia filij filiorum non deberent computari inter filios hæreditatem legitimè cum filijs sortiri, si forte patres eorum obiissent avis superstitibus* (vid.& Sigebert.ad 942.) *Decretum tandem est, ut causa in-*
B *ter arbitros judicaretur, Rex autem meliori consilio usus, noluit viros nobiles & senes populi inhonestè tractari, sed magis inter gladiatores rem decerni jussit, vicit igitur pars, quæ filios filiorum computabat inter filios & firmatum est, ut æqualiter cum patruis hæreditatem dividerent pacto sempiterno.* De altero negotio porrò Witichindus: *Pacis turbatores patefacti sunt, qui hactenus se negabant contra regiam potestatem aliquid fecisse, sed injuriam tantum in socios*
C *vindicâsse, Rex autem se contemtum animadvertens, neque enim ad Comitia juxta jussum venire dignitati sunt, arma distulit, veniæ locum dedit.* Quæ Regis clementia, ut rectè monuit Cl. *Boëclerus* in Impp. Germ., irritamentum postea audaciæ seditiosis fuit, quam Reginonis Continuator tradit ad A.941. in decollatis quibusdam Saxonibus cum *Henrico* Regis fratre in necem Imperatoris conspirantibus.

D An.937. *Eberhardus* Palatinus noster graves discordias habuit cum *Henrico* Imperatoris fratre, ob exortas in Vasallos eorum quasdam inimicitias, quæ postea ingravissimum bellum erupére. *Eberhardus* totis viribus persequitur *Henricum*, eundemque incautius se tuentem junctus *Tancmari* fratris Ottonis I. Imp. copiis (qui *Cæsari fratri* iratus, quod *Marchionatum Brandenburgicum* in *Geronem* Comitem Stadensem & non in se transtulisset, re-
E bellionem concitat contra fratrem eodem hoc anno) obsidione cinxit *in castello Badelicke* (Roswithæ Baduline, hodiè Bellick ad Ruram, illud *Henricus Sanctus* Imp. in Diplomate de An.1009. curtem vocat. v. Meibom.diss.de Irmens.c.2.) quod *Eberhardus*, priusquam Otto Imp. fratri in auxilium subvenire poterat, *Stratagemate* cepit, missis eo sub nigellâ nocte militibus suis. *Henricus* cognito hoc celeriter quidem aufugit, sed deprehensus *in vincula*
F *conjectus* quasi vile mancipium cum multa præda ab *Eberhardo* abducitur in castrum suum vicinum (in veteri Palatinatu) v. Luitprand. l.4. c.16., Witich. l.2.p.m.688. ex edit Meib., *Rosvvitham* in Panegyr. Otton., *Ursperg.* Chron., *Schafnab.* ad A.937. In eodem castro *Badelicke Gerhardus* Hermanni Sueviæ Ducis ex fratre *Udone* nepos, v.supra Gen.cum aliis eadem tempestate interfectus est, *ob cujus necem Duces Francor. inter se sunt divisi.* ut Witich.l.2.scribit.

G Non diu pòst eodem scil.anno sequuta est *Tancmari* cædes. v. *Boecler.* in Impp.Germ., quam *Continuator Reginonis* perperam ponit post obitum Eberhardi nostri. *Tancmarus* enim capto *Henrico* adjutus copiis sociorum *Eberhardi* nostri & *Giselberti* Lotharingiæ Ducis *urbem Bardevvicum* cepit. Deripitur deinde *Eresburgum* (hodie Statbergen) ubi multa latrocinia exercuit, in eodem paulo pòst à Cæsarianis obsessus *in templum* ibidem *S. Petri* ob me-
H moriam *Leonis V.* Pontif.Rom., à quo jussu *Caroli Magni* in honorem S. Petri consecratum erat, omnibus venerabile habitum confugit: Infelici tamen eventu, *à Satellitibus* enim *Henrici* injuriam Domini sui vindicantibus & inprimis *à Ditpoldo Cobbonis Tecklenburgici Comitis filio notho* sagittâ petitus

est,

eſt, qui ipſi primum vulnus inflixit: Deinde à *Maincia ſ. Mainhardo* milite A
quodam *Henrici* per feneſtram Altari contiguam à tergo lanceâ confoſſus
juxta aram corruit animamque ſic miſerè efflavit ſep. ibidem. De cujus in-
teritu ita Witichind. l. 2. p. 645. *Rex autem licet invitus videns rem ad tam
ingens periculum procedere ad edomandam Tancmari inſolentiam cum multo Co-
mitatu perrexit ad Heresburg, cives autem cognoſcentes de Rege, quia ſuper ſe
cum valida manu appropinquâſſet, apertis portis introduxerunt exercitum, qui* B
*obſederat urbem. Tancmarus fugit in Eccleſiam, exercitus autem perſequutus
eſt eum uſque in Templum, & maximè ſatellites Henrici dolentes & vindicatu-
ri injuriam Domini ſui, nec veriti januas ferro incidere cum armis ingreſſi ſunt
ſacram ſedem. Tancmarus autem ſtabat juxta altare depoſitis deſuper armis
cum torque aurea, cumque ex adverſis telis urgeretur, Thiatboldus quidam no-
tus Cobbonis cum conviciis ei vulnus inflixit, illico ab eo recepit, quo vitâ cum* C
*terribili inſania in brevi caruiſſet, quidam autem militum Maincia per fene-
ſtram altari contiguam lanceâ à tergo perfoſſum ibi ſecus aram exſtinxit Tanc-
marum, Rex autem eorum rerum ignarus & abſens cum audiviſſet ſuper temeri-
tate militum indignatus eſt, Theodoricum & 3. amitæ illius filios qui Tancmaro
manus junxerant, ſtrangulâ fecit deficere.* huc uſque Witichindus. Imperator
verò vindicaturus & dedecus in fratre *Henrico* commiſſum & cædem *Tanc-* D
mari toto conamine perſequitur *Eberhardum Palatinum*, qui verò prius *Gi-
ſelbertum* potentiſſ. Lothar. Ducem ad ſuas pertraxerat partes, cujus auxilio
fretus Imperatori *Ottoni* non modicè reſiſtebat Eberhardus, & licet *Giſelber-
tus Gerbirgam* Ottonis I. Imp. Sororem uxorem duxerat, maluit tamen ſu-
ſcipiendi regni ſpe ineſcatus atque animatus Imperatori reſiſtere, quàm eum,
uti debuerat, in omnibus ſuis neceſſitatibus contra ſuos æmulos adjuvare. E
Eberhardus verò *Tancmari cæde* militumque defectione maximè perculſus
proſternitur captivo ſuo, quem habebat in vinculis *Henrico*, eumque in ſuas
quoque partes pertrahere annititur. *Eberhardus* etiam ejusque rebellionis
ſocius *Giſelbertus* Dux videntes ſe Imperatori non ſatis reſiſtere poſſe, conſi-
lio inito, *Henricum* captivum ſuum ita alloquuntur; *Rectene Patrem egiſſe
rere, in Regia tibi dignitate genito non in eadem genitum præponendo? Planè non* F
*diſcretionis hoc cenſura ponderavit, verùm paſſionis magnitudine aberravit:
Ergo, age, nec tibi deerunt copiæ, fratrem dejice, regnum accipe, ſit tibi regnandi
facultas, cui accedit Deo largiente & in eadem dignitate nativitas, ſi itaque con-
ſiliis noſtris te parere nobis juramento promittis, non ſolùm, quia captus es, di-
mittemus, ſed etiam, ſi Rex velis fieri, noſtrum te Dominum conſtituemus.* vid.
Luitprand. l. 4. c. 9., quo promiſſo ab *Eberhardo* Palatino dimiſſus ad fratrem G
ſimulatâ fide profectus eſt.

Eberhardus poſt hæc *exilio* mulctatus fuit in *Hildesheim.* v. Regin. Con-
tin. ſed mox deprecante pro eo *Friderico* Archi-Epiſcopo Moguntino poſt
breve exilium reſtitutus fuit, de quo Witich. h. modo: *Eberhardus dimiſſo
Henrico ſuaſione optimi viri Friderici Succeſſoris Hildeberti Archi-Epiſc. Mo-
gunt. adiit Regem ſupplex, veniam depoſcit ſe ſuaque omnia ipſius arbitrio tra-* H
*dens, ne autem ingens ſcelus inemendatum maneret, quaſi in exilium in urbem
Hildenenſem à Rege dirigitur, ſed non poſt multum temporis in gratiam receptus
& priſtino honori redditus.* Sed Eberhardus in gratiam licet receptus non de-
ſtitit

A ſtitit à rebellionis propoſito. Omnia enim, quæ Eberhardus & Giſelbertus Dux ſuprà *Henrico* proponebant, non eo fine dicebant, ut facerent, ſed ut eum callide illuderent, atque ut auxilio ejus *Ottonem* Imp. eo melius debellare poſſent, & *Giſelbertus* hoc modo *Henricum* decipere voluit, ut dum ſuo adjutorio Regem devinceret, ipſum deponeret & ſibi Imperii coronam acquireret. *Eberhardus* Palatinus autem omnium callidiſſimus ſimiliter *Giſelbertum* B aliàs à rebellione alienum, promiſſione regni ad ſuas pertraxerat partes, longè enim aliter diſpoſuerat *Eberhardus*, & ſibi potius regni coronam deſponderat, cum enim aliquando uxorem ſuam in ſinu foveret, uxori hæc dixiſſe fertur: *Jocondare in gremio Comitis brevi lætatura in amplexibus Regis.* vid. *Luitprand.* l. 4. c. 10. Sed omnes ejusmodi machinationes fraudulentas à Deo, qui coronas dat, cui voluerit, illuſas fuiſſe eventus docuit.

C *Henricus* itaque *Eberhardi* Palatini & *Giſelberti* Lotharingiæ Ducis blanditiis ineſcatus, Conſilio *Salfeldiæ* An. 938. habito, ibique conſpiratione Henrici, prætextu convivii Salfeldici firmatâ, in qua multi Imperii Principes *Henrici* partes amplexi ſunt, collectis quantum potuit undique copiis relictâque Saxonia *in Lotharingiam ad Eberhardum* & *Giſelbertum* properat, cujus rei famâ omnes undique perculſi ipſe Rex Otto primùm non credidit. Ibi D conjunctis viribus per agrum Juliacenſem & Colonienſem contra *Ottonem* Imp. proficiſcuntur rebelles.

Imperator cognitâ eorum intentione, eadem quoque quanta potuit celeritate cogit milites, quibus fortiter ſtipatus Weſtphaliam tranſiens *Tremoniam* (ſ. Dortmundam in Comitatu Marcano de qua v. *Dit.* Mülheri Chron. & Meib. in not. ad Witich. p. 689.) *Henrico* parentem obſidione cinxit. Tre- E monenſes verò mox adhortatione & conſilio eorum Gubernatoris nomine *Hagen* in fidem ſe dederunt Imperatoris. Hagen præſtito Imperatori juramento fidelitatis, juſſus eſt properare ad *Henricum* Cæſaris fratrem, eumque Imperatorio nomine, ut ab inceptis deſiſteret, fideliter cohortari. Imperator interim relictâ *Tremoniâ* tranſiit *Recklingam*, inde *Dorſtenam*, tandem *Veſa-* F *liam* petiit, ubi cum copiis ſubſtitit. Tunc temporis autem vicinitatem hoſtium æquè ac vires eorum ignorabat, quod in cauſa fuit, ut quidam Cæſarianorum incautius Rhenum tranſirent, cumque vix terram attigiſſent, atque *Biertanum* (Bierzunum Luitprando l. 4. c. 11., hodie *Bürick* pagus in Clivienſi Ducatu è regione Veſaliæ) veniſſent, hoſtes ſubitò magnis agminibus ad ſe venientes conſpexerunt, unde perterriti neſcientes, quo ſe verterent, G quidque conſilii in tanta temporis anguſtia? *Otto* quoque Imperator in altera Rheni ripa ſubſiſtens tranſitum eorum ignorabat, *Hagen* etiam, qui interim ad Imperatorem cum reſponſione redibat, tantâ, ut edixerat, celeritate præcurrebat, ut eos eorumque ſtatum minimè obſervare potuerit, hanc Imperatori referens reſponſionem: *Dux Dominus meus Henricus felicem fauſtamque optat Majeſtati Veſtræ regnandi proſperitatem, cumque jam jam ad inſervien-* H *dum paratum eſſe:* Cumque ulterius *ex Hagen*, num ſcil. in pace, an bello adveniret, percontaretur Imperator, magnam hoſtium cohortem cum vexillis in ſuos advolantem conſpexit, unde porrò quærere pergit, quid hoc ſibi velit? Reſpondet *Hagen, ſi Henricus Dominus meus meum ſequi conſilium voluiſſet, aliter quàm nunc comparuiſſet.* Otto itaque ſuos trans Rhenum extremis in pericu-

periculis constitutos mœstis conspiciens oculis, libenter suis, si possibile, A
auxilium tulisset, nisi hostes præveniendo omnes abstulissent naves. Omni igitur humano auxilio destitutus Imperator *equo descendit, lacrymas fundens prostratusque in terra ante clavos Domini Lanceæ infixos* divinum cum suis imploravit auxilium. vid. Luitprand. l. 4. c. 12., Witichind. l. 2. Eorum autem, qui Rhenum temerario ausu incautius transibant, non ultra 100. erant, cumque de salute, vita, feliciqúe regressu, seque vim ho- B
stium ferre non posse, jam ferè desperarent, consilio tamen inito, rebusque suis in vicinum *Xantum* quàm celerrimè translatis, mortem potius subire pro salute Imperatoris sui fortiter pugnando, quàm hosti se turpiter dedere, animo sibi firmiter proponebant.

Cum itaque stagnum aliquod eos ab hoste separaret, divisère se in duas turmas, quarum *altera* contra hostes procederet, eumque à fronte op- C
pugnaret, *altera* verò circa stagnum subsisteret atque hostem à tergo lacesseret. Ex hac autem vigorosa Saxonum ab utraque parte facta oppugnatione eos multò numerosiores, quam non erant, aliosque plures ex insidiis adhuc latitantes judicabat hostis, nesciens num ulterius progredi, an verò à tergo eos lacessere deberet.

Interea Saxonum quidam linguam Gallicam callentes clamoreque tu- D
multum excitantes vociferabant: *Fugite, fugite:* Lotharingenses verò ejusmodi clamores à suis provenisse existimantes in fugam se dabant, quos mox alii sequuti sunt: Mira igitur & singulari Dei providentia magnus hostium regiqúe suo rebellantium numerus ab exiguâ manu Saxonum in fugam versus est. Plurimi quidem Saxonum vulnerati, pauci tamen eorum cæsi sunt, inter quos fuère *Albertus* cogn. *Sapiens*, qui ab *Henrico* gra- E
viter vulneratus paucis diebus pòst obiit. A parte verò hostium cecidère *Gothofredus* cogn. *Niger*, *Wernerus*, & supradictus *Maincia* v. Witich. l. 2. *Henricus* etiam Imperatoris frater in brachio vehementer percussus fuit, & quamvis loricæ triplicis fortitudo ad carnem usque ensis aciem non admitteret, pondere tamen percussionis acerbæ brachium ejus in livorem adeò conversum fuit, ut nullis Medicorum curis ita curari posset, quo minus anno F
sequente permagnum sentiret dolorem.

Graviter itaque vulneratus *Henricus* vix evasit, cum *Giselberto* in ejus castrum fortissimum *Capramontium* se contulit, Rhenumque transiens clam in Saxoniam abiit ad *castrum suum Mersburg*, quod Imperator, postquam, quæ gerebantur, cognoverat, mox obsidione cinxit. Post duos fermè menses facto armorum interstitio 30. dierum, urbs Merse- G
burg Imperatori tradita fuit, & habito cum fratre colloquio arma movit in Lotharingiam Ann. 939. & *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem in Castro suo *Capræmontensi* obsedit. Verùm cum *Ludovicum* Franciæ Regem valida cum manu in Alsatiam jam profectum audivisset, Imperator & hâc obsidione solutâ in *Alsatiam* properat, quo jam antea *Eberhardus* Palatinus cum suis perfugerat, quem etiam postea, profligato *Ludovico*, H
in firmissimo *castro suo Brisacensi*, in quod naturali loci asperitate munitum militum multitudinem collocaverat, quorum fortitudine circumcirca Regis fideles, factis sæpè excursionibus, miserè laniebat, obse-

 dit.

A dit. Durante autem obsidione plurimi Episcoporum aliorumque Procerum *Friderici* Archi-Episcopi Mogunt. exhortatione defixis noctu tentoriis cœperunt deserere Regem, clamque ad civitates proprias aufugere. *Friderico* adhuc aliquantulum temporis apud Imperatorem subdolè permanente, donec & ipse cum *Rudhardo* Episcop. Argentinensi, relictis copiarum suarum sarcinis, mediante nocte clam Metim versus eandem
B dem capesseret fugam, conjuncturus ibidem suas cum *Giselberti* Ducis *Eberhardique* copiis.

Non diu pòst ipse *Eberhardus* Palatinus noster è castro Brisacensi elapsus *Fridericum* Archi-Episcopum itidem in Lotharingiam sequutus est. Quo cognito reliqui Procerum Regis, qui in fidelitate apud Regem persistebant, videntes copias Imperatoris quotidiè imminui, Regem ita al-
C loquuti sunt: „ Consule, Rex, saluti tuæ, nec clam tè est, quod Henri-
„cus frater tuus bellum tibi inferre conatur, qui si tam parvas tecum esse
„copias senserit, subito irruet, ut ne fugiendi quidem locus sit, quibus Rex imperterritus masculè respondit: „ Nolite talia loqui, & si appro-
„pinquabit tempus nostrum, moriamur omnes in virtute & non infera-
„mus crimen gloriæ nostræ, melius enim est pro vera justitia mortem
D „subire, quam eam fugiendo turpiter vivere. ita *Luitprand.* l. 4. cap. 14. *Giselbertus* interim Dux & *Eberhardus* Palatinus collectis undique copiis, Imperatore in Alsatia adhuc subsistente, *agrum Coloniensem* infestabant, & nemine resistente totum ferè Archi-Episcopatum rapinis, igne ferroque vastabant, Rhenumque deinde trajicientes juxta *Andernacum* totum pariter terrarum tractum, quicquid est inter sylvam occident. (Westerwald)
E & Rhenum ad Montensem usque regionem rapinis exhauriunt, prædas undique collectas trans Rhenum mittentes, in securitatem ponunt.

Hinc ad coercendam aliquatenus Ducum insolentiam *Hermannus præscripto Eberhardo*, Comes Palatinus factus *Arnulfi* Mali Bavariæ Ducis filius una cum *Udone* & *Conrado* cognomento *Sapiente* Franconiæ Comitibus vid. supra Geneal. cum paucillis copiis mittuntur à Rege ex Alsatia
F in Lotharingiam: Et hi, *quamvis affinitatis lineâ cum Eberhardo Palatino Duceque Giselberto jungerentur, maluère tamen justè cum justo Rege occumbere*, ut loquitur Luitprand. l. 4. c. 10., *quàm cum consanguineis triumphare*, videntes autem se numero pauciores prælium cum Lotharingis Palatinisque committere non audebant, hostem tamen cohortibus emissis hinc inde lacessere non intermittebant. His aliquando *sacrificulus*
G quidam obviam veniens lamentabatur, quærentes ex eo, cur tantas funderet lachrymas? *quare ego omnium jam pauperrimus*, inquit, *non lacrymarer? Nebulones enim isti, qui jam jam vos præcurrebant, jumentum f. vaccam meam, quæ mihi hactenus alimenta dederat, vi abstulerunt*, quærentes porrò, num ipse Dux *Giselbertus* & *Eberhardus* Palatinus cohorti adessent, imò adsunt, respondit Sacerdos, maximam enim e-
H quitum turmam cum ditissimâ præda in proximum castellum miserunt, ipsi verò in prædio quodam haud procul abhinc juxta *Andernacum* ad Rhenum epulantes moram trahunt, ubi eos invenietis.

Cogni-

Cognito hoc ſubito cum ſuis accurrunt & rebelles in dicto prædio ex A
improviſo adoriuntur jam Rhenum cum ſuis trajecturos *Giſelbertum* ſcil. &
Eberhardum Palatinum. Committitur inde atrox certamen, quo *Eberhar-
dus* noſter multis vulneribus acceptis, ſed viriliter redditis, tandem telis pla-
nè obrutus atque confoſſus corruit An. 939. . . . . . ut *Witichind.* l. 2., *Frodoar-
dus* in Chron. ad 939., *Ditmarus* l. 2., *Hepidan.* in Chron. S. Gall., *Mar. Scotus*,
Miræus in Donat. Belg., *Blondellus* in plenior. aſſert. Geneal. Franc. (& non B
A. 942., ut *Sigebertus*, qui omnia more ſuo triennii ſpatio poſterius, quam re-
vera geſta ſunt, narrare ſolet, ut rectè obſervavit Miræus l. cit., adde Boecle-
rum in Imperat. Germ p. 315., neque A. 940. ut *Trithemius* in Chron. Hirſ. &
Urſperg. in Chron. & cum his alii, neque An. 946. ut *Franciſcus de Roſieres* in
Hiſt. Geneal. Ducum Loth. p. 188.) *Giſelbertus* verò Dux equum ſubito con-
ſcendens ad Rhenum fugit, in quem ſe una cum equo præcipitem dedit, C
dumq; armorum pondere gravatus enatare non poſſet, fluminis impetu ſuf-
focatus periit. vid. Frod. ad A 939., ita ut corpus ejus nullibi poſtea reperiri
potuerit. Fuiſſe tamen, qui dicerent, inquit *Frodoardus*, à piſcatoribus inven-
tum & ſepultum, ſed propter ſpoliorum ornamenta celatum fuiſſe. *Hen-
ninzeſius* verò in theatro Geneal. & *Franciſc. de Roſieres* lib. cit. aliique neſcio
quâ fide ſcribunt, eum ab *Ottone I.* Imp. Procerum caterva ſtipato *apud Ro-* D
maricum Montem in Baſilica S. Petri honorificè ſepultum fuiſſe. Diſſentiunt
autem ſcriptores in eo, quisnam ſcilicet *Eberhardum* noſtrum occiderit? *Roſ-
vvitha* in Panegyr. Ottonis, & *Ditmarus* id UDONI Franconiæ Comiti
aſcribunt, ita enim Ditmarus l. 2. *Anno Regis* (Ottonis I.) *tertio* (id eſt, A. 939.)
*Henricus Dux & Eberhardus Dux & Giſelbertus Comes Lotharingorum cum
cæteris nequitiæ fautoribus cis Rhenum plurima depopulata ſunt, hoc Udo ami-* E
cus Regis comperiens Eberhardum occidit. *Luitprandus* verò l. 4. c. 16., Regi-
nonis Contin., *Cluverus* in Hiſt. Univ. aliiq; id CONRADO SAPIENTI
Franconiæ Comiti v. ſupra Geneal., *Witichindus* illud HERMANNO at-
tribuit, quis autem *Hermannus* iſte fuerit? *Meibomius* in not. ad Witich. p. 160.
ignorat, *Eccardus* Jun. de Caſib. Monaſt. S. Galli alium hujus cædis authorem
nominat, CUNONEM ſcil. cognomine *Curtipoldum* filium *Eberhardi*, regii F
ſanguinis virum v. ſupr. Geneal., & hunc 12000. ſtipatum repente in Eber-
hardum & Giſelbertum in ripa Rheni in planitie quadam ludentes irruiſſe
atque *Giſelbertum Lanceâ* prius transfixum ſubmerſiſſe, mox *Eberhardum*
levitatis increpatum obtruncâſſe.

Eberhardus autem noſter ubinam ſepultus fuerit? itidem non ſatis con- G
ſtat. Auctor Topographiæ Palatinatus Rhen. p. 62. voce *Eberbach* ex MSto
quodam refert: *Eberhardum ex ſtirpe Caroli M.* (v. Lehman Chr. Spir. l. 5. c. 4.,
l. 2. c. 16. & Chron. Carionis) *oppidum Eberbach ad Nicrum exſtruxiſſe ibiq;
ſepultum eſſe.* Quod ſi verum eſt, *Eberhardum* quendam Franconiæ Comi-
tem Eberbaci ad Nicrum ſedem & domicilium fixiſſe, non autem *Eberhar-
dum* Palatinum noſtrum, patruum potius ejusdem hîc ſubintelligendum eſſe H
putamus. Nec me turbat inveterata aliorum opinio, qui cum Cl. *Coccejo* l.
de Jur. Publ. Prudent. c. 3. ſ. 7. §. 95. p. 87. ex *Ditmaro* l. 1., Witich. l. 1. apud Meib.
t. 1. p. 636., *Ottone* Friſing. de geſt. Frid. I. l. 1. c. 14., *Urſperg.* Chron., *Lehmanno* l. 2.

A c.15.p.85., c.16. l.5. c. 19., *Bruschio* de Episc.Germ.c.6.n.24.25. probare conan-
tur & *Franconiæ Duces* (sicque etiam Eberhardum nostrum Francon.Ducem)
Limburgi in agro Spirensi non solùm *sedem fixisse*, sed & omnes ibidem usq;
ad Conradum II. Imp. cognomento Salicum *sepultos fuisse* docent. Quod si
de *Conrado Sapiente* conditore forsan hujus Castri (eum enim Wormatiam
etiam quandoque inhabitasse certum est) vel potius de ejus in Ducatu Fran-
B coniæ Successoribus intelligatur, facilè quidem concedimus. *Majores* tamen
dicti *Conradi* Sapientis, ut & *Conradum I.* Imperatorem ejusque fratrem *Eber-
hardum* Palatinum nostrum, & horum patrem Conradum Franconiæ Co-
mitem omnes *Wileneburgi*, id est, Weilburgi (vid. *Urspergens.* Chron., Mei-
bom.Diss.de Irmens.c.1.) *sepultos fuisse*, nulli dubitamus. Certissimum enim
est Franconiæ Comites, Duces vastissimum terrarum tractum tenuisse &
C præter *Rhingoviam, Wetteraviam*, ipsam etiam *Hassiam & plurima alia ditio-
num Nassovicarum* hodiernarum dominio quoque eorum subjecta fuisse, in-
déque postea feuda Palatina Nassovicis insequentibus temporibus concessa,
Originem traxisse.

Eccardus autem Junior l.de Casib.Mon.S.Galli *Eberhardum* nostrum ex-
cusare videtur, quod procul dubio *Ottoni I.* Imp., fidelis permansisset, nisi à
D *Giselberto* Loth. Duce seductus fuisset, ita enim: c. 5. scribit: *Postea Lotharin-
gorum Kiselbertus Eberhardum castigatum, cur honorem suum alieno dedisset,
Regi Saxonico rebellare secumque sentire persuasit.* Verùm *Luitprandus* coæ-
vus l.2 c.7., l.4.c.9., aliique aliud docent. Deinde *Eberhardum* nostrum non
solùm *Conrado I.* Imp. fratri suo, sed & *Ottoni I.* bis rebellâsse constat. Re-
bellionis autem causam, quam auxiliante Giselberto contra Ottonem I. ex-
E citaverat, hoc modo exponit *Lehman* in Chron. Spir. Dieser Rebellion Ur-
sach ist diese gewesen / weil Eberhardus so wohl als Arnulphus D. Bavar.
auß dem Geschlecht Caroli Magni gewesen/und sie gesehen/wie die Säch-
sische Fürsten und Stände sich dessen übernommen/ daß die Königliche
Cron von der Caroliner Geschlecht auff das Hauß Sachsen kommen/
und deßwegen sich allen andern Reichs-Fürsten für zu ziehen sich unter-
F standen. v.Witich.l.2. Daher sie sich auß beschwerlicher Ungedult erwegt
und ihnen schmertzlich zu Gemüth gezogen / daß die Königliche Hoheit
von ihrem Stamm ab/und in ein ander Geschlecht erwachsen / und deß-
wegen ihr Ansehen geringschätziger wollen gehalten werden / daher die-
ser schwere Krieg wider Ottonem I.entstanden/etc.

Ex uxore autem N.., quam huc usque ignoramus, liberos, quantum
G constat, reliquit *I.Conradum* cæsum An. 951. in rebellione quadam Lotharin-
gensium contra Conradum Sapientem Loth.Ducem, cujus partes tutatus est.
Fundatorem monasterii S.Georgii Lintburgensis ad Lanam, ubi & sepultus
est II. *Mathildem* (quam alii Gertrudem vocant) uxorem, ut volunt, Rigi-
miri Ducis Mosellanici. vid. Rosieres Stemm. Lothar. & ex eo Freherus in
Origin. Palat. c. 13. p. 56. & Diploma Rigimeri Ducis Lothar. Mosellan.
H de An.946.9.Kalend.Februar.vid.apud Roserium lib.cit n.35. in quo Gertru-
dis hæc Ducissa Franconiæ & Wormatiæ vocatur, ex quâ procreavit Gotho-
fredum, Ottonem, Falconem, Rigimirum, Bonam, Hiltegardem, & Alidam.

CA-

CAPUT VIII.

De Hermanno I. Comite Palatino Rheni & Nemoris.

A

HErmannus Cognomine *Pusillus*, Comes Palatinus Rheni & Nemoris, *Dux Lotharingiæ* Mosellanicæ, *Arnulphi* Bavariæ Ducis filius, cui Monachi cognomentum Mali perperam dedere, *cum alias optimus fuerit Princeps*. v. Avent. A. Bav., ex *Gerberga* filia Rudolphi Comitis Franconiæ, *Episcopi Herbipolensis*, vel Agnete, Sorore *Geisæ* Regis Hungariæ, quam quidam Historicorum *Arnulfo* quoque adscribunt, eamque primam ejus Uxorem fuisse autumo. *Natus*, ut videtur, *Ratisbonæ*, quæ urbs Regia quondam & sedes Ducum Bavariæ fuit, *quo autem anno*? ex antiquitate Historica hactenus non satis constat; interim *tertiogenitum* Arnulfi filium fuisse certum est. *Eberhardo* Franco, Salico s. Palatino Provinciæ Rhenensis possessore ob rebellionem aliquoties excitatam *proscripto*, electus in *Comitē Palatii* ab Ottone I. Ratisbonæ A. 939. Fateor, quantum ad familiam *Hermanni Rheni Palatini* nostri, cujus meminit *Ditmarus* l. 4. p. 92. ex edit. Maderi, & alius author coævus Ms.[tii] *Browvillerensis* de vita *Ezonis* Palatini filii Hermanni, apud Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5. Maji., Gelenius l. de magnitud. Colon. Agrip. p. 315., me diu in ea hæsisse opinione, *Hermannum* Palatinum *non Bavarum, sed Francum* origine, & quidem *Conradi* cog. *Sapientis* Lotharingiæ, & postea Franconiæ Ducis fratrem fuisse. Verum ex Historica antiquitate postea aliter edoctus, *Hermannum* nostrum non ex Francis, sed *ex Bavaris* originem traxisse, certus jam sum, idque sequentibus ex rationibus. B C D E

1. *Hermannus Palatinus* noster cognomen adeptus est *Pusilli*. v. 1. Ms.[tum] *Browvillerense* jam memoratum apud Papenbroch l. cit. ad 21. Maj., ubi ita: *Generosissimus Heros Hermannus Comes Palatinus cognomento* PUSILLUS *non mediocris reputationis inter magnates Illustrissimi Imperatoris Ottonis I., cui* IN NEGOTIIS REGNI *& præliorum periculis tam auxilio, quàm consilio fidelissimè adstitit, & præsertim in prælio contra efferam Hungarorum gentem* (A. 955.) *commisso, ubi hostilem pugnando aciem fortissimè attrivit*. 2. Pusillus vocatur in Ms.[to] *Bipontino* de Rheni Palatinis, quod vidi in Bibl. *Joh. à Lent* SS. Theol. D. & Profess. Herborn., adde Gelenium l. cit. p. 318. 388., ratio istius est, quia Arnulfi Ducis filius natu minimus erat. v. Avent. l. 4. p. m. 380. adeoque cognomentum Pusilli consequutus est. F

2. Aventinus l. 4. Annal. Bav. testatur, Ottonem I. Imp. captâ A. 939. Ratisbonâ *Arnulfum* & *Hermannum* Arnulfi Ducis filios *natu minores* in Comites *Palatinos* evexisse, ILLUM. scil. in Bavariæ Palatinum, HUNC verò (non itidem in Bavariæ quoque Palatinum, ut Aventinus) quem Imperator impensius amabat, in *Prætorio Præfectum* seu *Comitem Palatinum* Provinciæ Rhenensis A. 939., quo *Eberhardus* Palatinus jam rebellionem excitaverat contra Imperatorem Ottonem. Palatinatus enim Rheni, ut rectè *Conringius* de judiciis Imp. Germ. p. m. 202., à Palatinatu Bavariæ prorsus fuit semper distinctus, etsi hodiè dignitas illa sit penes familiam Ducum Bavariæ. G H

3. Te-

A 3. Testatur Ms.[tum] supradictum *Brovvillerense* apud Papenbroch l. cit. &
Gelen. lib. cit., & libro de Vindiciis B. Richezæ Reg. c. 2. ex Archivo Browil-
lerensi ubi eum virum probũ & Nobilem vocat. *Hermannum* Palat. nostrum
Hungarorum aciem A. 955. 10. Aug. fortissimè pugnando attrivisse. *Henricus*
enim *Bavariæ Dux* Ottonis I. Imper. frater morbo impeditus *exercitum Ba-*
varorum Eberhardo ejusque fratri Hermanno commisit. v. Witich. l. 3. An-
B nal., cum tertius eorum frater Arnulfus A. 954. jam telis confossus in obsidio-
ne Ratisbonensi periisset.

4. *Hermanni* nostri filius *Ezo* Comes Palatinus Rheni, *fundator Abbatiæ*
Brovvillerensis in antiquissimo Ms.[to] Brovviller. de vita fundatoris Ezonis,
Vocatur CONSANGUINEUS S. UDALRICI Episcopi August., Comitis
de Dillingen & Kyburg, ratio *procul dubiò* hæc erit, quod *Hermannus* Pa-
C latinus ejusve frater Eberhardus Uxorem ex Comitibus de Dillingen oriun-
dam *matrimonio* sibi junxerit, *neptem* forsan *S. Udalrici* ex fratre *Theobaldo* in
prælio supradicto contra Hungaros A. 955. cæso: vel *filiam* Adelberti Patrui
S. Udalrici A. 953. defuncti, vel *etiam*, quod Soror forsan Hermanni nostri nu-
pserit Comiti alicui de *Dillingen*, argumento ex Witichindo l. 2. petito, quo
scribit, *Henricum Bavariæ Ducem matrimonio junxisse Sororem conjugis suæ*
D *Judithæ militi cuidam N. mediocris substantiæ.*

5. *Otto* Comes Palatinus Rheni *Hermanni* ex filio *Ezone nepos*, in Ducem
Sueviæ 1045. electus *Comes Wittelsbachius* vocatur passim à scriptoribus, quia
scil. originem traxerat ex familia *Wittelsbachia*, non quidem, quod præcisè
fuerit Wittelsbachius, sed eorum tantùm *consanguineus*. v. supr. Genealog.

6. Idem *Otto* Comes Palat. Rh. Dux Sueviæ in Chronico *Carionis* ex edit.
E Peuceri p. 805. *Agnatus* antecessoris sui *Hermanni* Ducis Sueviæ appellatur,
ratio istius est, quia *ambo* ex sanguine *Bavaro* Originem duxerunt. Abavus
enim istius *Hermanni* Sueviæ Ducis *Eberhardus* Arnulfi Ducis fili', frater erat
Hermanni Palatini nostri, qui, ut dictum, *avus* erat *Ottonis*, de quo hic sermo
est. v. supr. Geneal.

F 7. *Cuno* Comes Palatinus Rheni abnepos Hermanni Palatini nostri An.
1048. in Ducem Bavariæ electus, à Lamberto Schafnab. in Chron. ad An.
1057. COGNATUS REGIS HENRICI III. vocatur. Ratio istius appella-
tionis est, quod *Gisala* mater Henrici III. Imp. antea matrimonio juncta
erat *Ernesto Sueviæ Duci*, nepoti *Eberhardi Bavari*, qui, ut dictum, frater
erat *Hermanni Palatini nostri*, cujus *abnepos* erat jam memoratus *Cuno* Ba-
G variæ Dux, ita ut *Henricus III.* Imp. & supradictus *Hermannus* Sueviæ Dux
Ernesti filius ex linea Bavarica descendentis, *fratres uterini* fuerint ex eadem
matre *Gisala* prognati, ex quo consanguinitatis ratio petenda inter *Henri-*
cum III. Imp. & *Cunonem* Palatinum Rh. Bavariæque Ducem A. 1055. exstin-
ctum. Hinc

8. *Cuno* iste, defuncto absque masculis A. 1048. *Henrico juniori* Bavariæ
H Duce, Henrici Senioris Ducis Bavariæ A. 1027. denati ex fratre Friderico Co-
mite 2. Lucemburgico nepote, cui Imperator *Henricus* cognomine Sanctus,
eo, quod affinis ejus Bavariæ Dux jam dictus *Henricus seu Senior* liberis ca-
reret, Bavariæ Ducatum testamento legaverat, rectè in *Ducem Bavariæ* An.
1048. ab Imp. Henrico III. eligitur, ut *proximus scil. agnatus*, ex ipso Du-
cum

cum Bavariæ Stemmate oriundus. vid. & Gelenium in vindiciis B. Richezæ A
Reg.c.3.

9. *Ex Leodio* in Annal. f. vita Frid. II. El. P. l. 1. p. 13. patet (adde *Spener.* op. Herald. p. 669.) *Henricum* Comitem *Palatinum Rheni* Dominum *de Lacu Hermanni* Palatini nostri ex filio *Hetzilone* 2dogenito *nepotem* INSIGNIA BAVARIÆ *in dextro suæ Chlamidis latere, & in sinistro flavum Leonem sine corona in nigra planitie cum duplici cauda gessisse*: Notatu dignum, inquit Leo- B
dius, quod licet Henricus hic se duntaxat Comitem Palatinum & Dominum de Lacu scripserit, nihilominus tamen *Insignia Bavariæ* in dextro suæ Chlamidis latere, & in sinistro flavum Leonem sine corona in nigra planitie cum duplici cauda depicta cernuntur, ut credibile sit, eum ex *Bavarorum & Palatinorum* progenie descendisse ex Stemmate scil. *Werneri de Scheiren*. Sed C
rectius *Hermanni* dixisset, qui Arnulfi Schirensis Bavariæ Palatini frater, aliis etiam, sed malè *Wernerus* dicitur vid. Meibom. not. ad Witichind. p.m. 697.

10. Porro in antiquis *Poloniæ documentis Conradus II.* Salicus Imp. ejusque filius *Henricus tertius* Imp. propinqui & *consanguinei* vocantur *Richezæ* Rheni Palatinæ, Uxoris *Mieslai 2. Regis Poloniæ*, (quæ *Hermanni* Bavari Rheni D
Palatini nostri ex filio *Erenfrido* neptis erat) ratio istius est. 1. quia *Gisala* uxor *Conradi II.* Imp. & mater Henrici III., quæ antea matrimonio juncta erat *Ernesto* Sueviæ Duci nepoti *Eberhardi Bavari*, qui frater erat *Hermanni* nostri v. supra Geneal. 2. *Conradus II.* Imp. pronepos erat *Luitgardis* filiæ *Ottonis* Imperat., cujus frater *Henricus* Dux Bavariæ matrimonio sibi junxerat *Judithā Sororem Hermanni* nostri, uti supra in Geneal. clarius patebit: deinde Richezam ex Palatinis Bavariæ & Rheni fuisse profectam, docet Gele- E
nius in vindic. B. Richezæ c.3.

11. *Hermannus Bavarus* Rheni Palatinus noster occisus videtur *Spira ab Ernesto* Sueviæ Duce circa A. 959. antequam Imperator *Otto I.* Italiam peteret, de quo vid. *Trithem.* in Chron. Comitum Palat. Rh. & Ducum Bav., *Andream* Presb. Ratisb. in Chron. Ducum Bavar., *Lehmanni* Chron. Spir. l. 5. c. 8., ubi Palatinum hunc ab Ernesto cæsum *perperam Henricum* nuncupa- F
runt. Ea enim tempestate nullus Rheni Palatinus in rerum natura ostendi potuit, qui *nomen Henrici* gesserit. Deinde ab iisdem etiam idem jam *dictus Palatinus* ab Ernesto occisus CONSANGUINEUS IMPERATORIS vocatur, quod optimè convenit cum *Hermanno Palatino nostro*. Ratio consanguinitatis hæc est, quia *Henricus Bavariæ Dux* Ottonis I. Imperatoris frater in Uxorem habuerat *Juditham Sororem Hermanni* Palatini nostri. G

12. Idemque denique *Hermannus* Palatinus noster videtur fuisse, cujus meminit Witichindus l. 2., quem Otto I. Imp. A. 939. *Ratisbonæ* in Palatii Comitem elegerat, in locum *Eberhardi Palatini* rebellis eaque de causa proscripti, atque eum de latere ejus *ex Alsatia* cum *Udone* & *Conrado Sapiente* Franconiæ Comitibus in Lotharingiam eodem anno miserat contra rebelles *Eberhardum Palatinum* & *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem de quo. v. Witich. l. 2., addit Luitprandus l. 4. c. 10. quamvis, inquit, hi missi affinitatis li- H
nea cum Eberhardo Palatino & Giselberto Loth. Duce jungerentur, maluere tamen justi cum justo Rege occumbere, quàm cum consanguineis triumphare.

A phare.etc. Si cauſam conſanguinitatis inveſtigare adlubeſcat, hæc habetor.
1. Quia *Hermanni* Palatini mater *Gerberga* ſoror erat Patruelis *Eberhardi*
Palatini Ducisque Franconiæ. v. ſupra Geneal. 2. *Cunigundis* avia *Hermanni*
noſtri defuncto marito *Luitpoldo* Bavariæ Oriental. Ducem, atrimonio poſtea
juncta fuit *Conrado I.* Imper., fratri *Eberhardi Palatini* noſtri, ut ex Chron.
Laurish., Chron. Monaſt. S. Galli, Chr. Hepidani rectè docet. D. *Blondellus*
B in plenior. aſſert. Geneal. Franc. p. 204., quem Cl. *Conringius* diligentiſſiſimum
ſcrutatorem vocat. Adde & Helvvigii antiquit. Laurish. p. 24. His itaq; aliisq;
argumentis, quæ in eam rem adhuc adduci poſſent, nihil dilucidius & mani-
feſtius eſſe autumo, quàm *Hermannum Palatinum* noſtrum non *Francum*
ſed *Bavarum* exſtitiſſe, filium ſcil. *Arnulfi* Ducis Bavariæ, eundemque fuiſſe,
cujus Ms.tum Browillerenſe apud Papenbroch in Actis Sanct. t. 5. Maji & Dit-
C marus l. 4. p. 92. ex edit. Maderi meminit, quod à nemine hactenus, quantum
ſcio, obſervatum fuit, 2dò *eundem fuiſſe*, cujus etiam Witichindus l. cit. me-
minit, quem etiam, *quis qualisque* fuerit ipſe Cl. *Meibomius* in not. ad Wit-
tich. l. 2. p. m. 690. ignorabat, imò & ipſe *Gelenius* in auctuar. vitæ S. Engelb.
Archi-Ep. Colon. p. 302. inſcitiam ſuam hoc modo profeſſus eſt: *quis nam il-
le ſeu cujusnam filius fuerit Hermannus hic, nec dum indagare potui.*

D Electus itaque *Hermannus* noſter ſanguine *Bavarus* in Comitem Palatii
& Provinciæ Rhenenſis A. 939. Ratisbonæ, in locum *Eberhardi Comitis Pa-
latii* Ducisq; Franciæ rebellis & proſcripti, quapropter rectè *Comes Palatinus
Rheni* & Nemoris vocatur ab Æg. *Gelenio* l. de *Magnit.* Colon. p. 315. 388. &
in *auctuario* vitæ S. Engelberti p. 302., *Theodor. à Rhay* è. Soc. Jeſ. lib. Anim. Il-
luſt. Cliv. Juliac. p. 71., *Henningeſio* in Theatro Genealog. de Impp. Saxon., Cl.
E *Reuſnero* in Geneal. p. 265. aliisque. Porrò *Rheni Palatinos* jam Ottonū tem-
pore inclaruiſſe, rectè *Freherus* in Originibus Palat. 1. c. 3. h. modo ſcribit:
Quantum ad appellationem Palatinatus Rheni illud negare non poſſum, "
quod verè eſt Irenico Exeg. Germ. l. 3. c. 50., & Münſtero Cosmogr: l. 3. c. 350. "
notatum, Palatinatus Rheni appellationem non ita veterem eſſe, nec apud "
F ullum ſcriptorem de temporibus Carolinorum inveniri, ſed poſt demum "
Imperium ad Germanos translatum, id eſt Ottonum tempore, Palatinos "
Rheni prius ferè inauditos inclaruiſſe. Notandum autem eſt, Vocabula *Rhe-
ni, Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ* non ſolùm ab antiquis, ſed & medii ævi ſcri-
ptoribus, imò etiam in ipſis antiquiorum Imperatorum Diplomatibus, Ger-
maniæ Palatinis rariſſimè *adjecta* & *adſcripta* fuiſſe. Sic in Diplom. Frid. I.
G Imp. de A. 1157. K. Jan. Fridericus Comes Palatinus de *Summerſeburg* (id eſt
Saxoniæ) in alio Otto & Fridericus Comites *Palatini* de *VVittelsbach* (id eſt
Bavariæ) vocantur. Sic & *Hermannus* Succeſſor *Wilhelmi* Comitis Palatini
Rheni à Dodecheno ad A. 1155. 1156. non niſi Comes Palatinus, ab Ottone
verò Friſing. Comes Palatinus Rheni appellatur: quod ex innumeris e-
xemplis oſtendi poſſet, quorum plura in Codice Diplomat. Palat. ad An.
H 1023. & ſupra cap. 1. adduxi. Interim tamen Veteres Palatinos *Rheni titulum*
geſtaſſe in dubium vocari nequit. Sic *Hermanni* Palatini noſtri *nepos Henri-
cus* ſe ipſum Comitem Palatinum Rheni ſcripſit: ut patet ex ejuſdem lite-
ris fundationis Monaſterii ad Lacum de An. 1093. quas vid. apud *Freher.* in
Orig. Pal. pag. 2. c. 9., & infra in Cod. Diplom. Pal. Sic *Ezonem* ſ. Ezeli-

num

num id est, Erenfridum Hermanni Palatini filium eundem Rheni titulum. A
gestässe legitur apud *VVitichind.* in Geneal. Sax. pag. 1. c. 13. 15., *Freher.* l. cit. p. 1. c. 15., *Pareum* in Hist. Palat. p. 517.

Hermannus autem Palatinus noster non solùm Comes Palatinus *Rheni*, sed & Comes NEMORIS vocatur, ut ex Ms.^tis Brovvillerensibus antiquis. docet *Gelenius* l. de magnitud. Colon. p. 315. & in auctuar. vitæ S. Engelb. Comitatus autem *Nemoris* ingens fuit *sylva*, quæ præ magnitudine B vulgò die vile/ die vele dicitur, cujus meminit etiam *Northof* in Chron. Marcan. ad A. 1301. apud Meibom. Eundem Nemoris Comitatum postea *filii Hermanni Ezo* & *Hetzilo* inter se divisêre, de q. pl. infra, quem etiam postea *Ludovicus Bavariæ* Dux A. 1215. in Palatinum electus, proscripto Henrico Rheni Palatino, una cum Palatinatu Rheni Veteri & moderno in *Co-* C *mitiis Ratisbon.* à Frid. II. Imp. impetravit. In cujus sanè non minoris momenti rei testimonium B. Lector inspiciat mecum *VVilhelmi Comitis Juliacensis* literas recognitionis feudalis datas *Francofurti* An. 1230. 16. Kal. Mart. *Ottoni Illustri Comiti Palatino Rheni*, Duci Bavariæ, Ludovici filio, in iisque mecum observet *eundem Nemoris Comitatum*, Zulpeche (Veterum Tolpiacum hodiè Zülch) aliaque ad Veteres Rheni Pa- D latinos, Hermannum scil. nostrum, ejusque filios Ezonem s. Erenfridum, & Hetzilonem s. Henricum eorumque successores spectantia loca: literæ, quas jam supra c. 3. n. 14. ex Frehero adduximus integras, hoc modo incipiunt: Wilhelmus Comes de Güliche profitemur, quod nos ab Illustri „Domino nostro Ottone C. Palatino Rheni Duce Bav. feudum, quod à Pa„tre ejusdem Ludovico Egregio Duce Bavar. tenebamus, sub hac forma recepimus. etc. Sequentes etiam Advocatias continent. *Advocatiam in Bri-* E *sich*, Advocatiam in *Viletge* (Vileca Monasterium virginum, ubi *Mathildis Hermanni* Palatini nostri ex filio Ezone Rheni Palatino *neptis*, Abbatissam egit) *Advocatiam in VVesle* (Wesel) Advocatiam in *Berchem*, Advocatiam in *Pfaffendorf*, Advocatiā in *Holvvilre*, Advocatiam in *Münstere* (s. Corn. Münster) Advocatiam in *Greznich*, Advocatiam in *Urochem* (Urechem) Advocatiam in *Dornich*, *Bona in Zulpeche*, COMITATUS ET JUS NEMO- F RIS. etc. In quibus, si cogitationem defixam habeo, nihil manifestius esse judico, quàm Palatinatum Veterem una cum Comitatu *Nemoris*, de quo hic sermo est, aliaque cis Rhenana loca, quæ *Hermannus* noster ad filios & posteros transmittebat, ad *Ludovicum Bavarum* Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ, ejusque denique filium *Ottonem Illustrem* pleno *successionis jure* pervenisse. Quarum *cis & trans Rhenanarum ditionum* Palatinarum Ve- G terum bona pars ab ipsis Palatinis postea *partim* oppignerata, vendita, alienata, *partim* Juliacensibus, Isenburgicis, Wedanis, Saynensibus, Westerburgicis, Leiningensibus, Witgensteinensibus, Nassovicis, Solmensibus aliisque permultis in feudum concessa, *partim* etiam Ecclesiis & Monasteriis à Palatinis tradita fuit, ita tamen, ut vastissimus iste terrarum tractus, quem *quondam Rheni Palatinis*, nunc verò supradictis Principibus, Comitibus, aliisq; Dyna- H stis parere conspicimus, *Originaliter* & *ævo Carolinorum* non nisi *Francos Comites* & *Duces* Dominos recognoverit; inprimis *Conradum I.* Imperatorem Franconiæ quondam Ducem ejusque fratrem *Eberhardum Palatii Comitem*, quo deinde ab Imperatore proscripto, ad *Hermannum Palatinum*

A noſtrum & ab hoc ad poſteros transmiſſum fuiſſe eundem hunc terrarum tractum nulli dubitamus.

Fallitur autem *Gelenius*, quando in auctuar. vitæ *S.Engelb.* p. 302. & in *Hierotheca* p.122. ſcribit, *Hermannum* Rheni *Palatinum* noſtrum nihil terrarum cis *Rhenum* poſſediſſe. Exploratum enim eſt, *Hermannum* Palat. noſtrũ ejuſque poſteros Caſtrum *Sigeberg* (in montenſi Ducatu, quo Cl. Meibomi' B in not. ad Witich. p.690. Veterum *Capramontium* ſubintelligit, Verùm rectì', ut videtur Valeſius in not. Gall. & Mabill. l. de re Diplom. l.4. p.257. illud cum Frodoardo in finibus Tungrorum diœceſeos Leodienſ. ad Moſam collocant, quod caſtrum firmiſſimũ ipſaq; natura munitum, & ſedes quondam Giſelberti Loth. Ducis, Witichindo. l.2. & Luitprando l.4. c.9. *Kievermont*, Reginonis Continuatori *Capramontium*, vulgo *Chievremont* dictum, neſcio C qua occaſione ad Notgerum Epiſ. Leod. pervenit, qui illud A. 980. funditus deſtruxit) cum *vicino tractu* pleniſſimo jure poſſediſſe, quod poſtea ejuſdem Hermanni noſtri pronepos *Henricus* Palatinus cog^to^ *furioſus*, Monaſterium *Gorzienſe* ingreſſurus *S. Annoni* Archi-Epiſcopo Colon. donavit. (v. vitam S. Annon. apud Surium) à quo deinde in cœnobium commutatum fuit, cujus cœnobii etiam meminit Cl. *Freherus* noſter in Orig. Palat. pag. 1. c. 11.

D 2. Extra controverſiam quoque eſt, *Hermannum II.* Comitem Palatin. Rheni, *Wilhelmi* Palat. Succeſſorem magnum terrarum tractum ab anteceſſoribus Palatinis ad ſe translatum habuiſſe circa *Abbatiam Werdenenſem*, & fluvium *Ruram*, quod ex Diplomate *Conradi III.* Imp. dat. Lamberto Abbati Werden. A.1147. 16. Kal. Nov. apud Bucelin. in Topo-Chrono-Stemmatographia p. 315. ſatis perſpectum habetur: dicitur enim in eodem, *Lambertum Abb.* plu- E ra emtionis titulo ab *Hermanno Rheni Palatino* acquiſiviſſe, ut CURTEM ANGEREN (cis Rhenum) *cum attinentus ſylvarum, aquarum*, etc. eademque facta fuiſſe in præſentia & cum beneplacito *Hermanni* Comitis Palatini Rheni, Diploma vid. infra in Cod. Diplomat. Palatino. 3. Ex quã plurimis *feudis Wedanis, Iſenburgicis, Saynenſib', Naſſovicis, Weſterburgicis* aliisF que *cis Rhenanis* Dynaſtiis à Rheni Palatinis antiquitus conceſſis, ſufficiens argumentum peti poteſt, ad probandum *vaſtiſſimum* Veterum Palatinorum (Eberhardi ſcil. ejuſque ſucceſſoris Hermanni) in *cis Rhenanis* partibus Dominiũ. 4. Ex *antiquis documentis* quoq; conjicitur, *Adelheidam* Uxorem *Henrici* Comitis Palatini Rheni *Domini de Laca* (is Hermanni Palatini ex filio Hetzilone nepos erat) poſt obitum mariti Palatini ſedem & domicilium fu- G um fixiſſe *Lintburgi ad Lanam*, Eccleſiæque ibidem *S. Georgii* ejuſdemq; Canonicis illuſtrem feciſſe donationem, de quo vid. Brovveri Schol. ad vitam *S. Bernvvardi* & *Maſſen.* in Annal. Trevir. l. 12. pag.710., ita ut haud incredibile ſit, civitatem hanc *Adelheidi* à marito quondam in *dotalitium* conceſſam fuiſſe, eandemque Eccleſiam S. Georgii à Conrado D. Francon. Eberhardi Palatini noſtri filio è fundamentis exſtructam fuiſſe.

H *Hermannus* autem *Palatinus* noſter non confundendus eſt cum aliis iſtius ævi Hermannis Ducibus, quorum paſſim in Hiſtoriis mentio fit, & quidem

1. Non confundendus eſt cum *Hermanno Franco*, *Sueviæ Duce*, ſocero *Luitolfi* D. Sueviæ, filii *Ottonis I.* Imp., electo in Ducem Sueviæ An. 926. filius

Filius hic fuit *Gebardi* Comitis Franc., Wetteraniæ, ex *Oda* f. Ottonis Com. A
Aquitaniæ & Burgundiæ, *vidua Zuendebochi* R. Lotharingiæ, filii *Arnulfi* Imp., & maritus *Wida*, viduæ *Burchardi* Ducis Sueviæ A.918. defuncti, obiit *Hermannus* hic A.949. 10. Dec. in Castro *Duillio* (hodiè Hohentwiehl) sepultus *Augiæ* in Capella S. Kiliani, v. Herm. Contract. ex edit. Canisii.

2. Cum *Hermanno Billingo* f. Willingo Saxoniæ Duce, filio *Willingi* Nobilis in *Stubbeskeshorn* A.973. Kal. April. *Quedlinburgi* in Comitiis defuncto, B
& *Luneburgi* in Monasterio à se condito sepulto. Et hunc ab *Ottone* I. Imp., Italiam A.961. petituro in *Imperii Vicarium* constitutum fuisse *Cæsar Heisterb.* Monachus, *Sprenger* in Fontib. Jur. Publ. p. 1128., *Gebvvoldus* l. de Septemvir. c.11., *Birchen* p. 187. a'iique perperam scribunt. Rectius alii, qui eundem ab Imperatore in *Administratorem Saxoniæ* tantùm constitutum memorant. Certum enim est, Imperat. Ottonem I. An.961. fratrem suum *Brunonem* Archi- C
Episcopum Colon. & *Wilhelmum* filium Archi-Episc. Moguntinum *Imperii Vicarios* elegisse, filioque *Ottoni II.* Wormatiæ eodem Anno in Regem Rom. electo (v. Regin. Contin.) & non nisi años 6. habenti adjunxisse. v. Lehmân. Chr. Spit. l. 5. c.9., Fabrit. Orig. Saxon., Gelen. in Hietoth. in vita S. Geronis Archi-Episc. Colon. *Hermannus* deinde hic ob *Provinciam Saxon.* bene administratam ab Imperatore ex Italia A.966. redeunte *Dux Saxoniæ* electus est. D
Fuit autem *Informator* f. Præceptor *filiorum Ottonis I.* v. Adam. Bremens. Chr., Spalat. Chron. Saxon. *Hermannum* etiam *hunc*, quod notandum, & *Brunonem* Episc. Verdinensem (Ottonis I. ex filio Luitolfo nepotem v. Fabrit. l. 1., Meibom. in Vindic. Billing. pag.42.) *consanguineos* fuisse, scribit Ditmarus in Chron. l.2.

3. *Cum Hermanno Alemanniæ Duce*, marito *Regulindæ* & Patre *Bertholdi* E
A.991. in lucem editi & in Meginradicella in Helvetia baptizati. v. Chron. Monast. S. Galli apud Mabillon. in Analect. t.4. p.479. Ejusdem mentio fit in *Diplom. Ottonis I.* Imp. dat. A.965. 10. Kal. Febr. in Sindliezesowo. v. Mabill. in Act. Sanct. Ord. S. Benedict. Sæc.5., & in alio dat Monast. Einsidel. A. 956. 6. Kal. Nov. Francofurti. v. Mabillon. l. cit. p.291., adde Hartman. in Ańal. Monast. S. M. Virg. Deiparæ. F

A. 937. *Arnulfo* Bavariæ Duce, *Luitboldi* filio 14. Julii piè defuncto, filii ejus *Eberhardus Arnulfus* & *Hermannus* statim post fata Parentis Ducatui paterno inhiant. *Eberhardus* etiam natu maximus *Principatum* occupat: *Bertholdo* patruo eorum Cæsaris consensum & authoritatem prius exspectandam esse frustra admonente & obloquente; nepotes instinctu quorundam Opti- G
matum *consilium* Patrui spernunt & *Ottonem novum Regem* flocci faciunt. Imperator cum hæc rescisset, non obstante bello civili, quo jam implicitus erat, *Bavariam* armatus petiit, v. Herman. Contracti Chr., *Ratisbonam* aliquot menses obsessam ad deditionem coëgit, *Eberhardum* in eadem ferocius resistentem cepit, eumque in Sueviam relegavit, ubi Dynastam *Eberspergensem* egit, & ubi etiam procul dubio in *Castro Ebersperg* obiit: *Ber-* H
tholdum patruum ejus in Bavariæ Ducem elegit, *Arnulfum* verò & *Hermannum* natu *minores* in gratiam recepit, eosque in *Comites Palatinos* elegit: ILLUM scil. (& non ambos, ut Avent. vult.) in *Bavariæ*

A *Palatinum*, à quo postea Palatini *Schirenses* & *Wittelsbachij* recto & masculino ordine descendére. v. supra Geneal. HUNC verò ut *natu minimum*, & *Pusillum* dictum, quem Imperator impensius diligebat, in *Palatij sui Comitem Provinciæque Rhenensis* præsidem A.939. in *Eberhardi* Franci Palatini ob rebellionem præscripti locum declarans.

Et hunc *Hermannum* factâ Lotharingiæ divisione, cujus ipse etiam Ad-
B ministrator & *Dux erat*, omnium primum *Veteris Palatinatus Rhenani Auctorem*, fundatorem, imò omnium Veterum Palatinorum Rheni *Satorem* exstitisse indubiâ Historiarum fide demonstratur, & ejusdem *Hermanni* Palatini nostri *Ditmarus* quoque mentionem fecit l. 4. p. 92. ex edit. Maderi h. modo: *Cæsaris hujus* (Ottonis III.) *soror Mathild nomine Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupsit, & hoc multis displicuit, sed quia id non valuit*
C *emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter*. Occasionem autem hujus *Matrimonij* exponit author itidem coævus *MSti Browillerens.* de vita Ezonis Pal., de quo infra in Ezone. Non autem ipsi Regi *Ottoni III.* ejusque matri *Theophaniæ*, sed ipsis potius *Monachis*, inprimis *Ditmaro* Episc. & *Adelheidæ* amitæ Mathildis, quæ Essendiæ Abbatissam egerat, matrimonium hoc displicuit.

D An.939. Imperator pacatâ *Bavariâ* in *Alsatiam* secessit, castrumque *Brisac*, quod *Ludovicus Franciæ Rex*, quem *Eberhardus* Palatinus & *Giselbertus* rebelles jam in suas pertraxerant partes, occupaverat, obsedit, è castris verò Imperator *Hermannum* nostrum cum *Udone* & *Conrado* Franconiæ Comitibus in Lotharingiam Mosellanicam misit, contra rebelles *Eberhardum* Palatinum ejusque rebellionis socium *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem. Missi à
E Cæsare rebelles ex improviso adoriuntur, in prædio quodam juxta *Andernacum* ad Rhenum, *Eberhardum* Palatinum ferocius resistentem statim occidunt, *Giselbertum* in fugam vertunt, qui Rhenum versus fugiens in eundem cum equo se præcipitem dedit, ubi armorum pondere gravatus submersus periit, de quo supradictum.

Giselberto Lothar. Duce A.939. exstincto, Ducatus *Henrico* Imperatoris
F fratri, eo verò paulo pòst eodem anno à Lotharingensibus pulso (vid. Frodoardi Chron.) *Ottoni Giselberti* D. *patrueli*, *Ricuini filio*, tutorio nomine traditur, ita ut simul *Henricum Giselberti* filiolum., *Ottonis I.* Imp. ex sorore *Gerbergâ nepotem* nutriret. v. Witichind. l. 2., Frodoard. l. cit., Reginon. Contin., Alberici Chronic., Trithem. Chr. Hirs. *Ottoni* autem Lotharingiæ Administratori postea An. 944. defuncto suffectus est *Conradus* cogn. *Sapiens*
G Franconiæ Comes, *Werneri* Comitis in Rotenburg *filius*, sub quo *Henricus* Giselberti filius unicus pubertatis annos nondum egressus An. 948. obiit. Quo defuncto Lotharingiæ Ducatus divisus est, ita quidem, ut *partem illius Conradus* dictus præter *Franconiam*, quam etiam ductâ A.947. *Luitgardâ* Ottonis I. Imp. filiâ, de manu Imperatoris acceperat. vid. Otton. Frising., Meibom. not. ad Witichind., Miræum in Donat. Belg. Alteram verò *Lotha-*
H *ringiæ partem* præsertim ea loca, quæ Rheno adjacent, ut *Tolpiacum* (Zulch) & *Capræmontium* duo omnium firmissima *Giselberti* castella obtinuit *Hermannus Palatinus* noster.

Conrado deinde Lotharingiæ Duce ob rebellionem A. 953. exauctorato,

Lotha-

Lotharingia *Brunoni* Archi-Epiſcopo Colon. fratri Ottonis I. Imp. admini- A
ſtranda tradita eſt, ita ut juxta *Hermannum* noſtrum ſimul in *Archi-Ducem*
Lotharingiæ eligeretur (vid. Æmil. Hiſt. Franc. l. 9., Chron. Magn. Belg.) Nic.
verò *Vignierus* Hiſtoriographus Regius (cujus eruditionem & judicium
laudanr *Blondell.* in Geneal. Franc. p. 165., & Fr. *Bellforeſtius* Hiſtotiographus
Regius in Annal. Franc. t. 1. l. 2. c. 5. & p. 205.) procul dubio ex antiquis docu-
mentis edoctus, in Chron. Burgund. ad A. 944. ſcribit: *univerſum Lotharin-* B
giæ Ducatum Ottone A. 944. defuncto, *ſolo Hermanno noſtro* conceſſum fuiſ-
ſe: Cujus verba hæc ſunt: *Ottone Duce Lotharingiæ Moſellanicæ A. 944. mor-*
tuo Hermannus ab Imperatore Ottone I. Lotharingiæ præficitur, quamvis Sige-
bertus aliique Lotharingiæ Ducatum Conrado Sapienti commiſſum anno ſequenti
notaverint, atque Hermannum hunc cum copiis ab Imperatore in auxilium Hu-
gonis Magni Com. Pariſ. miſſum & his auxiliis Hugonem fretum, Raginerum C
Rudolfumque fratres Ludovici Regis Franciæ clientes ſuis arcibus ejeciſſe. Idem
ſentit *Bellforeſtius* lib. cit. dum l. 2. p. 343. h. modo ſcribit: *Hugues ayant ſe re-*
concilié avec les Normands, auſquels en faveur du Roy il avoit fait la guer-
re & renouvella ſon alliance avec l'Empereur Othon ſon beau frere, à quoy
Louis avoit taſche parvenir, mais en vain, à cauſe qu' Othon ſe defioit de luy,
voyant ſa naturelle inconſtance; ayant donc perdu le Roy cette commodité, D
il reconcilia Erloin Comte de Montrueil avec Arnoul Comte de Flandre &
luy donna le Gouvernement des Amiens, afin ces deux ſouſtinſſent ſon party
contre les forces des Comtes Vermandois. D'autre part le Duc Hugues ayant
reçu le ſecours d' Allemagne conduit HERMAN DUC OU GOUVER-
NEUR DE LORRAINE *y mis par Othon apres le decez d'Othon fils de Ri-*
cuin Duc de Moſellane & parent du defunct Giſelbert, aucuns appellent ceſt E
HERMAN HENRY (Trithemius videl. in Chr. Com. Pal. Rh. & Ducum
Bavar., *Andreas* Ratisbon. in Chron. D. Bavar. *Lebman.* in Chron. Spir. uti in-
fra oſtendetur) *& le ſont fils de ce Duc Othon & avec ces forces Hugues ſe*
ruant ſur les terres de Roy Louis, chaſſa Ragenaire & Raou freres, leſquels
eſtoient Gouverneurs de quelques chateaux de Hugues, que le Roy avoit pris,
ayant ſceu, que ce grand Duc levoit armeé. huc uſque Bellforeſtius. Porrò F
Bruſchius l. de monaſteriis Germ. *Hermannum* noſtrum *Lotharingiæ* quoque
Ducem agnoſcit eumque Giſelberto Lotharingiæ Duci in adminiſtratione
Abbatiæ Epternacenſis ſucceſſiſſe ſcribit, verba ejus p. 514. hæc ſunt: Giſel-
bertum Loth. Ducem filium Reineri ſucceſſiſſe Patri in *Abbatia (a) Epterna-*
cenſi S. Willibrodi ſub nomine Abbatis, tandem Ottonis I. ſororium factum
eſſe, ejus temporibus Godowinum & Herinum Canonicorum Præpoſitos G
fuiſſe, *Hermannum Lotharingiæ Ducem* ſucceſſiſſe Giſelberto Duci ſub Otto-
ne I. Imp. Anno regni ejus XI. id eſt, An. 949. quo Rivera huic loco eſt red-
dita, *Hermanno* ſucceſſiſſe *Sigefridum* (Comitem videl. 1. Lucemburgicum)
in Adminiſtratione *Abbatiæ Epternacenſis* &c. Hæc omnia confirmat ipſe
Frodoardus Hiſtoricus coævus in Chron. his verbis: *An. 944. poſt obitum Ot-*
tonis Ducis Lotharingiæ Imperator Hermannum quendam Ducem cum ingenti H
exercitu dirigit, qui miſſus erat obſidere caſtella Regenarii & Rudolfi fidelium
Ludovici Regis Franciæ, qui reſiſtendi Hermanno præſidium non habentes ve-
niam, datis muneribus multis, ad Ottonem Regem, depoſcunt.

A Hinc satis clarè patet, *Hermannum* Palatinum nostrum *Lotharingiæ* quoque *Ducem* exstitisse, atque in Lotharingiæ postea divisione duo omnium fortissima castella Ducis *Giselberti Tolpiacum* & *Capræmontium*, uti dictum est supra c.2.n.1., & c.3.n.6., obtinuisse, atque ad posteros transmisisse. Post obitum verò *Hermanni* nostri *Lotharingia* circa A.959. iterum divisa sub *Brunone Archi-Duce*, à quo hoc anno Lotharingiæ Proceres defecére, ita ut *PARS* B istius *Hermanni* nostri filiis *Ezoni* & *Hetzeloni*, *PARS Friderico* Ottonis Lotharingiæ Ducis filio, qui An. 955. Beatricem Ottonis I. Imp. ex sorore Hedwige neptim sibi matrimonio junxerat, quemque etiam jam A.959. Ducis titulum gestâsse constat (vid. And. du Chesne in Hist. Geneal. Domus Lucemburg, & in Hist. fundationis Monast. S. Michael.) *PARS* deniq; *Lotharingiæ Carolo* A.945. & non A.953. in lucem edito, *Ottonis I.* Imp. quoque *ne-* C *poti* ex sorore Gerberga, quæ jam secundò A.939. vel A. 940. nupserat Ludovico Franciæ Regi, *CESSERIT:* confirmante id postea *Ottone II.* Imperatore. Fallitur autem Blondellus, quando in Geneal. Franc. p. 269. scribit, *Gothofredum* Comitem Verdunensem, ejusque filium *Gothofredum* cognomento Captivum (Friderici I. Lothar. Ducis tempore A.959.) *Lotharingiæ* quoque *Duces* constitutos fuisse, cùm ex literis *Gerberti* coævi (postea Papæ Sylvest. II.) & in-D primis ex Epist. 47. diversum prorsus adpareat, quibus illos nunquam Duces, sed Comites nuncupavit. v. And. du Chesne lib. cit. & supra c.1.

(*a*) *Abbatia* hæc ad preces *S. Willibrodi* exstructa fuit à *Pipino Crasso* seu Heristallio, *Majore Domus* & Franciæ Duce, ejusque conjuge *Blitrude Hugoberti* D. Aglolfingensis Welfi filia, quam alii perperam *Plectrudem* & *Pletrudem* vocantes filiam faciunt *Grimoaldi* Bavari, in Di-E plomate enim hæc verba exstant: *Pipinus illuster vir Dux filius Ansegisili quondam & illustris matrona mea Blitrudis filia Hugoberti.* etc.

An. 940. *Imperator* in Franco-Galliam, *Hermanno* Palatino nostro proculdubio eum concomitante, expeditionem fecit. Anno sequenti *Henricus* Imperatoris frater cum Saxonibus quibusdam in necem Imperatoris conspirat, quorum authores Imperator decollari fecit; fratrem verò in custodiam F *Ingelheimium* mittit. *Fridericus* Archi-Episcopus Moguntinus, qui hujus conspirationis particeps credebatur, in Ecclesia coram omni populo juramento se purgavit. v. Regin. Contin., fusius autem hanc rem exponit Witichindus l.2. Annal. h. modo: *Eo tempore bellum Barbarorum fervebat, & cum milites ad manum Geronis* (March. Lusatiæ & Brandenburg) *præsidiis conscripti crebra expeditione attenuarentur, & donativis & tributariis præmiis minus* G *adjuvari possent, eo quod tributa passim negarentur, seditioso odio in Geronem exacuuntur: Rex verò ad communes utilitates Reipublicæ Geroni semper juxta erat, unde factum est, ut nimis acerbati odia sua in ipsum quoque Regem vertissent, quæ causa Henricum minimè latuit, & ut solet amaris animis, dum dulce aliquid affertur, persuadebat facile hujusmodi homines sibi concordare spem habens iterum regnandi, cum nosset exercitum Regi offensum, quæ res tandem ad* H *tantum nefas processit, ut conjuratione factâ A. 941. in Paschali festivitate proxima* (Quedlinburgi celebranda) *cum ipse Henricus ad Palatium isset, Regem occidere cogitant* (conjuratorum nomina refert Ditmarus l.2. ut Ericus, Buco, Herimannus, Reinwardus, Wirinus, Ericus & *Lothrius, avus Ditmari Episc.*

pater-

paternus) *ipsi verò Regni diadema imponerent, sed Regi notæ factæ sunt insidiæ ante Pascha, post diem solennem consilio Francorum Hermanni, Udonis & Conradi cognomento Ruffi & Sap. secretè proditos jubet comprehendi, vel certè occidi, Ericus* (Comes Werlensis, pater Hillebardi Episcopi Halberstad.) *equum ascendens maluit armatus mori, quàm se dedere, ita lancea perfossus de equo dejectus corruit.* huc usque Witichindus. Omnes hi capite plexi, excepto Erico jam dicto & Lothario, qui in Bavariam relegatus est. Hoc quoque anno *Henricus* captivus ope Rudberti Diaconi Moguntini è custodia Ingelheimensi nocte elapsus *Francofurtum* profectus est (ubi Imperator natalem Domini celebraverat) antelucano tempore Regis Ecclesiam adeuntis *pedibus provolutus* gratiam obtinuit. A B

An. 942. Imperator Synodum habuit *Bonnæ*, præsentibus 22. Episcopis aliisque Imperii Principibus, præsente & proculdubio *Hermanno Palatino* nostro. Hoc anno Treveris Basilica S. Maximini dedicatur v. Regin. Contin. *Hugo Magnus* Comes Paris. & *Herebertus* Comes Viromand. cum *Ottone* Lotharingiæ Duce expeditionem facientes contra *Ludovicum Franciæ Regem*, in altera parte fluvii Isaræ consederunt. v. Frodoard. C

A. 944. *Otto* Dux Lothar. obiit. v. Frodoard., Franc. de Rosieres in Hist. Geneal. Ducum Loth. p. 386. uxorem ipsi assignat Helwidem S. Helenam, eamque ex Hermanno Sueviæ & Babenbergæ Comite profectam, Ottonis I. Imp. neptem & consanguineam vocat, quo mortuo Ducatus Lotharingiæ divisus, & *Hermanno* nostro & *Conrado* administrandus committitur, & hoc quoque anno *Hermannus* Palatinus & Dux Lothar. cum copiis in auxilium *Hugonis Magni* Com. Paris. mittitur ab Imperatore, & hisce auxiliis Hugofretus *Raginerium & Rudolfum* fratres Lotharingiæ Comites, *Ludovici Regis* Franc. fideles vicit & arcibus suis ejecit v. *Frodoard.*, *Vignieri* Chron. Burg., *Boecler.* in Impp. Germ. p. 312. Rationem istius exponit Vignierus l. cit., *Ludovicus* Rex Ambionum *Ottoni* filio Hereberti Vitomanduensis eripuerat, Devoldo Episcopo eam prodente, ex quo non solùm cum filiis Hereberti, sed etiam cum ipso *Hugone Magno* causam nepotum suorum propugnante, in apertas inimicitias recidit, quibus permotus Hugo cum Normannis pacem fecit, & Ottonis Imperatoris gratiam per legatos impetravit, hinc auxilium ipsi ab Imperatore missum fuit. *Bertholdus* Bavariæ Dux hoc quoque anno Hungaros profligat, Witichindo l. 2. teste. D E F

An. 945. Imperator *conventum* Principum *Duysburgi* ad Rhen. habuit, præsente & *Hermanno* Palatino nostro, ubi *Rupertus* Archi-Episc. Trevir. & *Richardus* Tungrens. Episc. à *Conrado* Lotharingiæ Duce infidelitatis arguuntur apud Imperatorem, vid. Reginonis Continuat. & Frodoard. Hoc anno *Hermannus* noster & *Conradus* Duces inimicitias quasdam habentes, in præsentia Imperatoris in *Cassella* reconciliantur v. Regin. Contin. Crusii Ann. Suev. p. 2. l. 4. p. 114., quæ simultas proculdubio inde exorta est, quod *Hermannus Palatinus* Rheni tanquam *Advocatus Ecclesiæ Trevirensis*, (quam Advocatiam una cum Palatinatu Rheni Hermannus etiam ad posteros transmisit) *Ruperti* Archi-Episcopi Trevirens. causam propugnaret contra *Conradum* Ducem, qui etiam hoc anno ab Imperatore in Galliam missus est ad *Hugonem Mag.* vid. Frodoard. In vigilia omnium sanctorum legati Græcorum cum magnis muneribus ad Imperatorem venerunt v. Lambert. Schafnab. G H

A. 946.

A A 946. *Ludovicus* Franciæ Rex à suis per *Hugonem Magn.* corruptis deseritur & prælio apud *Rothomagum* commisso capitur. Legati ab Imperatore & Angliæ Rege pro ejus libertate mittuntur: Hugo legatis Regis Angliæ cum indignatione rejectis Imperatorem adiit, desiderans cum eo hac de re colloquia conferre, sed non admissus ad præsentiam Imperatoris, cum indignatione in Galliam reversus, *Ludovicum Regem* alloquitur, qui, tradito *Hu-*
B *goni* Lauduno, è custodia dimissus, legatos ad Imperatorem mittit eique exponit, se prius captum, nunc omnibus bonis ab Hugone spoliatum, auxilium itaque ad recuperanda ea ab Hugone injustè ablata implorare. Imperator se in auxilium præfixo termino venturum promisit, nec minus etiam à *Conrado Burgundiæ* Rege auxiliatrices copias petiit *Ludovicus*: Imperator itaque cum Rheno transmisso exercitum per Belgium duceret, *Conrado* Regi
C in auxilium Ludovici itidem properanti obviam venit. Ludovicus cognito eorum adventu celeriter accurrit cum suis. Tres itaque Reges conjunctis viribus *Laudunum* aggredi statuunt: considerantes verò difficilem ejus accessum propter adjacentes montes, relicto Laudano urbem *Rhemensem* obsidione cingunt, quâ post 8. dies captâ (ubi Imperator etiam Diploma dedit Walciodorensibus 19. Septemb.) *Ludovicus Rex* uxorem suam *Gerbergam* Im-
D peratoris sororem virosque illustres eò ad custodiendam urbem mittit. Inde Reges exercitum movent contra ipsum *Hugonem*, Ligerimque transeuntes, omnia ad *Normanniam* usque igne ferroque vastant, ulturi injurias *Ludovico* Regi ab *Hugone* illatas, quem etiam paulo pòst Parisiis obsident, ubi Imperator S. Dionysii memoriam veneratur, Witichind. l. 3., Frodoard. Hugone postea in ordinem redacto, quisque ad sua rediit. vid. Regin. Contin., Trithem.
E Chron. Hirs. ad An. 946., Meibom. not. ad Witichind. l. 3. p. 694., præsente per omnia procul dubio *Hermanno* Palatino nostro.

A. 947. *Editha* uxor I. *Ottonis* I. Imperatoris, filia *Edmundi* Regis Angliæ, quam A. 937. duxerat, 7. Kal. Febr. *obijt*. Paulo ante ejus obitum Imperator venationibus deditus in campis obsides *Boleslai* Bohemiæ Ducis populo præsentari jussit Witich. l. 2. Post mortem uxoris Imperator facto testamento
F *Luitolfum filium* primogenitum 16. annos tunc habentem *Romanorum Regem* declarat. v. Witich. l. 3., Frodoard. ad A. 953., Ditmar. in Chron.

Eodem Anno *Conradus Sapiens* Lothar. Dux ductâ *Luitgarde* Ottonis Imperatoris filiâ, in *Ducem* eligitur *Franconiæ*, sedemque Wormatiæ posuit. Imperator Pascha *Aquisgrani* celebravit cum *Ludovico* Franciæ Rege, simulque Principum conventum egit in causâ *Ludovici Regis* & *Hugonis*. v. Fro-
G doard., Trithem. Chron. Hirs. ad An. 948. præsente *Hermanno* Palatino & *Aquisgranensis Palatij* Præside. Finito deinde conventu, *Ludovicus* Rex in Galliam reversus est, & copiis Imperatoris instructus, urbem Rhemensem ab Hugone obsessam liberavit. Non diu pòst à *Ludovico* Rege legati mittuntur ad Imperatorem, rogantes nomine Regis, ut tempus & locum constituere dignaretur ad *colloquium generale*. Imperator annuens petitis pro col-
H loquio habendo, finem Augusti ejusdem Anni posuit ad fluvium Kara, ubi *Hugo Archi-Episc. Rhemensis* filius Hereberti Comitis Viromandens. Hugonis verò Magni nepos condemnatus, & *Arnoldus* in ejus loci Archi-Episcopum constitutus fuit. Aliam postea Synodum indixit in 15. Kal. Decemb. seu die

Hugo-

Hugonis, ejusdem anni *Verduni* habendam. Pax quoque ſequeſtra inter A
Ludovicum Regem & *Hugonem* uſque ad Synodum Verdunenſem authoritate Regia ſtatuitur & juramento firmatur, in qua Synodo iterum condemnatur Archi-Epiſcopatûs *invaſor Hugo*. Eâ ſolutâ alia in annum ſequentem in eadem *cauſa Hugonis* ad 13. diem Januarii in Baſilica S. Petri apud *Moſomium* habenda indicitur, in quâ rurſus *Hugo Archi-Epiſcopus* non comparens, quodque à criminibus ſibi objectis purgare ſe noluiſſet, condemnatur, B
& ſupradictus *Arnoldus* confirmatur. Hâc iterum dimiſſâ denuo alia indicitur in *Palatio Ingelheimenſi* ad Rhenum in Baſilica S. Rhemigii ad Kalend. Aug. 948. celebranda, præſentibus Imperatore, *Ludovico Rege* Franc., *Nuncio Apoſtol.*, *Colonienſi*, *Moguntinenſi*, *Trevirenſi* Archi-Epiſcopis, aliiſque 34. Epiſcopis & Imperii Principibus, præſente etiam procul dubio *Hermanno* *Palatii* Comite, in qua iterum *Hugo*, qui expulſo *Arnoldo* Archi-Epiſcopo C
Rhemenſis Eccleſiæ loca invaſerat, condemnatur. Quomodo Imperator & Ludovicus Rex Synodum alloquuti fuerint v. Trithem. in Chron. Hirſ., adde Frodoardi Chron. ad A. 948. Finitâ & hâc alia indicitur poſt 30. dies menſe Octobr. *Lauduni* in Eccleſia S. Vincentii celebranda, præſente *Imperatore* & *Ludovico* Franciæ Rege cum primoribus Palatinis, præſente & per omnia *Hermanno Palatii Comite*; ubi Hugo Archi-Epiſc. iterum comparare recu- D
ſans excommunicatur. Ad umbelicum perductâ Synodo Imperator cum Nuncio Apoſtolico ad conſecrationem *Monaſterii Fuldenſis* poſt incendium reſtituti in Germaniam profectus eſt, ubi à Marino facta eſt conſecratio Kal. Nov. vid. Bruſchii Antiq. Fuldenſ. l. 4.

An. 949. Imperator expeditionem ſuſcepit contra *Boleslaum* Bohemiæ Ducem, rebellem, quem Witichindus aliique malè Regem appellant. Hoc E
quoque Anno *Hermannus Sueviæ Dux*, filius Gebhardi Comitis Franconiæ & Wetteraviæ, & *Conradus* cogn. *Curcipoldus* Eberhardi Franconiæ Comitis ab Alberto Comite Franconiæ Bambergenſi occiſi filius, obiére, qui Conrad[9] (alii rectius Conradum hunc Eberhardi Palatini filium faciunt) Conradi Sapientis Franc. D. conſilio circa A. 947. collegium Canon. in honor. S. Georgii Martyr. Lintburgi ad Lanam fundavit, quod poſtea à Rheni Palatinis do- F
tatum fuit. v. Gelen. in Vindic. B. Richezæ c. 2. ubi & fundator ſepultus eſt.

A. 950. *Imperator* feſtum Purificat. S. Mar. *Francofurti* celebravit, inde *Wormatiam* profectus eſt, ubi *Widam* Hermanni Sueviæ Ducis relictam ad ſe venientem benignè excepit. Ludovicus Rex Franciæ opem pro pace cum Hugone Comite Pariſienſi firmanda, uti Imperator in Synodo Ingelheimenſi promiſerat, poſtulat. Eam ob cauſam *Conradus Dux* cum exercitu in Galliam G
mittitur, pacem inter *Ludovicum* & *Hugonem* procuratum. *Ludovicus* Rex & *Hugo* ad Matronam fluv. conveniunt, ibiq; *Conrado* Duce, Hugone, *Adalberone*, & *Eulberto*, Epiſcopis mediatoribus, pax ſancitur: *arx Laudunenſis* reſtituitur Regi. v. Trithem. Chr. Hirſ. & Vignier in Chron. Burgund.

Hoc Anno *Adelheidis* vidua *Lotharii* Regis Italiæ, *Berengario*, qui eam pro *filio Adelberto* in matrimonium petierat, repulſam dans ſive ob injurias H
ſocero maritoque à Berengario quondam illatas, ſive ſpe honeſtiarum nuptiarum elata, ab eodem Papiæ obſidetur & 12. Kal. Maji *capitur*, capta in caſtrum *Gardæ* ad *Lacum Benacum* in cuſtodiam abducitur. Illa verò non

Regis filio & Friderico Archi-Episcopo Moguntino, qui antea inimicissimi A erant, contra Imperatorem *conspiravit*, (quæ prima rebellionis causa fuit à scriptoribus non satis expressa, v. Meibom. not. ad Witich. p. 697., adde Sigon. de Regno Ital. l. 7.) *Luitolfum* verò offenderunt secundæ nuptiæ patris, v. Witichid. l. 3. & Ditmarum. *Frodoardus* verò aliam defectionis Luitolfi causam affert: Nato enim ex *Adelheide* filio, ferebatur eidem regnum suum promittere Imperator, quod tamen, antequam Italiam peteret, Luitolfo primo- B genito testamento, ut supra dictum, delegaverat Imperator, & Magnates insuper eidem fidelitatem jurejurando promittere curaverat. v. Witichind. l. 3., Frodoard. ad A. 953., Rosuith. in Panegyr. Otton., & Ditmar. Eapropter iniquè secum agi ratus, quod pater ad Imperii spem natu minorem contra datam fidem præferre vellet, à *Patre* defecit.

Henricus Imperatoris frater etiam suasu, uti supradictum, *Eberhardi* C *Palatini* & *Giselberti* Lothar. Ducis mala moliebatur in Imperatorem, & coronam Imperii sibi jure deberi contendens eò, quod Otto I., Patre nondum in Regem electo natus esset, se verò à *Patre jam Rege genitum*. v. Luitprand. & Meibom. in not. ad Witichind. l. 3. p. 679. Imperator itaque adversarios habens non tantùm *fratrem Henricum* & filium *Luitolfum*, sed & *Eberhardum* Palatinum Comitem, *Giselbertum* Lothar. Ducem, *Conradum* Regis D generum eosque divina ultione Imperatori immissos, si verum est, quod scribit Henr. Bodo Monachus cænobii Clusensis in Chron. Gandersh. apud Meibom., cujus verba hæc sunt: *Quia Serenissimus Rex Otto Matrem illustrissimam Mathildem aliquantulum inhonorâsse dicitur, privando illam dotalitiis, quam tamen sibi, ut decuit, reconciliavit, ex ipsis, quibus defendentibus regni robur accipere debuisset, Deus justus judex, illi regni tur-* E *batores suscitavit. Frater enim illius Henricus quorundam suasu mala in Regem moliebatur ob id videlicet, quod Otto nondum patre in Regem electo natus fuisset, ipse autem à Patre Rege genitus, filius etiam Luitolfus Sueviæ Dux in Patrem multa tentavit, Dux insuper Lotharingiæ Giselbertus, cui soror Regis nupserat, ad mortem usque persequebatur, verùm omnium moderator Deus, qui non nisi Regis peccatum purgare voluit, non nisi & Regi ex-* F *purgatores dedit, haud enim aliud poterant, quam incessere Regem.* Invidia autem, in qua *Mathildis apud filium* Ottonem aliquamdiu fuerat, sine dubio, annotante Meibomio in not. ad Witichind. l. 3. p. 697. inde promanaverat, quod, si per eam stetisset, *Ottone* præterito, Imperii Coronam *Henrico* ejus Germano imposuisset per proceres, quod etiam clarè indicat Ditmarus l. 1. h. m. *asserunt non nulli, eandem hoc summoperè diu nisam fuisse, quod* G *junior filius Henricus Patris sedem possideret, hoc Deus electos sibi ad unaquaque semper præordinatos noluit, nec summatum optima pars consensit.*

Interea Imperator *Berengarium* alloquitur, qui cum deditionis sponsionem dedisset, in gratiam Regis & Reginæ suscipitur, eiq; dies indicitur mense Augusto. Imperator habito *Augusta Vindel.* Francorum, Saxonum, Lotharingorum, atque Bavarorum conventu, de quo vid. Canisii Lect. Antiq. t. 5. H p. 1053. Berengario ibidem 7. id. August. Italiam reddidit, præter *Veronensem* & *Foro Juliensem provinciam*, quas fratri suo Henrico tradidit, quod Conradus Dux & Luitolfus Sueviæ Dux nimis impatienter tulerunt, se mi-

A noris apud Imperatorem esse, majorique authoritate pollere Bavariæ Du-
cem. Accessit, quod *Henricus Luitolfum* maternis destitutum suffragiis con-
temptui habere cœpisset in tantùm, ut etiam *à convitiis non abstineret*, vid.
Witichind. l. 3., unde mox *res novas moliri cœperunt*. Imperator finito con-
ventu *Ingelheimium* cum paucis petiit, deinde Moguntiam, inde *Francofur-
tum* profectus est, ubi natalem Domini A. 952. celebravit.

B A. 953. Imperator perlustratis Francorum urbibus, *Moguntiam* repetiit,
ubi insidiæ sibi à filio generoque *Conrado* structæ, patefactæ, consiliaque ne-
fanda prodita sunt. *Luitolfus* verò & *Conradus* superbiam *Henrici* Ducis in-
cusantes diem & locum pro crimine purgando ab Imperatore petunt & im-
petrant. Non diu pòst Imperator Pascha celebraturus *Saxoniam* adiit, ubi in
Patria à matre cum gaudiis exceptus est.

C Post Pascha ad universalem Principum conventum *Fritzlaria* indictum
proficiscitur, ubi *Luitolfus* & *Conradus* Duces *Henrici* intolerabilem super-
biam incusantes, se nihil in Regem ejusque necem machinatos fuisse edixére,
quam rem Witichindus l. 3. ita describit: *Rex cum Regiones Francorum ur-
besque circuiret, audivit, quod ei insidiæ pararentur à filio generoque, quapro-
pter summus Pontifex* (Fridericus Mogunt.) *revocatus, ubi austeriorem vitam*
D *more solito cum Eremitis ante Pascha agebat, suscepit Regem Moguntiæ, ubi &
aliquamdiu ministrans nefanda consilia prodita à filio generoque animadversa
purgandi locum criminis cum consilio Pontificis petierunt & impetrant. Et cum
apparatus Paschalis* (953.) *apud Aquas fieri oporteret, comperit, quia nihil sibi
dignum ibi paratum esset, quare cum in Saxoniam perrexisset maternis gaudiis
& officiis decenter curatur, Regemque, quem in Francia penè perdidit, in patria*
E *magnificè recepit, nam confortatus amicorum gentisque propriæ præsentia irri-
tum fecit pactum, quod coactus inire confessus est. Edictumque est filio gene-
roque auctores sceleris puniendos tradere, aut certè se publicos hostes nosse &c.*
& alibi: *Universalis itaque conventus populi esse jubetur apud villam Fridis-
leri* (953.) *ubi cum Henricus frater Regis adesset, multas & graves Pontifici*
(Moguntino Friderico) *causas objiciebat, unde Regis totius penè exercitus of-*
F *fensam incurrit, dum eum penitus culpabilem ex illis dictis censerent &c. suspe-
ctus diu erat Regi Pontifex, Conradus verò & Luitolfus superbiam Henrici
Ducis incusant, seque nihil in Regem machinari.* hucusque Witichindus. Im-
perator finito conventu dissimulatâ re, Moguntiam, inde Coloniam secedit,
deinde Metim, & perlustratâ Lotharingiâ in Alsatiam Brisacum venit, ubi
cum complures dies commoratus fuisset, Saxoniam repetiit. *Luitolfus* inter-
G ea Moguntiam occupat, *Conradus* verò Lotharingiam adiit, quia Lotharin-
genses, dum Imperatorem *Conrado* sensissent offensum, & jam antea ipsi
quoque essent infesti, eò, quod Ducatum super eos administraret *ipsis invi-
tis*, ut loquitur Witichindus, arma contra ipsum sumserant. Ille verò imper-
territus Leoninum exercens animum, signa signis contraria invexit, & incre-
dibilem ex eis multitudinem propria manu fudit, dum sanguine Amici, quem
H prælio amisit, *Conradi* filii Eberhardi (Comitis Palatii) ut fera sævissima acue-
retur. vid. Witichind. Verùm *Conradus* Dux liberaturus castrum quoddam
munitissimum à *Raginero* Montensi Comite obsessum, ab eodem victus fu-
gatusq; multis utrimq; interemptis ex fugâ se *Moguntiam* ad *Luitolfum* rebel-
lionis socium, cujus causam ipse acerrimè propugnare contendebat, se recepit.

Impe-

Imperator cognito hoc, è *Saxonia* cum copiis egressus circa Kal. Julias Anno 953. Moguntiam obsidere cæpit. Aderant ipsi cum valida militum manu *Henricus* Dux Bavariæ Imperatoris frater, *Gero* March. Brand. & Lusatiæ aliique Bavariæ Comites, *Eberhardus* scil. *Arnulfus* & *Hermannus* Palatinus noster, quam urbis obsidionem post 60. dies finitam egregiè Witichindus l. 3. describit h. modo: *Otto* Imper. Moguntiam veniens multæ Machinæ muris admotæ, sed ab urbanis destructæ & incensæ, & crebræ ante portas pugnæ, raro forinsecus stationes fusæ, cunctando enim res universæ variavére, dum Dominatorem Regni foris, intus Successorem metuebant. Obsidio itaq; dum fermè 60. dies excederet, sermo fit de pace: unde datur obses in urbem *Consobrinus Regis Ecbertus* (Ditmarus eum Comitem vocat, cujus familiæ fuerit, ignoratur) quo libera via cuilibet pateret in castra crimen purgandi, de pace tractandi. Filius cum genero castra ingressi Regalibus vestigiis prosternuntur, pro scelere omnia sustinere paratos fore, saltē ut amici auxiliatores in fide suscepti nihil adversi paterentur. Rex autem non inveniens quomodo meritas pœnas filio inferret, fautores insidiarum expostulat, illi autem juramentis vicariis obligati hoc omnino negabant. Henricus frater Regis motus adversus adolescentem (Luitolfum) nihil te, inquit, jactitas, contra Dominum meum Regem fecisse? & ecce omnis exercit' usurpatorē te regni invasoremq; novit, ipse ergo si accusor reus criminis, si culpabilis existo, quare non contra me legiones ducis? signa adversum me move & festucam de terra sumens, huj', inquit precii à me meaq; potestate rapere non poteris. Quid tibi visum est solicitare hujuscemodi rebus patrem tuum? contra summam divinitatem agis, dum Domino Patriq; tuo repugnas: ad hæc Adolescens nihil respondit, sed audito Rege cum suis urbem ingressus est. *Consobrinus* autem *Regis Ecbertus* obses suasibilibus correptus verbis Regi fit adversus (cum & antea ei iratus esset, eò, quod argueretur concepti certaminis, ubi oculum perdidisset) dum hæc agerentur, proxima nocte *Bavari Comites* (Eberhardus scil. Arnulfus Comes Palatinus Bavariæ, & Hermannus Palatinus noster filii Arnulfi Ducis Bav., eò, quod *paterno Ducatu privati* essent ab Imperatore, opportunam rati adesse occasionem recuperandæ Bavariæ, quam Henricum injustè tenere dicebant. v. Ursperg. & Aventin.) fratris Regis relicto eo conjuncti sunt Luitolfo, qui pergens cum eis cepit urbem Regiam Reinesburg (Ratisbonam) omnemque pecuniam Ducis (Henrici) suis militibus divisit, conjugem cum filiis patrui & amicis non solùm urbe, sed & regione excedere cogit. hucusq; Witichindus.

Luitolfo itaque cum suis in Bavariam profecto, exercitus Imp. diutino labore fatigatus missionem petiit & accepit, *Otto* verò Imp Moguntiam intrat, eamque denuo in fidem recipit, quo tempore etiam Abbati S. Maximini Trevirens. privilegium concessit dat. Moguntiæ 953. 13. Kal. Septemb.

Paucis pòst diebus non obstante suorum infidelitate cum plerique deserto Imperatore à partibus jam stetére *Luitolfi*, multitudine enim inquit Witichindus l. 3. deficiente à fide rari admodum erant, qui partes Regis adjuvarent, inter quos erat quidam *Adelbertus* (quo S. *Udalrici* Epis. August. patruum Comitem Dillingensem intelligo) cum paucis insequitur filiū eā

A potissimum intentione, ut filium in ordinem redigeret, & reliquos tanti criminis reos meritis afficeret pœnis. Processit itaque in Sueviam & cum ad *Ileram* amnem *Tusamque* Sueviæ pagum castra metatus fuisset, obviam ei filius procedit cum copiis, contra Patrem consīdet, cumq; jam Pater & filius in acie utrinque starent, *S. Udalricus* Episc. Augustanus & *Hartobertus* Episc. Curiensis ultro citroque cursitant, & precibus & minis à detestando hoc bello manus abstinere persuadent, suasu suo in Officio continent, copiis adhæc certamen detrectantibus, Luitolfus levatis castris cum *Conrado* suisque aliis Ratisbonam repetiit, Imperator verò traditâ Sueviâ *Burchardo* Comiti *ab Helffenstein* (cæso postea A. 955. 10. Aug. in prælio contra Hungaros) in Bavariam pergit, *Ratisbonam* toto autumno obsidet, *Conradus* Loth. & Francon. Dux dignitate & Ducatu motus, hostis reipublicæ declarat' est. (cujus uxor C *Luitgardis* Imperatoris filia hoc quoque anno Moguntiæ jam è vivis excesserat, sepulta ibidem ad S. Alban.) & *Bruno* Archi-Episc. Colon. frater Imperatoris Lotharingiæ *Archi-Ducis titulo* præficitur. v. Frodoard. & P. Æmil. in Hist. Franc.

Imperator denique cum jam 3. menses in Bavaria irrito quidem successu egisset, amissis præterea duobus illustrioribus viris *Imode* scil. *Comite Ringel-* D *heimensi*, *Mathildis* Imperatricis ex fratre *Imode*, fundatore Monasterii Ringelheimensis nepote, & *Meinwerco* (è Comitibus Testerbandiis, è quibus Originem traxit S. Meinwercus Episc. Paderborn.) quorum uterque sagittis percussus periit, alter in obsidione Moguntinensi, alter in itinere Bavariam versus, in *Saxoniam* mense Decembre Natalem Domini ibidem celebraturus rediit, ubi etiam causas *Hermannum* Billingum Saxoniæ Ducem inter & ejus E nepotes *Wichmannum* Wichmanni filium, *Theodoricum* & *Ecbertum* Regis consobrinum agitatas cognoscit, & *Wichmannus* custodiæ traditur. v. Witichind. l. 3.

A. 954. Mense Februario *Arnulfus Bavariæ Palatinus* ejusq; frater *Hermannus* Rheni Palatinus Ratisbonâ egressi sunt cum copiis, & *Augustam Vin-* F *delicorum*, eo quod *S. Udalricus* Episc. August. civesque Augustani partibus studerent Imperatoris, hostiliter invadunt, capiunt & spoliant, *S. Udalricum* apud *Schwamenching* Sueviæ pagum obsident. Talia postquam nunciabantur *Adalberto* Com. Marthalensi Præfecto S. Udalrici patruo ejusdemq; fratri *Theobaldo* Comiti Dillingensi, subitò in auxilium ejus advolant, castra eorum ex improviso invadunt ludis februariis die lunæ ante caput quadra- G gesimæ. Illi nihil mali sperantes imparati ad bellum, repentino metu perculsi fugam arripiunt: *Arnulfus* feliciter elapsus hostium manibus evasit, *Hermannus* verò *Palatinus* noster vivus in manus hostium pervenit captivus abducitur, majorem eorum partem in castris interfecerunt, cæteris fugatis. Nullus eorum fiduciam ad se defendendum accepit, nisi unus nomine *Egilolfus* in fuga *Alberti* Comitis brachio modicum inflixit vulnus, ex quo H etiam vulnere non diu post obiit. Vulnerator verò statim quoque occisus est à *Luitperto*, ejusdem *Adalberti* Vasallo: Paucissimi evasere, quidam eorum gelu vehementius adstringente nudi, in desperatione vitæ proprias repetiere mansiunculas. Corpus verò *Adelberti* à S. Udalrico Augustæ ad S. Mariam ad aram S. Walburgæ honorificè sepultum est.

Impe-

Imperator haud diu pôst per nuncium comperiens, *Hungaros* Bavariam A
jam ingressos vires suas cum istis *Luitolfi* & Conradi conjunxisse, collectis
quantum potuit copiis è *Saxonia* obviam illis procedit, & mense februario
Bavariam repetere disponit. *Hungari autem*, ut loquitur Witich. l. 3., *diver-
tunt ab eo receptis à Luitolfo Ducibus* (Conrado scil. Francon. Duce) *Franciam
pervagati tantam stragem dederunt primum amicis, ut cuidam Ernesto, qui erat
partis adversæ, sui juris familias supra millesimum numerum captivassent, dein- B
de cæteris omnibus, ut dictu fidem excedat, Dominica insuper Paschæ Hungaris
publicè ministratum est & muneribus auri & argenti plurimum donatum.* huc-
usque Witichindus.

Rheno deinde trajecto in quadragesima, ut notat Reginonis Continua-
tor, in *Galliam* & *Lotharingiam* profecti, Duce *Conrado Sapiente*, ad sylvam
usque *Carbonariam* (Arduennæ sylvæ pars hæc est inter Mosam & Scaldin) C
penetrantes, maxima Ecclesiis damna intulerunt. v. Mabill in Act. Sanct. in vi-
ta S. Guibert. Gembl. p. 308., divinâ tandem virtute apud *Lobias* ulterius pro-
gredi prohibiti, cæsi enim fugatique sunt 4. Kal. April. 954. v. Mabillon.
lib. cit. Sæc. 5. p. 308. & Papebroch, in Act. Sanct. ad 23. Maji. p. 264. ubi vastatis
ditionibus *Ragineri* Comitis Mont. (cum quo Conradus Dux prælio an-
tea conflixerat, sed victus fugatusq; est ab eo) & *Brunonis* Archi-Episcopi D
Colon. (quem Conrado exauctorato in Archi-Ducem Lotharingiæ elege-
rat Imperator) *Viromanduorum* porro, *Laudunensium* & *Rhemensium* agris,
multis denique suorum prœliis morbisque absumtis, per Italiam in sedes suas
redierunt. v. Aventin. l. 6. p. 392. *Conradus* Dux auditâ deinde Regis profe-
ctione in Bavariam cum Hungaris suis inopinatè *Metim* obsidet, capit, di-
ruit. *Imperator* interea *Ratisbonam*, 2. menses obsidet, obsessi in angustias re- E
dacti de pace tandem tractare coacti sunt, *& factum*, ut loquitur Witichin-
dus l. 3., *ut pax daretur* (seu potius induciæ) *ad 17. Kal. Jul. 954. & locus esset
apud Cinnam* (vicum diœceseos Magdeburg: olim illustri Monasterio à Wich-
manno 10. Archi-Episcopo Magdeburg: fundato celebrem) *rationis dan-
dæ & responsionis reddendæ.* Et hoc quidem tempore, mediante hac pace,
Hermannum Palatinum Rheni antea captum *libertati restitutum*, in gratiam F
Cæsaris receptum, & simul etiam Matrimonium *Heilwigis* cum *Hermanno*
nostro hoc quoque anno contractum fuisse, haud levibus conjecturis & ra-
tionibus conjicimus.

Conventu itaque *Cinnæ* habito, qualiter Principum conventum allo-
quutus fuerit Imperator, quæ porro, qualiaq; edixerit *Henricus* Bavariæ Dux,
Luitolfus, *& Frideric⁹* Moguntinus? luculenter exponit Witichindus l. 3. So- G
luto conventu *Luitolfus* proxima nocte à Rege discedens *Ratisbonam* repe-
tiit, Imperator subsequens filium mense Junio primò Urbem *Horsedal* (Schaf-
naburgensi Rossadal, quod idem est, hors enim & Ros Germanis equum si-
gnificat, est igitur Rossadal nihil aliud quam *equorum vallis*. v. Meibom. not.
ad Witich.) offendens obsidione cinxit, de quo ita Witichind.: Facta autẽ "
pugna certamẽ circa murum duri⁹ nemo nunquam viderat mortaliũ, mul- " H
ti ibi ex utraq; parte cæsi, plures sauciati, tenebræ prælium dirimére, saucius "
ancipiri bello postera luce ducitur exercitus, inde diutius ibi morari non vi- "
sum ad graviora tendentib⁹, trium dierum iter proinde ad Reinesburg (Ra- "
tisbo-

A tisbona) ubi castra locata, obsidio urbis diligenter cœpta. Urbem itaque Ratisbonensem Imperator cum Gerone Marchione Brandenb. aliisque Saxonibus accedens arctâ obsidione cingere cœpit circa Kal. Jul., quâ duos penè menses ut Avent., vel ut Witichindus 1½ menses oppugnatâ obsessi crebris præliis triti fame tandè premi cœperunt. Unde *Luitolfus* cum primorib' urbe egressus ad castra parentis, pacem humiliter postulat, sed non impetrat,

B eò, quod se in fidem Parentis *absque ulla conditione* permittere recusaret, regressus in urbem Geronem partem Orientalem oppugnantem, armis tentat (vid. Ursperg) & ab hora 3. usque ad nimam accerrimè pugnatur ante urbis portam, ex eadem postea erumpens *Arnulfus Bavariæ Palatinus* cum fortiter pugnasset, equo tandem cadente telis confossus corruit. Post biduum

C démum è muliere famem urbis fugiente mors ejus innotuit, obsessi illustrissimi Herois morte confusi iterum de pace tractare cœperunt, mediantibus igitur Principibus *Luitolfus* secundâ vice urbe egressus, pacem à patre obtinuit usque ad condictum diem, ubi de hisce causis dijudicaretur, obsidionem verò urbis fusius describunt Witichind. l. 3., Regin. Continuator, Ursperg. Aventinus, Crantzius in Saxon. l. 4. c. 5.

D *Imperator* igitur relicta *Bavariâ* mense Augusto in Patriam rediit & reddita est *Henrico* Bavariæ Duci Ratisbona, quæ nocte sequente 18. Augusti incendio pænè tota absumta est. *Luitolfus* non diu post Parenti apud oppidum *Salfeld* mense Octobri venationem agenti nudatis plantis prosternitur, ejusque in omnium præsentia lacrymas movens gratiam diu quæsitam obtinet. Hæc dum fiunt, *Fridericus* Archi-Episc. Moguntinus ægrotare nunciatur, & de salute desperari, hinc Principum conventus differtur, Archi-E-

E piscopo autem 25. Octob. defuncto universalis populi conventus *Arnstadii* habetur, in quo *filius & gener* Imperatoris plenariè in gratiam recipiuntur, & *Wilhelmus* Imperatoris filius ex concubina Slavica prognatus, in Archi-Episcopum ibidem 16. Kal. Jan. eligitur, & 9. Kal. Jan. Moguntiæ ordinatur.

Eodem quoque anno *Uchri Slavi Henetorum* pars (qui nomen Marchiæ *Ukrainæ* dedére juxta sententiam Meibomii in not. ad Witichind. l. 3. p.

F 699.) in Saxoniam limitesque *Geronis* March. Lusatiæ & Brandenb. irrumpentes ab ipso Gerone prælio victi fugatique sunt, in cujus auxilium *Conradus Sapiens* Franconiæ Dux, jam Imperatori reconciliatus, cum valido equitatu à Cæsare missus erat, quâ insigni Victoria universam *Saxoniam* gaudio exultâsse scribit Witichindus l. 3. Annal.

A. 955. *Otto* Rex post Pascha cum fratre Henrico Bavariæ Duce contra-

G ctis copiis in *Bavariam* profectus, denuo *Ratisbonam*, quam *Eberhardus* frater *Hermanni* Palatini nostri aliique rebelles absente Duce occupaverant, obsidet, armis & machinis torquet: obsessi verò fame tandem pressi & exhausti se ipsos cum urbe Imperatori tradiderunt. Imperator causâ cognitâ Principes seditionis exilio mulctat, multitudini parcit, victorque redit in patriam, Bavaria fratri restituitur.

H *Saxoniam* ingressus Cæsar circa Kal. Jul. obvios habuit *Hungarorum legatos*, quos munusculis donatos remisit in pace. Cum autem per Henrici fratris nuncios cognovisset: *Ecce Hungari invadunt terminos tuos statuuntque tecum inire certamen*, ut Witichindus loquitur l. 3., mox Imperator colle-

ctis

ctis quanta potuit celeritate copiis, contra Imperii hostes pergit in *Bavariam*, & castris in Augustæ confinio positis, obvios jam habuit *Francorum Bavarorumque exercitus* cum Duce *Conrado Sapiente* dicto, cujus adventu, ut Witichindus docet, *milites* erecti jam instabant non differri certamen (occasionem, quâ Hungari Bavariam invasére, fusius exponit Aventinus l. 5. p. m. 391.) Jejunio itaque in crastinum indicto, ojussum est omnes paratos esse in crastinum. Primo igitur insequente diluculo 8. legiones erectis signis procedunt è castris 1., 2. & 3tiam Legionem direxerunt *Bavari*, quibus præfuére Henrici Bavariæ Ducis (qui morbo impeditus, quo Ratisbonæ postea Kalendis Novemb. obiit, Prælio interesse non poterat) Præfecti, *Eberhardus* videlicet exilio paulo ante mulctatus, deinde in gratiam receptus, ejusque frater *Hermannus* Palatii Comes. Quarta Legio consistebat ex *Francis* quorum Dux erat *Conradus* supra memoratus. Quintam Regiam dictam & omnium maximam ipse *Imperator* educebat: Sextam & septimam composuére *Suevi*, quibus præfuit *Burchardus* Dux Comes ab Helfenstein: Octavam faciebant *Bohemi*, quorum ductor existebat *Boleslaus Boh. Dux*, quorum vires in universum in centum militum millibus consistebat. Hungari cognito hoc fluvium Lech transibant, & exercitum Imperatoris circumeuntes extremam Bohemorum legionem, quam in subsidiis circa impedimenta ponere placuit, sagittis lacessere cœperunt, & impetu ingenti cum clamore facto, aliis cæsis, aliis captis, sarcinis omnibus potiti, reliquos hujus legionis milites fugere compulerunt, sextam inde & septimam legionem eodem furore aggressi, plurimis ex eis cæsis itidem in fugam verterunt. Imperator cum intellexisset, legiones extremas post tergum periclitari, misso subitò Duce *Conrado* Sapiente cum legione Francorum captivos ipsis eripuit, prædam excussit, qui cæsis denique latrocinantibus hostium agminibus, victricibus signis ad Imperatorē revertitur: Idem Imperator cum mox sensisset totum prælii pondus ex adverso esse, acceptâ S. Communione *à S. Udalrico* confessore suo. v. Ditmar., gravi milites oratione alloquitur, quam vid. apud Witichindum l. 3., q. uâ dictâ, arrepto gladio clypeoque ipse equum in hostes concitat, fortissimi militis æquè ac optimi Imperatoris Officium gerens 7. legionibus in Hungaros ruit, eorum aciem perrumpendo prosternit, & gravissimo prælio attrivit. Quidam fugiendo proximas villas occupant, militibus insequentibus circumfusi una cum mænibus concremantur. Alii alteri fluminis ripæ inhærentes in Thierhauptē pari clade afficiuntur, Hungaros reliquos omni ex parte in Lycū fluvium præcipites agunt & submergunt. Fluvius ipse cadaveribus oppletus est: perpauci evasére. Secundo deinde & tertio die, ut inquit Witichind., *à vicinis urbibus reliqua Hungarorum multitudo in tantum consumta est, ut nullus aut rarus evaderet, postridie castra hostium direpta, captivi liberati, gratias summæ divinitati agunt.* etc. Commissum autem prælium A. 955. 4. id Aug. ut rectè Frodoard., Regin. Contin., Hermann' Contract., Schafnab. (& non A. 956. ut Mar. Scot., neq; A. 957. ut Sigebert. Gembl.) eodem scil. die, quo ante 48. annos copiæ *Ludovici III. Imper.* cæsæ fuére prælio, quod 3. dies duraverat. Imperator finito prælio Hungaros fugitivos insequens vespertina hora *Augustam* Vindel. venit ad *S. Udalricum* Epis. eumque consolatus est De Theobaldo ejus fratre aliisque

A ejus propinquis in dicto prælio cæsis.vid.Vit.S.Udalr. apud Mabill. : in Act. Sanct.p.440. Sæc. Postera die persecutus ulterius hostes tandem *Ratisbonam* repetiit, ubi fratrem morbo adhuc laborantem salutavit. Capti autem cum aliis nobilioribus ipse *Hungarorum Rex Bulzko* cum 4. ejus Regulis *Schaba, Lelius, Sura, Toxus*, & *Eberhardo* fratri *Hermanni* Palatini nostri traduntur, qui Regem cum 4. Principibus *Henrico* Bav. Duci Ratisbonam
B transmisit, ubi ante portem Orientalem, quæ Hungariam versus spectat, laqueo necati sunt.v.Herman.Contr.& vit.S.Udalr. Cæteros *Eberhardus* apud *Eberſperg* vivos in fossam abjecit. Nostris tamen haud incruenta quoq; Victoria stetit, *Conradus* enim cogn. Sapiens Dux Francon.& Loth., dum propter æstum vinculis loricæ solutis galeaq; aperta faciem respirationis causa nudasset, subitò sagittâ ex adverso missâ fauciatus est, quo etiam gutturis vul-
C nere fortiter pugnans cecidit: corpus *jussu Imperatoris*, ut testatur *Witich.* l.3., *Wormatiæ* sepultum est. Cecidére & *Theobaldus* Comes Dilling. *S. Udalrici* frater, & *Reginvvaldus* nepos ejus ex Sorore, Patruus Berthæ, quæ avia erat *Hermanni Contracti* Historici, *Starchandus* Epis. Aichstetens., *Burchardus* Sueviæ Dux, gener Henrici D.Bav., v.Frodoardi Chron., Herman.Contr. ad A. 955., vitam S. Udalrici Epis. apud Mabillon.l.1.Sæc. 5.p. 440., Ottonis
D Frising.Chron., Avent. A. Bav. In hoc quoque prælio *Hermannus* Palatinus noster, dum hostilem aciem fortiter pugnando attrivit, strenuum pugnatorem se ostendit, ut ex Ms.tis Browillerens. supra diximus, adde Gelen. l. de Magnit.Colon.p.315.& Papebroch.in Act.Sanct.t.5.Maj. ad 21.d.Maji.

Imperator post Insignem hanc victoriam ab exercitu *Pater Patriæ* salutatus non diu post in Saxoniam reversus, à populo cum applausu est susce-
E ptus. *Hermannus Palatinus* noster quoque ad suos in Palatinatum Rhen. regressus est, ubi hoc anno Uxor ejus *Heilevvigis* filium *Ezonem* S.Erenfridum primogenitum, Patrisque postea in Palatii Officio Successorem peperit.v.Papenbroch.lib.cit. Antequam autem *Saxoniam* repeteret Imperator ex *Bavaria in Slavos*, qui cum Hermanno Billingo Saxon.D. vario eventu certa-
F verant, & igne ferroq; omnia vastaverant, urbemq; contra datam civibus fidem funditus destruxerant, in eaque omnes ferro deleverant, scelus hoc vindicaturus movet mense Septembre. Ex Bavaria itaque regressus per Barbarorum horum regiones omnia ad fluvium usque Raxam vastat, verùm ab hostibus tandem circumfusus & prohibitus ab opere æque ac itinere destitit, de quo fusè Witichind.l.3.& ex eo Hoppenrod in Annal.Gerenrod.apud
G Meibom.pag.420. *Hungari* verò post tantam cladem territi postea ne mutire quidem ausi sunt, *Luitprando* & *Benedicto* 6. Pontifice Rom. testibus coævis. Interim *Hungari* interfecto eorum Rege novum *Regem Geizonem D.Stephani* Patrem sibi elegére.

An. 956. Imperator Principum conventum egit *Coloniæ* & alium *Ingelheimii*. v. Frodoard., præsente & *Hermanno* Comite Palatii Curiæq; Re-
H giæ ubique præside per ea, quæ jam supra c.4. cum Conringio diximus.

A. 958. Pascha celebravit Imperator *Ingelheimii* v. Regin.Contin., inde navigio Coloniam ad Comitia profectus est, Frodoard.

A. 959. vel sequente *Hermannum* Rheni Palatinum nostrum è vivis excessisse haud leves indicant rerum circumstantiæ. Quando autem præcisè,

vel

vel quo mortis genere obierit Hermannus hic, quia Annalium scriptores nihil A
fere annotaverint, hactenus certo indagare non potui. Interim si conjectu-
ræ locus, ex Historia de Comite Palatino nomine *Henrico* ab *Ernesto* Duce
quodam *Spiræ* circa A. 959. occiso, quam historiam referunt *Trithemius* in
Chron Comitũ Palat. Rh.& Ducum Bav., *Andreas* Presbyt. Ratisb. in Chron.
D.Bav., *Lehman.* in Chron. Spir., facilè colligitur, non *Henricum* sed *Herman-
num* nostrum ab *Ernesto* occisum fuisse. Operæ autem pretium est, ut ipsa in- B
spiciamus authorum verba. Andreas enim lib. cit. p. 20. rem ita exponit: *Er-
nestus Dux Bavar. de Adelheide filium æquivoci nominis generavit, quem filium
Patre Ernesto ab Hungaris ad fl. Jagst occiso, in lingua Latina & Græca instrui
procuravit, eodem tempore uxor Ottonis I., qui Romanum gerebat Imperium, obiit
& prædicta relicta Ernesti Ducis eidem Imperatori sociata, filius quoque Erne-
stus, quem de Ernesto genuit, ab Imperatore majestatis gratia loco filii habetur, ej* C
prosperitati invidens HENRICUS COMES PALATINUS IMPERA-
TORIS CONSANGUINEUS, *ipsum apud Imperatorem accusavit, asserens
quod ipsius vitæ mortem & à Regni solio depositionẽ machinaretur, eo ut ipse Re-
gni solio sine regni consorte potiretur: Ernestus hujusmodi delationibus compertis,
Henricum Comitem persequitur, & tandem, dum Imperator Spiræ Imperia-
lem curiam celebraret, & cum Henrico Comite consiliorum mysteria tractaret,* D
*ipse Ernestus assumto Comite Wetzilone consanguineo suo valvas Caminatæ im-
proviso Camerario temerè reserat, & irruentes evaginatis mucronibus in Comi-
tem Henricum, ipsum summa aviditate jugularunt. Imperator verò fugâ poti-
tus evasit, ex hinc Imperator Ernestum quam plurimum impugnat, quod videns
Ernestus cum quam plurimis militibus & militaribus viris, genere, forma, mo-
ribus præclaris cruce signatus ad videndum loca nostræ salvationis est profect'.* E
*Exortis autem tempestatibus. Ernestus naufragium passus, cum paucis evasit &
cum Wetzilone secum ferens monstrosos homines domum revertitur, & ejus inno-
centiâ comprobatâ Imperatori reconciliatur, Dominatorq; totius Curiæ ordinatur.*
Et Lehman. lib. cit. l. 5. c. 8. ex Andreâ & Trithemio h. modo:

Des Käysers Ottonis I.) Gemahlin Frau Adelheid, so er A. 951. ge-
ehligt/ein gelehrte und in Sprachen erfahrne Matron, hat mit ihrem er- F
sten Gemahl Lothario König in Italien einen Sohn Ernst geran̄t/ er-
zeigt/ den die Mutter in Grichischer und Lateinischer Sprach sehr wohl
hat lassen studiren/ welchen auch sein Stief-Vatter Käyser Otto we-
gen seiner Geschicklichkeit und Verstand in wichtigen Sachen/ darinn
er ehe und besser als ander guten Außschlag geben konte/ gar bevor
und werth gehalten/dieweil aber damahls sehr ungewöhnlich und ein G
frembdes Werck gewesen/ daß ein Fürst Lateinische Sprach studirt/die-
selbe schreiben und reden können/seyen viel diesem Hertzog Ernst der mit
Geschicklichkeit ihnen allen fürgezogen/auffsätzig und feind worden: un-
„ter andern aber Henrich Pfaltzgraff am Kayserlichen Hof/ so in
„grossem Ansehen und geheimbden Rath gewesen/ eine sonderbahre
heimliche Feindschäfft gegen denselben geschöpfft/ deßwegen sich unter- H
standen dem Kayser einzubilden/ als practicire Hertzog Ernst listiglich
das Volck und Unterthanen an sich/und habe heimliche Anschläge den
Kayser umbs Leben zu bringen/und sich ins Regiment zu setzen/bevorab

 weil

A weil Hertzog Ludolf deß Käysers Sohn (An. 957.) gestorben / und Otto sein Stieffbruder damals noch jung (natus enim An. 955.) und unerzogen; der Käyser als von Natur zur Sänfftmuth geneigt / hat seinem Sohn Ernst ein besseres anvertraut / und ohne satten Grund etwas / so einem
B Ernst gleich/gegen ihn fürzunehmen umgangen: jedoch immassen die erste Einbildungen gemeinlich verfänglich seynd / als hatte sich doch deß Käysers Gemüth etwas gegen den jungen Herrn alterirt und verändert/ dessen Ursach derselbe zuerkündigen allen Fleiß angewendet / und endlich in Erfahrung kommen/welcher gestalt er beym Vatter durch berührten Pfaltzgraffen verunglimpffet / und in Verdacht abscheulicher mörderi-
C scher That gestecket worden/sucht derohalben Mittel und Weg / sich an demselben zu rächen / und endlich hat sichs begeben / daß der Käyser zu Speier Hoff gehalten / welchem Hertzog Ernst nachgefolgt / und als er einsmahls innen worden/daß der Käyser und Pfaltzgraf ins geheim im Zimmer beysammen / hat er einen Grafen Namens Wetzilo zu sich gezogen/seynd mit einander ins Zimmer gegangen / alsobald ihr Gewehr
D entblöst/auff den Hertzogen zugegangen und erstochen / der Käyser ist erschrocken / und unbewehrt ins Neben-Gemach geflohen/ Hertzog Ernst und seine Helffer haben hierauff alsobald das Hasenpanier auffgeworffen/und sich von Hoff an sichere Ort salvirt, wiewol ihnen nun der Käyser nach eilen lassen/sind sie doch darvon kommen / und haben sich solche ihre Sünde zu büssen / nach Jerusalem begeben / über etliche Jahr ist
E Hertzog Ernst wieder an Käyserlichen Hoff gelangt/ hat seinem Vatter dem Käyser seine Unschuld deß Pfaltzgraffen Aufflagen halben außfündig gemacht und dargethan/darüber er (durch Fürbitt seiner Mutter Adelheid) Außsöhnung und grosse Gnade erlangt / also daß ihme hernach alle Regierung und Verwaldtung deß Käyserl. Hoffs anbefohlen worden. huc usque Lehman. Addit Crusius in Annal. Suev. p. 2. l. 6. p. 168.
F *Ernestum* se matri *Adelheidi Norimbergæ*, ubi tum Otto Imp. Comitia & Natalem Domini celebraverat, *clam aperuisse*, postridie ipso natali Domini Episcopo quodam (quia præmonitus de novo negotio fuerat) in templo de dilectione verba faciente, ad pedes Imperatoris specie mendici se abjecisse, deprecantibus pro eo matre & omnibus Imperii Principibus, in gratiam à Vitrico receptum esse. De hoc quoque *Ernesto* fragmentum Chronici apud
G Urstisium in Script. Germ. p. 81. h. modo: *An. 952. Otto I. nuptias Papiæ celebravit cum Adelheide, postea* PRIVIGNUS REGIS ERNESTUS DUX FILIUS ADELHEIDIS REGINÆ, *qui pro excessibus, Regia Majestate læsâ proscriptus & exul factus erat, per plures annos & post infinitos labores exilij sui Imperatori reconciliatur. etc.* Hisce omnibus, quæ ad elucidationem Historiæ pertinere videbantur, in medium prolatis, par est, quædam annotata
H subjungere, quæ prioribus coronidem imponant.

1. Quod *Henricus* hic ab *Ernesto* occisus (juxta Andream & Lehmannum) *Comes Palatij* seu Præfectus Prætorio, & juxta Trithemium, *Comes Palatinus Rheni* fuerit. Jam verò veritate non invitâ nobis affirmandum est, nullum hoc tempore vel *Præfectum Prætorio*, Comitem Palatii, vel quod idem est, Comitem Palatinum Rheni in rerum natura exstitisse, cui nomen

Henrici

Henrici fuerit, quandoquidem *Comes Palatinus Rheni* & Aulæ Cæsareæ A
Præfectus & Moderator hoc tempore nullus alius fuit, quàm ipse Herman-
nus Palatinus noster, (de quo Ditmarus) filium relinquens *Ezonem* f. Eren-
fridum, Patris postea justam adeptum ætatem in officio Palatii Successorem,
& Abbatiæ Browillerensis fundatorem.

2. De Palatino hoc *Andreas* l. c. testatur; quod fuerit Imperatoris *Otto-
nis I. Consiliarius Intimus*, quodque Imperator *cum eo consiliorum mysteria tra-* B
ctaverit & *Lehman.* **daß gemelter Pfaltzgraff bey Käyser** Ottone **in gros-
sem Ansehen und geheimbter Rath gewesen.** Idem de *Hermanno* Palatino
nostro *Gelenius* l. de Magnitud. Colon. & in auctuar. vitæ S. Engelb. Archi-
Epis. Colon. p. 302. refert. Idem etiam asserit antiquissimum *MStum Browvil-
ler.* de vita Ezonis Rheni Palatini, filii Hermanni apud Papenbroch in Act.
Sanct. t. 5. Maji, quod scil. maximæ authoritatis fuerit apud Ottonem I. Imp. C
ejusque magnates, de quo jam supra dictum.

3. Testantur *Trithemius*, *Andreas* Presbyt. & *Lehmannus* de supradicto
Palatino, eum Imperatoris OTTONIS I. fuisse CONSANGUINEUM,
quod optimè convenit cum *Hermanno* nostro. Ratio consanguinitatis hæc
est, quia *Henricus* Bavariæ Dux frater *Ottonis I.* Imp. sibi matrimonio junxe-
rat *Juditham* sororem *Hermanni* Palatini nostri. vid. Witichind., Ditmar., D
Avent., filiam scil. Arnulfi cognomento Mali Ducis Bavariæ.

4. Palatinus hic supradictus ab *Ernesto* occisus, à *Lehmanno* simul etiam
Dux appellatur, quod itidem bene convenit cum *Hermanno Palatino* nostro,
qui etiam *Ducatum Lotharingio-Mosellanicum* ab Imperatore acceperat admi-
nistrandum. Ducatus enim Lotharingiæ VEL post obitum *Ottonis* D. Lo-
thar. A. 944. (qui eundem defuncto *Giselberto* Lothar. D. tutorio nomine ob- E
tinuerat, ita ut simul filiolum Giselberti *Henricum* nutriret, & educaret, teste
Witichindo l. 2, Frodoardo, Reginon. Continuat. Trithemio in Chron. Hirs.)
VEL post obitum *pupilli Henrici* circa An. 948. divisus videtur, ita quidem, ut
Conradus Sapiens Werneri filius (qui postea etiam ductâ A. 947. *Luitgarde
Ottonis I.* Imp. filia, *Franconiæ Ducatum* acquisiverat v. Regin. Contin., Ot-
ton. Frising. l. 6. c. 20., Meibomii not. ad Witichind. Miræum in Donat. Belg.) F
Lotharingiæ partem unam, *alteram* verò inprimis Mosellanicam, *Hermannus*
Palatinus noster obtinuerit, ita tamen ut proscripto postea ob rebellionem
Conrado, *Bruno* Archi-Epis. Colon. frater Imperatoris in *Archiducem Lotharin-
giæ* ab Imperat. constitueretur. v. Frodoard., Blondell. Geneal. Franc. p. 269.,
Æmil. H. Franc. l. 9., Chron. Mag. Belg. p. 80. Hinc Cl. Vignierus in Chron.
Burg. Ducatum defuncto A. 944. *Ottone Duce*, *solo Hermanno* nostro adscri- G
bit & procul dubio ex antiquis documentis edoctus, rectè *Ducem* vocat *Her-
mannum* nostrum, uti supra ostendimus. Non invitâ igitur veritate *Dux* ap-
pellatur à *Lehmanno Palatinus* supra memoratus: Certissimum enim est,
Hermannum Palatinum nostrum in Lotharingiæ divisione, duo omnium
celeberrima & fortissima Giselberti Lotharingiæ quondam Ducis Castella
obtinuisse *Tolpiacum* scil. hodie Zülch *Capræmontium* & castrum Sigeburg. H
DE ILLO vid. Freher. in Orig Palat. l. 2. c. 8. DE HOC vid. vitam S. Annonis
Archi-Epis. Colon. apud Slerium in Act. Sanct. ad 4. Dec., & Massen. in An-
nal. Trevir. t. 1. p. 537. Quod postea *Henricus* cognomento *Furiosus*, Ezonis

A Rheni Palatini ex filio *nepos, Hermanni pronepos*, monaſterium Gorzienſe ingreſſurus S. Annoni donavit, de quibus jam ſupr. c. 2. diximus.

5. In *prædicta Hiſtoria* dicitur *Erneſtum* Ducem poſt aliquot annos ex Palæſtina reverſum, & innocentiâ comprobatâ in gratiam receptum in ipſo natali Domini *Norimbergæ*, & ab Imperat. Ottone I. in *Dominatorem totius Aulæ*, & ut Lehman. Daß ihm vom Käyſer alle Regierung und Verwal-
B tung am Käyſerl. Hoff ſey anbefohlen worden / id eſt, *in Comitem Palatij*
in locum ſcil. *Hermanni* Palatini noſtri conſtitutum fuiſſe. Quod cum ipſa iſtius temporis hiſtoria convenire videtur: *Ezo* enim ſeu *Erenfridus* Hermanni Palatini filius tum temporis *adhuc infans* (natus enim An. 955. vid. Papenbroch. in Act. Sanct.) *Patri* in officio Palatii per ætatem *ſuccedere nondum poterat*, ideoque *Erneſtus* hic Dux ex Palæſtina circa A. 962., ut videtur, rever-
C ſus, Ezoni puero tanquam adminiſtrator in officio Palatii ab Imperatore ſubſtitutus videtur, donec *Ezo* maturiorem aſſecutus ætatem, Patri in officio Palatii ſuccedere potuerit. Expreſſè enim author *MSti Brovviller.* Ezoni coævus apud Papenbroch. l. cit. t. 5. Maji ad 21. d. Maji teſtatur, *Ezonem patri Hermanno in officio Palatij apud Ottonem jam ſenem ſucceſſiſſe.* Hinc

6. factum, quod *Otto I.* Italiam An. 961. petiturus pro corona Rom. ſu-
D ſcipienda (*Erneſto* in Palæſtina adhuc ſubſiſtente) *Ottone II.* filio Wormatiæ in Principum conventu in Regem Roman. electo v. Regin. Contin., ibidem *Brunonem* fratrem ſuum Archi-Epiſcopum Colon. & Archi-Ducem Lotharingiæ *in Vicarium Imperij* elegerit (vid. Gelen. in Hieroth. in vita S. Geronis Archi-Epiſc. Colon.) eundemque Regi *adhuc puero* non niſi 6. annos habenti (natus A. 955. vid. Ditmar., Reginon. Contin.) adjunxerit, v. & *Lehman.* Chr.
E Spir. l. 5. c. 9., Fabrit. in Orig. Sax l. 2. Si enim *Hermannus Palatinus* noſter tum temporis adhuc in vivis fuiſſet, ipſe ut ſummus Palatii Aquisgranenſis ſedisq; Imperii Præſes & Comes, Imperii *Vicariatum abſente Cæſare*, procul dubio adminiſtrâſſet, & Imperator *Brunonem* non ſubſtituiſſet, filiumque Ottonem II. Hermanno potius noſtro (uti etiam in ſequentibus temporibus Fridericus II. Imp. Italiam An. 1222. petiturus Henricum filium Regem Ludovico
F Comiti Palatino Rheni) commendaſſet. Deinde *Hermannum* quoque noſtrum tum temporis Imperatori *expeditionis Italicæ Comitem* ſe non præbuiſſe, patet ex variis ab Imperatore in Italia hoc tempore datis diplomatibus & teſtibus ſubter notatis: inter alia *ex illo*, quod Imperator Pontifici Rom. ſpecialiter conceſſit: dat. *Barræ* in Apulia A. 962. 13. Febr. & *teſtibus appoſitis*, cujus autographum aureis literis exaratum hodieque Romæ in caſtello S.
G Angeli aſſervari, teſtatur *Baronius* in Annal. Eccleſ. ad A. 962. v. & apud Goldaſtin. Conſtit. Imp. t. 2. p. 44.

Ex hisce aliisque prædictæ Hiſtoriæ *circumſtantijs*, non obſtante quod Poeta anonimus eodem modo, quo alius auctor hiſtoriam peregrinationis Henrici Leonis in Palæſtinam quondam deſcripſerat, (de quo vid. Trithem. in Chron. Hirſ. ad A. 1134.) fabulis incruſtaverit vid. Cruſii Annal. Suev. l. 5. p.
H 2. c. 8. p. 167., ſatis clarè patere puto, *non Henricum ſed Hermannum* Palatinum noſtrum ab *Erneſto* Duce (ſive is fuerit filius *Erneſti* ab Hungaris, ut Andreas Ratisb., ad fluv. Jagſt occiſi, *Burchardi* Sueviæ Ducis A. 926. in Italia cæſi forſan *nepos*, vel, ut cum Th. *Engelhuſio* in Chron. apud Maderum p. 31., & *Anonimi*

nimi

nimi Chronico apud Urstisium pag. 81., *Lehmannus* in Chron. Spir. autumat, A
Lotharij Regis Ital. *filius*, sive *Adelheidis Imperatricis consanguineus* ex parte matris Berthæ, Burchardi Sueviæ Ducis filiæ fuerit, variant enim authores) *occisum fuisse*, quod tamen Eruditis & antiquitatis Historicæ peritioribus ulterius examinandum relinquo. *Hermannus* autem Palatinus noster ubi sepultus fuerit? itidem non satis constat. Num *Augusta Vindelicorum* terræ mandatus fuerit non certò dicere possum, similiter uxor ejus *Heilevvigis* ex B quanam familia fuerit, & num ortum traxerit ex perantiqua *familia Comitum de Dillingen & Kyburg*, sicuti in ea adhuc hæremus opinione, ita citra vacillationem hâc de re nondum sumus persuasi. Interim eandem post obitum mariti sui Abbatissam Suessionensem factam fuisse, ex Diplomate Gerbergæ Reginæ Franciæ sororis Ottonis I. Imp. dat. Suessionibus in Monasterio Virg. An. 959. 7. Kalend. Maji suspicor, quod vid. apud Mabillon. l. de C re Diplomat. l. 6. p. 571. Extra dubii aleam interea positum est, *Hermannum* Palatinum nostrum ex eadem duos tantum procreasse filios.

1. *Ezonem s. Erenfridum* primogenitum in lucem editum An. 955. vel in castro *Thonaburg* hodie Thomberg in Ducatu Juliacensi, ubi etiam postea cum familia sua sedem fixerat *Ezo* Rheni Palatinus, vel *in Brovvilre*, quem locum Hermannus Palatinus, teste MSto Browillerensi apud Papen- D broch. l. c. primùm habitabilem fecit, de quo fusius infra.

2. *Hetzilonem s. Heuricum* Com. Palat. Rhen. & Nemoris natum circa An. 957. Aventino aliisque *Hetzilnus* dicitur. Hic prædium suum *Berchem* cum medietate *Nemoris*, factâ cum fratre Ezone terrarum divisione obtinuit, & *Monasterio ad Indam* (vulgò S. Corn. Münster à Carolo Magno fundato, cujus Abbas hodiè Status Imperii ad circulum Westphalicum per- E tinens: vid. J. Noppium in Chron. Aquisgran. l. 1. c. 40.) magna ex parte contulit, ubi forsan etiam *sepultus est*. Quando è vivis excesserit, ut & quamnam uxorem habuerit? hactenus indagare non potui.

Confunditur autem hic *Hetzilo* Palatinus noster passim à scriptoribus 1. cum *Ezone fratre* ipsius. 2. cum *Hetzilone* Bavariæ Duce *Lucemburgico* D. Cunigundæ fratre. 3. cum *Henrico* cognomento *Furioso* Rheni Palatino, F Ezonis Palatini ex filio Ludolfo nepote, inprimis à *Trithemio* in Chron. Hirsaug. ad An. 1060. p. m. 206. ubi hoc modo scribit: *Henricus Comes Palatinus Rheni, qui morabatur in castello Lacensi propè Andernach, pater Henrici Comitis Palatini, qui postea monasterium Lacense fundavit, in amentiam versus, delirare cœpit, unde sub specie Religionis Monachus fieri & seculum spernere volens, reclamante uxore Cœnobium Echternach, quod S. G Willibrordus tempore Dagoberti Regis Franciæ olim fundaverat, intravit & Monachum profiteri omnino delirus voluit, sed cum ejus insania monachis videretur prorsus intolerabilis, de monasterio præfato per suos extrahitur, & ad propria renitens & insaniens reportatur. Qui crescente vesaniâ non diu postea propriam occidit uxorem & furens usque ad mortem non longè post moritur. Cujus pater fuit Ludolfus Comes, filius & primogenitus Ezzelini Co- H mitis, de quo longè supra diximus. Avus autem paternus Sigefridus Comes Palatinus Rheni pater S. Cunigundis, nam Sigefridus genuit Ezzelinum fundatorem monasterij Brovvilerensis, fratrem S. Cunigundis, Ezzelinus genuit*

Ludol-

A *Ludolfum & fratres ejus Hermannum & (a) Eberhardum Trevirorum Archi-Episcopum, de quibus dictum est. Ludolfus genuit Henricum & Eberhardum, Henricus postea, sicut diximus, furiosus genuit Eberhardum Ducem Mosellanicum, de quo linea continuatur Palatinorum Comitum, & Henricum, qui Lacen-*
B *sem Comitatum mortuo patre obtinuit, & destructo castello Monasterium ordinis nostri, quod à vicino Stagno Lacu vocatur, sicut dicemus, ædificavit.* huc usque Trithemius.

Hic nota errores Trithemii, & quidem, quando

1. *Henricum* cognomine *Furiosum* Comitem Palatinum *Ludolfi* filium *Ezonis* nepotem, Patrem constituit *Henrici Com. Palat. Rheni Domini de Lacu*
C *fundatoris Monasterij ad Lacum*, cum hic fundator *non Henrici Furiosi*, sed *Ezonis* f. Erenfridi Com. Palat. Rheni ex supradicto fratre *Herzilone* nepos fuerit, teste auctore coævo MSti Browillerensis, vid. & Annal. Monasterii ad LacumMS., Irenicum in Exeg. Germ., Freheri Orig. Pal. p. 2. p. 9., Topograph. Trevirens. voce Lacu, Papenbroch in notis ad dictum MS. Browiller. in Actis Sanct. ad 21. Maji.

D 2. Confundendo *Ezelinum f. Ezonem* Palatinum Rheni cum *Hetzilone Lucemburgico* Comite & Bavariæ Duce, *Ezelinum* enim fratrem fecit *D. Cunigundis* & filium *Sigefridi* Comitis I. *Lucemburgici*: cum idem *Ezelinus* seu Ezo, id est, Erenfridus non *Sigefridi* Lucemburgici, sed *Hermanni* Comitis Palatini Rheni filius fuerit. v. MStum *Browillerense* de vita *Ezonis*, *Ditmari* Chron. l. 3. p. 92., *Papenbroch* in Act. Sanct. t. 5. Maji ad 21. d. Maji., *Gelen.* l. de
E Magnit. Colon. & auctuar. vitæ S. Engelb., *Theod. à Rhay* l. Anim. Illustr. Civ. Juliac.

3. Quod *Sigefridum* Patrem *S. Cunigundis* Comitem *Palatinum Rheni* prædicaverit, quod quam falsum sit, supra c. 1. ostendimus.

4. *Fundationem* Monasterii *Browillerensis* fratri D. Cunigundæ Ezelino perperam adscribens, cum idem Monasterium *non Luxemburgicus* D. Cu-
F nigundæ frater, *sed* Ezo *Rheni Palatinus* Hermanni Palatini nostri filius fundaverit, ubi etiam ipse Palatinus *sepultus jacet*. vid. MS. Browiller. apud Papenbroch. l. cit., Gelenium lib. cit.

5. *Ezelino* fundatori Monasterii Browillerens. filium præter *Ludolfum* & *Hermannum* Archi-Episcopum Coloniensem, attribuit quoque *Eberhardum Trevirorum Archi-Episcopum*, quod falsissimum: Auctor enim anti-
G quis. & coævus vitæ Ezonis Palatini eundem *Eberhardum* planè ignorat, adde Gelenium, Papenbroch lib. cit.; Deinde *Ottonem* verum *Ezonis filium* Patrisq; in Officio Palatii Successorem & Sueviæ postea Ducem planè omisit.

6. *Ludolfo* Ezonis filio præter Henricum Furiosum filium quoque adscribit *Eberhardum*, quod itidem falsum. *Henricus* enim hic fratrem unicum habuit *non Eberhardum, sed Cunonem* An. 1048. Kalend. Februar. in Ba-
H variæ Ducem electum, & An. 1055. in Hungaria veneno exstinctum. v. Lamb. Schafnab. ad 1057.

7. *Henricus* hic Furiosus non primitus Cænobium *Echternacense* (rectius *Epternacense* uti in antiquis Diplomat. exstat.) ut Trithemius, sed *Gorziense* ingressus est, post cædem verò perpetratam demum in Echternacense detrusus est, teste Lamberto Schafn. ad A. 1057. 1061., Aventino A. B. l. 5. p. 543.

8. *Sibi*

8. *Sibi ipsi contradicens*, mox enim *Ludolfum primogenitum* Ezelini filium A & *Hermannum* Archi-Episc. Colon. Secundogenitum uti hic: mox eundem *Ludolfum* tertiogenitum & *Hermannum* primogenitum filium asserit, uti fecit in eodem Chron. ad A.1014.t.1.p.156.

9. *Henrico* Furioso & Monacho Rheni Palatino filium attribuit *Eberhardum Ducem factum Lotharingo-Mosellanicum*, qui lineam *Comitum Palatinorum Rheni* continuarit: quod itidem *falsum*. Etenim firmissimè ex antiquitate Historica constat. *1. Henricum* Comitem Palatinum Rhen. Dominum de Lacu *fundatorem Monasterij ad Lacum Ezonis* f. Erenfridi ex fratre *Hetzilone nepotem*, hujus veteris familiæ Palatino-Bavaricæ ultimum surculum fuisse, eundemque masculis carentem, testamento hæredem Palatinatus scripsisse *privignum* suum *Sigefridum* ex Brabantia familiam ducentem. vid. Urperg. Chron. 2. De *Eberhardo* aliquo *Duce Mosellanico*, quem prædicat, in Historia Lotharingica nihil quicquam legitur ab An.1080. 1090. usque ad An.1150. contrarium potius testatur MStum *Browvillerense* h.modo: *uterque* (Henricus scil. Furiosus ejusque frater Cuno filii Ludolfi) *è vita excessit sine stirpis successione* etc. Innotescit itaque ex supradictis, quàm parum fidendum sit *Trithemio*, unde sapienter perspicacissimus *Meibomius* de Trithemio tale judicium fert, quando in notis ad Diploma Thassilonis Bavariæ Ducis p. m. 490. scribit: *Trithemium Personas & tempora mirificè confundere.*

Sed redeo ad *Hetzilonem* Ezonis f. Erenfridi fratrem: hic *Mathildem Ottonis III.* Imp. sororem & *uxorem* fratris sui *Ezonis*, qui An. 1025. mense Novembri in Palatio Aquisgranensi cum Lotharingiæ Magnatibus occupatus erat, in absentia ejus ad prædium suum *Aicheze* (hodie Esch juxta Bercheim) venerationis gratia ad convivium accersivit, ubi ipsa expleto convivio *febre* correpta septimo die pòst exspiravit. Ex uxore autem sua, quam, ut diximus, ignoramus, (quamque *Annales* Monasterii ad *Lacum MSti*, qui non ad manus, forsan indicabunt) liberos, quantum constat, reliquit. *I. Henricum* Comitem Palat. Rheni *Dominum de Lacu, fundatorem Monasterij ad Lacum, Ottonis* patruelis Comitis Palatini Anno 1045. in Officio Palatii successorem. de q. infra pl.

2. *Hildegardem* uxorem *Friderici* filii Theodorici Ducis Lothar. vid. Henningesf. in Theatr. Geneal. p.1. p.70.

(*a*) *Eberhardum* Archi-Episcopum Trevirensem An. 1049. electum & An.1066. defunctum, quem *Trithemius* & Browerus in Annal. Trevir. p.646. perperam *filium* faciunt *Ezonis* f. Ezelini Rheni Palatini fundatoris Monasterii Browvillerensis, si unquam ex stemmate Palatino originem traxerit, *Ezonis* potius ex *fratre Hetzilone* jam memorato nepotem statuimus. Gelenius verò in Vind. B. Richezæ Reg. in not. ad c. 2. eum Palatini filium fuisse absolutè negat. *Kyriander* etiam in Annal. Trevir. p. 112. & *Chron. Holsat.* ex edit. Leibnitzii p.63. aliique, nescio an verius, eundem *Hetzelini Alemanniæ* Comitis filium constituunt. adde Massen. in Annal. Trevir. p.646.

A # CAPUT IX.

De Ezone f. Erenfrido Comite Palatino Rheni & Nemoris.

EZo, *Ezelinus*, id est, *Erenfridus* cognomento Superbus (vid. Paræi Hist.
B Palat. p. 50. Rader. Bav. Sanct. p. 105. ob matrimonium cum Imperatoris filia *Mathilde*) *Comes Palatinus Rheni & Nemoris*, Dominus *Duysburgi*, *Insulæ S. Swiberti*, *Salfeldiæ* Thuring. quæ cum pertinentiis ab Henrico sancto. Imper. accepit. vid. Gelen. in Auctuar. vitæ S. Engelb. p. 302. *Vexillifer Ecclesiæ Coloniens.* & *Primipilus*. vid. Gelen. l. de Magn. Colon. p. 388., Theod. à Rhay l. Anim. Illustr. Juliac. Cliv. p. 66. *Advocatus Ecclesiæ*
C *Trevirensis*.

Hermanni Comitis Palatini Rheni & Nemoris, Ducis Lothar. & *Heilewigis* filius primogenitus vid. Ditmar. Chron. l. 4. p. 92. ex ed. Maderi, Henningesi in Theatr. Geneal. in Geneal. Impp. Saxon., Gelen. lib. cit., MStum Browillerense de vita Ezonis apud Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5. Maji. Natus est vel in Castro *Tonaburg*, hodie *Tonberg* in Ducatu Juliac., vel in Bro-
D wilre A. 954., ut Gelenius, vel 955., ut Papenbr. in lib. cit. in not. ad MS. Browill. Ditmaro autem l. c. & Blondello in Geneal. Fr. tab. 135. Ezo, Witichindo in Geneal. Saxon. p. 1. c. 13. 15. Etzelinus & Entzelinus, Trithemio in Chron. Hirs. t. 1. p. 156. Reusnero, Leodio in vit. Frid. II. El. p. 1. p. 11. Frehero in Orig. Palat. 1. c. 15., aliisque Ezelinus & Etzelinus dicitur, sed confundi ab iis eundem Ezonem f. Etzelinum Palatinum nostrum cum Hetzilone seu Henrico Lu-
E cemburgico Bavariæ Duce & D. Cunigundæ fratre palam est. Rectius autem in Epitaphio ejus, quod exstat in Abbatia Browillerensi à se fundata, ERENFRIDUS vocatur, adde MS. Browiller. apud Papenbr. l. c. ad 21. d. Maji. Sic etiam in Epitaphio filii ejus Ottonis, quod ibidem exstat, *Ezzo*. vocatur de quo vid. infra.

Rectè etiam *Ezo*, *Ezelinus*, *Ezil*, seu *Erenfridus* noster Comes Palatinus
F RHENI vocatur à Scriptoribus supradictis, ut Trithemio, Henningesio, Reusnero, Witichindo apud Freherum, Gelenio, Theodoro à Rhay è Soc. Jes., Stangefol. p. 245. in Annal. circ. Westph. Moreryo in Dict. Hist. t. 3. p. 513. voce. Miecislai R. P. & voce Casimiri I. R. Pol., ubi tamen perperam eum Rheinfredum vocat. p. 69. t. 1. & p. 450. voce Boleslai I. R. Pol. aliisque (& non Saxoniæ Palatinus, ut vult Christ. Paulini l. de pagis Germ. p. 110.) Proinde
G rectè etiam Cl. Freherus noster in Orig. Palat. l. 1. c. 3. p. 21. h. modo scribit: *Quantum ad appellationem Palatinatus Rheni illud negare non possum, quod verè est Irenico Exeg. Germ. l. 3. c. 150. & Münstero Cosmogr. l. 3. c. 350. notatum, Palatinatus Rheni appellationem non ita veterem esse, nec apud ullum scriptorem de temporibus Carolinorum inveniri, sed post demùm Imperium ad Germanos translatum, id est*, OTTONUM TEMPORE *& Electores institutos*
H *Palatinos* RHENI *prius verè inauditos inclaruisse*. huc usque Freher. Hinc etiam ejusdem *Erenfridi* nostri ex fratre *Herzilone* nepos *Henricus* Com. Pal. *Dominus de Lacu* (de quo vid. Topograph. Trevirens. A. voce Lacu) in literis fundationis Monasterii ad Lacum, quarum originale una cum sigillo antiquissi-

quissimo (quod cum literis infra exhibebo, quodque non ceræ sed certæ alicui materiæ ex terra compositæ impressum erat) mihi, cum hoc anno 1699. A
4. Kal. Octob. Monasterium illud perlustrarem, singulari D. Clementis Aachii, ejusdem Monasterii Prioris humanitate ostensum, simulque copia data fuit, in quibus seipsum Comitem Palatinum RHENI scripsit, adde & Freheri Orig. Palat. p. 2. c. 9. & Leod. l. 1. p. 13. Idem RHENI vocabulum legitur etiam in sigillis Sigefridi, ejusque filii Wilhelmi, cujus Originale una B
cum donationis literis, propria Wilhelmi manu exaratis datis An. 1136. Monasterio Sprenckirsbacensi, simili humanitate plurimùm Reverendi & Nobilissimi ejusdem Monasterii Abbatis Domini ab Entzenbroch ex Archivo 10. Kal. Octobr. mihi monstratum fuit, quarum Literarum principium, ut & verba marginalia utriusque sigilli, quia in iis notatu dignissima continentur, curioso Lectori hic exhibemus. C

✝ [illegible] · Ego heinric⁹ di gra comes palatin⁹ rheni, dns de lacu. etc In sigillo verò ejus hæc D
verba leguntur: HENRIC⁹ COMES PALATIN⁹ RENI. ET DNS DE LACV.

✝ [illegible]. Notu ee cupim⁹ tam psentib⁹ quã futuri fidelib⁹ xsti, quod ego Willehelm⁹ di gra palatin⁹ E
comes recogitans. etc. In Sigillo verò appenso hæc verba leguntur: WILLEHELM⁹ COMES. PALATIN⁹ DE RENO.

F

Sed notandum est vocabulum *Rheni*, ut & illud *Bavariæ*, *Saxoniæ*, *Sueviæ* à Scriptoribus antiquis, ut & in ipsis Imperatorum Diplomatibus vetustis, Palatinis Comitibus *rarissimè* adjici, ut jam suprà in Hermanno Com. Pal. fusius ostensum fuit.

Probè autem distinguenda sunt vocabula antiqua *Ezo* & *Hetzilo*, eaque diversissima esse certum est: Illud enim *Erenfridum*, hoc *Henricum* significat: & ex hac vocabulorum seu nominum propriorum confusione G
quamplurimos aliàs celeberrimos Scriptores, Freherum scil. in Epist. responsi. ad Gebwold. p. 8. & 18., Leodium l. c. p. 11. 13., Trithem. Chron. Hirs. t. 1. p. 156., Avent. l. 5., Naucler. gener. 34., Münster. Cosmog. l. 3. c. 344., Fabrit. in Saxon., Cuspinian. in Henric. II. & Conrado II. Impp., Henningef. in H
Theatr. Geneal., Æl. Reusner. in Auctuar. Geneal. p. 177., Lazium de Migrat. Gent. l. 3. 7., Brunner. de 3. Elect., Reusn. de Elector. Secular., Irenicum Exeg. Germ. l. 3. c. 54., Alstedium Chronol., N. Burgund. Hist. Bav., J. C. Blarerum à

 Geiers-

A Geiersberg de Electoratu Palat. p. 1. p.143.313, Brotuf.Chr. Mersburg l.2.c.5.,
Paræum in Hist.Pal.p.50., Hofmannum in Geneal. C.Pal. Rheni, Spenerum
in Oper. Herald. p. 669. aliosque in recensendis Rheni Palatinis maximos
commisisse errores evidens est, adoptantes scil. in numerum Comitum Pala-
tinorum Rheni Henricum ejusque Patrem Sigefridum Lucemburgicos &
Arduennæ Comites, qui *nunquam* tali dignitate perfulserunt. Neque enim
B hos ab ullo aliquo veterum & coævorum Historicorum & fide dignissi-
morum scriptorum *Witichindo*, scil. *Ditmaro*, *Luitprando*, *Frodoardo*, *Her-
manno Contracto*, *Lamberto Schafn.*, *Sigeberto*, *Wippone* aliisque Comites
Palatinos Rheni unquam vocitatos, etiam ex variis Comitum Lucembur-
gicorum literis, ipsorumque denique Imperatorum antiquissimorum testi-
moniis clarissime constat: Sed non nisi à recentioribus supradictis hoc Co-
C mitis Pal.Rheni titulo insignitos & appellatos fuisse, rectissime Massenius in
Ann. Trev. t.1. p.485. observavit, quod jam supra c.1. fusius ostensum, à Scripto-
ribus autem passim hæc 4. sequentia confundi dubitatione non eget.

1. *Sigefridum* Comitem Metensem, Arduennæ & 1. Comitem Lucem-
burgicum cum *Erenfrido Rheni Palatino* nostro Hermanni filio ab *Æl.Reus-
nero* inprimis (cujus etiam errores passim annotat Meibom. in not. ad Chr.
D Schauenb.p.536.) ut patet ex auctuario ejus Genealogico p177., dum *D.Cuni-
gundam* Henrici Sancti Imp. uxorem, filiam Sigefridi supradicti Lucembur-
gici, & *Richezam* Rheni Palat. Mieslai II. Poloniæ Regis uxorem, Erenfridi ve-
rò Palatini nostri filiam (v. supra Gen. n.41.) DUAS fuisse *Sorores* scribit, quod
falsum, & ex nullo vetusto aliquo scriptore demonstrari potest, multò minus,
quòd *Sigefridus hic* ejusque filius *Henricus* Comites Palatini *Rheni* fuerint.

E 2. *Ezonem* f. Erenfridum Palatinum nostrum *cum Hetzilone* f. Henrico
(quod vocabulum *Hetzilo* alii perperam cognomentum *Henrici* esse volunt,
ut *Avent.* Ann. Bav. l. 5., *Boecler.* in Impp. Germ. in Ottone II.p.356. aliique)
Lucemburgico, fratre *D.Cunigundæ* à supradictis *Trithemio*, *Münstero*, *Leo-
dio* etc., & inprimis ab *Hofmanno* in Genealogia Comitum Pal. Rheni maxi-
mè confundi, dum hic jam memorato Hetziloni *filium* adscribit *Hermannum*
F Archi-Episc. Colon., qui tamen ex *propria confessione* se filium esse testatur
Ezonis Palatini & *Mathildis* sororis *Ottonis III.* Imp., ut patet ex ejus Diplo-
mate restaurationis Collegii Severiani v. Æg.Gelen. l. de Magnitud. Colon.
Agripp. p. 273. 388., Porro *Hofman* eidem *Hetziloni* f. Henrico Duci Bavariæ
filium assignavit *Ottonem* Comitem *Northeimii* & terrarum ad Visurgim, Ba-
variæque Ducem, quod falsissimum esse judico. Certissimè enim constat
G 1. *Hetzilonem* hunc Bav. Ducem planè *nullos* reliquisse *liberos*. 2. *Ottonem* Sa-
xonem, non Rheni Palatinum exstitisse, illud autem liquidum est, *Ezonem*
Rheni Pal. nostrum filium habuisse *Ottonem*, Patris in officio Palatii Successo-
rem, postea A.1045. in Suev. Ducem (non autem Bav. ut *Hofman* somniat, ele-
ctum (hat also Hofman hören leithen/und nicht gewust in welchem Dorf.)

3. *Ezonem* Rheni Palat. quandoq; etiam cum ejus fratre *Hetzilone*, Hen-
H rici Com. Pal. *Domini de Lacu patre* à Scriptoribus passim confundi. Propterea
multas res gestas adscripsère HUIC, quas potius ILLI adscribere debuissent.

4. *Hetzilonem* Ezonis Palatini *fratrem* à scriptoribus quoque confundi
cum ejusdem *Ezonis* ex filio Ludolfo nepote, *Henrico* f. *Hetzilone* cogn. *Fu-
riose*

rioso & Monacho Comite Palatino. Et eundem quoque errorem errasse A *Trithemium* cognoscere licet ex ejus Chron.Hirsaug.t.1.p.156.,ubi huic filium ascribit *Henricum C.Pal. Rh. Dominum de Lacu Monasterii fundatorem*, cum potius idem ille fundator *Bzonis ex fratre Hetzilone nepos* fuerit, ut Ms. Browiller.apud Papenbroch in Act.Sanct. ad 21. Maji., & rectè etiam auctor Topogr. Trevirens. voce Lacu, Freher.in Orig. Pal.21.9. Ex hisce itaq; aliàs quam maximè observandis,quod tamen à paucissimis factum fuisse deprehendo,tanta deinde in rebus Palatinis exorta est confusio, & tanta in Historia Palatina Rhenique Palatinis vetustioribus recensendis enata difficultas, ut B etiam cum aliis permultis ipse doctis. *Zeilerus* suam in hisce confiteri inscitiam necesse habuerit, quam in itiner. ejus Germaniæ hoc modo prodidit: **Wer der erste Churfürst in der Pfaltz gewesen ist nicht bekant** (adde ea, quæ supra c.1.dicta sunt) Ad illam verò penitus tollendam inprimis vocabula C *Ezo, Ezzo,Etzo,Ezil,Ezilinus,Etzelinus*,& *Entzelinus* ab *Hezo, Hezilo, Hetzilo,Hezil,Hetzilinus,Heinzelinus* (ubi *Hezel* & *Heinzil* hodieque in Austria & Suevia usitatissima) à se invicem probè distinguenda sunt,*haecq;* Henricum *illa* verò Erenfridum denotant. In expressione enim nominis *Henrici* necessaria est litera H., *quâ ablatâ*, Erenfridum antiquitus significabat,quod ex Epitaphiis *Erenfridi* Palatini ejusque filii *Ottonis*, in Abbatia Browvillerensi existentibus conjici potest.Imò etiam ex aliis variorumPrincipum,Ducum, D Comitum Epitaphiis,antiquis Documentis,Principum literis,ipsorum denique antiquiorum Imperatorum Diplomatibus,si opus esset, fusius luceque meridianâ clarius ostendi posset. Et cum Veteres quidam *Scriptores Galli* rejectâ literâ H., quæ ipsis pronunciatu difficilis,sæpius pro Hetzilino, Etzelino & quidem malè scripserint,inde postea apud recentiorum temporumHistoricos non observatâ distinctione *haud levis enata confusio*,ita ut sæpies ea, E quæ Rheni Palatinis adscribere debuissent,planè aliis extraneæ familiæ Principibus attribuerint.

Eundem itaque errorem erravit Schubartus,confundendo eadem vocabula Ezo,Etzelin⁹,Hetzilo,quando inExercit.de Comit.Palat.Cæsar.p.173.h. modo scribit: *multi hanc vocem* (Hetzilo) *esse cognomentum volunt & Henricum Hetzilonē conjunctim scribunt,sed præter morem illorum temporum, quibus* F *feri invaluit Germani ca vocabula & Nomina miris producere modis atq; contrahere: sic idem Henricus non tantùm Hetzilo,sed & Ezo & Etzelinus dictus*,sic Benno pro Bernhardo, Benno pro Benedicto legitur: etc. Rectius Claris. Mallinkrotius l.de Archicancell,p.24. observatâ literâ H. Hetzones,Hezilones&Hezilinos non nisiHenricos denotare scribit:*Tralatitiū*, inquit,*& istis* G *temporibus usitatissimum fuit Germanica vocabula, quæ nobis abbreviare & in monosyllaba contrahere olim & hodie familiare & frequentissimum est, in latinū quoq; sermonē terminatione conveniente emollita recipere,ut Gotzelinos,Hezones & Hezilinos,qui cum Gothofredis & Henricis iidem sunt*.etc. Sic Bruno,observanteMeibomio in not.ad Chron.Marean., Bernhardum,Bucco Burchardū, CunoConradum,EppoEberhardum,Gozelo Gothofredum,Sizo & SisoSighardum denotat. De vocabulo Ezo.v.& Papenbroch.in not.adMs.Browvil.in H Act.Sanct.t.5.Maji.p.49,50.Nomen Erenfridi veteribus satis notum. Sic Erenfridus A.736.in Episcopū Constantiens.electus fuit.v. Herman.Contract.

A Sic Ezzo f. Erenfridus Epiſ. Altenburg. Conradum Henrici IV. Imp. filium natum A. 1074. 2. id Febr. in Monaſt. Herveldenſ., baptizavit ibidem 3tio die poſt nativitatem. v. Lamb. Schafnab.. Sic in *Diplomate Ottonis I.* Imp. dat. Monaſterio Gandersheimenſi A. 946., 4. Non. Maji. mentio fit Erenfridi Comitis. v. apud Meibom. de pagis Saxon. p.102.

In primæva itaque & *Ottoniana* illa *Electorum* inſtitutione juxta opi-
B nionem.

	Petr. de Andlo.	Caſtrutii.	Heigii.	Pantalleonis H.
	Antonii.	Caſtaldi.	J. B. Herolti.	Pandulfi Collenut.
	Alvaretzii.	Crauſii.	Irenici.	Pomerii.
	Anton. Archepiſ.	Cuſani.	Junii,	Raph. Volater.
C	Florent.	Cuſpiniani.	Knichii.	Rolevvinckii.
	Alberici à Roſate.	Giſneri.	Leop. de Babẽberg.	Richteri.
	Alvarotti.	Choppini.	Lucidi.	Rudolfi de Colom.
	Auguſt. de Ancoñ.	Cluveri.	Lancelotti.	Sabini.
	Auguſtin. Triũph.	Damanii Gandav.	Liebenthalii.	Sabellii Enead.
	Bellarminii.	Dreſſerii.	Melanchtonis.	Serrarii.
D	Bruſchii.	Dubravii.	Mallinkrotii.	Sleidani.
	Butingii.	Eiſenbergeri.	Maſſæi.	Schardii.
	Balæi.	J. B. Egnatii.	Maur. Aſſeſſ. Cam	Sprengeri.
	Buchingerii.	Freheri.	Martini Poloni.	Schifereri.
	Baronii.	Fabritii.	Marſilii Patavini.	J. Stellæ.
	Blondii.	Funcii.	Münſteri.	M. Stephani.
E	Baldi in Margar.	Flaccii Illyr.	Müntzeri	Schonbergeri.
	Boteri.	J. Facagniottæ.	Megiſeri.	Taboetii.
	Boſſii Mediolan.	Gebvvoldi.	Mutii.	Trithemii.
	Bonfinii.	Genebrardi.	L. Molinæ.	P. Tholoſani.
	Bibliandri.	Gœdei.	Th. Mich. de Jurid.	Thomæ de Aquino.
	Bellugii ſpec. Prin.	Pet. Gregorii.	Naucleri.	P. Vergilii.
F	Crantzii.	Hermanni C. de	Norimberg. Chr.	J. Wolffii.
	Craſii.	Nevenar.	Plattinæ.	Wimphelingii.

Ezonem S. Erenfridum noſtrum verum & indubitatum Comitem Palatinum Rheni Provinciæ Rhenenſis poſſeſſorem, in eaque ſummi Palatii Aquisgranenſis Præſidem extitiſſe, atque inter cæteros Imperii Proceres enituiſſe certò certius eſt, cujus Genealogiam præter Gelenium in auctuario vi-
G tæ S. Engelberti p.303., Theodor. à Rhay è Soc. Jeſ. lib. Anim. Illuſtr. Cliv. Juliac. exhibet, ubi ex eodem Schemate Genealogico 64. divos enumerat. Vitam verò ejus ex Ms.to Brovvillerenſi Cl. Papenbrochius in Actis Sanct. t. 5. Maji. p. 50. dedit in hunc ferè modum:

„*Erenfridus* totius Galliæ Principum cum eſſet corporis elegantia venuſtiſſimus, mentis induſtria prudentiſſim9, animi magnitudine fortiſſimus,
H „ad diſponenda negotia tam privata quam publica diſcretiſſimus, *Regalis Palatii apicem jure Paterni ſanguinis* ſtrenuiſſimè gubernando eo profecit honoris, ut ſuam ſemper gloriam pluris quam accepiſſet, efficeret decoris, mox „enim, ut adolevit, nullis ſe corrumpendum puerilis ineptiæ luſibus dedit,

ſed

„sed ut esset tam *validus corpore*, quam erat *animi virtute*, & si præ *nobilitate, quâ summè præditus fuerat*, vestium auro fulgebat nitore, plus tamen e- A
„quitatu, venatu atque quolibet militari corporis motu desidiosa proterens
„otia valitudine armorum delectabatur & fulgore, quatenus inimicis terro-
„ri & amicis esset amori. Nullū est virtutis exercitium, quod per invidiam
„ignaviæ non execretur vitium, & quidem ignavia se virtuti per livoris
„æmulationem inimicam ostendit; & ejus tamen timore perculsa tabescit, B
„quoniam omnis virtus ad alta se subrigens in suis se indeficienter augescit.
„Ideoque memorabilem hunc virum, quantò secum altius sustulit virtus,
„tantò fama clariorem universis Romani regni Principibus extulit. Nec mi-
„rum, si multis sui temporis potentioribus viris tametsi divitiis præclarè pol-
„lentibus potentior esse poterat atq; præstantior, qui omnibus procul dubio
„clarius Uxoris generositate liberorumq; honestate fortunatur, quod enim C
„ingenium, quæ lingua, quæ facundia tantam explicabit gloriam Romano-
„rum, quanta excrevit terra mariq; Ottonum temporib᷒ Augustorum quorū
„prædicta *Mathildis* clarissima scil. fœmina primum habuit Avum, alterum
„Patrem, germanum alterū, verùm quales successus superna disponente Cle-
„mentia sortiretur ille Vir Illustrissimus, ad conducendum sibi ejusdem fœ-
„minæ tam excellentis venerabile matrimonium: hinc sumatur exordium, D
„quo nullum lætius hâc duntaxat in serie audiri poterit elogium. Si quidē
„Imperatrix (Theophania) *in disponendis Galliæ Germaniæque negotiis viri
prudentissimi Domini Ezonis semper intenta consilio, cujus nunquam adhuc
decenter perficienda vacabat auxilio, in Aquisgrani Palatio* interim moratur
„cum filio (Ottone III.) qui inter reliqua admirandæ in eo sagacitatis indi-
„cia satis effulsit, peritus in construendo sive dissolvendo flexuoso alearū E
„schemate (scaccorum scil. seu latrunculorum) ut Otto III. Juvenis neminem
„crederet fore, qui in hac arte prævaleret adversum se. Quadam ergo die
Dominum *Comitem Palatinum* compellat, quatenus secum ad tabulam alea-
„rum è regione sedeat, ordinemque disponat, pariterque jocosam congres-
„sionis stropham promoveat. Ea autem altrinsecus proposita conditio est, F
„ut cui per 3. continuas vices victoria proveniret, alterius potiretur rebus o-
„ptimis, etiam quibus vellet, pariter igitur confident, ludo confligunt,
„Dominus Ezo invocato S. Trinitatis auxilio ter victor exstat, deinde tam-
„etsi impetrare desperaret, quod divinitate procul dubio inspirante diu
„optaverat, sororem ejus sibi ab ipso dari in conjugem postulat, cernens ille
„ludum ad seria processisse, simulque ex consulto eorum, qui interfuerant, G
„tractans eam rem ex Dei nutu provenisse; non esse regii honoris, si mendax
„fieret suæ sponsionis, ipsum etiam apud *Avum*, apud *Patrem*, postremò
„*apud semetipsum plurimum potuisse* propositæ conditionis fidem manus in
„manum confirmat impositione, quatenus juxta Apostolum castum Con-
„nubium & thorum immaculatum in sua servaret Sorore. *Palatinus Comes*
„collectis suorum copiis Asinde (*Assindia*, Essendia, hodiè Essen, ubi tum tem- H
„poris *Mathildis* ab *amita sua* (*a*) *Adelheide instructa* fuit. Abbatia fundata
„A. 873. ab Alfredo Episcopo Hildesh., literæ fundationis datæ 873. 5. Kal.
„Octob., restaurata deinde à Theophania Abbatissa Ezonis Palatini filia)
„properat, venerabilem puellam edicto Regis ad præsentiam vocat, fratre
jubente,

A „jubente, matre volente, eam suam fore sponsam enuntiat, Amita verò „ejus (Adelheidis) pertinaciter obstitit, sed sive ejus potestate, sive regia Ma„jestate territa cedit. Mathildis sponsalium more annulo subarrhatur, in „*Brauvvilre prædio Comitis Palatini nuptiæ parantur*, atque in ambobus à
B „Sacerdotibus Christi Patriarcharum benedictionibus completis eundem „ad locum non tam velociter, quàm lætanter festinantur. etc. Præterea ubi „ad supradictum locum ventum est, fertur, quod memorabilis Ezo Ramuscu„lum arboris ejusdem terræ involutum cespite acceperit, & cum eodem „Brunwillerense prædium & alia proprii juris plura eidem suæ venerabili „Sponsæ in dotem tradiderit, ubi mox illa nullam retractionis moram per-
C „pessa, sed Ecclesiolam S. Medardi, quæ inibi antiquitus constructa fuerat, „ingressa, Christo Deo Salvatori nostro simulque Sanctis ejus, & quorum „in suis præsentia reliquiis aderat & his etiam, quos specialiter honorificare „devoverat, eandem dotem suam solenni tradirione condonavit: idemque „ramusculus in boni testimonium facti longa viroris gratia jucundus per„mansit. Nuptialis interim apparatus festiva procuratur celebratio, Proce-
D „res togatos splendidioris ambit amictus accuratio, pauperes victus recreat, „indumentum consolatur, apud omnes igitur gaudium ingens exortum est, „quia felicissimi illius proventu connubij multis post modum gaudere & læ„tari divinitus provisum est. Siquidem legitimo humanæ procreationis „tempore exacto nati sunt eis filii tres Hermannus, Otto, Ludolfus, filiæ „septem: Richza, Adelheid, Ida, Mathild, Theophania, Heilewig, Sophia, etc.

E (a) Fallitur itaque Paulini, quod tamen pace Clariss. Viri dixerim, cùm diss. de Colleg. Visbecensi p. 13. Mechtildem nostram numero Abbatissarum Essendiensium inseruerit, quæ non nisi sub curâ & custodia amitæ suæ Adelheidis inibi degebat, cumque vix annum ætatis 14. complevisset, Rheni Palatino nostro in matrimonium data fuit, deinde non fuit filia Imperatoris Constantinopolitani s. Orien-
F talis, sed Ottonis II. Imper. Occidental. nata ex Theophaniâ Constantinopolitana.

Rectè addit interpolator vitæ *Ezonis* Palat., Ottonem III. Imp. in Romaniola (in Castello Paterne) in agone constitutum paulo ante ejus mortem *S. Hereberto* Archi-Episcopo Colon. (cui confessus est, cum venenum accepisset) Imperij insignia commisisse, ad Sororis maritum Ezonem s. Erenfri-
G dum Rheni Palat. in Germaniam (ubi in absentia Cæsaris Vicarium Imperij egerat) transferenda. Quæ cum intercepisset & extorsisset *Henricus* (cogn. Sanctus) Bavariæ Dux. vid. Surium in Vita S. Hereberti Regnum integro anno vacâsse memorat: Neque enim S. Herebertus Colon. Ezonis familiarissimus, neque ipse Ezo Rheni Palatinus electioni Henrici Sancti Regis interfuére, neque sua vota dedére, quâ de causâ *Henricus* Imp. etiam ipsi *He-*
H *reberto* longo tempore erat infensus, ita, ut cum *Ottonem* præpollentem Comitem, qui Episcopatum Moguntinum diu igne ferroque depopulatus erat, in castro *Hammerstein* ad Rhenum obsedisset, Coloniam deinde tenderet, ipsumque de Pontificatu deturbare & amovere vellet, ut in vita S. Hereb. apud Surium M. Mart. p. 287. exstat, adde Sigebert. Gemblac. & L. Northof in Chron. Marcan. apud Meibom. p. 381., hinc rectè Cl. Joh. Cluverus in Hist.

Uni-

Univerſ. p. 407. Henricum conciliatis ſibi *nonnullorum* Principum animis *turpidum* diſcordiis Imperium *aliquantiſper* geſſiſſe ſcribit. Cumque inſuper jura Ezonis Rheni Palatini noſtri invaderet Henricus, læſum contra Imperatorem arma ſumſiſſe, adjunctis ſibi Lotharingis (*Henrico* ſcil. Duce Bavar., fratre D. Cunigundæ ejuſque fratre Theodorico, Epiſcopo Metenſi; Lucemburgicis) qui Henrico Regi obedientiam præſtandam pro decennio ſuſpenderint, actamque deinde Moguntiæ cauſam. At cum eveniſſet, ut pro B
Henrico judicaretur, diſceſſiſſe *Ezonem* Palatinum noſtrum cum Lotharingis ſuis jam memoratis, atque ſtativa fixiſſe in *Odernheim* alii Odenheim modò Philipsburg. (rectius *Ogersheim* in Palatinatu Rhenano temporibus Carolinorum *Agridesheim* v. Freher. Orig. Pal. p. 2. c. 13. Topogr. Epiſ. Wormat. p. 54. Ditmaro verò *Agra*) ubi eum invadens *Theodoricus* Dux Lothar. (qui Uxorem habuit *Bertham* Henrici Sancti Imp. Sororem vid. Henninges. Theat. C
Geneal. p. 1. t. 2. p. 70.) prælio victus & captus ſit, cum tanta ſuorum ſtrage, ut in proverbium res abierit ſoleantque amicis optare, nunquam in Odernheim (Ogersheim) veniant. Adjungitur, *Theodoricum* Ducem ab Ezone Palatino *ad Caſtrum ſuum Tonaburg* ſedem ſcil. ſuam (hodiè Tonberg) cum aliis captivis abductum fuiſſe A. circiter 1010. (v. Adelreitz. An. Bav.) iis tamen poſtea ab *Henrico* Imp. redemptis, pacem tandem eo pacto initam fuiſſe, ut *Henricus* Imp. *Ezoni* Palatino noſtro *Inſulam S. Svviberti* cum oppido *Augiæ Cæſareæ*, (vulgò Käyſerswerth) *Duysburgum* ad Rhenum, *Salfeldiam* in Thuringia cum pertinentiis ſuis cederet. v. & Trithem. in Chron. Hirs. t. 1. p. 156., Gelenium in Auctuar. Vitæ S. Engelb. p. 302. deinde ejuſdem Imperatoris interventu *Richezam* Ezonis Rheni Palatini filiam ab *Ottone III.* Imp. circa A. 1001. Mieslao II. Regis Poloniæ filio deſponſatam, eidemque corporaliter E
junctam fuiſſe. Rem totam Ms.tum Brovvillerenſe de geſtis Abbatum hoc modo deſcribit: Herebertus verò inſignia Imperialia ſecum ex Italia advexerat, quod advertens Henricus Dux Noricorum eum juxta Alpes invadit, & dicta Inſignia extorquens, ſibique Imperium aſſumit, ſed Ezo, quia bona ipſius multa invaſerat, ſe opponit, hinc Lotharingi eum non agnoſcunt pro Rege. Durat hæc æmulatio per 10. annos poſtmodum Henricus videns F
ſe nihil contra *Erenfridum* poſſe efficere, Moguntiæ inſtituit tractatum pacis, comparet Erenfridus Palatinus, ſed cum Ezo videns plures hic pro Henrico contra ſe loqui, iratus ſtatim ex Curia ſecedit ad Villam *Odenheim, modo Philippsburch*, ſibiq; figit caſtra & papiliones explicat, quo audito Rex mire concitatur & conſilium quærit, qualiter huic audaciæ foret obviandum, cui Dux *Theodoricus* ſuper Moſellam potens ſtatim pollicetur, quod ipſe Co- G
mitē Palatinum quantocius vellet Regi cinctum præſentare, ſi ſibi poteſtas fieret ſeligendi milites ex Regio exercitu & ſuis adjungendi eoſdem. Neque tamen conſilia hæc Ezonem Comitem latebant, qui ſe jam ad reſiſtendum parabat: adveniente ergo Theodorico, Comes Erenfridus generosè obviam procedit, fretus maximè *fratris ſui Ezilini & filiorum ejus* virtute, fit acris pugna, ſed pænè omnis exercitus Ducis Theodorici fuſus eſt, ipſe enim H
Dux cum ſuorum Nobilium quam plurimis captus eſt, & *vili jumento* impoſitus ad *Tonaburg caſtrum Palatini* devehitur cuſtodiendus. Tanta autem ſtrages edita eſt militum *Theodorici*, ut hodiedum proverbium beneprecantis ſit: ut nunquã tibi Odenheim adventare contingat. Igitur Rex pro redimen-

A do Duce & concaptivis ejus & placando *Comite Palatino* eidem hæreditariè & perpetuò donat possidendã *Insulam S. Svviberti* cum omnib' suis appenditiis *Duysburg* & *Salevelt*, nec multo post Rex habito jam consensu Palatini Romam proficiscitur & Imperator creatur à Pontifice. huc usq; : Ms.tum Fallitur autem Cl. *Papenbrochius*, quando hæc omnia *pro figmentis* habet in Actis Sanct. ad 21. d. Maji. p. 52. & quidem ex rationibus sequentibus.

B 1. *Ditmarum* initia Henrici hujus Imp. ferè per singulos dies prosequentem ostendisse, eum coronatum fuisse A. 1002. 7. Jun., quo Anno Otto III. obierat, ideoque regnum *non potuisse vacare* per integrum annum.

2. *Ditmarum* nullius meminisse, qui se opposuerit *Henrico* regnum ingredienti præter Hermannum Alemanniæ & Alsatiæ Ducem: Schafnaburgensem etiam ad A. 1003. nihil aliud dicere, quàm hoc: *Plerique Principes à Rege deficiunt, sed post modicum correcti in gratiam recipiuntur.*

3. Neque *Ditmarum*, neque alios de *Theodorico* Duce cæso, captove ne verbum quidem tradidisse.

Verùm enim verò Respond. ad 1. Si *Ditmarus* electionem Henrici II. in annum 1002. posuerit, id non nisi de Electione à *paucissimis* Principibus muneribus, aliisque largis promissionibus corruptis factã intelligendum esse, protestantibus interim plerisq; aliis Imperii Principibus, eundem pro Rege nondum recognoscentibus. Deinde Ditmari authoritatem non in omnibus infallibilem esse, patet inter alia etiam ex eo, quod *Henricum* Bavariæ Ducem D. *Cunigundæ fratrem* ejusdem Imperatoris *Henrici generum* fuisse scripserit, quod omnino falsum, & à manifesta veritate nimis quàm alienum est.

E Hinc etiam ejusdem authoritatẽ non attendentes, veram & unanimiter factã Henrici II. Electionem in Annum 1003. posuére *Henningesius* in Theat. Geneal. & *Serrarius* in rebus Mogunt. p. 716. 723. ubi ex Ms.to antiquo testatur: Electores jam suo jure in eligendo Henrico II. A. 1003. usos fuisse Francofurti. Præterea *Strada à Rosberg* ex antiquitate Historica tradit, duas Electiones Henrici II. fuisse 1. in *Forcheim* 2dam in *Werle* peractam fuisse, 3tiam

F addit *Serrarius* l. cit., adeoque facile unius anni interregnum esse potuit, usq; dum Imperii Principes unanimiter in ejus electionem consentientes eundem confirmaverint. Hinc etiam rectè B. Antoninus Archi-Episc. Florentin. in Spec. Hist. p. 2. c. 4. n. 16. ex Johanne de Colon. scribit: *Sciendum, quod non statim post mortem tertii Ottonis iste Henricus fuit electus Imperator, nam mortuo Othone* PER ANNUM ET AMPLIUS *vacavit Imperium,*

G *cum de eligendo Imperatore Principes Alemanniæ non concordarent etc.* & J. Cluverus in Hist. Univ. p. m. 407. h. m. *Henricum* conciliatis sibi *nonnullorum* Principum animis *turbidum discordiis Imperium* aliquantisper gessisse rectè quoque observat.

Ad 2. Præter alios satis clarum & perspicuum est testimonium Schafnaburgensis asserentis: Plerosque Principes à Rege defecisse: quos cum aliis *Pa-*

H *reus* noster in Hist. Palatini p. 50. recenset: *Henricum* Sanctum multos competitores habuisse, *Eccardum* Marchionem Saxon. & Thuring., Ottonis I. pronepotem, *Hermannum* Sueviæ Ducem, *Leopoldum* Austriæ Marchionem, *Ezonem* cog. Superbum Comitem Palatinum, *Dietericum* D. Lotharingiæ, *Henricum* Ottonis I. ex filio Ludolfo nepotem. v. & Cluver. l. cit., seu potius dicti Imperatoris Ottonis I. ex filia Luitgarde pronepotem, Con-

radi

di II. Imp. Patrem. (sic & Brunonem Epis. Augustan. fratrem Henrici Regis aliquamdiu Electioni ejus restitisse, testatur Schafnab. ad A. 1004.) quos tamen omnes in regnum intentos, sed spe frustratos vel armis & conditionibus ad Officium & ordinem redegit. Ditmarum autem omnium horum mentionem non fecisse, non est mirum, utpote qui aliàs quàm maximè notanda & ad Imperii res inprimis spectantia alto silentio pressit: somnia verò & fabulas diligenter annotavit. Eapropter Cluverus lib. cit. p. 410. eum *curiosum satis somniorum monasticorum annotatorem* rectè vocat; de quo jam diu plures conquesti sunt: ut Melanchton. in Præf. ad Chron. Ursperg: Daß die Alten als Ditmarus und andere die Minutien und geringe Posten/ die zur Sach nichts dienen auffgezeichnet/und hätten das Hauptwerck indessen außen gelassen. & Crantz. l. 4. c. 28. & 39. h. m. *mira*, inquit, *temporum incuria, quod res praclaras non miserint in literas, quæ in re flagitiosa scriptorum negligentia detestanda est.* adde *Rittershus.* in not. ad Ligurin., Chronicon. *Carionis* ex edit. Peuceri, *Reusner.* in Enucl. 7. q. 91., *Freher*, in not. ad P. de Andlo, *Lebman.* Chron. Spir., *Freinsheim* l. de Vicariatu Pal. ed. 1658., & *Camerar.* in Comment. ad Chronol., Nicephori apud Meibom. l. de Irmens. c. 4. ubi h. modo: *Veteres qui quasi posteri præsentes essent, atque omnes aque ac ipsi, quæ exponerent, explorata haberent, ita nihil explicatè nihil distinctè retulerunt.* A B C D

Ad 3. Fallitur *Papenbrochius*, dum neque *Ditmarum*, neque alios *de Theodorico* Duce cæso captove quædam annotâsse scribit: Expresis enim verbis *Ditmarus* eandem historiam describit his verbis: *Describam*, inquit, *unum facinus eorum, quod in agra* (Carolingorum temporibus *Agridesheim*, hodie *Oggersheim* juxta Manhemium in Palatinatu Rh.) *lugubriter peregerunt, Rex autem habuit concilium in Moguntia Civitate & hi* (Ezo scil. Palatinus noster, Hezilo D. Bavar., Theodoricus Epis. Metensis aliique Lotharingi) *interfuêre, & cum omnia ibidem secundum sumet placitum respondere non potuissent, reversi sunt irati: pace tamen ad tempus facta, & cum eos sequerentur nihil mali sperantes Heimo Episcopus Verdunens. & Theodoricus Dux*, (Lotharingiæ f. Thiedricus) *latentes insidias improviso irruunt & paucis effugientibus cum Episcopis interfecti sunt innumerabiles viri, Dux ille* (Theodoricus) *nimis vulneratus, & quia amicus eorum fuit, captus abducitur & multos dies custoditur, post hæc datis obsedibus solvitur & à Regis gratia in hoc non moventur.* huc usque Ditmarus. Deinde de Theodorico Duce vulnerato, capto & in custodiam abducto idem clarissimum testimonium fert *Hermannus Contractus* ad An. 1011. *Theodoricus*, inquit, *Dux Lotharingiæ sub ipsa penè præsentiâ Regis ab Henrico D. Bav. dudum à quibusdam Lotharingis capitur & abducitur* (*in custodiam* scilicet in castrum Thonaburg, Ezonis Rheni Palatini tum temporis sedem, ut supra dictum) Adde Sigebert: ad A. 1009., Aventin. & Adelreitz in Annal. Bavar. ad A. 1010. E F G

Porro Trithemius in Chron. Hirs. *discordiam hanc Imperatoris & Ezonis Palatini nostri, ut & donationem Ezoni* f. Erenfrido Palatino postea ab Imperatore factam & ab interpolatore vitæ Ezonis supra memoratam fusius attestatur t. 1. pag. 156. h. modo: licet Ezelinum seu Ezonem Rheni Palatinum nostrum confundat cum Hetzilone Bavariæ Duce D. Cunigundæ H

 fratre

A fratre uti supra ostendimus. *Ezelinus*, inquit, *Comes Palatinus Rheni* frater D.Cunigundæ & Theodoricus Episc.Metens.post diuturnam cum Henrico Imper.dissensionem & rebellionem propter dotem sororis suæ Imperatricis tandem placatus muneribus in gratiam receptus fuit, qui eum per annos 10.
B continuos Regi ob prædictam causam fuisset rebellis,nec posset modo induci,ut à cæptis disistens ad obedientiam animum suum reduceret, Imperator consultius tandem arbitratus est virum nobilem & strenuum beneficiis vincere,quàm armis ad subjectionem coarctare, vocatum igitur ad se Primum inter amicos constituit,& plura reconciliato jam munera donavit, inter quæ *Insula S.Swiberti* cum *oppido Augiæ Cæsareæ* (vulgò Käyserswerth) cum
C omnibus pertinentiis ad eam simili traditione concessit, & *Duysburg* cum omnibus & singulis proventibus suis, deinde *Salfeld* cum emolumentis suis non modica Regni beneficia de consensu Principum *Comiti Palatino* memorato & hæredi, ejus perpetua donatione concessit, habuit autem uxorem idem *Comes Ezelinus Mathildem* Ottonis III. quondam sororem, filiam Ottonis II. & Theophaniæ,ex qua 3. filios & 7. filias, 6. scil. Abbatissas & Regi-
D nam Poloniæ suscepit,quorum ista sunt nomina *Primogenitus* fuit *Hermannus* cognomento Nobilis Archi-Episcopus Coloniensis, *Eberhardus secundogenitus* ex Præposito Ecclesiæ Wormatiensis post *Popponem* Trevirorum Archi-Episcopum sapientissimus fuit, *Ludolfus tertiogenitus* hæres & possessor Ducatus paterni exstitit: *Richezam* inter filias primam, *Misecho* Dux Poloniæ habuit uxorem,*Adelheidis* secunda filia monialis nostri ordinis &
E Abbatissa fuit in Cænobio S.Gertrudis Nivellensis in Brabantia, *Theophania* filia tertia in Essendia cœnobio nostri Ordinis,tribus à Novesio milliaribus, Abbatissa fuit constituta, Virgo singularis devotionis in Deum, Quarta filia nomine *Mechtildis* in Cænobio Didikirchen nostri ordinis similiter Abbatissa fuit, Quinta filia nomine *Willicha* in Cænobio S. Mariæ Coloniæ in Capitolio nuncupato tunc Ordinis S.Bened.Monialis & Abbatissa fuit.Sexta
F filia nomine *Sophia* Moguntiæ in Monasterio B. Virg. Mar. Abbatissa monialium exstitit. Septima filia, cujus nomen *Helwigis* in Gandersheim Cænobio Saxoniæ Abbatissa similiter fuit memoratarum 6. ordinis nostri Magistrarum, Pater *Ezelinus Palatinus Rheni Comes potentissimus & dives* in proprio fundo suo Browiller Cænobium in honorem S. Nicolai Episcopi fundavit,in quo multitudinem servientium Deo Monachorum sub modera-
G mine Abbatis constituit,quibus de hujus vitæ necessariis copiosè providit,in cujus Ecclesia tandem mortuus ut jusserat, sepulturam accepit. Huc usque Trithemius ad A.1014., sed nota hic multivarios ejus errores.

1. *Ezonem* s. Ezelinum Rheni Palatinum nostrum filium facit *Sigefridi*, quem malè *Comitem Palatinum Rheni* appellat.lib.cit.ad A.1060. p.206. cum non nisi *Comes Metensis* & *primus Comes Lucemburgicus* fuerit, uti supra c. 1.
H fusius ostensum.

2. Filium hunc Sigefridi seu *D. Cunigundæ* fratrem, *fundatorem* prædicat *Cænobij Browillerens.* in proprio ejus fundo; cum certum sit, nullum alium præter Ezonem Palatinum nostrum, *Hermanni* Palatini supra memorati filium,ejusdem Cænobii fundatorem exstitisse, ibique etiam sepultum fuisse. Ultra hæc non minus indubium est,quod *Herzilo* Dux Bavar. frater D.Cu-

D. Cunigundæ filius *Sigefridi* Lucemburgici nihil quicquam juris in prædio A Browiller habuerit (hat keinen Fußbreit jemahlen an Browiller gehabt.)

3. 3. filios & 7. filias *Hetzilino D. Cunigundæ fratri* adscribit, cum certissimè constet, eum planè *nullos liberos* reliquisse v. Avent., Brunner., Adelreiz. Annal. Bavar.

4. *Mathildem* Ottonis II. Imper. filiam *Ezelino Sigefridi filio* D. Cunigundæ fratri uxorem adscribit, cum ex Ditmaro l. 3. p. 92. aliisque nullus scrupulo locus superfit, eam non *Hetzilino* filio *Sigefridi* Lucemburgici, sed *Ezoni* B Palatino nostro filio *Hermanni* Comitis Palatini Rh. nupsisse, uti jam supra c. 1. fusius ostensum.

5. *Ezelino* f. Ezoni Rheni Palatino nostro filium secundo genitum nomine *Eberhardum Archi-Episcopum Trevirensem* adscribit, quod falsissimum, Ottonem verò Ezonis nostri filium Patrisque in officio Palatii successorem C postea verò A 1045. Sueviæ Ducatu exornatum planè omisit. Adde Maslen. Annal. Trev. p. 646. de Eberhardo Archi-Episc. Trevir.

6. *Hermannum* Archi-Episcopum Colon. *primogenitum* Ezonis Palatini filium constituit, quod erroneum & falsum: Imò l. cit. p. 206. ad A. 1060. sibi ipsi contradicit, ubi scribit: *Ludolfum* Ezonis Palat. primogenitum extitisse, quod verissimum est. vid. ex MStis Browiller. Æg. Gelen. in Auct. vitæ D S. Engelb. Archi-Ep. Colon. p. 303. & Auctorem vitæ Ezonis apud Papenbr. l. cad 21. Maji. inter mille alios errores ejus rem Palatinam concernentes, etiam non ultimo loco ponendus est is, quem in ætate & successione filiorum Rudolfi Balbi Electoris Palatini in eodem Chron. t. 2. p. 172. commisit Trithemius: ubi *Adolfum* ultimo loco genitum, in rebus agendis & negotiis Principatus cæteris fratribus magis idoneum, Possessionemque fratris sui Ruperti E defuncti ad ipsum tanquam juniorem devolutam fuisse asserit, quod omnino falsissimum, non enim *Adolfus* hic ultimo seu tertiò loco genitus, sed Palatini primogenitus fuit, Patrisque in Electoratu successor, quod etiam ex Archivo & fide meliorum documentorum rectè docet Cl. Freherus noster in Comment. ad A. B. Caroli IV. de legit. tutela curaque Electorali ubi in princ. ita: *Adolfum* Rudolfi *primogenitum* fuisse, in quo aliqui etiam veterum fal- F luntur (quo procul dubio ad Trithemium respexit Freherus) certo constat. Deinde quod Electoratum Palatinum etiam ut primogenitus gesserit, patet inter alia etiam ex *literis feudal. Adolfi* dat. 1323. 1. Jan. *Henrico* Comiti Nassoviæ un supra in Hermanno. c. 2. dictum. Deinde *Adolfus* hic perperam etiam à Pareo aliisque cognomine *Simplex* vocatur, cum minimè ignavus, simplex aut secors fuerit. v. Freher. l. de legit. tutela Elect. adde notas ejus in Antithe- G sin Gebwoldi p. 462.

7. *Heilewigis* non Abbatissa fuit in Cœnobio *Gandersheim*, sed in *Nussia* in Cœnob. S. Quirini. vid. Gelen. lib. cit. & MStum Browillerense apud Papenbroch. l. cit.

8. *Richeza* Ezonis Palatini filia, non fuit primogenita, sed Theophania, adhon Misechoni, sed Mieslao seu Miecislao II. R. nupsit. H

9. *Ezonis* Palatini nostri filia, quæ Coloniæ in Monasterio S. Mariæ in Capitolio dicto, Abbatissam egit, non *Willicha* sed *B. Ida* dicta fuit. v. MStum Browill. & Gelen. in Fastis Agrippin. ad 26. Nov.

A 10. Imperatorem *Henricum* Sanctum muneribus, donatione scil. oppidorum *Duysburg* ad Rhenum, *Insula S. Swiberti*, *Augia Cæsarea* & *Salfeld* *Ezonem* Rheni Palatinum nostrum *Mathildis maritum*, non *Hetzilinum Lucemburgicum Mariæ maritum*, fratrem D. Cunigundæ placâsse certissimum.
B (und hat Hetzilinus oder Henrich von Luxemburg niemahlen einen Fußbreit an obgemeldten Orthen gehabt/) Trithemium itaque *Ezonem* s. Erenfridum Rheni Palatinum nostrum cum *Hetzilino* s. Henrico D. Cunigundæ fratre confundere quis non videt? perperam omnia adscribendo huic, quæ illi potius attribuere debuisset. Henricus III. Imp. acceptâ postea ab *Ottone* Comite Palatino Rheni filio Ezonis nostri Insulâ S. Swiberti cum *Duysburgo* &
C *Augia Cæsarea* (ubi Ezo Palatinus Ecclesiam exstruxerat, teste Leodio in Vit. Frid. II. El. p. 11. 13.) eundem A. 1045. in Sueviæ Ducem elegit. De q. infrà. *Salfeldiam* verò cum pertinentiis postea etiam *Richeza* Regina Polon. filia Ezonis Palatini post obitum fratrum & nepotum S. Annoni Archi-Episc. Colon. & S. Petro Ecclesiæ Majori Col. A. 1057. donavit, testibus literis donationis, quas exhibet Gelenius in Vindiciis B. Richezæ, adde Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5.
D Maji. p. 59. de quo fusius infra. Ab eo tempore Duysburgum semper apud Imperium permansit, usque ad Carolum IV. Imp., qui illud Johanni Duci Juliacensi & Cliv. certo pretio vendidit. v. Annal. Juliac. Teschenmacheri.

11. *Trithemium* etiam *Ezonem* Palat. & *Hetzilonem* Lucemburgicum Bav. Ducem confundere quantum ad rebellionis causas, oppidò patet. Sciendum enim *Ezonem* Palatinum nostrum adjunctis sibi Lotharingis, Theodori-
E co Episc. Metensi ejusq; fratre Hetzilone Bav. Duce sibi amicissimis, Regi rebellasse *ob Regnum* scil., quod *Henricus Sanctus* contra mandatum Cæsareum invaserat & usurpaverat, quodq; Otto III. Imp. agonizans in Italia Ezoni potius nostro ejus Sororio destinaverat, ideoq; etiam *S. Hereberto* Archi-Ep. Col. *Imperij Insignia* ad eundem *Ezonem* in Germania deferenda tradiderat: Ea cùm intercepisset *Henricus Sanctus* Bav. D. exorta est rebellio ex parte Ezonis Pala-
F tini. *Hetzilonem* verò *Lucemburgicum Bav. Ducem* D. Cunigundę fratrem cum *Theodorico* Episc. Metensi ejus fratre aliis ob *dotem sororis suæ Cunigundæ*, quam *Henricus Rex* liberis carens Ecclesiæ *Bambergensi* (quam A. 1006. 27. Oct. Francofurti in Episcop. evexerat v. Blond. Gen. Franc. p. 19.) delegaverat, eandemq; omnium rerum suarum hæredē fecerat, rebellâsse certum est. Reconciliatio a. inter *Imper.* & *Pal.* facta est circa A. 1012. *Lucemburgensium* verò demùm circa
G A. 1017. ut videtur, de hac ita Ditm.: *Palmas Rex Mogunt. & Pascha in Ingelheim celebrat & in his partibus magis honorificè, & potestativè nunquam fuit, & quia ob tantam solennitatem maxima ibidem fieri non poterant ad Aquisgrani ponitur conventus, & tunc illic cum consilio Heriberti Archi-Episcopi Colon. Thiedricum Episcopum Metensem & Henricum fratrem ejus placavit, etc.* & alibi ad An. 1017. (v. And. du Chesne Hist. Lucemb. p. 9.) *Rex dilectum sibi locum Ba-*
H *benberg visitat, ibi tunc mense Decembre Henricum etiam quondam Ducem Bavariæ suâ depositum culpâ pristinis restituit honoribus die Dominica, sicut ei firmatum est prius à Poppone Archi-Episcopo Trevirensi, etc.* & ad A. 1018. *Cunigunda Imperatrix ad dilectam suam Capungam* (Kaufungen in Hassia juxta Casellas) *veniens monasticam ibi vitam ordinavit, deinde Franciam Orientalem profecta Bavariam petit, fratremque suum Ducem Henricum Ratisbonæ intronisavit.*

Pergit

Pergit autem MStum Brovvillerense de vita Ezonis Palatini nostri his A verbis: „Post hoc Gloriosissimus Heros pari nobilissimæ suæ conjugis vo„to tractat, quonam in loco Oratorium servis Dei divinas excubias agenti„bus congrua habitacula exstruat. Cujus voti propositum sibi divinitus in„situm, ut ratum inveniat, consilium sanctissimi viri Pontificis Romani Jo„hannis (19. *Electi* 1024. *denati* 1033.) præsentiam ambo Romam (*An.* 1024.) „profecti expetunt: commissa, quæ vel domesticis curis occupati, vel publi- B „cis regni negotiis obnoxii nullatenus vitare prævaluerant, per confessionem „aperiunt, quibus idem Papa post absolutionem cum pretiosissimis sancto„rum reliquiis cruciculam donat auream propter consumandam in eis Apo„stolicam benedictionem: simul sua eis injungens authoritate, quatenus, ut „voverant Deo, in propria hæreditate Monachorum instituant collegium, „quorum & arctioris vitæ conversatio & jugis die ac nocte profusa Oratio C „ad Deum sibi plenum etiam cœlestis vitæ conferre possit remedium. Re„versis autem ad Patriam, quantum reverentiæ, quantum honoris & gloriæ „ubique adventantibus impenderetur, postremo quam lætis suorum animis, „quamque festivis occursibus susciperentur, satis est tacita opinione id æsti„mari, quàm quibus non valeas verbis juxta modum æstimationis effari, igi„tur ille sedulus explorat, ubi nam locorum, quæ propriæ possessionis essent, D „placitum Deo in fundando sanctæ Religionis Cœnobio suum expleat vo„tum *DUYSBURG* præcipuè seu Insulam S. Svviberti dijudicans ad hoc „aptissimum esse, seu propter Rheni fluenta, seu propter maximæ amænitatis „locis in ipsis jucunda quædam oblectamenta. Nam bene ad collocanda in „Duysburg fundamenta desiderium ejus provenerit, si uxor tenacioris ani„mi ipsi non obstitisset, *Brunvvilre* omnibus anteponens locis propter reve- E „latam sibi quandam visionem gloriæ cœlestis. Erat enim ei solennis con„suetudo nunquam è vicinia loci illius iter facere, quin secedens de via in Ec„clesiolam S. Medardi orationi solito prolixius insisteret aut Psalmodiæ. Unde „contigit, ut quadam die & itineris labore & solis ardore æstuans, expletis in „sacri ambitus ædicula consuetæ devotionis suæ precibus refrigerandi se gra- F „tia sub umbra arboris sicomori, quam Teutonici Mulbom appellant „(f. Maulbeerbaum) quæ è regione stabat supra cespitis amæni thorum ac„cumberet & parum dormitans somni caperet: cum ecce (ut sibi visum est) „aperto desuper cœlo globus lucis ipso sole splendidior super eundem Deo „placitum locum descendit, tantâ eum charitate perfundens, ut omnem cir„cumjacentem regionem jucundam atque coruscam in magna sui admi- G „ratione efficeret. Hâc visione Venerabilis Heros cognitâ mox omni am„biguitate postpositâ, unum idemque simul cum ipsa animo volvebat: nullo „scil. in loco consultius divinæ mansionis habitaculum fundari quam in eo„dem, *QUEM ET PATERNI LABORIS INSTANTIA JAM DUDUM DEN„SISSIMO ARBORIBUS NEMORE CUM TRIBULIS ET VEPRIBUS RA„DICITUS EX STIRPATO PRO BESTIIS, QUORUM PRIUS TUTA IBI* H „*LUSTRA FUERANT, INCOLIS HOMINIBUS HABITABILEM FECE„RAT*; & religiosissimæ suæ conjugis visione cœlestibus ad hoc esse notatum „indiciis noverat. Et quoniam per semetipsum qualiter id foret inchoandum, „minus discernebat; Abbatis Popponis (Stabulensis) apud quem tunc tem-

poris

A „poris maximè Religio monastica cum regulari discretione vigebat, Patris „scil. monasteriorum sanctorum confessorum Christi Maximini & Rema„cli consilium atque solatium per allegationem Archi-Pontificis Domini „Piligrini expetebat, qui ut semper paratus erat piis obedire precatibus 7. fra„tres vita religiosos, doctrina simul & actione probos ad hoc opus non se„cus ac ab ipso didicerant, instituendum ei mittebat: (*qui postmodum etiam*
B „*eidem monasterio Curtem suam in muro Castrensis civitatis Coloniensis à* Wi„celino de Duna *acquisitam tradidit. Atque ea nunc est nobilis istius Abbatiæ* „*Asylum & penarium hâc Bellorum tempestate, & in eadem Curte sacellum aedifi*„*catum est Divis S.Nicolao, S.Medardo & S.Benedicto sacrum. v.Gelen.de Ma*„*gnitud.Colon.synt.* 133.) Annus Dominicæ incarnationis millesimus vicesi„mus quartus jam hinc instabat, & defuncto apud Babenberg Episcopium
C „suum Imperatore Henrico (*obiit hic* 1024. 14. *Julij*) Imperium Conradus „agebat. Cum illi acceptâ paternâ benedictione atque fraterna venerunt „ad prædictum locum 18. Kalend.Maji feria simul & hora diei tertia (*posses*„*sionem, annotante Papenbrochio, ineunt* 1025. 14. *April.*) ut annunciarent in „Sion nomen Domini in conveniendo populo in unum, ut servirent Domi„no, quibus ipse in suo nomine diceret congregatis, bonas facite vias vestras
D „& studia vestra & habitabo vobiscum in loco isto in sempiternum. Igitur „omnia quorum gratia eo venerant, certatim accelerant, fundamenta mo„nasterii non in eo tamen loco, quo Ecclesiola supradicta erat, sed ad ejus „Aquilonarem partem locantur. Dum ergo remotiori loco fundantes mo„nasterium pro sepultura mortuorum solliciti sunt, inter sanctæ operationis „exordia ipsius opinatissimæ virtutum operatricis Mathildis Deoque devo-
E „tissimæ matronæ tristi morte turbati sunt, quæ quidem, quamdiu sano & „incolumi corpore valuit, præter sollicitam intensissimamque secretæ ora„tionis atque Eleemosynarum operam; præter hoc etiam, quod in servis Dei „monachis cum Martha Jesum excepit in domum suam Brunwillerensem „gaudens circa quorum frequens erat ministerium, nec minus præter hoc, „quod cum Maria sedulo lectionibus sacris velut ipsius Domini verbis in-
F „tendens integrum quotidiè decantabat Psalterium; nullius unquam septi„manæ sabbathum, quo tantum balneo uti liceret, præterit, quin aliquem „de turba inopum sibi secretius adductum calidis per seipsam aquis persun„dens sortes ablueret, crines comeret, indutumque vestibus seu novis seu „non multum vetustis consolatum abire permitteret. Qua de re contigit „etiam, ut mundissimarum ex hujusmodi operibus manuum ejus facta in
G „aqua ablutione aliqui cæcitate prædamnati ægris orbibus suis remedium „videndi inferrent, qui hoc ejus merita posse indubia fide crederent. Ad qua„rum testimonium virtutum quædam ADELBURG AD NOSTRA US„QUE DURAVERAT TEMPORA, QUÆ SOLEBAT NOBIS RE„FERRE, quia cum cæca fuisset ab infantia, in adolescentiæ perveniens æta„tulam eo quo prædiximus modo diu optatam commeruit lucis videre
H „gloriam. Eandem etiam sanitatis gratiam in Thonaburg castro ab ipsâ „quædam cæca coram S.cruce, ipsius nimirum crucifixi Domini medicabili „dextrâ adjuvante consecuta est, propter quod eadem crux sancta ad vene„rationem sui majorem per semetipsam Brunwilre honorificè translata est.

„Quid

„Quid plura ? omnem curam omnibus subinferens ministravit in fide A
„sua virtutem, scientiam, abstinentiam, patientiam, pietatem, amorem
„fraternum atque caritatem, ut per bona opera certam suam vocationem
„faciens, introitum sibi pararet in æternum regnum gloriam Christi Je-
„su. Instabat jam annus post eum, quem supra nominavimus, proxi-
„mus Incarnationis scil. millesimus vicesimus quintus cum Hezelinus Co-
„mes (*Ezonis Rheni Palat. frater*) cognationis imò impendendæ venetatio- B
„nis atque munificentiæ gratia Illam Aichezæ (*Etchcheze, Esich, hodie Esch*)
„ad suum accersitam convivium, omni, quo potest, honorificat obsequio.
„Quam non minus, ut credi fas est, Christus interim cœleste vocatam ad
„convivium lætificare disponit in gaudio perenniter cum vultu suo simul-
„que consortium Sanctarum Saræ, Sephoræ atque Elisabethæ honorifica-
„re contubernio ; nam expleto convivii gaudio levi mox inprimis corri- C
„pitur febriculâ, cujus per singulos dies acrius ingravescente molestia se-
„ptimo tandem post eum diem, quo ægra decubuit, accepto salutis via-
„tico reliquit suos lugentes & flentes ; quia de hac convalle lacrymarum
„transivit ad contubernales suas in vera perpetuæ beatitudinis vita fine fi-
„ne gaudentes, CUJUS TRANSITUM IN AQUISGRANI Palatio
„properè cognito,(nam ibi tunc Comes Palatinus erat occupatus cum totius D
„Lotharingiæ majorum colloquio) assumtis eis secum, quorum alii se Domi-
„nam, nonnulli Decus & Imperii gloriam amisisse dolerent, gemerent &
„plangerent, velocius pervenit ad conthoralis suæ corporis & animi pi-
„gnus venerabile. Quibus cervices suas feretro subjicientibus, aliis ex sa-
„cro ordine Psallentibus, aliis lampades & cereos præferentibus ad Brau-
„willerense transfertur oppidulum ; poniturque extenso desuper tentorio E
„infra monasterialis ambitus medium. Tota Coloniensium turba ulti-
„mum ejus funeri officium redditura cum venerabili suo Archi-Episcop.
„Piligrino eo convenit, tribus diebus & noctibus continuis ad ejus exe-
„quias, quæ tantæ dolor fœminæ & amissio exigebat, cum Psalmis & vi-
„giliis Missarum sacramenta explevit, donec quarto die ab Archi-Episco-
„po infra ipsum tentorium altare in honorem S. Mariæ consecratum est, F
„ante quod ejus corpus venerabiliter humatum est, & Epitaphium supra
„eum hujusmodi scriptum:

Otto avus, Otto Pater fuerant Huic Ottoq; frater,
Sub queis Roma potens subdidit omne nefas.
Hæc hujus tecti Structrix Dux fœmina facti, G
Mathild nobilis suscipit inde genus.
Arci tonens Ipsam quarto sub lumine fixam
Transtulit ad vitam Lucis in arce sitam, H
Cui quod debemus, quia non implere valemus.
Tu fer solamen, Christe Redemptor, Amen.

A Decubuerat in eadem præfata Aicheze villa quâ & ipsa eâdemque febris
molestiâ quidam miles ejus nomine Harnic, qui post ipsam quidem die sequenti
defunctus est, sed ante ipsam primus sepulturæ quietem ante fores adhuc rudis
ædificij sortitus est, attamen venerabilis Heros tantum instabat inchoato
B operi studio, ut quinto Anno perfecto eodem Monasterio dedicationem ejus supradictus Antistes (Piligrinus) 6. Id. Novembr. consumaret atque juxta morem prædia, quæ liberorum suorum permissione pius sacrati loci fundator & auctor præcipuis CHRISTI confessoribus Sancto videlicet Nicolao atque sancto Medardo delegaverat, quæque liberis relicta, ab eis postmodum absque hæredum posteritate libera fore speraverat, banno suo rata in perpetuum
C confirmaret. His itaque non secus ac Abbas Poppo reverendissimus voluit, patratis, ipse aliorum cura monasteriorum occupatus, providit à suis electum fratribus proprium eidem loco Abbatem moribus religiosum, verbo verò & opere divino atque humano per omnia insignem & probum nomine Ellonem, cui Evangelica quidem vellicatio ab ipso Domino Ezone commissa est, & sic ad curam accepti Regiminis agendam Anno Dominicæ incarnationis
D millesimo tricesimo benedictione præfati Archipræsulis ordinatus est. Hujus igitur Abbatis & fratrum, quorum exceptis minoribus, qui ad eorum disciplinæ formam instituebantur, erant ..... (deest in MSto numerus Monachorum hodiè 30. aluntur, primitùs omnes nobilitate clari erant, verùm his postea ob vitam minus religiosam ejectis, alii sanctioris vitæ monachi Ord. S. Bened. recepti sunt,) religiosam conversationem atque ferventissi-
E mam in divinis cultibus devotionem adeo amplectebatur & diligebat, ut sub serica veste atque aureo Baltheo conversatus (Ezo) moribus ipse potius, quàm habitu monachus esse putaretur. Unde etiam contigit, ut quadam vice sui militis cujusdam, qui monachis libenter detrahebat, oblocutione satis procaci offenderetur. Nocte ergo sequenti, quæ solennis erat, ubi signum ad explendas laudes divinas sonat, jubet eundem, quod antea non solebat, accensâ
F lampade ad Ecclesiam secum lumine sequentem præcedere, atque ibidem, donec perageretur, subsistere: jussa facit, & ut ventum est ad hoc, ut Dominica Oratio SUB SILENTIO diceretur, æstimans omnia esse finita, volebat accensa, ut advenerat, lampade, sed sine nutu Imperantis non audebat quoquam recedere; arctabatur enim, sola subsistens in Camisia nimio gelidissimæ noctis frigore. Fecit ergo secunda vice & tertia similiter; cujus angu-
G stias ad correctionem ejus pius & prudens Heros se scire dissimulans nusquam declinavit; sed semper solennibus usque ad integrum decantaretur, hymnis & suis, ut solebat, placitis nimium Deo precationibus intentus, fixus eodem loco permansit. Ita ille correctus artificiosa potius quam asperâ increpantis invectione cæpit Dominum suum assiduè & vehementer compellere, nihil sibi reliqui dimittere, se suaque omnia simul Dei servis Monachis dedere: solos il-
H los sua etiam sententia esse contestans, quamvis Evangelicæ nescius doctrinæ, qui eum hîc deficientem in æterna deberent tabernacula recipere. Neque hoc prætereundum est, quod ex ejus fidei virtute miraculum factum est, etc.

Contigit enim ut Villicus ejus Rudolfus nomine in ejus Brunvvillerensis prædij agro non nisi parum tritici seminaret; messis verò tempore perparum quidem Tritici, per totum autem Siliginis sementem atque in execrabile lolium versum,

idipsum,

idipſum, ad ejus præceptum in horrea recondendum, admiſſâ falce meteret; quod A
à ſuis excuſſum paleis exaratis eisdem iterum ſulcis recommendaret. Factum eſt ergo, ut præcepit, & in cujus nomine omnia credenti proſperantur ſequentis anni meſſe non ſiliginem aut lolium, ſed puriſſimi tritici ſementem recepit. Non hoc ſolummodo ipſius Rudolphi ſed omnium ſenum illius Regionis accolarum certâ narratione nobis relatum eſt. Nec mirum ſi ante ſuæ finem vitæ alienus in ſe ipſo non fuit à fidei virtute, qui florens adhuc primæva juvenilis ætatis lanugine B
S. Udalrici Epiſcopi propterea, QUOD EJUS ERAT CONSANGUINEUS, familiari miraculorum ipſius frequenter eſt jucundatus dulcedine, etc. Contigit enim quadam vice B. Virum inſtante Chriſti nativitate Ottonis Magni Imp. cum reliquo Epiſcoporum conventu iter ad curiam in ipſa hyemis aſperitate feciſſe, cui per quandam ſylvam ire fuit neceſſe: Verùm illi, ut evenire ſolet, equitanti ramuſculus arboris objectus impedimentum itineris intulit, quem avulſum C
dextra Pſalmorum & orationum ſacro ſemper frequens murmure ſecum in via tulit; qui mox ſanctæ ſuæ manus calore velut æſtivo ſolis adanimatus fervore gemmis turgentibus expanſiſque foliis virentibus effloruit. Quod cum egregio juvene ſecum familiarius commeante ſtupefactus ipſe cerneret, volens latere, quod evenit, ramuſculum ab ecit, quem ipſe protinus equo deſiliens collegit. Sed ut ne vanum favorem vulgi nullum excitaret ex virtute miraculi à S. Pontifice D
mandatum accepit, quod & omni, quoad vixit, tempore obſervavit ſemper pignus amabile, conſpicuo (a) virore jucundum ac deſiderabile ſecretius apud ſe ſervatum habuit.

(a) Præclarum, inquit *Gelenius*, ſynt. 15. §. 4., Vetuſtatis monumentum eſt in horto Browillerenſi ſcil. adhuc virens Morus arbor plantata olim ab *Erenfrido* Com. Palat. Rhen. in memoriam *S. Udalrici* E
Epiſ. Aug. ex arido ramuſculo in manibus Sancti vireſcente. hucuſque Gelenius. Arbor hæc ante aliquot annos planè exaruit, ex cujus tamen trunco & radicibus 2 alii ſurculi in eam jam altitudinem excreverunt, ut fructus (quos ego A. 1699. 8. Kal. Octobr. commedi) ferre inceperint. F

Nam poſtea hujus præcipui miraculi gratia] Hermannus Archi-Epiſcopus Venerandi Patris ejusdem filius in Eccleſia Colonienſi St. Confeſſoris Chriſti ſolemnizare inſtituit feſto, (quod Gelenius in Faſtis Agripp. ad 4. Jul. notat.) *Ut verò ad maturiores ejus actus ſtylum reflectamus: Poſt obitum religioſiſſimæ Conjugis ſuæ cum jam decimus annus inſtaret* (Annus ſcil. 1035.) *maximo ſuorum, ut ſemper ſolebat, Comitatu Stipatus AD SUAM PROVIN-* G
CIAM SALAVELT (ad fluv. Salam in Thur.) *profectus & prolixiore ibidem tempore commoratus eſt, & infirmatus LXXX propè annos ætatis ſuæ habens congruo ſuæ fidei, ſpei & operationis fine defunctus & verè Beati, qui in Domino moriuntur, in illa, qua nemo moritur, vita, ſpiritu conjunctus eſt, Corpus verò ejus ad dilectum ſibi locum, quem, ut verus Abraham Patriarcha, non ab indigenis terræ ſed à Chriſto & Sanctis e-* H
jus datis rebus ſuis in ſepulturam emerat, delatum & ab Archiepiſcopo ſupradicto juxta corpus conſortis ſuæ devotiſſimæ Deo Mathildis ſepultum eſt, & hoc Epitaphium ſuper ipſum deſcriptum eſt.

A NOMEN ERENFRIDI TRIBUAT SUPER ÆTHERA SCRIBI,
NOMINE PRO CUJUS STRUCTA STAT ILLA DOMUS,
AD QUOD EUM FACTUM CONJUNX CARISSIMA TRACTUM
FLEXIT, ET HÆC OBIIT, LIQUIT ET HIC SUBIIT.
CUJUS FÆCUNDI DEDERINT CUM PIGNORA LUMBI,
SUBTRAXIT NATIS QUOD DARET HIC MONACHIS,
B QUEM SUB BIS SENIS (a) GEMINI MISERE CALENDIS,
QUA FOVET ILLE DOMO, QUI DEUS EST ET HOMO.

(a) Id est XII. Kalend. Junii, tunc enim Sol veteri Stylo erat in geminis, at 12. Kal. Julii in Cancro.

Hucusque MStum *Brovvillerense* de Ezone Palatino nostro integrum
C exhibetur in Actis Sanct. *Papenbrochij* t.5. Maji. Addit Vitæ Interpolator, sepultum eum in *Ecclesiola B. Virg.*, quæ fuit in *Viridario*, ubi postmodum Stagnum factum. Translata deinde sunt corpora utraque in medium *Chori* atque in *tumba lapidea* decentius & honorificentius recondita, his verbis in margine additis: *Hæc duo corpora, quoad ossa omnia & caput utrumque prorsus incorrupta atque integra ex sepulchro elevato in medio chori constituto, à*
D *moderno reverendissimo Abbate Philippo in præsentia totius conventus decentissimè levata sunt, atque ad latus Epistolæ in planitie summi Altaris ob structuram novam Chori in sepulchrum item elevatum honorificè translata 1667. 16. Aug. ita testor tunc præsens scriptor horum P. And. Schnorrenberg. Gelenius* etiam in Fastis Agripp. translationem *Erenfridi* Palatini nostri ex *Salefeld* in *Brovviller* notat ad 20. Junii. Ezo autem seu Erenfridus Rheni Palatinus no-
E ster Patrem Hermannum in Officio Palatii secutus est, ut patet ex MSto Browillerensi. Vid. & Gelen. in Auctuar. vitæ S. Engelberti Archi-Episc. Colon. p.303. & in Vindiciis B. Richezæ Reginæ c. 3. & quidem apud Ottonem I. jam senem Anno circiter 971. eique charus fuit ut & Ottoni II. Imperatori, cujus tandem gener factus, ductâ ejus filiâ MATHILDE, quæ nata videtur Anno 974. Pater enim ejus *Otto II.* Romæ nuptias celebravit cum *Theopha-*
F *nia* A. 972. in 8. Paschæ. v. Alberici Chron. & Chronographum Saxonem ex edit. Leibnitzii, Spangenberg Chron. Sax. p. 221., Lamb. Schafnab. Anno seq. 973. natus est *Otto III.* Imp. & quidem in sylva Ketil, teste Ditmaro, f. Chetil. in saltu Hercyniæ. v. Aventin. A. B. l. 5. p. 441. Anno verò inseq. 974. nata *Mathildis* Palatina nostra, matrimonio deinde juncta est *Ezoni s. Erenfrido* Palatino A. 987. vel 988. ætatis circiter 14. vel 15., certè ante Annum 990., quo
G *Theophania* Imperatrix mater, quæ filiam ejus Theophaniam, Abbatissam deinde Essenensem, è sacro Baptismatis fonte susceperat, Neomagi 17. Kal. Jul. è vivis excessit. *Nuptiæ* autem Mathildis cum Ezone Palatino nostro celebratæ in *Brovvilre*, teste monacho Browillerens. in vita Ezonis supra allegata, de quibus Ditmarus l. 4. p. 92. ex edit. Maderi h. m. *Cæsaris hujus* (Ottonis III.) *soror Mathild nomine Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupsit,*
H *& hoc multis displicuit, sed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter, dans ei quam plurima.* Huc usque Ditmarus.

De-

Defuncta autem est *Mathildis* febre, ut videtur, ardente, septimo die, ex A
quo ægra decubuit in villa *Aicheze* (Ethcheze, Esich, f. Esch ut Gelenius)
apud *Hezilinum* f. Henricum, *Ezonis Martii fratrem* A.1025. 4. Nov. ut re-
ctè *Papenbroch* in Act.Sanct.t.5. Maji. pag. 55., *Gelenius* verò Annum 1024.
20.Nov. notat., sepulta in Monasterio *Brovviller*, quod Ezo Palatinus cum
conjuge sua exstruere cœpit A.1025. 14. April. regnante *Conrado II.* Imp. co-
gnomento *Salico*, & post *quinquennium perfectum* A.1030. 6. id. Nov. confe- B
cratum est à *Piligrino* Archi-Epis. *Richeza* verò Regina Poloniæ, *Erenfridi
Rheni Palatini filia*, destructo postea Veteri, novum validioribus fundamen-
tis exstruxit, quod S. Anno Archiepisf. Colon. A.1061. 3. Kal. Nov. *denuò con-
secravit*, multis deinde calamitatibus Monasterium hoc oppressum fuit, de
quib. vid. Surium in vitæ S. Wolphelmi Abbat. Brovviller. Seriem Abbatum
Brovvill. ad nostra usque tempora exhibet Strangefol. in Annal. Circ. West- C
phal. pag. 246.

Successit autem *Erenfridus* noster Patri non modo *in Officio Palatii* ei-
demque annexo Rheni Palatinatu, sed & in *Advocatia Urbis & Ecclesiæ
Trevirens.*, cujus *Principalis Advocatus* exstitit, uti inter alia etiam patet ex
Diplomate *Henrici II.* f. Sancti Imp. dat. Harichoni Abbati S. Maxim. Tre-
vir. A.1023. 4. id. Dec., quo Imperator testatur, *se quasdam curtes, villas,* D
*possessiones & 6656. mansos ab Harichone Abbate accepisse & eosdem in benefi-
tium concessisse fidelibus suis Ezzoni Comiti Palatino* (Principali scil. Trevi-
rensis Ecclesiæ Advocato) *& Henrico Duci* (scil. Bavariæ, Lucemburgico
Comiti, fratri D. Cunigundæ, Advocato Abbatiæ S. Maximini Trevirens. mi-
nus principali f. particulari. v. Zillef. defens. Abbatiæ S. Maxim. p.41., & Mas- E
sen. Annal. Trevir. t.1. p.485.) *eâ videlicet conditione, ut pro dicto Abbate senio
confecto Curiam Regalē semper peterent.* Integrum vid. infra in Cod. nostro Di-
plomat. Palat. *Eandem* deinde *Advocatiam* una cum Palatinatu Rhenano ei-
demq; annexo Palatii, Vicariatus & Archi Dapiferatus Officio ad posteros
transmisit *Ottonem* scil. *filium*, & nepotem ex fratre *Henricum Comitem Pala-*
tinum Rh. Dominum de Lacu, qui liberis carens hæredem & in Palatinatu F
Rh. successorem, Imperatore id confirmante, testamento scripsit *Sigefri-
dum* privignum suum, *Henrici II. Comitis Lovaniensis* filium, qui *Vitrico Hen-
rico* non modo in Palatinatu Rheni, sed & in ipsa Advocatia Urbis & Ec-
clesiæ Trevirens. principali successit. Hinc etiam in Diplomate Brunonis
Archi-Episcopi Trevir. de A.1110. *Sigefridus hic Palatinus noster Principalis
Advocatus Ecclesiæ Trevirens. vocatur.* v. Massen. in Ann. Trev. t.2. p.7., & G
Conradus Comes Palatinus Rheni Hermanni Palatini A.1156. Successor, in Di-
plomate Friderici I. Imp. de A.1157. 8. id. Januar. *Capitalis* (f. Principalis)
Advocatus Ecclesiæ Trevirens. v. Zillef. lib. cit., & apud Massen. l. cit. ad An.
1157., de quo infra fusius. Origo autem istius *Advocatiæ Ecclesiæ Trevir.* pe-
tenda à temporibus Dagoberti R. Fr., qui A. 623. *S. Arnulfum Majorem Do-
mus*, Advocatum dictæ Ecclesiæ constituit, hic deinde eandem Advocatiam H
in ejus posteros, *Pipinum Majorem Domus* ejusque filium *Carolum Mag.*, & hic
denique ad nepotes suos Franconiæ Comites & Duces Salicos dictos f. Pala-
tinos transmisit, ad *Conradum* videlicet patrem *Conradi I.* Imp., & hic in fra-
trem *Eberhardum Palatii Comitem* Franciæ Ducem & *Provinciæ Rhenensis*

 possesso-

A *possessorem*, quo postea ob rebellionem aliquoties contra Ottonem I. Imp.
concitatam proscripto & occiso, *Hermannus Bavarus Arnulfi* Bavariæ Du-
cis filius ultimo genitus & Pusillus dictus, in ejus locum ab Imperatore suf-
fectus, *Eberhardo* Palatino non in Palatinatu Rhenano solùm Palatiiq; Of-
ficio, sed & in ipsa Advocatia Trevir. successit, qui deinde eandem ad poste-
ros *Ezonem* nostrum transtulit, de quo jam memoratum Imperatoris Diplo-
B ma loquitur, uti etiam suprà in Eberhardo ostensum fuit.

Porro *Erenfridus* Rheni Palatinus ordinariam quoque *sedem suam* fixit
in Castro *Thonaburg* (hodie Thomberg in Ducatu Juliacensi) quo etiam
Theodoricum Loth Ducem, ut suprà dictum, captivum abduxit, ubi etiam quæ-
dam cæca à *Mathi de* Ezonis Palat. Uxore religiosissima, teste Ms.to Brovvil-
C lerensi, coram S. cruce ipsius Crucifixi Domini mediante & adjuvante Dei
dextra, visum recepit, ubi denique Otto Erenfridi fil. diem suum obiit 1048.
7. Sept. in eo etiam procul dubio loco, quo primùm lucem aspexit. Muni-
tissimum erat castrum in montis cacumine situm juxta oppidulum Rhin-
bach, quod castrum Nobiles de Sombref, Kerpen & Landescron ab Ec-
clesia Coloniensi quondam feudi nomine tenebant (quâ autem Origine,
D non satis constat, videtur tamen, illud Ottone Rheni Palatino A. 1048. abs-
que liberis defuncto ad fratrem ejus Hermannum Archi-Epis. Colon. de-
lapsum fuisse, atque ab hoc ad Ecclesiam Coloniensem donationis titulo
pervenisse) ultimus hujus familiæ erat *Fridericus de Sombref* etc. qui cum A.
1473. arma cum Comite de Manderscheid conjunxisset contra *Wilhelmum D.
Juliac.*, ab eodem ditionibus suis exutus, castrum ejus *Tonberg* obsessum, ca-
E ptum, dirutumque fuit, in qua etiam obsidione *Adolfus* Wilhelmi Ducis fi-
lius natu minimus confossus periit. v. *Teschenmacheri* Annal. Jul., rudera hu-
jus castri A. 1699. 5. Kal. Octob. contemplatus sum, è cujus summitate cælo sere-
no Colonia conspicitur. *Tonberg* itaque cum pertinentiis à Duce Juliacen-
si jure belli acquisitum hodie Præfectura est, & 5. vel 6. pagos complectitur.
Præter Palatinatum autem Rhenanum Erenfridus etiam noster medietatem
F *Comitatus Nemoris* f. sylvæ quæ præ magnitudine **die Vele/die Filcke** dicta
fuit (alteram enim medietatem frater ejus Hezelinus in bonorum divisione
obtinuit) item *Cochem Clottem* cum pertinentiis Mesenich & Rile aliaq; va-
stissima terrarum spatia ad utramque Rheni ripam possidebat, donationis
deinde titulo ab Henrico Sancto Imp., obtinuit, *Insulam S. Swiberti* cum
oppido *Augiæ Cæsareæ* vulgò **Kayserswerth** (quod deinde oppidum cum
G castro & telonio pro certa pecuniæ summa oppignorata fuerunt A. 1469. Fride-
rico Victorioso Elect. Palat. à Ruperto Archiepisc. Colon. fratre ejus, quæ Suc-
cessor ejus Hermannus redemit. v. Trithem. Chr. Hirs. ad 1469.) *Duysburgum*
ad Rhen. & *Salfeldiam* cum pertinentiis in Thuringia (de qua Casp. Sagit-
tar. SS. Theol. D. & Prof. Jenens. Salfeldiographiam conscripsit, sed lucem
nondum, quantum scio, vidit) Hinc etiam eum Trithemius. lib. cit. ad An.
H 1014. p. 156., *potentissimum & divitem Comitem* vocat *Palatinum*, sæpissimè
etiam versatus est in ipso sibi concredito Palatio Aquisgranensi Imperii sede,
ut patet ex Ms.o Brovvill. supra allegato.

A. 983. die natali Domini *Otto III. Aquisgrani* coronatus est Rex R. à Jo-
hanne Archi-Ep. Ravenn. & Willigiso Mogunt v. Ditmar. & Lehman. Chr.
Spir. l. 5. c. 13. præsente Ezone Comite Palat. Rh.

A. 985.

A.985. *Otto III.* Imp. Pascha & simul etiam Comitia celebravit *Quedlin-* A
burgi in Saxonia, de quibus A. Witichind. in Geneal. Sax. p. 1. c. 13. 15. hæc tra-
dit: Ottonem A. 985., Quedlinburgi celebrasse & iisdem interfuisse *Henri-*
cum Bajariæ Ducem Dapiferum, *Conradum* Sueviæ Ducem Camerarium, *Et-*
zelinum (f. Ezo) Comitem Palatinum Rheni Pincernam, *Bernonem* Ducem
Saxoniæ Mareschallum etc. & Ditmarus l. 4. pag. 36. *Ottonem III. Pascha*
Quedlinburgi celebrasse ibique 4. Duces administrasse Henricum ad mensam, B
Conradum ad Cameram, Hezil ad Cellariam, Bernhardum equis præfuisse. Hic
notandum sub nomine HEZIL *Henricum* Lucemburgicum Comitem Palati-
num Rh., *fratrem D. Cunigundæ* subintelligendum esse, plerique Historico-
rum hactenus sed malè statuére: in cap. 1. enim satis ostensum *Henricum*
hunc D. Cunig. fratrem in nullis Imperatorum Diplomatibus aliisque an-
tiquissimorum Comitum Lücemburgicorum literis, à nullo unquam autho- C
re coævo fideque dignissimo, imò ab ipso etiam Ditmaro *nunquam Comitem*
Palatinum appellatum fuisse. Inde suspicor, vel Ezonem Palatinum nostrum
tunc temporis vel morbo vel aliâ causâ sontica impeditum ad eadem Comi-
tia misisse fratrem suum *Hezilinum*: vel si adfuerit, pro *Hezil* rectius legen-
dum putamus *Ezil vel Ezo*, quod, ut dictum *Erenfridum* denotat. Illud verò
Hezil loco Ezil vel Ezo vitiô amanuensium irrepsisse, vel si in ipso autogra- D
pho & Originali ipsius Ditmari Ms.to illud Hezil (quod tamen nullatenus
credimus) exstaret, ipsum Ditmarum scribendo errasse statuimus, eoque ma-
gis quod, uti jam supra monuimus, in eadem persona Hezil f. Henrico Lu-
cemburgico fratre D. Cunigundæ alium quoq; errorem Ditmarum l. 6. com-
misisse deprehendimus: cum eundem *Henrici* cognomine *sancti Imperato-*
ris generum appellaverit, quod omnino erroneum est, cum non gener sed af- E
finis ejus fuerit. Ezonem itaque S. Erenfridum nostrum Rheni Palatinum
hoc tempore *Archipincernatus* Officium administrâsse ex supradictis satis
darè patet, Imperii autem Officia hisce temporibus adhuc variâsse nullis-
que certis familiis annexa fuisse jam supra cap. 5. fusius ostensum fuit.

A. 1002. *Otto III.* Imp. reditum parat in Germaniam, quo nuncio acce-
pto Crescentii Consulis Uxor spe conjugii decollante, non inanem conce- F
pit indignationem, submissis enim Chirothecis, quas veneno infecerat, Im-
peratorem letho dedit, qui ἄπαις obiit. 18. & 28. Jan. in *Paterne* Castello
Romaniolæ. Ante obitum verò ejus Imperii Insignia *S. Hereberto* Archi-
Epis. Colonensi ad *Ezonem* S. Erenfridum Rheni Palatinum nostrum in Ger-
mania tunc subsistentem, & Imperii Vicarium agentem deferenda tradidit,
uti supra dictum. G

A. 1013. ineunte vere *Henricus II.* cognomine *Sanctus* Imp. secundam ejus
expeditionem pro corona Romana suscipienda, facta jam reconciliatione
Imperatoris *cum Palatino Ezone*, aggressus est, itineris Comitem se præbente
Ezone Rheni Palatino nostro. A. seq. Henricus Imp. coronatus Romæ 25.
Apr. una cum *Uxore sua Cunigunde* præsente & Ezone Comite Palatino no-
stro, ut patet ex Diplomate Henrici Imp. dat. Pontifici Rom. A. 1014. m. Apr., H
quo Ecclesiæ Romanæ & S. Petro Regalia confirmavit. quod vid. apud Ba-
ron. in Annal. Eccles. ad h. A. & Goldast. in Const. Imp. t. 1. pag. 229. & infra
in Cod. nostro Diplom. Palat. De illa autem coronatione Ditmarus in Chr.
l. 7. ita: *Die Dominica 6. Kal. Mart. Henricus Rex inclitus à Senatoribus 12.*
Ro-

A *Romanis vallatus, quorum 6. rasi barba, alii prolixa incedebant cum baculis, cum dilecta sui met conjuge Cunigunda ad Ecclesiam S. Petri Papa exspectante venit, & antequam introduceretur ab eodem interrogatus, si fidelis & villis Rom. Patronus esse & defensor Ecclesiæ, sibi ac suis Successoribus per omnia fidelis devotâ professione respondit, & tunc ab eodem in unctionem & coronam cum contborali sua suscepit.* etc. Coronationi autem ejus 46. etiam Episco-
B pos interfuisse testatur *Tritbemius* in Chr. Hirs. ad An. 1012. Eodem Anno Imperator cum Palatino Comite Ezone aliisque Imperii Proceribus in Germaniam rediit.

A. 1023. 4. id. Decemb. *Ezo Palatinus* noster *Triburiæ* juxta Moguntiam fuit apud *Imperatorem Henricum*, uti cognoscitur ex Imperatoris Diplomate supra allegato, dato *Harichoni Abbati S. Maximin.* Trevir., quod vid. apud
C Nic. Zillesium in defens. Abbatiæ S. Maxim. Trevir. & apud And. du Chesne in Hist. Lucemb. in probat. & infra in Cod. Diplom.

A. 1024. *Henricus Imp.* 3. id. Jul. obiit *Grüningæ* in Saxoniâ (ætatis 52.-1.-7. dier. natus enim est Abudiaci A. 972. 6 Maji.) sep. Bambergæ ad S. Pet., cui in Imperio suffectus *Conradus II.* cog. *Salicus*, *Henrici* Franconiæ Ducis & *Adelheidis* filius, Electus est à *quibusdam* Principibus, *Ezone* s. Erenfrido Pala-
D tino nostro tum temporis una cum Uxore Mathilde adhuc *Romæ* apud Pontificem Johannem 19. existente. Hinc ex Wippone rectè *Lehman.* in Chron. Spir. l. 5. c. 18. h. m. **Dahero Wippo schreibt / daß erstlich nach Henrici II. Dot / durch Schreiben und Bottschafften (nemlichen an Pfaltzgraff** Ezo **der damahlen nicht zugegen / sondern in Italien zu Rom war** uti ex Ms. to Broviller. supra ostensum) **vielfältige Berathschlagungen** privatim **fürge-**
E **nommen / und einer mit dem andern** communicirt **hätte / wie die Wahl einzurichten**. Rediit autem cum Uxore Palatinus Rheni in Germaniam hoc vel insequentis anni principio, quo demum confirmatus est in regimine *Conradus*.

A. 1025. 4. Novemb. obiit *Mathildis* Uxor, Erenfridi Rheni Palatini nostri, uti suprà dictum, marito interim ejus in *Palatio Aquisgranensi* cum toti-
F us *Lotharingiæ Proceribus* occupato existente, qui cognita conjugis morte assumtis secum suis defunctam velocius advolat in villam Aicheze fratris sui *Hezelini*, eandemque in Monasterium Brovvillerense transferendam curat, ibique expletis tribus diebus cum Psalmis Missarumque vigiliis præsente Peligrino Archi-Episcopo cum magna Coloniensium turba, terræ eam mandari jubet,

G A. 1035. 21. Maji. ipse tandem *Erenfridus* Rheni Palatinus noster ultimum diem suum obiit *Salfeldiæ* in Thuringia, ætatis 80. Annor. v. Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5. Maji. de quo supradict. Ms.tum Brovvillerense ita: *Post obitum religiosissimæ Conjugis suæ, cum jam decimus annus instaret, maximo suorum, ut semper solebat, Comitatu stipatus ad suam Provinciam Salavelt profectus & prolixiore ibidem tempore commoratus est, & infirmatus, LXXX. propè annos æta-*
H *tis suæ habens congruo suæ fidei, spei & operationis fine defunctus est. Corpus* Palatini, annotante *Gelenio* in fastis Agrip., in *Monasterium Brovvillerense* translatum est ad sepulturam 20. Jun., qui etiam Annū 1034. Palatini nostri emortualem ponit, cum quo Chron. *Hildesheimense* apud And. du Chesne in Script. Franc. convenire videtur, in quo hæc verba lego: A. 1034. 16. Kal. Jun.

Jun. *Hizzo Comes Palatinus obiit veneno à Concubina sua Theutberga propina- A
to sep. Augustæ Vindel. ad S. Udalr.* (cujus consanguineus fuit Ezzo, ut supra
ex Ms.[to] Brovviller. vicimus) & aliud Ms.[tum] Chronicon apud Crusium in
Annal. Suev. l. 6. p. 2. c. 8. h. modo. *A.* 1034. *Hizzo Comes Palatinus à Concubi-
na sua nomine Thietburga veneni poculo, ut fertur, sublatus est Augustamque
deportatus ibique in Ecclesia S. Udalrici sepultus 16. Kal. Junii.* Quod si hoc B
de *Ezzone* Comite Palatino nostro intelligendum esset (de quo tamen adhuc
dubius hæreo) haberemus, quod quæsivimus diu, id est ejusdem Palati-
ni mortis genus, attamen in utroque Chronico hic saltem error quoad *se-
pulturæ locum* explodendus esset, cum certò certius sit, eum non *Augustæ*, sed
in *Brovviller* in Monasterio à se fundato sepultum fuisse. C

Erenfridus denique Rheni Palatinus noster ex conjuge Mathilde filia
Imperatoris Ottonis II. (& non Ottonis III. ut Raderus in Bavaria St. p. 105.
& Paræus in Hist. Palat., Otto enim III. Imp. planè nullos reliquit libe-
ros) 10. procreavit liberos 3. filios & 7. filias teste Ms.[to] Brovvillerensi.

1. Ludolfus Iogenitus.
2. Hermannus Archiepisc. Colon.
3. Otto Com. Pal. Rheni & Dux Sueviæ.
4. Theophania Abbat. Essen.
5. Adelbeidis Abb. Nivellens.
6. Heilevvigis Abb. in Nuss.
7. Mathildis Abb. in Dedikirchen & Vileca.
8. B. Ida Abb. Colon.
9. Sophia Abb. Mogunt. & Gandersh. D
10. Richeza Ux. Miecislai II. Regis Polon.

I. *Ludolfus* Erenfridi Palatini filius Primogenitus (ut testatur *Ms. Brovvil-
ler*) *Com. Palat.* Rh., *Comes Zutphaniæ* natus, ut videtur, in castro Thona-
burg, *animo fuit acerrimus, corpore robustissimus, & militari prorsus virtute E
aptissimus, præter parentum glorias & divitias Comitatum s. Præfecturam
adeptus est scil. ut ingruente bellicosi discriminis articulo Coloniensis Archi-E-
piscopi Legionis signifer & Primipilarius esset:* ita Ms.[tum] Brovvill. *Advocatus*
præterea *Monasterii Brovvillerens.* constitutus fuit à Patre; verùm non diu
superstes, in Brovvilre enim tribus fermè annis ante obitum Patris F
Anno videlicet 1032. è vivis sublatus, eandem Ecclesiæ Advocatiam filio suo
Cunoni administrandam reliquit. Uxorem habuit *Mathildem, Ottonis Zut-
phaniæ Comitis* filiam (quem Ottonem Ottonis I. Imp. nepotem aut prone-
potem fuisse autumat Gelenius, ex Gerberga Sorore qui 1. Giselberto D.
Loth. Comiti Zutphaniæ An. 929., 2dò vero Ludovico IV. Regi Franc.
An. 939. nupsit, per Giselbertum verò ejusque conjugem restauratum est G
An. 935. Brunvillario vicinum villæ Regalis Monasterium (vulgò Königs-
hofen) olim à Carolo Mag. fundatum sed An. 881. cæsis omnibus ibi
degentibus eversum) *ex qua* duos filios reliquit *Henricum* C. Pal. & *Cuno-
nem Bavariæ Ducem.* teste Ms.[to] Brovvillerensi, *Trithemius* verò in Chron.
Hirs. ad A. 1060. pag. 207. *Cunonem* planè omittendo alium quoque fili-
um ei ascribit *Eberhardum*, de quo tamen ego valdè dubito, quia author H
coævus Ms.[ti] Brovviller. nullius Eberhardi mentionem facit. v. Acta San-
ctor. Papenbrochii t. 5. Maji.

1. *Henricus* Comes Palat. Rheni cog. furiosus & Monachus, post
mortem Patris *Ludolfi* Comitatus Zutphaniæ partem aliaque terri-
toria in Veteri Palatinatu Rh. adeptus, aliquamdiu ditionibus suis
lauda-

A laudabiliter præfuit, hinc etiam in vita S. Annonis Archi-Epis. Colon. apud Surium pag. 795. *vir potentia singularis & gloriæ vocatur*, & ultimus fuit stirpis *Erenfridi* Rheni Palatini nostri. Non autem mortuus est *post breve tempus*, ut Gelenius in Auctuar. vitæ S. Engelberti Archi-Epis. Colon. p. 304. scribit. Sed idem ille *Comes Palatinus* fuit, qui propriam Uxorem suam *Mathildem*, gladio occidit, quemque Gelenius ipse in Hieroth. pag. 123.
B ignoravit, frater fuit *Cunonis Ducis Bavariæ Principis Carinthiæ*, ut testatur Ms.tum Browillerense, & Lambert. Schafnaburg. ad A. 1061. & 1057. *Hujus viri*, inquit Massenius in Annal. Trevir. l. 11. p. 664. *apud Veteres haud obscura memoria erat.* Hic *mundo valedicens relictâ Uxore cum* LIBERIS *Monasterium antiquis. Gorziense* circa A. 1056. *ingressus habitum assumsit Monachalem*
C *admirante Germania, quæ Spiritum viri & tyrannidem experta erat*, antequam autem Monasterium intraret, S. Annoni Coloniensi Archi-Epis. castrum *Sigeberg* in Ducatu Montensi tradidit. Qui illud A. 1066. in Monasterium vertit in honorem S. Mich. & S. Maurit. Romamque deinde profectus ex Italia secum 12. Monachos adduxit. De quo *in vita S. Annonis* apud Surium ad 4. Dec. pag. 795. h. m. legimus: Palatinus tunc temporis inimicitias adver-
D sus *S. Annonem* exercens, cædibus, rapinis, incendiis per omnem ferebatur Episcopium ad devastationem Patriæ præsidio fretus in prædicti montis (Sigeberg) vertice, hunc S. Anno justis exigentibus causis *anathematis sententia feriens* tandem ad satisfactionem coactum captivum traxit, qui Coloniam veniens ad ejus vestigia ruit supplex & pnitens, & accepto comu-
E nionis & indulgentiæ loco pro *gratia reconciliationis* Episcopo Beatoque Petro Colon. montem *Sigeberg* tradidit (quod Henricus III. Imp. postea Diplomate confirmavit) v. pl. in dicta vit S. Ann. Verùm non diu vitam monasticam servavit, *sed Dæmone*, ut loquitur Schafnaburg., *illusus, relicto A. 1060. Monasterio, Uxorem, opes, divitias, possessiones repetiit, cumque exinde etiam castrum Sigeberg S. Annoni traditum repetere vellet, Archi-*
F *Episcopus verò Ipsi fortiter resisteret. Hinc maximum exarsit bellum inter Archi-Episcopum & Palatinum*, non destitit Palatinus agrum Coloniensem, quibus potuit modis non modo variis damnis rapinis & incendiis exhaurire, sed & ipsum Archi-Episcopum in Urbe sua Coloniensi obsidione clausum tenere circumpositis ubique armatis, qui omnia devastarent. S. Anno verò cœlesti armaturâ tectus, longe diverso certaminis genere vim
G Palatini propulsare studuit: Siquidem animi anxius, cilicio accinctus fusisque in preces tantùm publicæ causæ misericordia apud suos evaluit, ut concursu civium armis *Palatinus* Mosellam versus in *arcem Cochinam*, quam cum aliis locis ab Imperatore *jure Vicario* tenebant *Palatini* fugâ, metu trepidus se conjiceret vid. Massen. Annal. Trevir. Non diu post A. 1061. *Uxorem suam Mathildem* (quam alii *Adelheidem* perperam appellant, qualis au-
H tem illa, vel ex quanam fuerit familia? hactenus certò indagare non potui) cujus tamen amore Monasteriũ reliquerat, *propriis manibus* gladio percussit, caputque ejus ab humeris avulsit, deinde cursu foris egressus *manuum plausu & multo cachimo*, ac si rem probè fecisset, aliis id insanientis more exposuit,

fuit,

fuit, hinc ob infamiam enormem captus, *Treverim* abductus indeque in A
Monasterium Epternacense detrusus, ubi diutinâ vexatione consumtus periit, sepultus ibidem (& non in *Brovviller*, quia epitaphium ejus ibidem non exstat, quodque ex silentio interpolatoris vitæ Ezonis colligit Cl. Papenbrochius in Act. Sanct. t. 5. Maji.) De eodem facinore etiam *vita S. Annonis* apud Surium. c. 32. pag. 801. h. modo: *Inaudito seculis furore uxorem suam*, propter cujus dulcedinem tamen mortiferam ipse apostasaverat, B
propriis manibus interfecit, nam militum præfectis bellantium acies foris instruentibus, ad futuram quæ sperabatur cum Episcopo congressionem *ipse residens in cubiculo juxta suæ cupidinis sociam, irascente Domino*, nec diutius calamitates innocentium sustinente, in amentiam versus est, ac mox dependentem arripiens bipennem dilectæ conjugis *Adelheidis* caput feriens amputavit, cursuque foris egressus plausu manuum & cachino, quid egisset, insanientis more exposuit furiosus: S. Anno *mulierem miserabiliter interemptam* officiosè & nimis flebiliter *terræ* (a) *mandavit*, filiumque ejus in sua suscipiens affectu benignissimo nutrivit, multisque beneficiis indulgentissimè remuneravit. C

(a) Coloniæ procul dubio in templo S. Mar. ad gradus à se exstructo.

Gemina hisce habet Aventinus, qui libro 5. Annalium Bav. p. 543. D
h. modo: *Henricus III. Imp. cum matre Reginoburgum in hyberna & ad conventum se confert* CONRADUM COGNATUM SUUM (consanguinitatis ratio supra in Hermanno exposita fuit, adde Lambert. Schafnab. ad A. 1057.) *finibus Charionum præfecit* (hic Aventinus CUNONEM Palatinum nostrum perperam diversum ab illo Bavariæ Duce facere videtur, cum unus idemque fuerit, deinde Cuno hic non ab Imperatore, sed à Rege Hungariæ Carinthiæ parti præfectus fuit) *cujus frater Henricus Præfectus Prætorio Lotharingiorum relictâ republicâ, Uxore & liberis Gorziæ Monachum profiteri cœpit.* addе Lambert. Schaf. ad A. 1061., Herman. Contract., Dodechen. Quot autem qualesque liberos habuerit Henricus hic? non satis constat: Eos autem in juventute exstinctos fuisse ex hisce Ms.ti Brovvillerensis verbis colligere licet: *Verùm Uterque* (Henricus scilicet Palatinus ejusque frater Cuno Bav. Dux) *è vita excessit sine stirpis successione.* Trithemius verò more suo in Chron. Hirsaug. ad A. 1060. p. 207. ipsi duos filios adscribit, *Henricum* Comitem Palat. Dominum de Lacu, *fundatorem Monasterii ad Lacum, & Eberhardum* Ducem Mosellanicum *Satorem Comitum Palatinorum*. Quantum ad primum Monasterii fundatorem, certum est, eum non *Henrici furiosi* sed *Ezonis* Palatini *ex fratre Hezilone nepotem* fuisse, uti jam supra in Hermanno Palatino ostensum, de quo vid. & infr. in Henrico Rheni Palat. Domino de Lacu: Deinde falsum quoq; est, *Eberhardū* Henrici furiosi filium *Satorem omnium Comitum Palatinorum, Ducemque Lotharingiæ Mosellanicæ exstitisse*: Etenim extra controversiam est, Henricum Com. Palat., Dominum De Lacu Monasterii jam memorati fundatorem ultimum ex priscis Rheni Palatinis fuisse: Ut sileam, quod in Historia Lotharingica nullius *Eberhardi* hoc tempore Lotharingo-Mosellanici Ducis mentio fiat. v. A. Miræum, D. Blondell. in Geneal. Franc. And. du Chesne, Rosieres, aliosque. E F G H

A 2. *Cuno f. Conradus* Comes Palatinus Rheni, *Ludolfi* Comitis Palatini Rheni & Zutphaniæ filius, ex *Mathilde Ottonis Zutphaniæ Comitis* nata, Advocatus Monasterii Browillerensis, deinde mortuo absque prole mascula *Henrico* D. Bavariæ, *D. Cunigundæ Imperatricis* ex fratre *Friderico* Comite 2. Luxemburgico nepote, in *Ducem Bavariæ* electus est Ratisbonæ A. 1049. Kal. Febr. ab Imperatore Henrico III. ejus cognato. vid. Schaf-
B nab. ad A. 1048. & 1057. & MS. Browiller., Herman. Contract., Adelreitz. in Annal. Bav. ad A. 1049. Plerique rerum Bavar. Scriptores veram ejus familiam parentesque hactenus ignorârunt. *Colnerus* Bavariæ Duci à secretis Scriptor domesticus minimeque vetustus linguâ patriâ Stirpem Ducum Bavar. describens, *Cunonem* hunc Bavariæ Ducem *Eccardi Schirensis Bojorum Principis* filium fuisse tradit, teste Adelreizero l. cit. ad
C A. 1049., sed errorem ejus jam dudum rectè refutavit *Gebvvoldus*. Interim *Cunonem* nostrum non *Schirensis* Palatini Bavariæ filium, sed horum tantùm consanguineum fuisse certum est, vid. supr. in Hermanno I. A. 1050. cum Imperator expeditionem Hungaricam pararet, *Norimbergæ* Principum inprimis Bavarorum conventum egit, præsente & *Conrado* hoc Duce Bavar., *Alberto M.* Austriæ, *Ottone Comite Palatino Schirensi*
D aliisque Bavariæ Episcopis & Dynastis, consultantes de bello Hungarico decernunt, ut à Bavaris *Heimonoburgum* in finibus Bavariæ & Hungariæ situm, dirutumque antea ab Imperatore restauretur. *Gebhardus* itaque Episc. Ratisbon. *Henrici III.* Imper. *patruus* cum copiis An. 1050. Hungariam petit locumque occupat, Hungaros prohibere id volentes in fugam vertit. Adest mox *Conradus* noster Bavariæ Dux & castris
E locatis atque carrucis in orbem cinctis, ædes, templa, mænia, aliaque conjunctis viribus magna celeritate exstruunt. v. Herman. Contract., & Aventin. *Hungaris* interim id permolestè ferentibus, castra die noctèque 10. Kal. Octob. aggrediuntur, maximam sagittarum copiam immittunt, ita ut uni tabernaculo 200. amplius sagittæ inhæserint, ut ex antiquo Chronico docet *Aventinus*, tandem Bavari in Hungaros castra per
F 7. dies maxima vi oppugnantes irruunt eosque cæsis quàm plurimis in fugam vertunt, opusq; incœptum deinde perficiunt, non diu post Hungari redeunt per 4. continuos dies vallum oppugnant, faculas ardentes sulphure & bitumine illitas in casas Stramentis tectas injiciunt, indeque scalas mœnibus, Bavaris in exstinguendo igne occupatis, admovent, verum ex improviso ventus exortus, pluviaque ignem penitus exstin-
G guit, obsessi in Hungaros spe jam frustratos erumpunt, cædunt denuoque in fugam vertunt. v. pl. Avent. A. Bav.

An. 1052. *Andreas* Rex Hungariæ pacem postulat, annuit Cæsar. Hoc tempore discordiæ enatæ inter *Conradum* nostrum & *Gebhardum* Ratisbonensem Episc., Conradus enim ejusque amici & Aulæ lorices avaritiæ dediti omnia venalia habebant, munera accipiebant, justitiam infringebant, dene-
H gabantque, pauperes & viduas exhauriebant. *Conradus Dux querulos non audiens omnia ad Consiliarios impios & Pratores remittebat, qui munera dabant, Principem possidebant, cæteris aditus precludebatur. Gebhardus* Episcopus modestè officii sui admonet *Conradum* nostrum, is verò ejusque Aulici assen-

aſſentatores moleſtiſſimè id ferentes hoſtiliter tractant Epiſcopum, urbemq; A
ejus *Parckſtein* dolo capiunt, incendiisque vaſtant. Imperator ex Hungaria reverſus cum Leone IX. Pontifice Rom. (Hugonis Alſatii & Egisheimii Comitis filio) Ratisbonam menſe Octobr., Epiſcopum Ducemque Conradum noſtrum ab armis deſiſtere jubet, illisque ſimul diem ad cognoſcendam cauſam conſtituit *Mersburgi*, ubi Imperator Paſcha cum *Rege Daniæ* celebravit, cumque *Conradus* ibidem Cæſari non ſatisfeciſſet, ex *quorundam* Principum B
ſententia Ducatu (ut vulgò ſcribitur) privatus eſt An. 1053 ..... Haud diu pòſt Imperator *Henricus III.* ſolennem quoque curiam *Triburiæ* juxta Moguntiam habuit, ubi Imperatoris filius *Henricus IV.* triennis Principum aſſenſu *Cæſar* ſalutatus eſt. *Conradus* noſter ad eandem vocatus, ſed irâ commotus non comparuit. Eapropter denuò ab Imperatore proſcribitur, Ducatuque exuitur, muſſitantibus cunctis Imperii ordinibus, Imperatorem à C
tenore juſtitiæ inchoatæ, pacis, pietatis, clementiæ virtutumque aliarum indies deflectere, paulatim ad quæſtum & incuriam quandam deficere. De hoc Conrado Bav. Duce præclarè quoque Adelreitzer in Annal. Bav. h. modo: Quæ ſpecies ſeveritatis non modo eum fecit multis optimatum miſerabilem, ſed etiam Cæſarem exoſum, illis qui parem ſortem ſibi à tali Judice contingere poſſe querebantur: cujus enim fortuna deinceps ſecura ſit futura, D
ſi Princeps iraſcatur, habeatque flabella aſſentatorum, qui ardenti foco oleum affundunt? Neminem non videre, quam procul à priſtinis moribus Cæſar abiret, olim ipſum non tam pro Domino, quàm pro Patre ſe geſſiſſe, bonum commune æquis legibus & clementia fuiſſe moderatum, ab avaritia ſervâſſe manus, innocentibus nullum prorſus quæſtum de ſontium delictis attigiſſe. At verò jam degenerâſſe in faſtum intolerabilem & non prenſare E
cauſas innocentiæ defendendæ, ſed inhiare fortunis alienis. hucuſque Adelr. Non defuerunt itaque, qui Conrado Duci operam ſuam pro communi libertate, aut aſtringenda ſaltem Principis licentia pollicerentur, in his fuerunt Comites *Schirenſes* ejus videlicet *Conſanguinei*. Verùm nemo hactenus, meo quidem judicio, veram privationis Ducatus cauſam melius expoſuit, quàm author antiquiſſimus & coævus vitæ Ezonis Palatini noſtri, qui eam non niſi F
in Imperatoris filiam rejecit, quam matrimonio ſibi jungere contemſerat, de quo infra. *Conradus* interim, *Schirenſibus* relictis, cum jam Ducatum Bavariæ ad 4. annos adminiſtraſſet, per fines *Carinthiæ* ad *Andream* Hungariæ Regem fugit, qui eum benignè excipiens A. 1053. bonam *Carinthiæ partem tradidit. Conradus* deinde auxilio quorundam *Carinthiæ* procerum expulſis aliis non exiguam Provinciæ partem occupat, *Hengſtburgum* oppidum capit G
firmoque præſidio munit v. Schafnab. & Aventin. *Imperator cum filio Henrico IV.* in Bavariam veniens eundem in *Ducem Bavariæ creat*, natalem A. 1053. Oetingæ celebrat, *Conradum* Imperii hoſtem declarat bonaque ejus in fiſcum redigit.

A. 1054. Præſidiarii, quos *Conradus Hengſtburgi* reliquerat, crebra oppugnatione Bavarorum Carinthiorumque afflicti & in deſperationem retinendæ munitionis adacti, ipſi urbem diripiunt, inde ad Hungaros profugiunt: H
Conradus irâ commotus *Bavariam Carinthiamque* crebris incurſationibus moleſtat, prædis, rapinis exhaurit, Bojis primo ad Patriæ injurias ceſſantibus

 ſive

A *sive* prioris Ducis Conradi Palatini reverentiâ, *sive* metu, ne Conradus aliquando pristinis honoribus restitutus resistentibus se præstaret duriorem: ubi verò sensissent plurimos cum pecoribus, equis in captivitatem abductos, quam plurima prædia & vicos incensos, correptis armis prædones fugatos finibus ejiciunt.

A.1055. Imperator *Henricus Italiam petiturus* 3. id. Martii *Ebersbergum*
B venit, Pascha *Mantuæ* celebrat. Dum a utem per annum in Italia moratur, ipsi consanguinei Imperatoris *Gebhardus* scil. Ratisbonensis Episc., *Welpho* Carinthiæ Dux, aliique Bavariæ proceres & Episcopi in *necem Imperatoris conspirant*; cum *Conrado* nostro Ducatu spoliato in gratiam redeunt, eumque BAVARIÆ REGEM clandestino conventu salutant, teste Aventino, atque ex Hungaria eum accersunt. Sed consilium fuit irritum: non diu enim post
C Imperatore ex Italia reverso *Conradus* juxta *Aventin*.l.5.p.428. peste correptus in Hungaria cum doloribus magnis

A. 1056. animam efflavit, juxta Lambert. Schafnab. *A*.1058. juxta *Aventinum* verò, *Urspergensem*, *Adelreitzerum* aliosque An. 1055. adde B. Valvasoris Topograph. Carinth. l.10.p.203. de quo *Lambert*. ad A.1058. ita: *Cuno contractis ingentibus copiis ad occupandum Ducatum suum, quem tanto temporis metu*
D *rebellionis non inviserat, primam profectionem parabat, sed morte præventus iter cœptum non implevit.* Verùm quantum ad mortis genus Conradi D. Bav. Palatini nostri rectius *Marianus Scotus* auctor coævus eum in Pannonia veneno sublatum scribit. Consentit auctor alius coævus vitæ Ezonis Palatini, idque fusius hisce verbis exponit: *Sed Cunonis Ducis Bavariæ interitus hæc causa fuit, quod contemptâ Imperatoris Henrici (3.) filiâ, quam uxorem accipere*
E *debuerat &* OB HOC SUI DUCATUS HONORE DEPULSUS, *sed properè Ungaris amicitia conjunctus est, horum enim auxilio moliebatur eum non solùm bello pulsare sed & regno privare, si posset, quod tale tantumque facinus frustra conatus est*, NAM VENENO QUOD COQUUS SUUS PER IMMISSIONEM IMPERATORIS PRO PACTIONE PECUNIÆ, PRANDIO EJUS IMMISCUERAT, EXSTINCTUS EST: *Cui Impera-*
F *tor non solum pecuniam non dedit, sed & pro magno munere, ne se deinceps videre præsumeret concessit. Dux autem ibidem est tumulatus* (in Hungaria) *sed per Coloniensem Archi-Episcopum* ANNONEM *post aliquot annos Coloniam translatus atque in* ECCLESIA S. MARIÆ AD GRADUS EST HUMATUS. huc usque MS. Browiller. de vita Ezonis apud Papenbroch. in Act. Sanct. t.5. Maji. vid. & Gelenium in auctuario vitæ S. Engelb. Archi-Epis. Co-
G lon. Obiit autem ἄπαις *Conradus* noster (& ut credibile cælebs) teste MSto Browiller. sæpius laudato his verbis: *Verùm uterque* (Conradus scil. D. Bav. ejusque frater Henricus Rheni Palatinus filii Ludolfi) *è vitâ excessit sine stirpis successione.* Confundit autem maximè *Conradum* nostrum Palatinum D. Bavar. *Carinthiæque* Principem more suo Phil. Lud. *Hofmannus* in Geneal. Com. Palat. Rh., eumque contra omnem antiquam fidem Historicam *D. Cu-*
H *nigundis Imperatricis fratrem* prædicat A.1050. defunctum, quod falsissimum & ex nullo coævo fideque dignissimo auctore contrarium demonstrari potest. vid. And. du Chesne Hist. Lucemb. & D. Blondellum in Geneal. Francicæ pleniori assert.

2. Her-

2. *Hermannus* cognomine *Pius & Nobilis* Comes Palat. Rheni, *Archi-Episcopus Coloniens.* vid. Trithem. Chron. Hirsaug ad An. 1014., Cratepol. in Catal. Archi-Episc. Coloniens., Mærsæum in Herm. Annal. Colon., Arumæum ad A. B. disc. 3. th. 17., Erichii Chron. Juliac. p. 215., *filius Erenfridi Comitis Palat. Rheni* (Hermanni I. Palatini nepos,) *ex Mathilde Ottonis II. Imp. filia*, uti ipse Hermannus fatetur in Diplomate restaurationis Collegii Severiani h.m. *Ego Hermannus 2di Ottonis Imperatoris filiæ Dominæ Mathildis Beatæ memoriæ filius* indignus, S. Coloniensis Ecclesiæ Dei gratiâ Archi-Episcopus, pastorali cura admonitus monasterium sanctissimum Confessoris Christi Severini à præpos. Sigeboldo cum auxilio Antecessoris mei Pilegrini renovari inceptum perfeci, id est, Oratorium cum cripta prout potui perornavi in cujus monasterii dedicatione A. M XLIII. Indict. XI. tertio A. regni Henrici Junioris Regis, atque VIII. Præsulatus mei acta sunt hæc publicè ante cornu ipsius altaris cum Romam ibi ante præibam VI. idus Septemb. feliciter, Amen. v. Gelen. l. de Magnit. Colon. l. 3. 15. p. 273. adde Ditmar. l. 3. p. 92., Alberici Monachi trium font. in Chron. ad A. 1037. ex edit. Leibnitzii h.m. *Hermannus Mathildis sororis tertij Ottonis filius Coloniæ ordinatus Archi-Episcopus.* vid. & *Herman. Contract.* ex edit. Canisii in Lect. Antiq. ad 1036. Adeoque iterum explodendus crassissimus error *Hofmanni*, quando in jam dicta Geneal. Palat. *Hermannum* nostrum filium fecit *Henrici D. Bavariæ*, fratris D. Cunigundæ, cum ex Historica antiquitate constet, *Henricum* hunc planè *nullos* reliquisse *liberos*. v. And. du Chesne in Hist. Lucemburg p. 9. 19., D. Blondell. lib. cit., Massen. in Annal. Trevirens. t. 1. p. 485. aliosque. A B C D

Electus autem *Archi-Episcopus* An. 1036..... *Piligrino*, qui Hermanni Patrem & Matrem in Browilre sepeliverat, Archi-Episcopo A 1036. 25. Aug. fatis defuncto, & ut loquitur MStum Browillerense, *Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archi-Pontificatum gratia Dei & electione totius cleri atque favorem universi populi adeptus est*, etc. E

A. 1054. 11. Kal. Jun. Hermannus noster Henricum IV. in Regem Roman. coronavit Aquisgrani, teste Lamberto Schafn., qui ad h. annum ita: *A. 1054. 11. K. Jun. Henricus IV. in Regem Rom. consecratus est Aquisgrani ab Hermanno Archi-Episcopo Colon., vix ægrè super hoc impetrato consensu Luitpoldi Archi-Episc. Moguntini, ad quem propter Primatum sedis Moguntinæ consecratio Regis & cætera negotiorum regni dispositio potissimum pertinebat, sed Imp. Henricus III. potius Hermanno Archi-Episc. hoc privilegium vendicabat* PROPTER CLARITATEM GENERIS EJUS. huc usque Schafnab. & Trithemius in Chr. Hirsp. 172. *Hermannus*, inquit, *Præsul Magnificus non minus sapientiâ & vitæ merito, quàm* SANGUINE CLARUS. Porro Imper. Henric⁹ III. in omnibus expeditionibus suis præ omnibus *Hermannum* nostrum ejusque *fratrem Ottonem* Comitem Palat. Rhen., & Ducem Sueviæ sui semper laboris & gloriæ consortes habuit, laboriosissimè secum decertantibus, simul & cum gloriosissimè in omnibus adjuvantibus, ut loquitur MStum Brovviller. apud Papenb. in Act. Sanct. t. 5. Maji, ubi etiam dicitur Hermannum eundem, cum Xantis (hodie Santem oppid. Cliviæ) coram Imperatore Henric. III. festum S. Mariæ A. 1048. celebrante & simul etiam *expeditionem contra Gothofredum Brabantiæ* & Lothar. Ducem & Balduinum Flandriæ Com. parante, *exhortationem* F G H

A *tionem ad plebem instanti periculo congruam faciens, universosque admonens, quatenus à superna clementia pro concinnanda regni pace Imperatori filium dari secum implorarent* (vota hæc impleta sunt An.1050. quo Imperatori filius Henricus IV. 3.Id.Nov. Goslariæ natus est, ut rectè Hermannus Contract., & non A.1051.ut Schafnaburg. hoc enim anno 1051. post Pascha idem Cæsaris filius Coloniæ ab Hermanno nostro baptizatus fuit. v. Herm. Contract.
B ad A.1051.& Lehman.in Chron. Spirens. l.5. c.23.) *De obitu Patris sui Ottonis in Castro Thonaburg* (Thomberg in Ducatu Juliacens.) 7.*id.Sept*.1048. *defuncti cognovisset, flebili voce allocutionis finem fecisse, omnesque ad lamenta incitasse, & Brunonem Episc. Tullensem* (in Papam postea Electum Fruxini 1049. 12. Febr., qui Leo IX.dictus fuit, cujus Geneal. vid. supra) *ad eum in Monasterio Brovvilre sepeliendum ab Imperatore missum fuisse*.v.& Ægyd.Gelen. l.de Ma-
C gnitud.Colon. p.389.

Quid præterea pietatis & tutelæ Monasterio Browillerensi præstiterit Hermannus noster id patet ex literis Pontificis Romani jam memorati Leonis IX.apud Papenb.lib.cit. t. 5. Maji. p. 57. ubi inter alia hæc verba: *Nuncius tuus Romam veniens, fili charissime, sollicitavit nos precum suarum nimietate, ut per Apostolicæ defensionis paginam confirmemus Ecclesiæ tuæ Abbatiam sitam*
D *in Brunvvilre, sicut præceptum Charissimi filij nostri Imperatoris Henrici* (III.) *videtur continere* (quod præceptum s. Diploma Imperatoris dat. 1051. 10. Kal.Aug. ubi & super Clottenum aliaque bona in tractu Mosellano verba facta, vid. apud Gelen.in Vindiciis B.Richezæ sororis Hermanni Archi-Epis. p.2.& infra in Codic. Diplom. Pal.) *Inclinati igitur tuis precibus confirmamus tuæ Ecclesiæ monasterium etc. Statuens Apostolica censura, ut nullus Imperator,*
E *Rex, Archi-Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vice-Comes molestare & infringere audeat, sed sicut à te est constitutum, permaneat, & siquidem Henricus Imperator, sicut tua charta testatur, juxta prædicti Pontificis votum jam sua authoritate & privilegio confirmaverat locum, ubi cognitâ prioris & nostræ ætatis distantia facilè discernitur; in quam periculosa devenimus tempora, cum à statu suo Deo placito & hominibus commodo immutata sunt omnia, nam sicut ait ve-*
F *ritas*, (Matth. 12. ꝟ. 24.) *quoniam abundavit iniquitas refrigescit charitas multorum. etc.*

Tandem An. 1056. *Hermannus* noster morbo (quonam? non satis constat.) corripitur. Hinc Henricus III. Imp. S. Annonem Canonicum Goslariensem, filium ut volunt Walberti Comitis de Dassel ex Engela, (alii eum Suevum, alii Comitem Sonnebergicum faciunt deq.infra) Coloniam misit ad
G Hermannum amicum suum ægrotum consolandum, ubi etiam ipse *Hermannus* noster *Annoni* prædixit, eum sibi in Archi-Episcopatu successurum: quo dicto non diu post obiit Hermannus An. 1056. die S. Scholast. s. 4. id. Febr. (al.3.id.Febr.) Coloniæ Agrippinæ sepultus ibidem ad S. Petrum & quidem in Sacello S.Mariæ Magd., ut annotat Hermannus de Vesalia, ubi lampadem ardentem fundaverat, successorem habuit S. Annonem Electum 1056.
H 3. Mart., plures res gestas Hermanni nostri suppeditabunt Chron.Colon., & inprimis Annales Colon.4.volum, in editi Hermanni Grombachii è Societ. Jes., qui Coloniæ in collegio Jesuit. asservantur.

3. *Otto*

3. *Otto* Comes Palatinus Rheni in Sueviæ Ducem electus Erenfridi Rheni Palatini filius *tertiogenitus*, ejusdemque in officio Palatii Rheniique Palatinatu Successor. De quo infra fusius. A

4. Inter filias prima adparet *Theophania*, quæ filiarum Erenfridi Palatini Primogenita videtur, utpote quæ *lucem aspexit circa Annum* 989. vel 990. (Patrem enim ejus Erenfridum uxorem suam Mathildem circa A. 988. duxisse supra diximus, cum ipsa Mathildis haberet annos 14. vel 15.) *Theophaniâ Imperatrice* (quæ obiit Neomagi 990. 16. Kal. Jul., ut Chron. MS. apud Crusium in Annal. Suev., vid. & Papenbroch in Act. Sanct. t. 5. Maji. p. 55. vel, quod verisimilius, A. 991. ut Lamb. Schafnab. Anno 7mo. regni Ottonis III. & nono viduitatis suæ, ut Hermannus Contract. v. & Cluveri Hist. Univers. p. m. 405.) *Matre Mathildis* eam procul dubio è sacro *Baptismatis fonte* suscipiente. B

Præposita primò in *Rellinghausen, Abbatissa* deinde facta Monasterii *Essendiensis*, in Ducatu Montensi diæceseos Hildesheimensis, quod *S. Alfredus* Epis. Hildesheim. (ex Illustri Comitum de Asnede stirpe natus, filius Ono s. Ouno & Richardis.) A. 877. fundavit, eique sororem Gerswidam præfecit, literas fundationis dat. 877. 5. Kal. Oct. Coloniæ vid. apud H. Stangefol in Annal. circul. Westph. l. 2. p. 150. & Nic. Schaten in Annal. Paderborn. p. 174. & C. Paulini de Collegio Visbecensi diss. p. 10. ubi etiam p. 13. Catalogum Abbatissarum Essend. exhibet, inter quas *Hadvvigis* Henrici I. Imp. soror., *Adelheidis* filia Ottonis I. Imp., *Mechtildis* filia Imperatoris Constantinopolitani (perperam hæc: Mechtildis enim illa *Theophaniæ* Imperatricis Occidentalis, *Romani* junioris Imperatoris Orientalis natæ filia erat, deinde non Abbatissa Essend. sed ibidem tantùm educata fuit apud Amitam ejus *Adelheidem*, uti MStum Browiller. testatur supra citat.) *Sophia* Bavariæ Ducis Henrici soror Ottonis III. Imp. consanguinea, *Gerbergis* Henrici D. Saxoniæ filiâ, *Ida I.* è stirpe Bavarica, *Mechtild* itidem è Domo Bavarica, *Lutgardis* è Regio Suevico Stemmate nata, *Ida II.* filia *Ludolfi Comitis Palatini*, procul dubio Erenfridi Rheni Palatini nostri neptis, etc. Hodie ejusdem Monasterii Abbatissa Imperii Status & S. Rom. Imper. Princeps est. v. Bucelin. de Monast. p. 30. Brusch. l. de Monast. Germ. c. 10. p. 198. Et ad Circulum Westphalicum refertur, Advocatos habuit Duces Montenses, quibus exstinctis Advocatiæ jus ad Electorem Brandenburg. devolutum est. Monasterium autem hoc *Theophania* nostra Rheni Palatina vetustate jam ferè collapsum ab ipsis fundamentis novo & elegantiori opere erexit & mirabiliter ampliavit A. 1051. v. Brusch. l. c., Braun. Stattbuch/& Chron. Brunsw. p. 600. Tantùm autem divitiis crevit, ut 52. virgines, sub regimine Abbatissæ aleret, quæ iterum adhuc 20. Canonicos habuére. Hodie non nisi Principissæ, Comitissæ, Baronissæ in illud recipiuntur, quæ, si lubeat, monasterium relinquere & matrimonia contrahere possunt. v. Topogr. circ. Westph. & Meibom. in not. ad Chron. Marc. p. 411. *Annâ Salome* Abbatissâ Essend. filiâ Ernesti Com. Salmens. ex Ursula filia Comitis Manderscheidano-Blanckenheimensis A. 1691. m. April. defunctâ, successit *Bernhardina Sophia* filia Johannis Comitis Frisiæ Orient. & de Rietberg ex Anna Catharina, filiâ Ernesti Friderici Com. de Salms & Reifferscheid, electa est Abbatissa An. 1691. . . . . quæ dicto monasterio hodieque præest. C D E F G H

A *Theophania* autem nostra quando præcisè fuerit electa Abbatissa, non satis constat. Eandem interim virum moribus se egisse tradit Trithem. in Chr. Hirs. ubi etiam eam virginem singularis devotionis in Deum vocat. Obiit autem 5. Martii Anno .... in suâ Abbatia, sepulta ibid. ante altare S. Jacobi.

5. *Adelheidis* Rheni Palatina Erenfridi filia, *Abbatissa Cænobij virg. S. Gertrudis Nivellensis* in Brabantia, electa Anno..... obiit ibidem, & se-
B pulta in monasterio Browillerensi ad Parentes, uti desideraverat, in crypta ante altare B. Virginis Mariæ, sub lapide elevato, uti docet interpolator vitæ Ezonis apud Papenbroch. in Act. Sanct. t. 5. Maji., cujus epitaphium hoc anno ipsemet vidi. 24. Sept. 1699., ejusdem meminit Miræus in Donar. Belg. c. 18. ubi signavit literas de A. 1003.

6. *Heilewigis* Erenfridi Palatini filia, Heilewige aviâ ejus dubio pro-
C cul eam è S. Baptismatis fonte suscipiente; Electa est in *Abbatissam* Monasterii *S. Quirini in Nussia*, ut MStum Browillerense; & non in Gandersheim, ut Trithemius scribit in Chron. Hirs. ad A. 1014. p. 156., quando autem electa & defuncta sit? non præcisè constat, in eadem tamen Abbatia & denatam & sepultam fuisse credibile est.

7. *Mathildis* Comes Palatina Rheni Erenfridi filia, electa est *Abbatissa*
D *in Dedikirchen & Villich* (Vilecа) A..... obiit A.....

8. *B. Ida* Rheni Palatina Mathildis Abbatissæ soror, electa in *Abbatissam Ecclesiæ Capitolinæ S. Mar. Coloniens.* Anno......, obiit ibidem 28. Februar. Anno..., sepulta est in dicta Ecclesia in honorifica tumba cum titulo beatitatis: & monumentum ejus exstat in pariete septentrionali: Sub cujus tumulo è fundamentis Basilicæ stillat fons *S. Idæ aqua* vulgò di-
E cta, quæ devotionis & sanitatis causâ ab ægris & peregrinis bibitur, teste Gelenio in Fast. Agripp. ad 26. Novembr. & in Vindic. B. Richezæ R. c. 2. in annotat. Hæc à Trithemio & Bucelino perperam *Willichalda* vocatur, errore, ut Gelenius autumat, librariorum: Vocabulum enim hoc compositum ex nomine *Vilich*, quod præcedebat, ubi *Mathildis* fuerat Abbatissa, & ipsius nomine Idæ.

F 9. *Sophia* Palatina, Erenfridi filia, juxta Trithemium *Sexrogenita*, Electa *Abbatissa S. Mariæ Mogunt. & in Gandersheim*, ubi septimam istius Loci Abbatissam egit. Electa est Paderbornæ 1002. 10. August. in Fest. S. Laurent., quod Virginum Cænobium fundatum fuit An. 862. à *Ludolfo* Duce Saxoniæ, avo Henrici I. Imp., v. *Bucelin.* de Monast. Germ. Alii cum *Chronographo* Saxone in Chron. ad An. 1002. ex edit. Leibnitzii, & *Bruschio* l. de Monasteriis
G Germ. p. 234. aliisque *Sophiam* nostram Ottonis III. sororem faciunt, ejusdemque mentionem factam fuisse scribunt in Diplom. Ottonis III. J. d. 995. 13. Kalend. Decemb. Aquisgrani, quo Imperator prædium suum *Dumissum* in pago Hunnesrück in Comitatu *Emichonis* Comitis, *Bezelino Comiti* tradidit, Diploma vid. apud Freher. in Orig. Palat. p. 2. c. 11. Alii eandem *Henrici Sancti Imper. sororem* autumant, idque ex Diploma-
H te ejus dat., Cænobio Gandersheim. A. 1009. 3. Non. Sept. in Gelenheim, quo *Sophiam* Abbat. *sororem suam* vocat. vid. Meibom. in Synt. Bodon. p. 499. Rectius alii cum MSto Browviller. *Trithemio, Gelenio, Papenbrochio.* Ezonis f. *Erenfridi* Rheni Palatini *filiam* statuunt. Idem enim Henricus II. Imp. in Diplo-

Diplomate dat. 1021. 10. Kalend. August. Noviomago. Monasterio Ganders- A
heimensi eandem Sophiam consanguineam suam vocat h. modo. Et pro
amore & petitione nominetenus *Sororis respectivè & consanguineæ nostræ Domnæ Sophiæ Gandersheimensis matris & Domnæ etc.* vide Paulini l. de Pagis
Germ. p. 71. Deinde testatur & Bodo in Synt. apud Meibom. p. 501. *Sophiam*
nostram sororem habuisse *Adelheidem Abbatissam Nivellensem*, eandemque
ad sororem suam *Sophiam* Gandersheimium venisse morbo tunc laboran- B
tem. Eâ defunctâ à sororibus in Abbatissam Gandersh. electam & ab Episcopo coram Imperatore *Conrado II.* (cujus consanguinea fuerit) An. 1039.
consecratam & confirmatam, atque hanc postea etiam in Abbatissam
Quedlinburgensem electam, sed brevi post defunctam fuisse. huc usque
Bodo. Litem præterea habuit *Sophia* nostra cum *S. Gothardo Episc. Hildesheim.* de q. vid. vitam S. Gothard. c. 4. & 14., Gelen. in Fast. Agrip. & Papebr. C
in Act. Sanct. t. 5. Maji p. 52. obiit tandem in Abbatia sua An. 1037. 3. Kal. Februar. sep. ibidem.

10. *Richeza* Palatina Rheni, Regina Poloniæ, Erenfridi filia. MStum
Browillerense eam Palatini nostri Primogenitam constituit, sed, ut videtur,
non nisi honoris gratia, quia hæc coronâ regni Polon. condecorata, reliquas
sorores natu licet majores dignitate longè antecessit. Nomen autem *Richeza*, Helmoldo *Richenze*, Ottoni Frisingensi, Alberto Stadensi & in Diplomate Lotharii II. Imp. *Richinza*, Urspergensi *Richenza*, Dodecheno *Richinsa*, Chronico Lauterb. *Richsa* aliis contractè *Rixa* sonat, ex duobus vocabulis compositum est Reich & Segen. Rectè eam Comitissam *Palatinam RHENI* vocant *Henningesius* in Theat. Geneal., *Reusnero* in auctuar. Geneal.
p. 177. & p. 2. p. 39., *Cromerus* de rebus Polon. l. 3. p. 37., *Spangenberg* in Chron. E
Sax. f. Mansfeld. p. 229., *Gelenius* in Vindic. B. Richezæ Reginæ, Papenbroch.
in Act. Sanct. t. 5. Maji p. 49. & t. 3. m. Mart. p. 3. aliique.

Desponsata fuit parvula *Mieslao II.* filio Boleslai Regis I. Polon. Annos
11. tunc habenti ab *Ottone III.* Imp. *Avunculo* Gnesnæ An. 1001. ut *Cromerus*
l. c. 3. & *Math. à Michovia* l. 2. c. 13. in Hist. Pol., adde *Wippon.* vit. Conradi II.,
Crantz. Vandal. l. 2. c. 36., *Blondell.* in Geneal. Franc. tab. 135., vel rectius, ut F
videtur., A. 999. juxta Chronologiam *Calvisii*, eodem. scil. tempore, *quo Otto III.* Imp. ad ossa *S. Adelberti* peregrinationem suscipiens Boleslaum, (qui
Imperatorem, teste Ditmaro l. 4. & 6., in Diedesi f. Diadesisi excepit in finibus
Silesiæ) Poloniæ Regem creaverat Gnesnæ & simul Ecclesiam ibidem Gnesnensem Archi-Episcopalem statuerat. Scriptores autem Polonos inprimis
Mathiam à Michov. (qui cum Richenzam nostram variis calumniis macu- G
lasset, Gelenius inde occasionem arripuit scribendi suas vindicias Richezæ
ed. Coloniæ 1649.) confundere *Sponsalia Richezæ* cum *nuptiis ipsis* patet inter
alia etiam ex eo; Si enim Richezæ maritus *Mieslaus f. Miecislaus II.* A. 989.
natus (ut Henningesius in Theatr. Geneal, Cromerus aliiq;) *nuptias* A. 1001.
vel 999. contraxisset, non nisi 10. vel 12. annos habuisset, quod haud credibile.
Coronatus deinde Gnesnæ statim post funus Parentis una cum uxore sua *Ri-* H
cheza ab Hippolito Archi-Ep. Gnesnensi die Pentec. 6. Jun. A. 1024. (alii 1025. v.
Morerii Lexic. Hist. t. 3. p. 513. & voce Casim. R. Pol. p. 69.) cum ipse *Miesla' II.* R.
35. annos haberet, teste Crom. & Henning., l. c. Rectius itaq; ii statuere videntur,

A qui *Richezam* nostram ab *Ottone III.* A.999. vel 1001. desponsatam, Anno verò duodecimo post desponsationem sub *Henrico* demum *Sancto* Imp. ipsi Mieslao corporaliter junctam scribunt (id est, An. 1012. vel 1013.) post factam scil. pacem & reconciliationem *inter Imperatorem Henr. & Palatinum Ezonem* f. Erenfridum nostrum, ut ex interpolatore vitæ Ezonis ejusdem supra dictum. Adhuc parvulam autem Richezam nostram in Poloniam missam, & à socru
B Juditha ibidem per 12. annos educatam, nescio quâ fide scribunt rerum Polon. scriptores & Æg. Gelenius in Vindic. B. Richezæ c.4. quod MStum Browillerense silentio præterit. Mieslaus etiam hic, cum esset bellator infelix, à Conrado II. Imper. eo, quod *Ottonem* germanum suum è regno ejecisset, ad obedientiam revocatus, Cæsarisque gratiam per Gisalam Augustam implorare coactus fuit, præterea corpore & animo imbecillis adeo erat, ut etiam
C ipsi Poloni eum Lasciviæ, inertiæ, amentiæ, quodque sui non amplius fuisset compos, accusent. Hinc ipsa *Richeza* nostra mulier prudens eum cum omni sapientia rexit & tam ex consideratione potentiæ Cæsaris, quàm amore generis suæ hortatrix Marito fuit, ne *Conrado* Imperatori se opponeret, nimiamque nobilitatis Polonicæ licentiam cohiberet, quo factum, ut ipsa deinde in odium Polonorum incurreret, adeo ut Cromerus l. 3. p. 37., & Math. à Mi-
D chov. l. 2. c. 13. eam appellarent *importunam, piam* tamen *religiosam*, uti videri volebat, *audacem* etiam & *avaram, novasque rationes cogendæ pecuniæ exquirentem*, & inprimis *Math. à Michovio* calumniosè nimis *Richezam* nostram à Polonis A. 1034. cum filio Casimiro regno expulsam ad Henricum III. Imper. confugisse scribit, Regem omnia in regno ad ejus nutum administrâsse & tandem omnem dominatum Rege amentiâ correpto ad se transtulisse. Sed
E valdè errat *Michovius*. 1. *Richeza* enim An. 1034. nondum regno potuit excessisse, quandoquidem marito ejus Phrenesi perecito A. 1034. id. Mart. Posnaniæ defuncto tota Regni administratio *Richezæ* demandata est. Cùm verò postea insidiis manifestis magis magisque se peti videret, veste mutatâ paucis se fugam clanculo agentem adjuvantibus, utpote intolerabiles fastus simul & Barbaros pertæsa ritus, ut loquitur MStum Browillerense, per aliquot
F *annorum interregnum* à Polonis non expulsa est, sed *ultrò* in exilium abiit. 2. Eam non ad *Henricum III.* Imp. ut Matth. Michovius fingit, sed ad ejus Patrem *Conradum II.* Imp. gubernacula regni ad An. 1039. usque tenentem tum temporis in Saxonia morantem, cum filio suo Casimiro fugisse, ex MSti Browillerensis authore coævo certum & prorsus indubitatum est, qui rem hisce verbis exponit: *Eodem tempore* (loquitur auctor de electione Hermanni
G Archi-Episcop. Coloniensis facta Anno 1036.) *Richeza Regina facto inter se & Regem Conjugem suum divortio per odium & instigationem cujusdam suæ Pellicis cum ei jam peperisset Charimerum* (Casimirum I.) *cujus generosa posteritas divitiis & potestate nobiliter insignis permanet usque hodie* (quomodo autem post 10. generationes per Zimburgam Ziemoviti f. Simonis Massoviæ Ducis filiam, Friderici verò IV. Austriaci Imperatoris
H & Catharinæ Caroli I. March. Badens. uxoris matrem omnes ferè Europæ Principes ex se produxerit, docet arbor Genealogica Æg. Gelenii Principum & Procerum ex femore Richezæ progredientium. vid. Gelen. Vindicias B. Richezæ & Theod. à Rhay Anim. Illustr. Cliv. Jul.)

veste

veste mutatâ paucis se fugam clanculo agentem adjuvantibus, utpote fastus ejus A
intolerabiles, simul Barbaros Slavorum pertæsa ritus venit ad Imperatorem
Conradum in Saxoniam, à quo venerabiliter & ipsa suscepta est, & ipse nihilo-
minus gloriosis ipsius Xeniis magnificè honorificatus est, accepit namque ab ipsa
duarum ipsius Regisque sui conjugis Coronarum Insignia. huc usque Ms.tum

Richeza itaque nostra cum filio suo Casimiro, cui Crantz. in Vand. l.36.
cognomentum Caroli addit., Polonia excedens ad *Conradum II.* Imp. fugit B
in Saxoniam A. 1036. (antequam scil. in Italiam abiret Imperator) & procul
dubio *Paderbornam*, ubi hoc anno Imperator festum Ascensionis Domini
celebraverat, *asportato secum ingenti thesauro cum diademate Regis & Regi-*
næ. Non diu post filium *Casimirum* studiorum causa Lutetiam Paris. misit,
ipsa Coloniæ pietatis & quietis domicilium eligens se Sanctis Virginibus
undecim millibus mancipavit & obligavit, ut vectigalis earum annua 20. C
librarum ceræ pensitatione se redimere teneretur. v. Gelen. l. de Magnit. Co-
lon. pag. 334. l. de Vind. B. Richez. c. 9. Verùm filius peragratâ Italiâ mundo
valedicturus *Monasterium Cluniacense* ingressus est. Hinc *Casimirus* Cognomi-
ne *Monachus* dictus fuit: Exortis autem postea in ipsa Polonia seditionibus
à Polonis Rege legitimo carentibus, ad regnum revocatus est. Missis enim
legatis & muneribus ad Matrem ejus *Richezam* in Saxonia Salfeldiæ commo- D
rantem, supplici oratione miserabilem Poloniæ statum fusius eposuêre, Ri-
chezam verò, juxta Scriptores Polonos, mulierem implacabilem preces a-
spernatam fuisse, suam ejectionem exprobrâsse, malis miserorum insultâsse,
filiumque postulara eorum facturum negâsse Historici memorant. Ipsorum,
ajebat, scelere eò redactum fuisse filium, ut pudore exilii commotus cœnobii
latebras & secreta quæreret. Oratores tamen iter instituerunt Romam ad E
Pontificem petitum, vel dispensatione nodus Religionis in Casimiro solve-
retur, quod iis conditionib' indultum fuisse legitur. 1. Daß sie künfftig hin
die Haar nicht solten oder wolten unter die Ohren wachsen lassen zum
immerwährenden Zeugnüs / daß sie einen geschornen Münch zu ihrem
König gehabt. 2. Daß sie von einem jeglichen Haupt im gantzen König-
reich jährlich einen Pfenning nach Rom schicken solten. 3. Daß sie ei- F
ne immerwährende brennende Lampe in S. Peters Kirchen zu Rom un-
terhalten solten. etc. Reversi postea Casimiro Comite, *Richezam* matrem
adorti sunt precibus, quæ dissuadere filio Polonici Regni fasces magnope-
rè sed frustra conabatur. Etiam ad *Henricum III.* Imp. se conferunt rogan-
tes, ut *coronas*, quæ Richeza Conrado Patri donâsset, PROPINQUO ET
CONSANGUINEO REGI redderet, eumque avitum, socium, amicum- G
que Romani Imperii defendendum susciperet. Henricum quoq; Imper. fer-
tur ad preces eorum inclinatum Coronas non solùm reddidisse, sed & 600.
Equites in præsidium, pro Casimiro in Poloniam reducendo, addidisse: iis
impetratis, legatos cum Rege suo in Patriam A. 1041. rediisse post interre-
gnum 5. Annorum, & Casimirum eodem Anno *Dobrogenam* (postea Ma-
riam dictam) Wolodomiri Russorum Ducis filiam Jaroslai Sororem, matri- H
monio sibi junxisse, atque ex eadem *Boleslaum* cogn. Audacem, Patris postea
in regno Successorem A. 1043. procreasse, inde *Vladislaum* fratris in Re-
gno Successorem, *Suentochnam* Uratislai Bohemiæ Ducis Uxorem, *Miecis-*

A *lium* & *Ottonem*, qui obiére juvenes. Casimirum autem in toto vitæ suæ Curriculo se Principem Pium, justum, Clementemque exhibuisse, randem A. 1058. 4. id. Decemb. æt. 43. defunctum & Posnaniæ sepultũ fuisse, Sorores præterea habuisse 1. *Symbullam* Uxorem Godescalci Obotritorum Reguli Leontii in Marchia una cum Eppone Sacerdote (qui super altare immolatus est) A. 1064. 7. id. Jan. cæsi. 2, N. . . . . Belæ 1. Hungariæ Regis Uxo-
B rem. v. Henning. in Theat. Genealog. p. 2. p. 292., quam Rex duxerat post bellum Polonicum circa 1062.

Richeza interim Regina Piis operibus intenta, donationem Monasterio Brovvillerensi à Parentibus factam non solùm ratam habuit, uti patet ex Testamento ejus 1051. 7. id. Sept. facto, præsente Henrico Comite Palatino
C Rheni Domino de Lacu, quod exhibet Gelenius in Vindiciis B. Richezæ ubi hæc verba leguntur: *Clotteno etiam super Mosellam cum suis appenditiis Mesenich & Rile cum omni integritate, sicut Pater meus ea jure proprietatis legitimè & pacificè possederat, & jam dudum vivus & incolumis pro remedio animæ suæ & matris meæ præfato monasterio cum filiorum consensu liberè tradiderat, quemadmodum in privilegio Piligrini venerabilis Archi-Episc. Coloniens.*
D *continetur, hæc, inquam, Deo & S. Nicolao consignata secundum Patris mei constitutionem non solùm rata & inconvulsa custodire curavi, verùm etiam de Patrimonio meo.* etc. sed & *idem Monasterium* de Patrimonio suo & thesauris suis, destructo Veteri, validioribus fundamentis novum exstrui jussit (cujus Ecclesia deinde à S. Annone Archi-Episc. Colon. præsente Engelberto Episcopo Mindensi denuo consecrata est A. 1061. 3. Kal. Nov.) & dicto S.
E Nicolai Monasterio in Brovvilre præter decimam vestimentorum sive ejusdem generis pannorum & lodicum mellis & ceræ, quod in usum Monachorum Brovvil. legavit, (ut patet ex literis *S. Annonis* Archi-Episc. Col., dat. in Salfeld 1057. 7. Kal. Jul., quas vid. apud Gelen. l. cit. & infra in Codice nostro Diplomatico Palat.) etiam 21. arpennas in supradicto *Clotteno* perpetuâ traditione per manum Mundibordis s. Advocati *Henrici Comitis Palatini Rh.,*
F *Domini de Lacu adjecit.* v. Gelenium lib. cit. & Ms.[tum] Brovviller. apud Papenbroch. t. 5. Maji. Act. Sanct.

Richeza, porrò cum sentiret S. Annonem Archi-Episc. approbatum licet Religionis cultorem proprii tamen commodi, quàm justitiæ cultus tenaciorem Monasterio Brovvillerensi nihil affectus commonstrâsse, eapropter inito cum suis consilio, Archi Episcopum beneficiis & muneribus placan-
G dum decrevit. Veniens itaque ad eum in *Insulam S. Svviberti* apud Henricum III. Imp. tum temporis commorantem, eidem & S. Petro Coloniensi *Salfeldiam* in Thuringia & *Coburgum* in Franconia cum omnibus pertinentiis A. 1056. sub solenni traditione dedit, *Henrico III.* Imp. Imperiali Diplomate sub banno id confirmante, cujus Diploma ut & illam Richezæ donationis chartam vid. apud Gelenium in Vindic. B. Richezæ p. 25. 34. in acce-
H „ptationis verò charta S. Annonis hæc verba leguntur: Unde notum esse „volumus cunctis tam futuris quàm præsentibus Domini Dei & S. Petri fi„delibus, qualiter Starckhare quidam vir ingenuus & Comes, miles ipsius „Reginæ præcepto & petitione Dominæ suæ Salevelde Castellũ cum omni„bus & universis ad hoc pertinentibus terris & sylvis, forestis atque piscationi-

„tionibus ,pratis,pascuis & familiis,& quicquid ipsa proprietate habere visa A
„est exceptis servientibus,S.Petro,Coloniæ ad usum Archi-Episcopi Christia-
„no Advocato tradidit jure perpetuo possidendum, eo videlicet tenore, ut
„ipsius prædii usum fructum Domina Richeza usque in finem vitæ suæ
„teneat,eâ quoque ratione ac firmissimo interdicto, ne unquam aliquis Ar-
„chi-Episcoporum per concambium vel cuiquam in beneficium dando, Sa-
„leveldt vel ad hoc pertinentia à Dominatu suo faciat alienū, nisi forte quan- B
„tum nos cum ejusdem Reginæ consilio pro anima nostra nec non ipsius
„suorumque Parentum per Monasteria Coloniæ distribuendum ex ipso sta-
„tuerimus. &c. Nos quoque pro devotione Christianissimæ Reginæ, non
„multa quidem à nobis quærenti quantum tamen ipsa proposuerat in pre-
„cariam ejus concessimus, has videlicet villas Dominatus nostri ei tradentes
„usque in finem vitæ suæ cum omni utilitate possidendas: Gedtebach, Bri- C
„ckenheim, Wictolo, Moffendorf, Muotersheim, Blasheim, Zuovero (seu, ut
„videtur, Zons) & Uresheim Insuper annis singulis centum marcas argen-
„ti de Camera nostra. etc. hæc acta sunt Salfeldiæ 1057. 7.Kal.Jul.

Richeza etiam nostra in Usuardi Martyrologio ex edit. Molani,à P.Cra-
tipolio in Catal. Sanct.Germ.& in Sacrar.Agripp.pag.75. vid. Papenbroch.
Act.Sanct.aliisque *neptis* vocatur *& consanguinea S.Annonis Archi-Ep. Co-* D
lon., qui cum fratre suo *Wezilone* Archi-Episc. Magdeburg. Originem traxit
in Castro Suevia Sturtzlingen dicto, teste Chronico Magdeburgensi apud
Meibom. p.m.313. (quem tamen alii cum Crantzio in Metrop.l.5.c.5.& Pau-
lini Diss. de Walone Abb.Corbej. pag. 465. *Comitem Sonnebergicum* & fra-
trem ejus Archi-Episc. Magdeb. *Wernerum* appellant,occisum in prælio Hen-
rici IV. 1078. contra Saxones commisso). Et cum Ezo *f. Erenfridus* Riche- E
zæ Pater in Ms.to Brovvillerensi *Consanguineus* dicatur *S. Udalrici Episcopi*
Augustani Comitis de Dillingen & Kyburg (filii Hubaldi Comitis, & Thetbir-
gæ fil. Burchardi D. Suev., nati 893. denati 973. 3. Non. Jul.) hinc colligere
licet, aliquam consanguinitatem intercessisse inter S. Annonem, Erenfridum
nostrum & Comites de Dillingen, Gelenius etiam in Vindic. B.Richezæ. c.1.
Richezæ nostræ amitam magnam adscribit *Richezam*, matrem *Conradi Epi-* F
scopi Constantiensis, filiam Ottonis I.Imperat. Constructum deinde est & aliud
ex *Richeza* Reginæ nostræ sumptibus Monasterium per *Adalberonem Episc.*
Herbipolensem (qui Ecclesiam rexit ab A. 1045. usque ad A. 1090. & Succes-
sor fuit *S.Brunonis*, cujus vitā vid. in Act. Sanct. Papenbroch. ad 17. d. Maji.)
in loco ubi *S.Kiliani* sociorumque ejus sacrum est Martyrium, ut loquitur
Ms.tum Browill., utpote cujus Episcopium ex ejus numerosa familiarum cli- G
entela, cum omnibus, quæ ad oppidum *Saltza* in Comitatu Hennebergi-
co hodiè Neostadium olim Obern-Saltz dictum, pertinent, regia prorsus
munificentia adauctum est

Exstrui quoque fecit *Richeza Capellam* in pago *Clottensi*, ut ipsa moram
ibi trahens Missas absque tumultu populi ad nutum celebrari faceret, & eo
commodius eas majorique cum devotione exaudire posset, *quæ Capella* in H
antiquissimis literis vocabatur *reclusorium Dominarum*, quia, *cum Missa cele-*
braretur, ipsa cum pedissequis suis & reliqua familia intus existens claudi man-
dabat capellam, ne à tumultu turbari posset. Coburgum autem quod cum per-
tinen-

A tinentiis *S. Annoni* unà cum *Salfeldia* tradidisse Richezam supra diximus, num Patri ejus *Erenfrido* una cum cæteris donationibus ab *Henrico Sanct. Imper.*, an verò *Ottoni Sueviæ Duci* fratri *Richezæ* ab eodem Imperatore, prout scribit Seb. Glaser Cancellar. in Chron. Henneberg, traditum fuerit, nondum satis exploratum est. Interim *Coburgensis terra* Ducatus hodiè titulo insignis in Franconia medio ferè inter Salfeldiam & Bambergam intinere si-
B ta est. Hinc patet, inquit Papenbroch in Act. Sanct., quo jure S. Anno Archi-Episc. Colon., expulsis A. 1071. Salfeldià Canonicis, substituerit Monachos Colonià adductos præteritis iis, quos in vicina Franconia habere potuisset, uti conqueritur Lambert' Schafnaburgensis. Est autem *Coburg* Urbs antiquissima totius, ut volunt, *Franconiæ*, incertæque Originis & Ptolomæū (qui vixit A. 147.) in Geogr. l. 2. c. 11. eam Græco nomine *Melocavum* ap-
C pellàsse, tradit auctor Topographiæ Franc. p. 22., quomodo à Catharina Hennebergica ad Fridericum Landgravium Thuringiæ pervenerit. v. Dresser. Richezam præterea nostram *Franckenstein* aliaque adjacentia loca in Silesiæ Ducatu Münsterbergico Germanis suis inhabitanda tradidisse, oppidumque Franckenstein ab ipsis Francis his nomen & originem traxisse testatur author Topographiæ Silesiæ p. 139.

D *Richezam* porrò fratrem suum *Ottonem* Comitem Palatinum Rheni & Sueviæ Ducem in castro suo *Thonaburg* (Thomberg) A. 1048. 7. id. Sept. absque prole *defunctum ita deplanxisse*, testatur Ms.tum Brovvillerense, *ut ipsa penè moreretur, & in ipsis ejus exequiis in Monasterio Brovvilre celebratis omnem ornatum, monilia, inaures, torques, lunulas, gemmas & vittas omnia aut auro texilia & penitus aurea altári imposuisse, acceptoque à Pontifice vela-*
E *mine caput obnupsisse & sic pompis mundanis valedixisse, sibi quoque sepulturam juxta fratrem fore disposuisse.*

Ipsa tandem *Richeza* nostra vitam cum morte commutavit *Salfeldiæ* circa A. 1063. 12. Kal. Mart., ut Cl. Papenbrochius autumat, licet de anno æquè ac die ejus emortuali non satis constet, & fatetur Gelenius, quod fatalis diei nota penè oculos fugiat. v. Vindic. B. Richezæ, minimè tamen de-
F functa est A. 1057. 9. Kal. Aprilis, ut habet *plumbea tabella* capiti ejus supposita. v. Papenbroch. in Act. Sanct. l. 3. m. Mart. p. 3. Et licet ipsa locum sibi sepulturæ elegerit apud Parentes & fratrem suum Ottonem in Brovvilre (ut patet ex testamento ejus, ubi hæc verba leguntur: *Mihique in eodem loco* (Brovvilre) *post decessum meum locum requietionis & sepulturæ destinando providi.* Et ut in Ms.to Brovvillerensi de vita Ezonis ita: *Richeza fratrem Ottonem ita*
G *deplanxit, ut ipsa penè moreretur sibique sepulturam juxta fratrem fore disponit, suorumque fidem super hoc, quod id ipsum superstites ipsi fideliter compleant, expofcit*) *S. Anno* tamen Archi-Episc. Colon., qui id ipsum Reginæ jurato quoque promisisse scribitur, post dicessum *corpus ejus* cum limeliis, aliter quam ipsa aliquoties, ut diximus, disposuerat *contra jus omnemque æquita-*
H *tem* violenter detineri, & in suo noviter exstructo Monasterio *S. Mariæ ad Gradus Coloniæ*, & non juxta parentes, ut anxiè efflagitaverat, sepeliri jussit, conversis divitiis ejus ad dotationē Monasterii sui in *Sigeburg*. Hâc itaque occasione Monasterium Brovvillerense non solùm confundatricis suæ corpore, sed & Clotteno privatum est, quâ autem pietate, quâ religio-

gione à S. Annone id factum fuerit, judicent alii, privando autem jure suo A
mortuos, quod majores semper omnisque ætas inviolatum servârunt, facilè de genio istius viri judicium ferri potest.

Exarsit interim haud diu post maxima lis inter *Canonicos Colonienses* præfatæ Ecclesiæ & *Monachos Brovvillerenses*, quæ A.1090. demum sopita est,
prolixam autem deductionem eorum, quæ pro recuperatione juris hujus B
à B. Wolfelmo Abbate Brovvillerensi acta sunt, vid. apud Gelenium in Vindiciis B. Richezæ, adde Papenbroch. Act. Sanct. t. 5. Maj. p 60., qui factum hoc ipsius S. Annonis excusare quidem videtur, *eo quod malorum suasorum consiliis ad hoc adductus procul dubio ipsum factum nisi morte præventus, retractaturus fuisset*; credat tamen, qui velit, constat enim ipsum Annonem A.1075. C
4. Decemb. non subitanea morte oppressum, sed *morbo lento*, fœtido scil. ulcere in utroq; ejus pede exorto, & in crura & femora *serpente exstinctū fuisse, quo caro ita depasta fuit, ut ossa denudarentur*, uti in vita ejus legitur. Sepulta itaq; Richeza nostra ab Annone contra omne jus fasque Coloniæ in Templo S. Mar., ad Gradus in media Ecclesia, in *elevato Mausoleo* ante chorum (quod A. 1695. ipse inspexi) quadrato oblongo è *Saxo Drachenfelzieè elaborato*, quod D
4. pedum altitudine è terra assurgit 7. pedum longo latoq;, 2. ferreis circumdato claustris, ad 4. angulos 4. ænea candelabra eminent: laterum porrò intercolumnia 12. coronant Apostoli pictoris manu expressi. Ipse sacrophagus duobus clauditur operculis, altero ferreo, altera quercino, utriusque tamen perforato ore ad excipiendam piorum hominum stipem, in solennibus olim feriis ligneum amovebatur operculum, & populo ostendebatur corpus. v. E
Papenbroch. lib. cit. A.1633. 12. April. *acturatius* sepulchrum Richezæ inspexit *Æg. Gelenius*, deprehenditque ossa *sine ordine* dispersa ac gossypio involuta fuisse. Tegebantur aliàs ipsa stragulo serico sicut & bysso, vestiebatur *tumba* lignea, marmoreo inclusa Mausoleo: caput reticulo aureo astrictum incumbebat pulvinari, sub quo latebat plumbea lamina, cui insculptū erat *Epitaphium*. Caput pretioso ornabatur diademate 6. fibulis adstricto, in quibus multa sine arte insignia (quæ exhibent Gelenius & Papenbrochius t. 5. F
Maji. p. 61.) repræsentantur. Alterum haud procul ab ipso tumulo Columnæ appictum monumentum visitur; priora repræsentans insignia picta cum imaginibus *Richezæ* & fratris *Hermanni* Archi-Epis. Coloniens., quod vid. apud Papenbroch. l.1., utriusque caput radio circumfulget: *Pectorale* Richezæ ut & *liber*, quem manu tenet, præter mediam aquilam Comitum Palatinorum Leonem quoque exhibet cum hac inscriptione: *Richeza Regina.* G
In Pectorali verò Hermanni Archi-Epis. Colon. *nigra crux* insigne diæceseos Coloniens., ut & *Leo* continetur. Sicut & infra ejus pedes *Leo* est expressus. vid. Gelen. Judicium autem Cl. Papenbrochii, ut & Franc. Menestrieri de Richezæ monumento cum variis insignibus picto hic subjiciam: *Quamvis, inquit, viri* Genealogicarum & thesserariarum rerum periti ex iis, quæ ipse Gelenius circa illas sæpius graviterq; exerrans scripsit in Annalibus Ubiorū, censeant habuisse scientiā talium exiguam, licet ubiq; summam præ se ferat, nolim H
tamen præsumere fuisse tam ignorantem, ut potuerit existimare, aut coronā illam B. Reginæ contumulatam à principio fuisse, aut monumentum posi-

A tum esse authoritate Rainaldi de Dassele ab A. 1159. ad 1167. Archi-Episcopi Coloniens. propterea solum, quod sub eodem compareant Dasseliæ gentis insignia, Cervina scil. cornua, nec dum enim seculis iis, quibus Richeza obiit, & Rainaldus sedit, emerserant fœcialium leges; nec adeoq; frequens erat insignium usus, cum nec ipsi Principes adhuc haberent statas fixasque tesseras: legi de his possunt tractatus varii, quos de originibus scu-
B tariis insignium usu laterculorum distinctionibus deque tota re tessaria f. scutaria voluminibus 8. edidit ævi nostri in hoc argumento oraculum P. Claud. Francisc. Menestrier, in quem cum retulissem sententiam meam, dignatus est in hæc verba rescribere: Nullum aliud, inquit, memini exemplum me vidisse Coronæ, cui essent affixa hujusmodi scuta insignibus ornata. etc. Quantum verò ex ipsa insignium forma licet arguere, seculi 14. aut etiam
C 15. opus esse arbitror, tum coronam illam, tum reliqua Cænotaphii ornamenta. Agnosco Francorum Regum lilia seu potius irides; Andegavensium & Borboniorum discernicola, laqueolos & Baltheum Burgundionum tænias & limbum; Scotorum Regum Leonem, Zona gemina liliis efflorescente circumdatum; Namurcensium Comitum Leonem cum Baltheari Tænia; Leones alios, cum per colores & metalla distinguere ne-
D queam, suspicor esse vel Flandriæ Comitum vel Hassiæ, Misniæ aut Thuringiæ, qui quidem in tribus aut quatuor scutis singulares apparent; qui autem gemini Brunsvvicensium; qui terni Anglorum Regum, aut Suevorum Ducum esse possunt, quales etiam Truckfessii retinent. Octodecim scuta Hermanni & Richezæ imagines diademata circumferentia non exprimunt seriem avorum utriusque, sed gentilitia Sttemmata Principum seculo 14. vi-
E ventium, Imperii aquila gemina vix ante trecentos annos apparuit: in vetustioribus enim monumentis unius tantùm capitis est. Tria Francorum Regum lilia primum à Carolo 6. eo numero sunt definita, cum antea indefinita essent. Subjecta bicipiti Aquilæ Leonum scuta tria, putem esse Angliæ, Palatinatus, & Flandriæ, sub liliis verò tribus Stemmata Franciæ, Scotiæ & Borboniorum. Dexter ordo Brunsvvicenses, Saxones, Brandenburgicos,
F Sabaudos è sanguine Gallico repræsentat: Sinister ordo subjectos Borboniis Burgundos veteres è Regio Gallorum sanguine Andegavenses Neapolitani Regni moderatores Namurcensesque; Postremo Palatinos Schirenses & Bavaros ex Ottone Wittelsbachio, Bavaricæ & Palatinæ gentis auctore oriundos. Posita tandem velut appendicis loco Dasseliæ gentis tessera verosimiliter operis auctorem ex ea gente indicat: inquirendum esset in monu-
G mentis Collegii S. Mariæ ad Gradus, an & quando aliquis ex ea familia ibi fuerit Præpositus, Decanus vel Canonicus seculo 14. & 15., cui opus attribui possit. In scutulis ante pectus *Hermanni & Richezæ* vice lati-clavi seu fibulæ utramque Pallii oram adstringentibus Leonem Palatinum agnosco quidem, sed non memini ante 14. seculum ejusmodi tesseris armatas fibulas vidisse me, in fœminarum autem palliis ne postea quidem nisi rarò: habent
H enim illæ plerumque oblongum Paludamentum, altera parte maritorum dimidiatis insignibus, alterâ paternis distinctum: quod quia forte in Chlamide Richezæ distinctè satis exprimi non poterat, visum est ei compositum ad pedes scutum ponere; sicut Hermanno Episcopo ad pedes positus est suus

Leo,

Leo, qui idem ante pectus incumbit cruci, tesseræ Archi-Episcopatus Co- A
loniensis, sed nota novitatis indicium etiam hoc esse. Nam scuta scutis impo-
nere ante ducentos annos aut trecentos ut summum; primò invaluit, huc us-
que Merestrierus. Similiter etiam Richeza inter S. Annonem & Agilolfum
Media in eadem Ecclesia depicta conspicitur, ut & in Monasterio Bro-
vvillerensi & Clottensi Ecclesia.

CAPUT X. B

De Ottone Comite Palatino Rheni Duce Sueviæ.

OTto Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Dux Sueviæ, filius *Eren-
fridi* Comitis Palatini Rheni & Nem., ex Mathilde filia Ottonis II.
Imperatoris & Theophaniæ, natus vel in castro *Tonaburg* (hodie Ton- C
berg nunc diruto, juxta oppidulum Rhinbach) vel in *Brovvilre*, vivente, ut
videtur, Ottone III. Imperatore, à quo procul dubio è S. Baptismatis fonte
susceptus est, plerique Historicorum Suevicorum veram ejus familiam & Pa-
rentes ignorarunt, eumque non nisi Comitem *Wittelsbachium* vocitarunt,
ut *Crusius* in Annal. Suev. p. 2. l. 6. c. 10. & cum eo nuper H. *Coccejus* l. de Jur.
Publ. prudent. c. 3. §. 3., cum tamen neque *Wittelsbachius* (quia *castrum Wit-* D
telsbach demum post ejus mortem ab *Ottone III.* Comite Palat. Schirensi A.
A. 1101. defuncto exstructum fuit) neque Schirensis propriè fuerit, sed his Ba-
variæ Palatinis consanguinitate tantum junctus, *Arnulfi* Comitis Palatini,
conditoris *Castri Scheurn* (à quo postea Palatini Schirenses originem traxére)
ex fratre *Hermanno* Comite Palatino Rheni pronepos erat.

1035. Otto Patri Erenfrido in Palatinatu Rheni officioque Comitivæ Pala- E
tii successit, statura erat procerus, aspectu venustus, affatu jucundus, postea
in Ducem Sueviæ (in locum Hermanni D. Suev., agnati sui in Italia peste de-
functi) electus Goslariæ 1045. in Paschali hebdomade. v. Herm. Contract.
Chron. ad A. 1045., Urspergens., Aventin. Ann. Bav. l. 5. p m. 417., de hoc Ms.tum
Brovvillerense de vita Ezonis Palatini ita: *Otto igitur filius ejus* (Ezonis) *qui
erat aspectu venustus, statura procerus, affatu jucundus*, PATRIIS REBUS ET F
*HONORE DIGNUS HÆRES SUBSTITUTUS EST, & non multo post etiã
frater ejus Hermannus, Pilegrino transmigrante*, (obiit hic 1036. 25. Aug.) *Con-
rado adhuc imperante, St. Ecclesiæ Coloniensis Archipontificatum gratia Dei & e-
lectione totius cleri & favore universi populi adeptus est*. etc. & paulo pòst: *Qui*
(Henricus III. Imperator) *cum regnare cœpisset, exortâ contra eum Gothofredi
Ducis* (Lotharingiæ) *& Baldevvini Comitis* (Flandriæ) *invidiâ ad exci-* G
*tandum plurimis perniciosissimum mortalibus tumultum, multa quidẽ passus est
adversa: quæ quamvis cum difficultate, supradicto tamen Archi-Episcopo Her-
manno & fratre ejus Ottone Comite Palatino, quos præ omnibus sui semper laboris
& gloriæ consortes habuit, laboriosissimè secum decertantibus simul & eum glo-
riosissimè in omnibus adjuvantib', superavit universa. Si quidẽ Imperatori Comitis* H
Palatini (Ottonis) *non solùm fidem, sed & virtutẽ sibi sum̃operè appetendã fo-
re, ea res maximè suadebat, quæ & tunc recens erat & magnã ubiq; viro laudem
circumferebat*. etc. *Hinc Imperator majoris volens dignitatis gloria virum extol-
lere, acceptâ ab eo insulâ S. Svviberti atq; Duysburg, magnificentiæ gratia Suevo-
rum ei committit Ducatum*, HENRICO EIUS PATRUI (Hezilonis f. Henrici)

A FILIO AD PALATII OFFICIUM SUBSTITUTO, *qui traditum omnium ferè mortalium favorabili erga eum habitâ dilectione gloriosè gubernans tertio proh dolor! ejusdem Ducatus Anno 7. id. Septembris immaturâ morte in castro Conabs* (seu Tonaburg hodiè Tonberg. vid. Papenbrochii Act. Sanct. ad 21. Maji. t. 5.) *diem clausit extremum.* huc usque Ms.^tum Brovvillerense apud Papenbroch. lib. cit.

B *Ottonem* porro Palatinum nostrum ab *Henrico* cognomine *Sancto* Imperatore *Marchionis* quoq; *Schvveinfurtensis* dignitate condecoratum fuisse scribit Seb. *Glaser* Cancellarius Comitum Henneberg: in Chron. Henneb., & quidem occasione belli & rebellionis, quam contra *Henricum* II. Imper. excitavit *Henricus* V. Comes Henneberg. & Schvvinfurt. causatus fidelia sua Imperatori Imperioque præstita servitia sibi pro meritis non fuisse com-
C pensata, hinc exorto bello Imperator totis viribus persequitur *Henricum* eumque omnibus exuit ditionibus. *Schvvinfurtum* (quod hacten' Hennebergici ab Imperio jam à temporibus Carolingorum in feudum tenuére usq; ad dictum Henricum V., Imperator verò *Henricus II.* defunctâ Henrici V. Com. Henneberg. matre *Helicâ*, cui oppidum hoc maritus ejus *Bertholdus* in dotalitium concesserat, occupavit, quodque denique cum omnibus perti-
D nentiis *Hartvvicus* Archi-Epis. Magdeburgensis à *Beatrice* filia Ottonis III. D. Suev. Successoris Palatini nostri venditionis titulo circa A. 1083. acquisivit. v. Chron. Magdeburgense apud H. Meibom. pag. 320.) & *Creussam* pro parte, *Amerthal* & *Cranam* funditus delevit. v. Ditmari Chron. l. 5., Brunn. Ann. Bav. pag. 2. pag. 600. Cluver. Hist. Univers. in Henrico Sancto, & has Henrici proscripti ditiones una cum *Coburg Ottoni* Palati-
E no nostro tradidit, addito Marchionis titulo, *Coburg* verò postea *Richeza* Palatina Rheni & Poloniæ Regina, Soror & hæres Ottonis Palatini nostri A. 1048. [illegible] defuncti una cum oppido *Salfeld* Ecclesiæ Coloniensi & S. *Annoni* Archi-Episcopo 1056. donavit, chârtam donationis exhibet *Gelenius* in Vind. B. Richezæ pag. 34. vid. & Papenbroch. in Act. Sanct. ad 21. Maji.

F *Ottonem* quoque Palatinum nostrum inter strenuos Venatores singulare nomen meruisse adparet ex Ms.^to Brovvillerensi h. m: *Fuit in saltu Slavorum* (ad Salam fluv. enim omnes Slavi dicti sunt, qui ab Hamburgo usque ad Bohemiæ fines Albis & Salæ ripas accolebant) *qui ob densitatem nemoris umbrosam, juxta linguam eorum Lovia dicitur* (Germanis Loof Loove, & Laub) *quiq; ob immensæ latitudinis & longitudinis vastam solitudinem infinitâ urso-*
G *rum multitudinem nutrit, ursus quidam naturali rabie cæteris sævior & crudelior, & ipsa etiam mortui corporis mole major, ultra quam credi possit, & immanior, hujus tanta rabies erat, ut non solum venatus cervorum raptusq; damularum atq; aliarum conculcatio bestiolarum ad mitigandam inanem sui ventris ingluviem non sufficeret: quin etiam sub clara luce diei ferali ausu ad nullorum pavidus occursus venatorum, horrida rictibus trahens ora, in patentes è vicinita-*
H *tate regiones è cubili suo pollenter emergeret, & valida jumentorū & fortia boum corpora sive adjuncta carpento, sive subjugata aratro invaderet, suffocaret, voraret. Compulsa ergo tota gens illa est tali suarum rerum, imò vitæ suæ execrabili vastatore, aut illum, si prævalerent, omnes, quoquomodo pariter in sequentes suis à*

finibus

finibus exturbare sive necare, auc, si id agere non possent, alio sub cælo quieta A *suisque commoda usibus habitacula quærere. Afflictis suis rapida peste rebus, tandem quamvis serò remedium id solum fore explorant, si Ducem Comitem Palatinum ad hoc humili precatu flectere queant, quo se communi hosti, victoriam à Domini procul dubio dextera & virtute percepturus opponat; nam sumet ipsius PROVINCIAM SALAVELT maxime devastaverat. Quod imploraverant, ocius actu consequuntur: ascenso equo atque emissario comitante Lycisca,* B *quod est genus Canum jubis inflexis villosum atque fortissimum, venatum aggreditur, cæterisque venatoribus cum tubis raucesonis circa spissiora saltus loca occupatis, bestia immanis, quidnam circa se agatur, exploratura egreditur, & solum è vicino cernens adesse, emisso horrendo micatu (f. uncatu) simulque erectis in altum brachiis, cum plantis minacibus eum aggreditur; cujus mox primus impetus Lycisca gravi aurem ejus morsu lacerante impeditus, nam ut est in-* C *juriæ naturâ impatiens, dum ad eum versa planta cum asperis unguibus se ulcisci nititur, abscissa protenus eadem, venabulum in medio occipitis excipiens ad terram eliditur, paratis post hoc, ut par erat, carnibus ejus in escam lætum convivium instauratum est; corium verò ejus 15. pedum longitudinis spatium habuisse probatum est, sunt, qui dicunt, quod non profectioris sed recentioris ætatis tempore, has theatrico dignas spectaculo monomachiæ patraverat palæstras;* D *quod eo vicinius laudi est, quo constat, quod tenuis ætas tale quid agendi suam virtutem non habet.* huc usque MStum Brovvill.

An. 1035. quo *Erenfridus* Rheni Palatinus Ottonis Palatini nostri Pater, 21. Maji Salfeldiæ in Thuringia è vivis excesserat, *Conradus* Imperator Pascha *Paderbornæ*, ascensionem in *Seligenstad*, Pentecosten *Brunsvvigæ* celebravit, ubi & *Chunigundis* Canuti Angliæ & Dan. Regis filia *Henrico III.* Imperato- E ris filio desposata fuit.

A. 1036. Imperator Pascha *Ingelheimij*, ascensionem *Paderbornæ*, Pentecosten & festum S.Joh.Bapt *Niumagi* celebravit, ubi nuptiæ Henrici Regis Roman. cum supradicta *Chunigilde* celebratæ sunt, quæ & ibidem coronata ipsa natali Apostolorum, præsente per omnia *Ottone* Rheni Palatino nostro, natalem deinde Domini Imperator in præsentia multorum Imperii Princi- F pum egit Argentinæ.

A. 1037. Purificationem S.Mariæ *Augustæ* Vindel. celebravit Imperator, ubi *Conrado* patrueli suo Duci Francon. *Carinthiæ Ducatum* tradidit; Inde cum *Ottone* Palatino nostro aliisque Imperii Principibus & exercitu in Hungariam movit contra *Stephanum* Regem, qui filio suo *Emerico*, quem ex sorore Henrici Sancti Imp. procreaverat, Bavariam vindicabat, eumque ad pa- G cis conditiones in ordinem redactum compulit. Hoc quoque anno *Conradus* Imperator expeditionem suscepit in Italiam Mediolanensis, Placentini, Vercellensis & Cremonensis Episcoporum causa, & comprehensos in exilium misit, suburbia urbis Mediolanensis igne vastavit.

A. 1038. *Chunigildis* uxor Henrici III. Regis Rom. peste obiit in Italia 15. Kal. Aug., cum marito jam filiam peperisset, peste ibidem etiam in exercitu H exstincti *Hermannus* Sueviæ Dux 5. Kal. Aug., & *Conradus* Franconiæ Dux. Imperator Parmensium seditiones severè ultus est, & transcenso monte Apennino Capuæ, Benevento, Trojæ aliisque Italiæ urbibus leges præscripsit,

 Romam

A Romam orationis causâ profectus, exercitum inde per Apuliam duxit ad componendas lites inter Græcos & Normannos exortas.

An. 1039. Redux ex Apulia in parvula quadam Ecclesia secus urbem Mediolanensem Imperator coronatur die Pentecostes, quo die tanta fulgura & gravia tonitrua fuêre, ut aliqui exspirarent, teste Sigeberto; *Bruno* Episcopus ipso die missam decantans & Imperatoris secretarius edixêre, se inter
B missarum solennia vidisse *S. Ambrosium* minaci vultu pœnas *Conrado* intendentem, hac itaque visione territus Imperator, cum Mediolanensium perfidiam atrocius ulcisci statueret, ægrotantem exercitum refecturus ex Italia discessit, per mare Adriaticum in Germaniam rediit, & non diu post *Trajectum* veniens ubi ex corruptione aeris marini, quem hauserat, cæpit infirmari febreque accedente obiit 6. Junii. v. Trithemii Chron. Hirsaug. Henricus
C Rex Imperatoris filius, *Ottonis* Palatini nostri magnaque aliorum Principum catervâ stipatus Patris corpus *Spiram* usque concomitatus est, corpusque ipsum propriâ manu levavit de curru & humeris suis in Basilicam usque ejus loci portavit. v. Lehman. Chron. Spirens.

A. 1040. Comitia Imperator & festum Purificationis S. Mar. egit *Augustæ Vindelicor.* Deinde exercitum contra *Pretislaum* Bohemiæ Ducem Im-
D peratori rebellantem, cui *Petrus* Hungariæ Rex auxilia miserat, movit, verùm *Werinhero* Comite, *Reginhardo* aliisque egregiis Ducibus ob præstructionem Sylvarum occisis captisque, nihil memoratu dignum effectum fuit, v. Lambert. Schafnab. & Herman. Contract. in Chron. ad A. 1040.

A. 1041. Imperator secundò *Bohemiam* ingressus cum exercitu & Palatino nostro, igne ferroque omnia vastat, Ducemque contumacem obsides
E dare, Ratisbonam humiliter venire, culpam deprecari, sibique fidelitatis juramentum præstare coegit. v. Herman. Contract. & Schafnaburg. ad An. 1041. Ratisbonæ festum S. Mich. celebravit. Hoc quoque anno Imperator ludum equestrem s. Torneamentum *Halæ* ad Salam habuit. vid. Albertum Stadens. & Cappenrod. p. 21.

An. 1042. *Ovo Rex* Hungariæ ob susceptum superiori anno ab Impera-
F tore *Petrum* Hungariâ expulsum, Bavariæ fines rapinis & incendiis vastat; verùm magna ejus exercitus pars, quæ à septentrionali Danubii parte prædas factura venerat, ab *Alberto* Marchione prælio deleta est. v. Herman. Contract. ad h. ann. Imperator vindicaturus injuriam sibi illatam cum Petro R. primam *in Hungariam* expeditionem fecit, 3. urbes magnas cepit, & *Ovone* fugiente, permagnam provinciæ partem devastavit, Hungaris deinde *Pe-*
G *trum* recipere recusantibus, alium, quem petebant, Ducem confirmavit (quem tamen mox *Ovo* post Imperatoris discessum fugam arripere coegit) & accepto ab Hungaris fidelitatis juramento in Germaniam rediit, natalem Domini Goslariæ celebravit, præsentibus multis Imperii Principibus, *Petro* etiam Hungaro, *Pretislao* Bohemiæ Duce, præsente & *Ottone* Rheni Palatino nostro, qui & per omnia officio Palatii functus, Cæsari expeditionis Comes
H exstiterat, ubi etiam legati Russorum tristes ad sua rediêre, ob acceptam repulsam de filia Regis sui, quam Henrico Imperatori nupturam speraverant.

A. 1043. Imperator secundam expeditionem suscipiens in Hungariam *Ovonem* ad deditionem coegit, & acceptis ab eo obsidibus deque pace juramentis

mentis & muneribus reversus est in Germaniam, & Ingelheimii nuptias ce- A
lebravit cum Agnete filia Wilhelmi Comitis Aquitaniæ & Pictav. Vesontione sibi antea desponsatâ, quam & eodem tempore Moguntiæ coronari fecit, præsente & *Ottone* Palatino nostro, Pentecosten *Paderbornæ*, natalem Domini *Treveris* celebravit, ubi omnes, qui in eum deliquerant, crimine absolvit, *Aquisgrani* mense Novembri vel Decemb., *Adalbertus* in Archi-Episcopum Bremensem consecratus est, præsente Imperatore, Papâ, *Ottone* Palati- B
no nostro aliisque Imperii Principibus. Hoc quoque anno *Gisala* mater Imperatoris diarrhæa, vel ut alii, disenteriâ correpta obiit *Goslariæ* 15. Kal. Martii, sepulta est Spiræ juxta maritum.

A. 1044. Hungariam tertiò adiit *Cæsar*, & *Ovonem* jurejurando violato iterum Hungariam sibi usurpantem expulit, *Petrumque* exulem restituit, Imperator transiens fluvium *Rabam* commisso ibidem prælio paucissimisque C
suorum amissis magnum hostium numerũ prostravit, ipseq; Cæsar fortissimè pugnando insignem adeptus est victoriam, *Ovone* vix fuga elapso, post hanc victoriam Hungari, *Petro* restituto, catervatim ad Imperatorem concurrunt, & juramentis de novo præstitis, fidelitatem obedientiamque promittunt. *Ovo* deinde anno sequente comprehensus à *Petro* dignas scelerum pœnas exsolvit; In Lotharingia *Gotzelone* Duce hoc anno defuncto, dum ejus filius D
Gothofredus inferiori Lotharingiæ ducatu amovetur, alteroque Ducatu superiori videlicet repudiato, contra Imperatorem rebellat. v. Sigebert. Chron., natalem Domini Imperator celebravit Goslariæ.

A. 1045. Pascha itidem *Goslariæ* celebravit Imperator, præsente & *Ottone* Rheni Palatino nostro, qui ibidem *in Ducem Sueviæ* eligitur ab Imperatore, teste Hermanno Contracto & MSto Browillerensi de vita Ezonis Palatini E
supra allegato, *Goslariâ* inde quartò in *Hungariam* profectus est cum *Ottone* Palatino jam Sueviæ Duce, invitatus Imperator à *Petro* Hungariæ Rege, in festo Pentecostes magnâ pompâ magnisque muneribus excipitur, *regnumque Hungariæ* Principibus fidelitatem Imperatori ejusque successoribus juramento firmantibus traditur, quod tamen Imperator è vestigio rursus *Petro* feudi titulo reddidit, partem autem ejus *Austriam* dictam *Albertus* Bavarus acce- F
pit, sicque *primus Austriæ Marchio* factus (consanguineus is erat *Ottonis* Palatini nostri, *Hermannus* enim Palatinus Ottonis nostri avus, frater erat *Eberhardi*, cujus ex filio *Lupoldo* abnepos erat *Albertus* maritus Adelheidis, quæ soror erat supradicti Petri Regis Hungar.) in itinere Hungariam versus *Imperator* splendido convivio exceptus in vico *Bosenberg* à *Richilta* sorore *Welfi II.* vidua *Alberti* Comitis ab Ebersperg, quæ cum ab Imperatore humiliter pete- G
ret, ut *Bosenberg* cum aliis defuncti mariti prædiis *Welfoni III.* nepoti ex fratre Welfonis II. (qui in uxorem habuerat *Irmengardem* D. Cunigundis sororem) concederetur, dumque Cæsar coram *Brunone* Episcopo Herbipolensi aliisq; dextram extendens postulatis *Richiltæ* annueret, repentè contignatio domus collabitur, Imperator in alveum solii Balnearii absque læsione cecidit, *Richilta* verò hoc casu margine tabellisque lignei labri graviter illisa paucis post H
diebus obiit 12. Junii. *Bruno* Episc. hoc etiam casu altera septimana obiit. 26. Maji. vid. Herman. Contract. *Gothofredus* Lotharingiæ Dux hortatu quorundam fidelium Imperatori se dedidit, mittitur inde in custodiam, verùm

mox

A mox filium suum obsidem dans relaxatur. vid. Sigeberti Chron. Imperator reversus ab Hungaria ad conventum Principum *Triburiam* profecturus morbo correptus impeditur, gravissimè enim decubuit Francofurti præsente *Ottone* nostro, adeo ut desperatâ ejus salute jam Principes Imperii de novo successore solliciti, Henrico Comiti Palatino Rheni Domino de Lacu, Ducis Ottonis nostri Patrueli ejusdemque in Palatii officio jam successori Impe-
B rium destinârint. vid. *Aventini* Ann. Bav. l. 5. p. m. 419., *Herman.* Contract. ad A. 1045. Sed consilium hoc successu caruit, Imperator enim superato morbo, viribusque recuperatis *Goslariam* in hyberna secessit, ibique natalem Domini celebravit, cujus uxor *Agnes* hoc quoque tempore *Goslariæ* filium pepererat.

A. 1046. Pascha *Trajecti*, Pentecosten *Aquisgrani* celebravit Imperator,
C navalem inde expeditionem suscipiens in *Phladirtingam* fretum trajecit, & pagum quendam, quem Theodoricus Marchio sibi usurpaverat, occupavit, unde postea idem rebellionis causam arripuit. Hoc quoque anno Cæsar *Gothofredo* Lotharingiæ Duci custodia relaxato, sibique ad pedes provoluto Ducatum Lotharingiæ superioris reddidit *Aquisgrani*, ibidem etiam *Fridericum Friderici* Comitis II. Lucemburgici filium, *Sigefridi* nepotem, in Ducem
D Lotharingiæ inferioris, in locum videlicet *Gozelonis ignavi* D. elegit. v. Herman. Contract., mense Augusto Spiram venit Imperator. Dum hæc in Germania fiunt, Hungari perfidi, spretâ sacramenti religione, rejectoque *Petro*, *Andream* sibi Regem constituunt, *Petrum* dolo Andreæ circumventû multis suorum inprimis peregrinorum, qui pro eo pugnaverant, occisis & gravibus contumeliis conjugi ejus illatis, oculis tandem privant. v. Herman. Con-
E tract., Lambert. Schafnab. Imperator cognito hoc, vehementer indoluit, nihilominus tamen cum copiis iter, quod cœperat, mense Octob. cum uxore persequitur, & *Papia* Synodum agens *Placentiam* inde venit; *Gratianum* à Romanis inscio Cæsare in Papam electum honorificè excepit, verùm non diu circa natalem Domini, Synodo apud *Sutriam* actâ haud procul à Roma, eundem dignitate privavit Papali, & rejectis aliis tribus à Romanis
F electis, *Suidigerum* Episcopum Bambergensem *Henrici III.* Cancellarium, Nobilem Saxonicum de Morsleve & Homberg (Romæ postea 1047. 10. Oct. Veneno vel à Damaso 2. ejus successore vel Gerh. Barzuto propinato sublatum) in Pontificale solium evexit; Circa vigilias natalis Domini Romam ingressus Cæsar cum Agnete uxore in Imperatorem Rom. coronatur à novo Pontifice *Clemente II.* dicto 25. Decemb. una cum conjuge, Coronatione per-
G actâ quosdem *Imperator Episcopos Ecclesiis præfecit.* v. Herman. Contract. ad A. 1047. Uxor *Agnes* Ravennam reversa est, ubi dum Imperator in Apulia in oppugnandis quibusdam castellis sibi rebellantibus occupatus esset, filiam *Gisalam* peperit.

A. 1047. Imperatore Pascha *Mantuæ* celebrante gravissimâ corripitur ægritudine, quâ restitutus Germaniam repetiit, & *Augustam* Vindelicorum
H veniens ante festum ascensionis Domini *Henricum* Capellanum suum in ejus loci Episcopum, defuncto videlicet Gebhardo elegit, inde progressus *Spiræ* Pentecosten solenniter celebravit ur & magnum Principum conventum, ubi *Welfo* in Ducem Carinthiæ, *Eberhardus* Hezelini Sueviæ Comitis filius,

Præ-

Præpoſitus Wormatienſis, defuncto *Poppone*, in Archi-Epiſcopum Trevirenſem, & *Adalbero Theodorici* Epiſcopi Metenſis Anno 1047. defuncti nepos ex fratre Friderico Comite II. Lucemburgico in Epiſcopum Metenſem ab Imperatore eliguntur, & cum ibidem conſilio Principum quintam expeditionem in Hungariam *Petrum* vindicaturus pararet, nunciatur Imperatori, *Gothofredum* Lotharingiæ Ducem cum *Balduino* Flandriæ Comite ejus confœderato, ut & *Theodoricum* Comitem *de Phladirtinga* jam rebelliones excitâſſe, Epiſcopatus ſibi contiguos undique vaſtâſſe, hinc Imperator dilatâ expeditione Hungaricâ (eo quod *Andreas* Rex jam iterata vice legatos ſupplices miſiſſet, excuſans ſe ab Hungaris coactum regni Diadema ſuſcepiſſe, *Petro* nihil mali ſe intuliſſe, authores etiam ſceleris, quique in eum conjuraverant, à ſe partim trucidatos, partim Cæſari eſſe tradendos, ſuamque porrò ſubjectionem, Imperatori annuum cenſum & devotionem mandans) non obſtantibus callidis Gothofredi legationibus, quibus ſuam diſſimulaverat rebellionem, contra rebelles movit exercitum, cum itaque *Coloniam* pergens feſtum nativitatis S. Mariæ apud *Xantum* (Santen oppidum Cliviæ) celebraret, jamjam aggreſſurus rebelles, nuncio comperit *Ottonem* Sueviæ Ducem Palatinum Rheni ſibi in omnibus hactenus expeditionibus fideliſſimum 7. Idus Septembris in Caſtro *Tonaburg* morte ſublatum eſſe, de quo MStum Brovvillerenſe hoc modo: *Imperator majoris volens dignitatis gloria virum extollere, acceptâ ab eo inſula S. Svviberti atque Duysburg, magnificentiæ gratia Suevorum ei committit Ducatum, Henrico ejus Patrui* (Hezilonis) *filio ad Palatij officium ſubſtituto, qui traditum omnium ferè mortalium favorabili erga eum habitâ dilectione glorioſè gubernans tertio proh dolor! ejuſdem Ducatus anno 7. idus Septembris immaturâ morte in caſtro Conabs* (ſeu Tonaburg, hodie Tonberg vid. Papenbroch. in Act. Sanct. ad 21. Maji.) *diem clauſit extremum. Eadem tempeſtate Imperator expeditionem ſupra Flandrenſes acturus, S. Mariæ feſtum celebravit apud Xantum, ubi ejus frater Hermannus Archipræſul exhortationem inſtanti periculo congruam ad plebem faciens univerſoſque admonens, quatenus à ſuperna clementiâ pro continuanda regni pace Imperatori filium dari ſecum implorarent, cognita per nuncium morte fratris flebili voce finem allocutionis fecit, & omnes ad lamenta perturbatos incitavit; expletis autem miſſarum ſolennijs juxta frequentem omnium & ipſius Imperatoris petitionem, qui nec ad momentum ejus ſolatio carere poterant, retentus eſt & Epiſcopus Tullenſis Bruno* (poſtea Papa electus Fruxini 1049. & Leo IX. dictus filius Hugonis Comitis de Dagisburg cog. Hagenauenſis & Heilewigis Comitiſſæ de Calve natus in Caſtro Dagisburg 1002. 21. Jan., denatus 1055. 16. Kal. Maji. veneno) *ad tumulandum fratrem ejus Brunvvilre miſſus, qui devotè, quæ vel juſſus vel poſtulatus fuerat expleturus adveniens omnia, quæ triſtibus exequijs uſus Eccleſiaſticus ſancivit, pro requie ipſius reverenter & competenter explevit: ſicque eum venerabiliter juxta ſuorum oſſa parentum ſepelivit* (addit interpolator, exuvias ejus deinde ad Eccleſiam translatas & juxta latus altaris S. Joh. Bapt. in elevato ſepulchro collocatas fuiſſe) *quâ die ſoror ejus Richſa* (Richeza) *Regina Poloniæ ita etiam deplanxit eum ut ipſa penè moreretur. Omnem ornatum ſuum, lunulas & torques, & monilia,*

A *& inaures, & gemmas & vittas, omnia aut auro texilia aut penitus aurea in divinos convertenda cultus principali altari imponit, acceptoque à ſancto Pontifice* (Brunone) *ſacro velamine, caput obnubit ſibique ſepulturam juxta fratrem fore diſponit: ſuorumque fidem ſuper hoc, quod idipſum ſuperſtites ipſi fideliter compleant, expoſcit.* huc uſque MStum Browiller.

Obiit itaque *Otto* Comes Palatinus Rheni Dux Sueviæ A. 1048. 7. Idus
B Septembris in caſtro Tonaburg, in avita Parentum ſede (v. præter ſupradict. MStum Brovvil., *Herm. Contract.* ad 1047., *Marian. Scotum* in Chr. ad A. 1047. *Cruſ.* in Annal. Suev. l. 6. p. 2. c. 10.) & quidem ἄπαις, quo autem morbo (an febre vel diſenteriâ) perierit? ex antiquitate Hiſtorica non conſtat, cum officium Palatii Rhenique Palátinatum ab obitu Parentis 12 - - 3. menſ. Sueviæ verò Ducatum non niſi 2. annos & 4. menſ. adminiſtrâſſet, ſepul-
C tus juxta parentem *Erenfridum* Com. Palat. Rhen. in monaſterio *Brovvillerenſi* cum hoc Epitaphio:

VIRGINEUM SIDUS DUM SEPTEM TERMINAT IDUS
ADMONET HUC VENIENS, UT LEGAT ISTA GEMENS.
HEU! RUIT OTTONUM FLOS REGUM MAGNIFICORUM.
IMPERIALE QUIBUS CESSIT IN ORBE DECUS:
D FLOS HIC EORUNDEM TULIT OTTO NOMINE NOMEN,
CUI MATHILD MATER, CUI FUIT EZZO PATER.
DUX QUI SUEVORUM MORIENS SIT PLANCTUS EORUM,
SED DE MORTE DEUS, HUNC REPARA MELIUS.

Henningeſius in theat. Geneal. ipſi uxorem adſcribit Petriſſam Comitiſſam de Amerthal, quâ fide neſcio, quia verò MStum Browillerenſe de uxore ejus
E planè nihil refert, hinc eum cælibem potius vitam duxiſſe credibili' eſſe puto.

CAPUT XI.

De Henrico Comite Palatino Rheni Domino de Lacu.

F HEnricus Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Dominus de Lacu, *Erenfridi* Rheni Palatini ex fratre *Hetzilone* ſ. Henrico *nepos*, teſte MSto Browillerenſi de vita Erenfridi, MSto Lacenſi, teſte & Henrico III. Imp. in Diplom. dat. Monaſterio Browillerenſi A. 1051. 10. Kal. Auguſt. vid. infra in Codice Diplom. Palatin., Irenico in Exeg. Germ. l. 3. c. 54. p. 76., Frehero in Orig. Palat. p. 2. p. 9., Gelenio l. de Vindic. B. Richezæ, Reg. c. 2.,
G authore Topographiæ Trevirenſis voce Lacu, Papenbrochio in not. ad ſupradict. MStum Browill. in Act. Sanct. ad 21. Maji. Hinc iterum graviſſimè errat *Trithemius*, quando in ſupra allegato Chronico Hirſaug. ad An. 1060. p. 206. *Henricum* cognomine Furioſum & Monachum, Ezonis ſ. Erenfridi Comitis Palatini Rheni ex filio Ludolfo nepotem, *Patrem* conſtituit *Henrici* Pal. noſtri Domini de Lacu, de quo jam ſupra in Hermanno dictum. Deinde
H falluntur & alii cum Cl. Spenero in oper. Herald. p. 669. quando eundem *Henricum* Palatinum noſtrum vel filium *Hezilonis* Ducis Bavariæ, fratris D. Cunigundæ, vel ejus ex fratre *Friderico* Comite II. Lucemburg. nepotem faciunt: confunditur itaque *Henricus Palatinus* noſter paſſim à Scriptori-

bus

bus 1. cum *Henrico* cogn. Furioso & Monacho Comite Palat. Erenfridi Palatini ex Ludolfo filio nepote, vid. supr. Geneal. 2. cum *Henrico Juniore* Duce Bavariæ, fil. Friderici Com. II. Lucemb. A

Electus est ab Imperatore in *Comitem Palatij* Goslariæ A.1045. in Paschate, eodem tempore, quo ejus Patruelem *Ottonem* Comitem Palatinum Rheni Ducatu Suevico auxerat, teste MSto Browillerensi his verbis: *Imperator majoris volens dignitatis gloria virum* (Ottonem) *extollere, acceptâ ab eo Insulâ S. Swiberti atque Duysburg magnificentiæ gratia Suevorum ei committit Ducatum, Henrico ejus Patrui* (Hezilonis) *filio ad officium Palatij substituto.* Advocatus etiam fuit 1. *Abbatiæ Browillerensis.* 2. *Ecclesiæ & territorij Clottensis* ad Mosellam, de quo Gelenius in Vindiciis B. Richezæ pag. 25. ita: *Henricus Palat. accepto à Richeza Regina Poloniæ* (Henrici sorore Patrueli, quam Gelenius in auctuar. vitæ S. Engelb. Archi-Episc. Colon. p.303. malè ejusdem Henrici neptem vocat:) *castro Cochem cum oppido adjacente, primus Advocatus territorij Clottensis factus est* An.1056. Henrici III. confirmationis Diploma exhibet Gelenius in Vindic. B. Richezæ. vid. & infra in Cod. nostro Diplomatico Palat. 3. *Urbis & Ecclesiæ Trevirensis*, ut & *Comitatus Trevirensis*, de quo Freherus ad Ausonii Mosell. p.125. ita: *Comitatus hic in urbe Trevir.* (die Graffschafft) *olim Comitis Palatij planè proprius fuit, unde & alibi* Graffschafft *opposita mundat* (f. Advocatiæ) *in illo Comitatu & quidem in suburbio Trevirorum erat Palatium* (hodiè Pfältzel Palatiolum, diversum ab illo Palatiolo in pago Parisiensi, de quo Mabillon lib. de re Diplomat.) *ad sinistram Mosellæ ripam medio ab urbe milliari distans, in illo sub Francorum Regibus Comites Palatini sedem habebant, qui perpetuam urbis præfecturam olim gerebant, à qua præfectura regio illa urbis circa Palatium f. Palatiolum* die Graffschafft *hodieque vocatur*, vid. & Freher. in Originibus Palat. p. 85., & in not. ad Andrææ Presb. Ratisbonensis Chr. Bav. p.m.92., Pithæum de Pal. Com. p.488., Kyriand. Annal. Trevir., adde Freinsheimii tract. de Vicariatu Palat. p. 92. & Besoldum in Thesauro Pract. B C D E

Distinguenda autem probè hæc Principalis Urbis & totius *Ecclesiæ Trevirensis Advocatia*, ab illa Monasterii *S. Maximini* in suburbio Trevirens. siti, quam particularem seu minus principalem appellare liceat. ILLAM perpetuò administrabant Comites Palatini Rheni, ut *Hermannus, Erenfridus* ejus filius, *Otto, Henricus* noster, Hermanni jam memorati nepos; item hujus privignus & in officio Palatii Rhenique Palatinatu successor *Sigefridus* Brabantinus, omnesque insequentes Palatini Comites Rheni usque ad *Henricum* Comitem Palat. Rheni, *Ducem Saxoniæ Brunswicensem*, qui eam A.1197. die Paschatis Treveris in Palatio *Johanni* Archi-Episcopo resignavit, de quo fusius infra. HANC verò semper gerebant Comites ex familia Lücemburgica descendentes, ut *Sigefridus* Comes I. Lucemburg. (de quo c.1. dictum) *Henricus* ejus filius Dux Bavariæ, & Sigefridi nepotes & pronepotes &c. vid. Nicol. *Zillesium* in defens. Abbatiæ S. Maxim. Trev. p. 22.. *Kyriand.*, *Browerum* & *Massen.* in Annal. Trevir., adde *Chifletium* in Alsatia Vindicata p. 12., hinc supradictus *Sigefridus* Palatinus Rheni Henrici nostri in Palatinatu Rhenano successor in *Brunonis* Archi-Episcopi Trevirens. literis fundationis domus hospitalis S. Nicolai apud Confluentes A.1110. PRINCIPALIS AD- F G H

A VOCATUS ECCLESIÆ TREVIRENSIS vocatur. vid. Maſſen. lib. cit. t. 2. p. 7., & *Conradus* Comes Palatinus Rheni, Dux Sueviæ frater *Friderici I.* Imp. in Diplomate ejusdem Imperatoris dat. Treveris 1157. 8. id. Jan., CAPITALIS ſ. PRINCIPALIS ADVOCATUS Eccleſiæ Trevirenſis nuncupatur. vid. *Zilleſ.* lib. cit. & *Maſſen.* libro cit. ad A. 1157., ad differentiam ſcil. illorum *Advocatorum S. Maximini* Trevirenſ. minus principalium. Cum verò
B Advocatiam hanc Urbis & Eccleſiæ Trevirenſ. *Henricus*, ut dictum, Johanni Archi-Epiſcopo reſignaſſet, hinc poſtea idem Advocatiæ jus in *Henricum* Ducem Lucemburgicum (poſtea Imperatorem) & fratrem *Balduini* Archi-Epiſcopi Trevirenſ. A. 1302. devolutum eſt, & ſic primus ex domo Lucemburgica *Advocatus principalis* Urbis & Eccleſiæ Trevirenſis, & ſimul etiam *Advocatus Abbatiæ S. Maximini* Trevir. exſtitit, uti clarum eſt ex literis
C dat. 1302. die Lunæ poſt mediam quadrageſimæ apud *Brovverum* & *Maſſen.* lib. cit. ad An. 1301., adde *And. du Cheſne* Hiſt. Lücemburg. Geneal. in probat. & *Chifletium* lib. cit. p. 12. *Henricus* autem VII. Imperator originem traxit ex antiquiſſimis Comitibus Lücemburgicis, proavus enim ejus erat *Walramus II.* Dux Limburg., hic ductâ A. 1214. *Ermenſinde* unicâ *Henrici Cæci* Comitis Lucemb. filiâ, Comitatum Lucemburgicum & cum eo ſimul Ad-
D vocatiam S. Maximini Trevir. obtinuit & ad poſteros *Henricum* videlicet VII. Imper. Ducem Lucemburgicum tranſtulit, ut ex ſequente ſchemate Genealogico patet.

Walramus II. Dux Limburg. f. Henrici IV. D. Limb. ob. 1238. ſepultus in Monaſt. ad Rodam Ducis. Ux. 2. Ermenſindis f. Henrici Cæci Com. Luxemb. d. 1214. . . . . Maji. ob. 1246. . . . . . ſepulta juxta maritum.

E

Henricus 5. D. Limburg ob: . . . . . Ux. Cunigund. f. Adolf. Com. Mont.	Henr. cogn. Blondus Com. Lucemb. ob: 1270. Ux. Margar. f. Henr. II. Com. Barrenſ. ob: . . . .

Walramus 3. D. Limb. Ob. . . . . Ux. N. . . . . . . Pater Ermengardis. ux. Rheinholdi. C. Naſſov. Geldriæ.	Adolfus C. Montenſ. Ob. . . . . Ux. . . . . Sator Comitum Montenſium.	Henric. II. Com. Lucemb. in prælio apud Waron. A. 1288. 5. Jun. cæſus. 1. Ux. Beatrix f. Balduini Domini de Avennes ex Felicitate f. . . . . . Domini de Codiciaco. Ob. . . . .

F

Henricus III. Comes Lucemb., Advocatus Eccleſiæ Trevirenſis Principalis, ut & Abbatiæ S. Maxim. Trevir. natus 1262. 17. Jul. Valentianæ. Electus Imperator 1308. 1. Novemb. obiit Veneno in Italia 1313. 15. Auguſt. ſepultus Piſis.

G Deficientibus autem poſtea Ducibus Lucemburgicis, idem Advocatiæ jus Eccleſiæ Trevirenſ. devolutum in Hiſpaniæ Regem, ratione Ducatus Lucemburgici; Hinc Rex Galliæ in nupero bello, occupato *Ducatu Lucemburgico*, ſimul etiam *urbem Trevirenſem* in ſuam tutelam defenſionemq; recepit.

Meminit porrò ejusdem Henrici Palatini noſtri *Leodius* in Annal. ſ. vita Frid. II. Elect. Palat. l. 1. p. 13. h. m: *Notatu*, inquit, *dignum, quod, licet Henricus*
H *hic ſe duntaxat Comitem Palatinum & Dominum de Lacu ſcribat, nihilominus tamen Inſignia Bavariæ in dextro ſuæ chlamydis latere & in ſiniſtro flavum Leonem ſine corona in nigra planitie cum duplici cauda depicta cernuntur, ut credibile ſit, eum ex Bavarorum & Palatinorum progenie deſcendiſſe, ex ſtem-*

mate

mate scil. Comitis Werneri de Scheiern. etc. Hermanni rectius scripsisset Leodius, fratris videlicet *Arnulfi Schirensis* Comitis Palatini Bavariæ, hujus enim *Hermanni* Bavari Rhenique Palatini nepos erat Henricus noster Comes Palatinus Rheni Dominus de Lacu. Deinde in ejusdem Henrici armis *Bavariæ Insignia* unà cum *flavo Leone* sine corona & *cum duplici cauda* depicta cerni scribit, verùm quid de pictoribus atque poetis in rebus Historicis sit sentiendum, doctiores judicent, quodque ab illis non sit petendum judicium. Ego sanè, cum An. 1699. 4. Kal. Octob. Monasterium ad Lacum diœceseos Trevirensis perlustrarem, & *Henrici* Rheni Palatini *Domini ad Lacum* literas fundationis Monasterii Originales perlegerem, in sigillo eisdem appenso 4. digitorum largo, *neque Leonem Palatinum, neque Insignia Bavariæ*, sed Henricum galeâ & loricâ ornatum equo insidentem, scutum juxta pectus ejus Leone vacuum, conspexi, cumque ex Dom. Clemente Aach ejusdem Monasterii Priore, aliisque Monachis adstantibus, sigillumque illud mecum accuratius inspicientibus quærerem, num in eo Leonem observare possent, omnes id uno quasi ore negârunt, in margine verò sigilli hæc verba leguntur: HENRIC'. COMES. PALATIN'. RENI. ET. DNS. DE. LACU. Nullus pariter *Leo* apparet in sigillo perantiquo *Sigefridi* Palatini ejusdem *Henrici* privigni & successoris, quod cum literis ejus Originalibus in dicto Monasterio eodem tempore accuratius contemplatus sum, sed de hoc infra plenior dicendi locus erit.

A

B

C

D

Henricus porro Palatinus noster sedem suam habuit *in castro ad Lacum* in colle è rupe solidâ in Orientali Lacus crepidine in ipsum Lacum & aquas prominente sito, quod postea *Sigefridus* Palatinus Henrici privignus, hæres & Successor *in favorem* vicinorum Deo servientium *Monachorum* destrui jussit, de quo vid. Trithem. in Chron. Hirs. t. 1. p. 206. & 271., Massen. in Annal. Trevir. l. 8. t. 2. cujus rudera 4. Kal. Oct. Duce reverendo Domino Clemente Aach Monasterii Lacensis Priore inspexi. E

Tanta præterea apud Principes Imperii authoritate pollebat Palatinus noster, ut, cum *Henricus III.* Imperator tam periculoso & acuto morbo decumberet, ut extrema instare nemo non judicaret, eidem *diadema Imperii* cum summa rerum communi propensione decernerent Francofurti, teste Aventino in Annal. Bav. l. 5. p. 419. ubi hoc modo: *Henricus III. Imp. reversus A. 1045. ab Hungaria Engelbertum Episcopum Bathav. constituit, inde Francofurtum se confert, ubi gravissima ægritudine decubuit, adeo, ut desperata ejus salute Hainricus Dux Bavariæ* (Comes Lucemburgicus, D. Cunigundis Imperatricis ex fratre Friderico Comite 2. Lucemburg. nepos) *& Otto Dux Sueviæ* (Comes Palatinus Rheni Erenfridi Palatini filius) *& Episcoporum plerique Hainrico* (Comiti videlicet Palatino Rheni Domino de Lacu) *filio Hezelini* (fratris Erenfridi Comitis Palatini Rheni) „ Ottonis Ducis Sueviæ „ Patrueli Imperium destinarint, sed consilium istud frustra fuit, Cæsar enim „ sanitatem viresque recuperat Goslariam in hyberna consedit. Hucusque Aventinus quem *Aventini* locum hactenus paucissimi observarunt, qui procul dubio id antiquis ex documentis hauserat. F G H

A. 1051. 7. id. Septemb. *Henricus* Palatinus noster Testamentum *Richezæ* Palatinæ Reginæ Poloniæ subscripsit, quod vide apud Æg. Gelenium in

A Vindiciis B. Richezæ Reginæ P. p. 25. & infra in Codice nostro Diplomatico Palatino.

A. 1071. *Henricus* Episcopus Leodiensis id magna cum sollicitudine instantibus rogationibus egit apud vicinos Principes, ut leges conderent sua severitate promiscuæ cædium licentiæ finem facturas, quandoquidem illa tempestate, latrociniis, homicidiis, aliisque sceleribus, patientiam omnem supe-
B rantibus, impunè sævitum erat. Fœdus itaque compingitur A. 1071. 6. Kal. Aprilis, Principesque mutuo sacramento pactoque devincti, seriò purgationem nefandorum criminum adgrediuntur, quos inter HENRICUS de LACHE (Lacu) *Comes Palatinus*, *Comes Namurcensis*, (Gothofredus) Comes *Conradus*, (Lucemburgicus) *Henricus* C. de Limburg, *Arnulphus* Comes de
C Los, N. *Comes de Loviniaco*, *Cuno Comes de Horst*. etc. vid. Gilles. Hist. Episc. Leod., Chappeavill. de gestis Episc. Leod. pag. 38., And. du Chesne Historiam Lucemburg. Genealogicam in probat. pag. 30. Ejusdem *Henrici* nostri de LACHE meminit *Chronicon Magdeburg*: apud Meibomium t. 2. op. Hist. p. 315. & *Bruno* in Hist. Belli Saxon. apud Freherum t. 1. Script. German. p. 149., & quod interfuerit prælio inter *Henricum IV.* Imp. (cujus partes strenuè tu-
D tatus est) & *Saxones* A. 1080. idibus Octobris ad fluv. Elstrud commisso.

A. 1089. Imperator *Henricus IV.* nuptias celebravit Coloniæ cum *Praxide*, Ottonis Marchionis vidua, & filiâ Russorum Regis, præsente & Henrico Rheni Palatino nostro, inde Cæsar cum Palatino nostro aliisque Imperii Principibus *Aquisgranum* profectus est, ibique *Conradum* filium in Regem Romanorum coronari fecit.

E A. 1090. *Henricus* Imp. tertiam in Italiam expeditionem suscepit cum filio suo *Conrado* R. & ibidem septennium ferè commoratus, totis viribus persequitur *Urbanum Pontificem Romanum*, *Henrico* interim *Palatino nostro Imperii Vicarium* in Germania agente, cujus rei luculentum testimonium exstat in Diplomate, quod asservatur in Archivo Abbatiæ Epternacensis & hoc modo incipit: *Notum sit tam præsentibus quàm futuris, quod Henricus*
F *Comes, Conradi* (Comitis IV. Lucemburg. A. 1086. defuncti) *piæ memoriæ filius, Bertrami defensoris nostræ Ecclesiæ circumventus & deceptus muneribus & fraudibus jus Advocati in aratura*. etc. *Præsidente Domino Henrico Comite Palatino* (Domino de Lacu) *cui à Domino nostro gloriosissimo Imperatore Augusto Henrico* (4.) *in Italiam exercitum* (A. 1090.) *ductante, commissæ sunt habenæ*. etc. *testibus Henrico Comite Palatino, Hermanno, filio Hermanni*, (Regis
G Roman. A. 1088. defuncti) *& fratre ejus Theodorico aliisque*. Hoc quoque anno 12. Kal. Aprilis *Laurishamense Monasterium* incendio conflagratur. v. Helvvigii antiquit. Laurish.

A. 1093. *Henricus* Palatinus noster liberis carens *Monasterium ad Lacum*, consentiente Uxore sua *Adelheide*, exstruxit in honorem B. Virg. Mariæ & S. Nicolai Episc, deditque eidem *Rheidam*, *Bellam*, *Cruft*, *Bedendorf*, *Alke* &
H *Lacum*, ut & *Heimbach*, *Feide*, *Willenburg* cum utriusque Mancipiis ædificiis, reditibus, pratis, pascuis, vinetis, sylvis, molis, molendinis, piscationibus, uti in literis exstat fundationis, quas vid. apud Freherum in Orig. Palat. p. 2. c. 9. & in Codice nostro Diplomatico Palat.: Idem postea multis divitiis adauxit *Sigefridus* Comes Palatinus Rheni, Henrici nostri privignus, hæres & Successor,

for, ut patet inter alia etiam ex privilegio *Henrici IV.* in quo hæc verba continentur: *Post mortem verò prædicti Henrici Comitis Palatini Sigefridus, qui ei in Comitatu Palatii successit, de Patrimonio suo Mylen in Brabantia, Overhofen & Geneheiden Monasterio ad Lacum* dedit: v. Trithem. lib. cit., Leodium in Annal. f. Vita Frid. II. Elect. l.1.p.12. *Lacu* autem (hodie Lach, Loch) in Eiflia peculiare quondam Dominium erat, in antiquo *Ripuariorum* Ducatu situm, qui præter dictum *dominium de Lacu* etiam antiquitus complectebatur Comitatum *Pallentiam, pagum Meyenfeld, Manderscheid, Reiffenscheidt, Virneburg, Neuenar* (quorum Domini possessores vasalli sunt Electoris Palatini) v. Freher. Orig. Pal. p. 2. c. 9., ubi etiam Monasterio vicinum & *mirabilem Lacum* fusius describit, adde Massen. in Annal. Trevir. p. 75. A B

A. 1095. *Henricus* Rheni Palatinus noster, quum relictis amplissimis opibus, *Sigefridum* privignū suum testamento hæredem & in Palatinatu Successorem scripsisset, in castro & sede sua ad Lacum (cujus rudera in colle in aquas prominente hoc A. 1699. 4. Kal. Octob. Duce Clemente Aach ejusdem Monasterii Priore inspexi) vitam cum morte commutavit pridie id. Aprilis ἀναχ. v. Dodechen, *Chron Hildesheim.* ad A. 1095., *Massen.* in Annal. Trevir. t. 1. l. 12. pag. 570., *Freherus* verò lib. cit., *Leodius* l. 1. p. 11. *Bucelinus* in topo-Stematograph. & l. de Monasteriis Germ. p. 2. aliique id in A. 1093. perperā rejiciunt. Sepultus in eodem Monasterio à se condito & quidem 1. in ambitu ante locum capitularem, (ubi hodieque ingens lapis conspicitur,) quia Monasterium eo tempore nondum penitus exstructum erat, 2. in media Ecclesia post Monasterium absolutum. 3. Ossa ejus elevata, & ubi nunc sub Organo Ms. us quiescunt in Mausolæo elevato, quod curioso Lectori hic conspiciendum exhibemus, denuò sepulta sunt cum hoc Epitaphio. C D E

Anno milleno quinto novies quoque deno.,
Occidit, heus clarus templo hoc tumulatus amæno.
Hic Palatinus Henricus nomine Comes.
Hoc quia construxit templum Mariæque ditavit.
Quæsimus ergo Jhesu, da æterna gaudia vitæ. F
In cælis tecum Dux sit merces sua secum.
Condens Ecclesiam. Mariæque sacravit & ipsam;
Cum Rheida. Bella. Bedendorf. Cruft. Alke. Lacuque.
Adleidr astat ei. Celestia premia spondens.
Queis proles Marie notas condonet eidem.
Approbo majorum Sifridus facta meorum. G
Dona Brabantina hec tribuens tibi Virgo patrona.
Meclinam gentem tribuo Gertrude favente
Ut nobis miseris pia virgo semper adesses.
Da celi sedem Deus hanc fundantibus edem.
Advocat hic nemo. Datur omni victus egeno.
Et nudo vestis. fiunt solatia mestis. H
Abbas Thirricus fidei preclarus amator
Hec fecit fieri. Deus hunc dignare favere.

Aliud


A *Aliud.*

O bone Jesu qui gaudens pauperis esu.
Pasceris & tegeris in paupertate, tuque foveris.
Respicito pia vota, pater tu viscera larga.
Comitis Henrici miseris sua dona ferentis.
Qui patrium fundum mendicis fecit asilum.
B Qui munus vitæ resuta carne rependi.
Cumque Cinis surget duplici diademate regnet.
Hic tibi Christe Pater, frater fuit, hic tibi mater.
Sis Pater ergo Patri. Mater versâ vice Matri.
Collige collectus, rege rectus, pasce refectus.
Quas sacras ædes pietas construxit avorum.
C Has nunc heredes devastant more luporum.

D

E

F



Notatu porrò dignum est, quod de *Henrico* Rheni Palatino nostro Ireni-
G cus in Exeg. Germ. l. 3. c. 54. p. m. 76. ex Annalibus Lacensibus refert: *ejus Majores (Eberhardum* videlicet Palatinum, Franconiæ Ducem, & *Conradum* cogn. Sapientem, Ducem Francon., Eberhardi Palatini ex fratre Wernero nepotem, aliosque, ex familia Franconica Salicâ s. Palatinâ descendentes) *feuda sua à Wormatiensibus & Weissenburgensibus recepisse. Henrico* etiam *IV.* Imperatori non obstante Pontificis R. excommunicatione, in omnibus suis expeditioni-
H bus bellisque contra Romanum Pontificem Cæsarem tanquam summum Imperii caput injuriosius tractantem, & contra Saxones rebelles gestis, semper fidelis ad mortem usque permansit, hinc Bertholdus apud Brovverum & Massen. in Annal. Trevir. t. 1. pag. 570. hoc modo: *Henricus hic Comes Palatinus multum & ipse dives, sed Apostolicæ sedi non adeo obediens,*
viam

viam universæ terræ arripuit, divitiasque multas à multis sibi inutiliter, diri- A
piendas reliquit.

Uxorem habuit *Adelheidem* (Adelam) *Henrici II.* Comitis Lovaniens. & Brabantiæ viduam, filiam verò *Ottonis Orlamundani* Marchionis Thuringiæ, quam matrimonio sibi junxisse videtur circa annum 1080, atque hæc Adelheidis in monasterio Affligeniensi in Brabantia coronata cernitur juxta maritum suum, teste Leodio l. cit. p. 12., utpote quæ cum filio suo Henrico III. B
Comite Brabant. Lovan. dictum monasterium largissimè dotaverat. vid. Alberici Chron. ad A. 1086. 1083. & ex Chron. Sigeberti Miræum l. de monasteriis Ord. S. Bened. p. 303. Eadem post obitum secundi mariti *Henrici* Palatini nostri *Lintburgi ad Lanam s. Loganum* degens, *Clericis ibidem S. Georgi* canonicè famulantibus (de quibus v. Chron. Limburg. & Topograph. Trevir.) *Manegoldi* Capellani sui beneficium, quod habuit in villis *Muda* (quæ Lint- C
burgo 13000. pass. distat) & *Bisena* 6. Mansos ob animæ suæ salutem & conjugis perpetuam redemtionem elargita est, præsente & consentiente filio *Sigefrido* Comite Palatino Rheni. de quo vid. *Brovverii* Annal. Trev. l. 12. p. 710. & in Schol. ejus ad *vitam S. Bernvvardi*. Collegium autem hoc Canonicorum S. Georgii Martyr. fundatum circa A. 947. à *Conrado Eberhardi* procul dubio Palatini nostri filio A. 951. à rebellibus Lotharingis occiso, & qui- D
dem consilio *Conradi Sapientis* Ducis Franconiæ, atque à Palatinis Rheni postea dotatum, prout rectè docet *Gelenius* l. de Vindic. B. Richezæ Reg. c. 2. *Lintburgum* autem à *Linter s. Linterbach* amne montem rupemve adlambente sic dictum, scribit Massenius in Annal. Trev. p. 445. *& p.* 710. de supradicta *Bisena* conjecturam suam hoc modo aperit: *Bisena ad rivum Bisenam sita, qui arcem adit & peninsulæ ferè formam cingit, quam gens Isenburgica pro* E
domicilio stirpis insedit, haud inerudità conjecturâ utuntur, qui arcem eam ab avo Biseneburgum potius, quàm Isenburgum vulgo dici malint. huc usque Massen. In hoc autem *Isenburgo Regium* quondam *Palatium* fuisse, docet *Caroli* Magni Diploma, datum Monasterio S. Victor. Massilienſ. vid. in Gallia Christian: Ex supradictis manifestum esse puto, oppidum non solùm & burgum *Lintburg* ad Loganum *Adelheidi* à marito Palatino nostro procul dubio *in* F
dotalitium concessum, sed & vicinum vastissimum terrarum tractum, quem Franconiæ Ducibus, *Eberhardo* scil. Palatino nostro & Franc. Duci paruisse supra diximus, ad ejusdem Eberhardi in Officio Palatii Successores Comites Palatinos Rheni pleno successionis jure *ad Hermannum*, & inde ad ejus nepotem *Henricum* Palatinum Dominum de Lacu translatum, insequentibus verò temporibus variis Dynastis *Isenburgicis* videlicet, *VVedanis*, *Sainen-* G
sibus, *VVesterburgicis*, *Nassovicis*, *VVitgensteinensibus*, *Solmensibus* aliisque hodiernis terrarum illarum possessoribus ac Dominis à Rheni Palatinis in feudum concessum fuisse.

In eodem oppido *Lintburg Adelheidam* etiam Palatinum Rheni defunctam fuisse credibile est, quo autem anno & tempore? hactenus indagare H
non potui, sepulta, ut Monachi Monasterii ad Lacum testantur, non in Monasterio ad Lacum, sed in Epternacensi.

 CAPUT

A

CAPUT XII.
De Sigefrido Comite Palatino Rheni.

Sigefridus Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Comes Brabantiæ, *Henrici* Rheni Palatini Domini de Lacu absque liberis defuncti privignus,
B ejusdemque ex testamento *heres* & in Palatinatu Rheni *Successor* (teste Henrico IV. in Diplomate vid. supra c. 11. ad A. 1093.) filius verò *Henrici II.* Comitis Brab. Lovaniensis ex *Adelheide* filiâ *Ottonis Orlamundani* Marchionis Thuringiæ A. 1067. defuncti, & *Adelheidis*, quæ postea *Dedoni I.* Wethinensi, Marchioni Lusatiæ circa A. 1069. nupsit. Natus *Sigefridus* noster in *Brabantia* & quidem circa A. 1078. Urspergensis verò non solùm Patrimo-
C nialia bona, sed etiam Patriam Palatini nostri in *Saxonia* collocat.

Confunditur autem *Sigefridus* Brabantinus Rheni Palatinus noster ab *Henningesio* in Theat. Geneal. t. 2. p. 2. pag. 8., *Hofmanno* in Geneal. Comitum Pal. Rheni, *Gelenio* l. de Vindic. B. Richezæ c. 2. in not. aliisque

1. Cum *Sigefrido Henrici Crassi* Comitis Northeimii ex fratre *Cunone* nepote, cum propriè *Sigefridus* Rheni Palatinus noster non Henrici Crassi
D nepos, sed ductâ filiâ Gertrude gener potius ejus factus sit.

2. Cum *Sigefrido Palatino*, marito *S. Genofevæ* An. 755. defuncto, à *Leodio*. l. 1. pag. 12., & nuper à Cl. *H. Coceejo* l. de jur. Publ. prudent. c. 3. f. 6. §. 9. pag. 87., de quo Historiolam s. fabulam *Freherus* in Orig. Pal. app. pag. 16. & 36. recenset, & cujus supra c. 5. in *Childeberto II.* Rege Fr. mentio facta est.

E 3. Cum *Sifrido* (*Siccone* antiquis) *Theodorici III.* Comitis Holl. fratre, Luthardis filio, de quo *Miræus* in notit. Eccles. Belg. c. 107. & ex eo *Gelenius* lib. cit. in not. ad c. 2., cujus sæpè mentio fit in literis *Richezæ* Reginæ Polon. Palatinæ Rheni infra in Cod. Diplomat. nostro Palat.

Falluntur etiam *Spangenberg* im Adelspiegel l. 10. c. 117., *Lehman.* in
F Chron. Spir. l. 5. c. 45., *Gelenius* in Vindic. B. Richezæ. sub lit. K., *Henningesius* l. cit. aliique, dum *Sigefridum* Rheni Palatinum nostrum malè *Saxoniæ Palatinum* fecère. Fallitur denique *Leodius* in vit. Frid. II. El. p. 12. quando hoc modo scribit: *Ne itaque quisquam putet Palatinum hunc Comitatum ex lineâ Palatinâ devenisse, sed potius credendum, ipsam Adelheidem, & priorem ejus maritum Patrem hujus Sigefridi Palatinos quoque fuisse, qui multi tunc supererant exulantes, hinc & indepropter bellum novissimum per Eber-*
G *hardum & Giselbertum Palatinos cum Ottone I. Imp. gestum.* huc usque Leodius. Certissimum enim est, *Sigefridum* nostrum ejusque patrem *Henricum II.* Comitem Lovaniens. non ex Palatinâ Rhenanâ sed ex *Brabantina* potius *familia* Originem traxisse vid. suprà, Geneal.

H *Sigefridus* autem Palatinus noster, defuncto A. 1095. Vitrico ejus *Henrico*, non solùm *Palatinatum Rheni* eidemque annexa *Palatii*, *Dapiferatus* & *Vicariatus* Officia, sed & *Advocatiam Urbis & Ecclesiæ Trevirensis* (quæ, teste *Frehero*, nostro in O.P. p. 85., jam ab antiquissimis temporibus *Palatinis Rheni* competebat, ut supra c. 7. ostensum, à cujus etiam Ecclesiæ tutela

Pala-

Palatini haud pauca tulére emolumenta. v. Maſſenii An.Trevir.) imò ipſas A
etiam in *VVilhelmi* Comitis Juliacenſis literis recognitionis feudalis expreſ-
ſas & ſupra c. 3. num.14. memoratas illuſtres Eccleſiarum *Advocatias* admi-
niſtrandas conſecutus eſt. Supradictæ autem Eccleſiæ Trevirenſis *Principa-
li Advocatiâ* fungebatur *Sigefridus* noſter, ut patet ex *Brunonis* Archi-Epi-
ſcopi Trevir. literis fundationis domus Hoſpital. S. Nicolai apud Con-
fluentes. v. Maſſenii Annal. Trevir. t. 2. pag. 7. & 9. (ubi addit Maſſenius, *ex* B
*titulo Sigefridi hujus, quem ſpecioſiorem aſſumſit, plures Eccleſiæ Trevirenſis
fuiſſe Advocatos facilè perſuadeor*) ad differentiam illorum *S. Maximini* Tre-
vir. particularium ſeu minus principalium, qui *Comites* erant *Lucemburgici*,
ut jam ſupra in Henrico Pal. oſtenſum, cujus Monaſterii S. Maximini Advo-
catus Sigefridi Palatini ætate exſtitit *Wilhelmus* Comes 5. Lucemburgicus.

Poſt obitum autem *Henrici* Rheni Palatini, *Sigefrido*, qui tum temporis C
nondum ephebis exceſſerat. (v. *Trithemii* Chr: Hirs. t. 1. p. 291. *Annal. Lacenſ.*
Ms., *Bucelin.* de Monaſt. Germ. t. 2. p. 2.) *& ob juventutem* & *ob famoſiſſimam
illam* Anno ſeq. 1096. cum *Gothofredo* Buillionço Lotharingiæ Duce & Rege
poſtea 1. Hieroſolymitano in *Palæſtinam* ſuſceptam *expeditionem* (v. *Trithem.*
l. cit. p. 291, edit. noviſ.) *Adminiſtrator Palatinatus Rheni* datus fuit *Gothofre-
dus Palatinus Sueviæ Comes de Calve* (filius *Adelberti III.* cog. Azimbart ſ. D
Barbati Comitis Palatini Tubingenſis, Comitis de Calve & Leonſtein A. 1093.
5. Non Dec. defuncti & in Monaſterio Hirſaugienſi ſepulti, ex *VVilltrude*
ſorore *Leonis* 9. Pontificis Rom., filia *Hugonis Comitis de Dagsburg* cogn. Ha-
genauenſis) Hinc paſſim *Gothofredus* hic à Scriptoribus *Comes Palatinus
Rheni* vocatur. v. Chron. Laureſheim. p. 88., Otton. Friſing. de geſtis Frid. 1. c.
12., Leod. c. 1. p. 11., Aventin. A. B l. 5. p. m. 489. Cum propriè non niſi *Comes* E
Palatinus Tubingenſis fuerit, de quo vide etiam *Chron. VVeingarth.* apud Ca-
niſium in Lect. Antiq., *Trithem.* lib. cit. fusè t. 1. p. 189. 418., *Henninges*: in Theat.
Geneal. p. 2. p. 115., *Reuſn.* Geneal. p. 406. *Sigefridus* autem poſtea captâ Hiero-
ſolymâ ex Paleſtina reverſus circa A. 1101., & jam majorem aſſecutus ætatem,
ipſe Palatii Officium Rhenique Palatinatum adminiſtrandum ſuſcepit, ſicq;
Sigefridus paſſim à ſcriptoribus non ſolùm, ſed ab ipſis etiam Imperatorib. F
Henrico IV. ut ſupra c. 11. ad A. 1093. oſtenſum & in ejuſdem Imper. Diploma-
te dat. Spiræ. 1103. 4. Non. Matt. quod vid. infra in Cod. Diplom., PALATI-
NUS COMES vocatur, imò ſe ipſum in literis donationis Monaſterio ad
Lacum factæ ſigilloque eiſdem appenſo, *Palatinum Comitem* appellavit. Quo
facto Palatini ad Rhenum dignitas *Gothofredo* Comiti de Calve titulum ni-
hilque aliud præferenti abrogata, & Tubingenſis Palatini prior auctoritas G
ſervata eſt, quod ne ſine auctoribus meminiſſe videar, ad Diploma provoco
Henrici V. Imper. dat. Spiræ 1111. 19. Sept. apud *Lehmannum* in Chron. Spir.
l. 4. c. 22. *Sigefrido* autem Palatino noſtro A. 1113. defuncto, cum is ex Uxore
Gertrude non niſi trium annorum puerulum *VVilhelmum* relinqueret, hic au-
tem per ætatem Patri in Officio Palatii ſuccedere non poſſet, rediit igitur ad H
Gothofredum mox memoratum *Palatinatus Rhenani adminiſtratio*, fidem fa-
cientibus *Ottone Friſingenſi* Chr. c. 12. ad A. 1114., *Aventino.* l. 5. p. 489., *Nauclero*
generat. 35., *Chron. Laureſheimenſi* aliiſque, à quibus *ad ea tempora* Comes
Palatinus Rheni appellatur, ut & in Diplomatibus Imperatorum, ita enim

 hujus

A hujus *Gothofredi* mentio fit in antiquitatibus Laurishaim. Helvvigii: *Gebhardo Abbate Laurish. A.* 1109 (vel 1110. ut Ph. Simon de Episc. Spir.) *defuncto successit Benno Abbas* 33. *ex Weissenburgico Monacho, mediante Simoniâ, ut dicitur, Abbas factus, hic post aliquot annos pro morum levitate & insolentia fratrum & ministerialium, & inprimis Bertholdi Advocati conspirantibus odiis, diruto castro Winenheim,* (*Weinheim* in strata montana) *de Abbatia sua pul-*
B *sus corraso in Laurisheim & Abrinsberg* (hodie Heiligenberg) *atq; alibi prout poterat, thesauro ad Henricum V. Imp. in Italiam* (circa A. 1115. vel 1116.) *contendit: Tandem restitutus in Abbatia per GOTHOFREDUM COMITEM PALATINUM RHENI* (*cujus sententia per id temporis*, A. 1115. vel 1116., quo Imperator in Italia, & Wihelmus Sigefridi Palat. filius infans 5. tantùm anno-
C rum erat, *momentum Curiæ fuit*, imò idem *Gothofredus* in Chron. Casinensi Leonis Marsic. l. 5. c. 110. *Imperii Romani Judex* vocatur. v. Freher. in Orig. Pal. pag. 2. c. 16. pag. 138.) *certis conditionibus Ecclesiæ plurimum damnosis, promisit enim Palatino concessionem omnium beneficiorum, quæ suis diebus Ecclesiæ vacarent, quam conventionem mirabilis excepit exitus nam* 7. *Principalia beneficia* (*vulgo* Bollehen) *morte* 7. *nobilissimorum Ecclesiæ*
D *fidelium in unam personam Gothofredi Palatini in breve devoluta sunt & post ipsum ad generum ejus Welsonem* (Ithæ maritum, qui in Palatinatus Rheni administrationem non successit, neque unquam etiam apud veteres Scriptores Palatinus Rheni audiit) *transierunt, maximo Ecclesiæ detrimento. Tandem cum Benno Abb. cellam Michelnstat profugare disposuisset, odio venerabilis Libelini Præpositi* (*qui destructionem castri VVinenheim eo, quod*
E *Cacumen montis ipsius quondam vineis consitum ad eandem Ecclesiam aspiceret*) *ab Imperatore impetravit, sed antequam ad ipsum locum accederet, divina ultione, gravissimâ infirmitate in via correptus est, eo delatus post paucos dies diem clausit extremum* (circa 1119. vel 1120.) huc usque Laurisheim Antiq.

Gothofredus itaque hic, Comes de Calve & Palatinus Tubingens, non nisi
F *Administrator fuit Palatinatus Rhenani*, seu Palatinus Rheni & Palatii Comes *extraordinarius*, hinc etiam rectè *Palatini* à Blarero à Geiersberg l. de Electoratu Palat. p. 33. & 272. distinguntur 1. in Regios *s. Palatii Præfectos* & *Provinciales.* 2. in *ordinarios* & *extraordinarios*, qualis fuit *Gothofredus* hic, qui tandem, Uxore defunctâ, Monasterium Hirsaugiense ingressus, ibidem valde senex obiit A. 1148., sepultus ibidem juxta uxorem, quæ fuit *Luitgarda*, filia *Bertholdi* II. D. Aleman. Brisgoviæ, Neckergoviæ & *Agnetis* f. Rudolfi Rhein-
G felsii D. Suev. v. Bucelin. Stemmatograph., Trithemii Chron. Hirsaug. ad An. 1148., cujus *Luitgardæ* ex fratre Contado neptis erat *Clementia* Uxor 1. *Henrici Leonis* Ducis Saxoniæ & Bavar. *Gothofredus* autem jam memoratus non nisi unicam filiam *Itham* reliquit, quæ postea nupsit *VVelfoni* 6. Duci Bav. de quo supra dictum, adde Leod. l. cit. c. 1. p. 11., Bucelin. lib. cit., Henninges. lib. cit.

A. 1103. 4. Non. Martii *Sigefridus* Palatinus noster *Spiræ* fuit apud Henricū
H IV. Imper. (adversus quem ipse & Vitricus ejus *Henricus* Palatinus intemeratam semper & constantissimam fidem servâsse suo merito perhibentur. vid. *Trithem.* lib. cit. ad A. 1105.) ceu colligere est ex Diplomate ejusdem Imperatoris, quo bona cellæ S. Stephani juxta *Monasterium S. Michel.* in monte *Abrins-*

Abrinsberg (hodie Heiligenberg è regione Heidelbergæ) ab *Anselmo* Abbate Laurishaim: An.1094. exstructæ, ubi etiam fundator A.1103. 7.Kal.Jul. defunctus sepultus est, confirmavit. vid. infra in Cod. Diplom. Palat. A

A. 1106. in Natali Domini *Henricus V.* Imp. Moguntiæ magnum Principum Conventum habuit, præsente *Sigefrido* Palatino nostro, in quo 52. imò omnes Imperii Principes comparuére, excepto *Magno* Saxoniæ Duce. v. Alberti Stadens. Chron., qui Dux magna infirmitate correptus eodem quoque anno, quo Imperator *Henricus IV.*, obiit. B

A.1108 *Henricus V.* Imp. natalem Domini celebravit *Moguntiæ* & paulo post Mense Januario 1109. conventum Principum egit *Francofurti*, ubi *Sigefridus Palatinus* noster magnum capitis discrimen adiit, ab *Henrico* cogn. Proditore & Exule enim Duce Limburgensi & Lotharingiæ quondam Duce, ab Imperatore proscripto, jam verò in gratiam recepto, falsis accusationibus & criminationibus quæsitæ necis Regis insimulatus, ab Imperatore in eodem Principum conventu *captus* & *Erlungo* Episcopo Herbipolensi (electo 1106. & A.1122. 3. Kal. Jan. morbo Elephantino defuncto, cui etiam Imperator *Ducatum Franconiæ* A.1116. abstulit & *Conrado* Sueviæ Duci Imperatoris ex sorore Agnete nepoti, postea Imperatori tradidit) ad custodiendum traditus fuit. vid. *Dodecheni* Chron., *Ursperg.* in Chron. ad A.1109., *Chron. Hildesheim.* ad A.1108., *Trithem.* lib. cit. t.1. p.247. Ex eodem conventu post hæc *Imperator in Polonos* tributa veteri ex pacto debita dudum denegantes, movit exercitum, *Lubusium* oppidum in Silesia capit, *Glogoviam* verò frustra oppugnat & paulo pòst magna clade afficitur à Polonis in *campo Canino* à concursu canum post pugnam cadavera lanientium sic dicto. vid. Cromer. Hist. Pol., Cosm. Pragens. l.3 ad A.1109. C D E

A. 1110. *Sigefridus* Palatinus noster omnium Principum in unum enixè contendentium precibus è custodia Herbipolensi dimissus & integram adeptus est libertatem. Imperatori reconciliatus insignem ejus sinceramque clementiam expertus est, quâ præter spem adeò effloruit, ut sepeliendis quasi simultatib' filium ejus *Wilhelmum* hoc tempore natum, Imperator è sacris fontibus magno favoris documento susciperet v. Ursperg., Trithem. Chron. Hirs. ad 1112. factum autem id A.1110., antequam Imperator mense Augusto Italiam peteret (& non A.1112. ut *Ursperg.* in Chron., *Trithemius*, aliique) quod clarè perspicitur ex *Brunonis* Archi-Ep. Trevir. literis fundationis domus hospital. S. Nicolai apud Confluentes de A.1110., quas literas subscripsére: *Rambertus* Præpos. Trevirensis, *Bruno* Præpos. S. Florini apud Confluent., *Adalbero* Præpos. S. Castor., Longè autem primus Nobilium SIGEFRIDUS COMES PALATINUS & TREVIRENSIS ECCLESIÆ PRINCIPALIS ADVOCATUS, &c. quo Sigefridum Palatinum nostrum jam libertati restitutum esse, cum eruditiss. Massenio in Annal. Trevir t.2. p.7. judico. F G

Eodem Anno mense Julio vel Augusto Imperator cum 30000. militum in *Italiam* profectus Mediolani coronatur, *Sigefrido* interim Palatino Cæsari jam reconciliato Imperii *Vicarium in Germania* agente (eodem modo, quo jam Vitricum ejus *Henricum* Rheni Palatinum Vicariatus officio functum suprà ostendimus) Certè *Sigefridum* nostrum iter cum Imperatore non fecisse, sed in Germania permansisse discitur *ex literis pacificationis Pontificis* H

A *Rom. Paschalis cum Imperatore* de A. 1111. vid. *Baronij* Annal. ad A. 1111., *Carol. Sigon.* de Regno Ital. p. 248., *Goldast.* Const. Imp. t. 1. p. 254. 256., *Flor. Wigorniens.* in Chron. Angl. ad A. 1111., ubi ex parte Imperatoris jurarunt: *Fridericus* Archi-Epis. Colon., *Burchardus* Epis. Monast., *Bruno* Epis. Spir., *Albertus* Cancellarius, *Hermannus* Comes de Saxonia, *Fridericus* Comes Palatinus (Saxoniæ, f. Alberti Com. de Summerseburg) *Berengarius* Comes (Sultzba-
B cens.) *Fridericus* Comes, *Bonifacius* Comes, *Fridericus* Comes, Gothofredus Comes (scil. de Calve, Palatinus Sueviæ Tubingensis, & Palatinatus Rheni antea administrator.)

A. 1111. Cum Imperator adhuc in Italia versaretur, *Monasterium ad Lacum*, uti morienti Vitrico *Henrico*, qui morte præventus illud absolvere non potuit, promiserat, perficere adgressus est, & anno seq. 1112. feliciter ad umbe-
C licum perduxit, de quo Trithemius in Chr. Hirs. t. 1. p. 291. h. modo: *Henricus moriturus Sigefridum Comitem Brabantiæ uxoris suæ ex priori marito filium hæredem omnium bonorum instituit, & ut monasterium, quod apud Lacum ædificare inceperat, quantocius perficeret seriosè rogando demandavit: Promisit morienti Vitrico se facturum omnia privignus; promissum verò Comes Juvenis jam mortuo implere aliquantulum distulit, donec tandem periclitatus in mari &*
D *voto liberatus perficere inchoatum opus compulsus fuit, reversus autem de terra sanctâ Hierusalem captâ & Gothofredo de Buillon Rege (1099.) creato, monasterium perficere statuit, & Abbatem Giselber um de Cœnobio Haffliginensi adduci mandavit, & monasterium illud Lacense nihilominus voluit esse subjectum, quod postea tamen annis quibusd. elapsis ab eo separatum fuit, ita ut proprium Lacensibus liceret habere Abbatem.* huc usque Trithemius, & Bucelinus in
E Topo-Chrono-Stematographia t. 1. p. 2. de Monasteriis ita: *Henricus morte præventus, cum monasterium non absolvisset, idipsum Sigefrido Palatino Rheni hæredi & privigno suo commendans, neglecta aliquamdiu à JUVENE res, scrupulo denique fuit, ita A. 1112. feriâ ductus pœnitentia perfecit & liberalissimè locupletavit.* hæc Bucel. Quâ autem liberalitate & munificentia illud dotaverit, cognoscitur ex verbis privilegii Henrici IV. Imp. quæ hæc sunt:
F *Post mortem verò prædicti Comitis Palatini Henrici, Sigefridus*, QUI EI IN COMITATU PALATII SUCCESSIT, *de Patrimonio suo* MYLEN *in Brabantia, Osterhoven & Geneheiden* monasterio ad Lacum dedit etc. vid. Leod. l. 1. p. 12., adde Annal. Lacens. MS., & Massenii Annal. Trevir. t. 2. p. 7. & 8. ubi addit: *In orientali Lacus crepidine collis prominet in aquas è rupe solida, ita ut Lacu circumdari remotior judicet oculus, in hac colle Palatini Domicilium*
G *quoddam antiquitus stabat, id omne Sigefridus paci volens consulere monachorum funditus dirui jussit.* Cujus rudera adhuc conspiciuntur. v. Trith. Chron. Hirs. t. 1. p. 291. perfecit itaque *Sigefridus* supradictum Monasterium ad Lacum, ubi etiam sibi *sepulturæ* locum, teste Massenio. l. cit. elegerat quidem exemplo vitrici, verùm ipse in Saxoniâ ab *Hoyero* Com. Mansfeldensi postea occisus in hoc Monasterio non sepult⁹ fuit, ut ipsi isti⁹ loci monachi testantur.
H Simili modo *monasterium* etiam *Affligeniense* à fratre *Henrico III.* Com. Lovan. fundatum A. 1086., vel potius dotatum (ubi etiam Adelheidis Palatina nostra cum priori marito depicta & coronata cernitur, teste Leodio p. 12. l. 1.) variis donationibus adauxit, de quo *Cardinalem* quendam singulis annis

nis 19000. floren. percepisse, scribit *Leodius* l. cit. *Sigefridus* autem Palatinus A
noster *Henrici Regis gratiâ* non diu, neque ex voto floruit, *Ulrico* enim Co-
mite Saxoniæ ex *familia Orlamundana, Ludovici* Saltatoris Landgravii Thu-
ringiæ genero, *Adelheidis* marito, A. 1112. absque liberis defuncto, hæredita-
tem ejus *Sigefridus* noster, quam sanguinis propinquitas ei addicebat, periit,
sed repulsam passus ab Imperatore, qui eandem ærario regni, quàm Palatino
vindicare malebat, quæ causa fomitem novæ discordiæ suggesserat, hinc no- B
væ exortæ iræ & validior Dynastarum Saxoniæ conjuratio, Palatinus enim
priores miserias suas sequentibus exaggerans, totam penè Saxoniam tantis
implevit querimoniis, ut *Lotharium* Saxoniæ Ducem, (post Imperatorem)
Rudolfum March. Saxon., *Fridericum* Comitem Palatinum Saxoniæ, *Wigber-
tum* Marchionem Lusatiæ, Misn., Comitem Groitziensem, & *Ludovicum*
Landgravium Thuringiæ aliosque ab obsequio Imperatoris in suas retrahe- C
ret partes. *Episcopus* quoque *Halberstadensis* nec non *Gertrudis Henrici Crassi*
Comitis Northeimii vidua de vi illatâ spoliisque ab Imperatore actis, publicè
conquerebantur, clamosisque accusationibus, direpta prædia, imminutas fa-
cultates & quicquid aliàs in raptores bonorum jactari solet, caussabantur,
hinc eâdem de causa *Gertrudis* hæc A. 1112. ad generum suum *Sigefridum* Pa-
latinum nostrum Treverim profecta legitur v. Massen. l. cit. t. 2. p. 11., Albert. D
Stadens., Trithem. lib. cit., Crantz. in Saxon. l. 5. c. 35., P. Lang. in Chron. Citiz.
(quæ deinde 1117. 5. id. Dec. Brunswigæ denata, ibique ad S. Blasium sepulta
fuit) *Imperator* cum hoc quoque anno natalem Domini *Erfordiæ* celebraret,
& nullus Saxoniæ Principum adesset, hinc manifestum conspirationis indi-
cium ipse ratus, bona eorum diripi atque igne ferroque vastati jussit, & ne
rem longo & difficili bello implicaret, insidiis potius grassandum sibi duxit E
Imperator, quibus etiam *Sigefridus Rheni Palatinus* noster *Nobilissimus &
suo tempore nulli*, ut loquitur Urspergensis in Chron. ad A. 1113., *in omni pro-
bitate secundus* Anno seq. occubuit; Cum enim *Wahrenstedij* ad consilia
miscenda convenissent *Sigefridus* noster Palatinus Rheni, *Ludovicus* Land-
gravius Thuringiæ, *Wiprechtus* aliique, Imperator cognito hoc, *Hoyerum Co-
mitem de Mansfeld* Ducem Exercitus eo misit, cosque nihil mali sperantes ex F
improviso oppressit, ubi *Sigefridus* noster strenuè pugnans multis vulneribus
confossus tandem corruit. A. 1113. 21. Februarii, *Ludovicus* Landgr. Thuring.
vix fugâ elapsus, *Wiprechtus* lethaliter sauciatus vivus in manus hostium per-
venit, atque *Litznichium* (Leisnick) abductus est. vid. *Ursperg.* Chron. ad An.
1113., *Trithem.* in Chron. Hirs. ad 1113., *Chron. Hildesheim.*, *Albert. Stadens.* ad
eundem An., *Gelen.* in Fast. Agripp. ad 21. Febr. & inprimis *Chron. Pegaviense* G
ex edit. Reineccii p. 336. ubi fusius hanc Historiam persequitur h. m.: Wiprecht
(Comes Groitziensis Marchio Misn., Lusatiæ, Burgravius Magdeburg., filius
Wiprechti Comitis Groitz. nepos Wolfii Regis Dan.) der Aeltere hatte zur
Gemahlin Juditham Hertzog Uladislai in Böhmen Tochter / mit dieser
zeugte er Wiprecht den Jüngern / Henrichen und Berthen. A. 1090. wolte
Marckgraf Ecbert diesen Wiprecht den Aeltern mit grossem Heer über- H
ziehen / wurde aber für seinem Anzug in einer Mühlen erschlagen. A. 1113.
ließ sich Käyser Henrich der Fünffte in offentlichen Ungnaden gegen die-
sen Wiprechten vermercken / und wolte auch / weil Ladislaus Hertzog im

Böh-

A Böhmen ihme Hülff versprochen/ Groitz belägern/ hierneben hatte ihm sein Sohn Wiprecht die Hoffnung gemacht/ er wolte bey dem Käyser machen/daß er mit der Stadt Naumburg belehnt würde / und war deßsentwegen auff deß Käysers Seiten wider den Vatter / aber Wiprecht der Aeltere nahm sich wohl in acht/ besetzte die Stadt Graitz wohl / als nun der Käyser dafür ankommen / und Ladislaus mit den Seinigen einen
B Angriff gethan / hat er über 500. Mann verlohren / daher der Käyser nach 8. Tagen wieder abzog/und ward einer von seinen geheimbden Räthen mit der Stadt Naumburg belehnt/diß verdroß Wiprecht den Jüngern / fiel vom Käyser ab / und begab sich zum Vatter/folgenden Jahrs besorgte sich Wiprecht / der Käyser möchte ihn auffs neue überziehen/ machte derhalben Bündnüß mit Pfaltzgraff Sigefrid von Orlamunda
C (vid.& lib.de fundatione Monasterii Bigaugiensis ad A.1114. apud Meibom. Sigefridus Palatinus noster erat ex posteris Orlamundanorum Comitum oriundus, idque ratione matris Adelheidis, quæ Ottonis Orlamundani Marchionis Thuringiæ neptis erat.) und Ludwig Landgraffen von Thüringen/und verabscheideten sich diese 3. Herren/daß sie auff ein Gespräch zu
D Warnstedt wolten zusammen kommen / dieses erfuhr Hoyer Graff von Mansfeld (der seinen Sitz und Hoff auf dem Schloß Bornstedt bey Eisleben hatte) und in dem sie sich wider den Käyser berathschlagten/ überfiehl er sie unversehens mit 300. Mann/nun konten sie keinen Widerstand thun/weil sie mit Volck und Rüstung nicht versehen / darumb begab sich Landgraff Ludwig in die Flucht/die andere beyde Herren wehr-
E ten sich eine zeitlang / aber Pfaltzgraff Sigefrid muste sein Leben darüber lassen/Graff Wiprecht ward biß in den Todt verwundt / und gefänglich gen Leisnick geführt / da blieb er / biß man ihn auff den Reichstag zu Würtzburg dem Käyser und andern Reichs-Fürsten fürgestellt / die verurtheilten ihn zum dot/und ward einem Namens Conrad von der Pleisse befohlen/er solte ihn enthaupten lassen / nun wolte derselbe mit solchen
F Befehl nicht eilen / sondern verzog auff dem Platz / wo man Graff Wiprecht richten solte / ob etwan der Käyser eines andern sich besinnen möchte/ indessen gaben alle Fürsten dem jungen Grafen Wiprecht den Rath / er solte die Graffschafft Groitz dem Käyser übergeben / damit er hiedurch erweicht würde / dieses that er/und ob er schon hiedurch beym Leben erhalten wurde / ward er doch bey 3. Jahr in einer festen Stadt
G (Druls) gefangen gehalten/als dieses Wiprecht und sein Bruder Henrich erfahren / sind sie vom Kayser ab / und zu den Sachsen gefallen und mit Landgraff Ludwig in die Acht erklärt. Verùm non diu post *Wiprechtus Junior* ulturus Patris injuriam captatâ diligenter occasione, vindictam sumsit atrocissimam *de Hoyero* C. Mansfeldensi, eodem mense Februario, in prælio Imperatoris cum Saxonibus An.1115. 11.Febr. inter Virginum cœnobium
H Gerbstat & Capellam ad Wolffingesholtz dictam commisso, in quo *Wiprechtus Hoyerum* propriâ manu gladio perforavit, de quo iterum Chronicon Pegaviense fusius hoc modo: Bald hernach (A.1115.) begegneten der Kayser und die Sachsen einander am Welffesholtz und verzogen mit der Schlacht wegen der grossen Kälte und Schnee biß den folgenden Tag/ als

als der Morgen anbrach / hielt der Bischoff Reinhard die Messe und A
ermahnete das Volck / sie möchten GOtt den Allmächtigen anruffen/
denn auff ein andächtig Gebett blieb die göttl. Hülff nicht auß/ nach der
Meß erwartete man den Kayser / und vermahnte einer den andern zur
Rettung deß Vatterlands und Freyheit/indessen kam der Kayser/stellte
sein Volck in Schlacht-Ordnung/also daß Hoyer der Graf von Manß-
feld mit seinem Volck vornen an die Spitzen zu stehen kam / und wolte B
sich derselbe für andern sehen lassen/ begab sich auch mit einem Ludolf ge-
nandt/von dem andern Hauffen/und ließ sich nicht allein vieler Kühnheit/
sondern auch vieles Rühmens vernehmen/ja er wagte es so kühn/daß er
vom Pferd gestiegen/ führte sein Schwerdt in der Hand / und eilete also
mit grosser Begierde auf die Sachsen zu/diesem begegnete Wiprecht der
Jüngere mit 2. andern Conrad und Herman Gebrüdern trefflichen C
Leuthen / Wiprecht stach dem Hoyer den Spieß in die Brust; Ludolff
aber kam ihm zu Hülff/zog den Spieß wieder herauß/ Hoyer ergrimme-
te/hieb sehr auf Wiprecht aber vergeblich/dann er hatte einen sehr festen
Schild/darunter er sich leicht bergen konte / bald darauff hieb Wiprecht
dem Grafen Hoyer den Kopf mitten von einander/daß er zur Erden sun-
cke/als er aber wieder auffstehen wolte / und in der Seiten deß Schilds D
entblößt gewesen/erstach ihn Wiprecht beym Saum deß Pfantzers am
Geheffte mit seinem Schwerd auf der Stell/hierüber erhub sich ein groß
Klagen und Geschrey/ und wurden da der Kayserlichen 20. a 30. von ei-
nem Sachsen erlegt / und währete dieß Würgen den gantzen Tag biß in
die Nacht / da wurde der Kayser geschlagen / und flohe in Bayren.
huc usque Chron. Pegav., addit Brotusius in Chron. Mersburg. l. 2. p. 605., E
ejusdem *Hoyeri Comitis Mansfeld.* (qui primùm Saxonum partes tuebatur
contra Cæsarem) ossa, clypeum, gladium aliaque arma in Sarcophago aliquo
pariti *Monasterij Mansfeldensis* infixo circa A. 1518. adhuc inventa fuisse.

Obiit itaque *Sigefridus Rheni Palatinus* noster *Wabrenstedij* in Saxonia
A. 1113. 21. Februarii. v. *Albert.* Stad., *Ursperg.* Chron., *Chron. Hildesheim.*, *Hist.*
Landgrav. Thuring. *Trithem.* l. cit. *Gelenium* in Fastis Agrippin. ad 21. d. Febr. F
Massen. in Annal. Trevir. sepultus, ut videtur in Saxonia, (forsan Brunswigæ
ad S. Blas.) quo autem in loco? hactenus non satis constat, ipsique Monachi
Monasterii ad Lacum illud ignorant. Sedem suam *in castro Cocheim* ad Mo-
sellam, destructo videlicet illo Vitrici sui *castello ad Lacum*, posuisse, aliquando
etiam *Palatiolum* (Pfältzel) juxta Treverini inhabitâsse videtur.

Uxorem habuit *Gertrudem* filiam *Henrici Crassi* Comitis Northeimii ex G
Gertrude f. Ecberti I. Marchionis Saxon. vid. Massenii Annal. Trevir. t. 2. p. 10.
ex antiquo MSto Saxonico, viduam videlicet *Henrici* Marchionis Misniæ
A. 1106. mense Aug. defuncti, atque hanc duxit Anno circiter 1108. Malè
autem *Henningesius* in Theat. Geneal. p. 2. p. 84., & *Æl. Reusnerus* in Geneal.
p. 168. & in auct. p. 177. scribunt, eandem *Gertrudem* Rheni Palat. nostram post
prioris mariti obitum nupsisse *Conrado* Com. Pal. Rh. & Duci Franconiæ, ex H
eoq; peperisse. 1. *Gertrudem* uxorem *Theobaldi* Comitis Tullensis Filii Theo-
dorici Ducis Loth. 2. *Irmentrudem* uxorem *Conradi* Comitis Pal. Rh. 3. *Elisa-
betham*, cum certo certius sit, nullum *Sigefridi* Palatini ejusq; uxoris *Gertrudis*
tempore Palat. Rheni in rerum natura exstitisse, cui nomen fuerit *Conradi*.

A Ex Gertrude autem hac *Sigefridum* Rheni Palatinum præter *VVilhelmum* A.1110.natum,Patrisque in Palatinatu Rheni successorem, de quo infra, alios adhuc in infantia forsan exstinctos liberos procreasse credibile est. Quando autem & ubinam locorum *Gertrudis* hæc defuncta sepultaque fuerit? hactenus indagare non potui, ipsi etiam Monasterii Lacensis monachi id ipsum ignorant, verùm si in istiusmodi dubiis Hist.uti liceat conjectu-
B ris, donec rei veritatem aperiat tempus, ausim dicere, *Gertrudem* Palatinam Sigefridi viduã vel *Theobaldo* (aliis Friderico) *Comiti Tullensi* nupsisse, vel eandem *Theobaldi uxorem Ger.rudem* Rheni Palatinam, *Sigefridi* Palatini *filiam VVilhelmique* sororem exstitisse.

Habuit autem *Gertrudis* Palatina nostra sororem *Richezam* uxorem *Lotharij II.* Imperatoris Saxon. A.1140.30.Octob.denatam, & juxta maritum in
C monasterio Lutheriano sepultam,& fratrem *Hermannum* Archi-Episcopum Coloniensem An. 1099. defunctum. De *hæreditate* porrò *Sigefridi* Palatini nostri in Comitiis disceptatum fuisse, apud *Albericum* in Chron. ejus ad A.1120. hæc verba lego: *Henricus Imper. mense Octobri Quedlinburgum venit ad Comitia,cum autem ibi discep aretur de Statu regni, & investituris Ecclesia-*
D *rum,& de hæreditate Sigefridi Comitis Palatini & aliis negotiis partim favendo Regi, partim differendo causam usque ad præsentiam Apostolici Legati,dissimulato fædere incertiores redeunt,quàm venerant.*

CAPUT XIII.
De Wilhelmo Comite Palatino Rheni.

E WIlhelmus Comes Palatinus Rheni & Nemoris, filius *Sigefridi* Com. Pal.Rheni,ex *Gertrude* f. *Henrici Crassi* Comitis Northeimii & Saxoniæ natus 1110., *Henrico V. Imperatore*, eum è S. Baptismatis fonte suscipiente,uti supra ex Urspergensi dictum.Patre deinde ejus An.1113. è vivis sublato, *VVilhelmus* noster non nisi infans trium annorum erat, propterea tutelam &
F Palatinatus Rhenani administrationem, ut & Palatii officium iterum suscepit supradictus *Gothofredus Comes de Calve*, Palatinus Tubingensis, hinc etiam idem iterum ab A. 1114. à Scriptoribus passim *Comes Palatinus Rheni* vocatur. v. *Ottonem Frising.* in Chron. ad An. 1114. (quo Imperator *Henricus* nuptias cum conjuge *Mecthilde*,Regis Angliæ filia celebraverat Moguntiæ) & *Chronicon Laurishaim.* in Bennone Abb.in A.1115. & 1116., circa quod ipse
G Abbas in Italiam profectus ad Imperatorem, uti supra dictum, adde *Avent.* l. 5. p. m. 489., *Naucler.* in gener. 38. item in Imperatorum Diplomatibus de A. 1114. apud Guilliman. in Habsburg., Stumph.in Chron. Helvet. l. 7. c. 8. item in Diplom. Henrici *V.* Imp., & in instrumento conventionis Papæ & Cæsaris in Comitiis Wormatiensibus de A. 1122.,apud Goldast.in Constitut. Imp.t.1.p.258.

H *VVilhelmus* postea majorennis factus,& justam assecutus ætatem,officio Palatii functus est,hinc etiam in Diplomatibus Imperatorum Lotharij II. de A.1131.& in aliis duobus Conradi III. Imp. de A. 1138. *Comes Palatinus* vocatur.v.apud *And.du Chesne* in Hist. Genealogica Domus Lucemburg. in probation. p. 38. 57. & *Miræum* in Diplom. Belg. 2. c. 40. imò se ipsum *Comitem*

Pala-

Palatinum Rheni appellaſſe ex proprio ejusdem Palatini Sigillo (vid. ſupra A cap. 9.) cognovi, appenſo literis ejus donationis factæ Ann. 1136. Monaſterio Sprenckersbacenſi, quas ipſe manu propria exaravit, & ſuper altare S. Mariæ Virg. Monaſterii jam dicti depoſuit. vide eas infra in Cod. Diplomatico Palat.

Porrò de *Wilhelmo Rheni Palatino* noſtro Cl. Maſſenius in Annal. Trevir. t. 2. p. 33., & 754. ad A. 1138. ex MSto de Origin. Monaſterii Sprenckirsb. fu- B ſius hoc modo: *Wilhelmus hic latè rerum Coloniam verſus in ripanis Moſellæ Rhenique regione potiebatur, & arcem Cochimam aliaque Imperij loca ad Moſellam vicario jure obtinebat, vir non genere, claritudine, quàm religione & Juſtitia nobilior, Sprenckersbacenſi etiam Monaſterio multorum officiorum præcipua voluntate junctus, quando multiplici data Cœnobio variarum rerum exceptione Cochemenſe etiam portorium iis remiſit, & CONTELII NEMORIS ſpatia am-* C *pliora conceſſit, & Advocatorum Imperijs prædia eorum exemit, loquuntur hujus donationis tabulæ, quas manu ſua ipſe conſcripſit & ſuper altare B. Virg. Mariæ obtulit A. 1136., & hoc modo incipiunt: Ego VVilhelmus Dei gratia Comes Palatinus recogitans ex pluribus, quæ mihi ex ſuperabundanti gratia Deus in præſenti vita contulit, qualiter de futura vitæ bonis mihi aliquid compararem de pauperum Spiritu, qui in hoc ſeculo nihil habere cupiunt, ut Chriſtum lucrifaciant, manutenere & aliquid de meis ad conſolationem & ſuſtentationē eis dare decrevi,* D *ut ipſi me in æternis recipiant tabernaculis, &c. Factum A. Dom. M C XXXVI. Indictione XIIII. regnante Lothario Roman. Imper. Auguſto, regni ejus anno XI. Imperij IIII. Pontificatus Alberonis venerabilis Trevirorum Archi-Epiſcopi A. V.* quæ Eccleſia Sprenckirsbacenſis conſecrata eſt ab eodem *Alberone* Archi-Epiſcopo 6. idus Auguſti ejusdem anni 1136., & *Bertulfus* primus Monaſterio E Præpoſitus fuit. vid. *Trithem.* in Chron. Sponheim. Fundata autem primitus Eccleſia hæc An. 1121. à *Benigna Comitiſſa de Sponheim*, maritoque ejus *Ritgero* miniſteriali *Sigefridi Comitis Palatini Rheni.*

Dedit & *VVilhemus Palatinus* noſter Adalberoni Archi-Epiſcopo Trevirenſi Eccleſiam *Keimetam*, quam poſtea idem Archi-Epiſcopus *Richardo Abbati Sprenckersbacenſi* iterum tradidit, una cum inveſtiendi jure, ſubjectis- F que in locis poteſtatis ſuæ anniverſariam ſui memoriam fieri, & 50. pauperes ſtatâ quadam die refici mandavit. v. Maſſen. l. cit. p. 768. p. 747. ad An. 1132. & p. 753. ad A. 1133. & p. 770., ubi plura de Wilhelmo Palat. noſtro affert.

A. 1125. *Wilhelmus* noſter prædas agens à *Gothofredo* Trevirenſi Archi-Epiſc. prohiberi juſſus *mandato Cæſaris* dato in itinere, quo Leodio Aquisgranum peteret. de q. vid. Maſſen. lib. cit. t. 2. p. 21. G

A. 1131. 9. Kal. Maji *Treveris* fuit *Wilhelmus* Rheni Palatinus noſter apud Imperatorem *Lotharium II.*, uti patet ex Diplomate dato Abbati Epternacenſi, & teſtibus ſubternotatis. vid. And. du Cheſne. Hiſt. Lucemburg.

A. 1138. *Lothario II.* Imp. in pago *Bredina* in montibus Italiæ ſito in caſula alicujus ruſtici A. 1137. 3. Decemb. *peſte* ſublato, Imperii Principes *Trevirenſis,* H *Colonienſis, Moguntinenſis* Archi-Epiſcopi, *Bugo* Wormatienſis, *Embricho* Herbipolenſis, aliique Epiſcopi, item *Fridericus* Dux Suev., *Gothofredus* Comes

A de Calve Palatinus Tubingens., *Wilhelmus* Com. Palatinus Rheni aliique
Confluentiæ convenerunt, quorum suffragio *Conradus Dux Sueviæ & Franconiæ* Henrici V. Imp. sorore genitus, *Conradi* verò *Comitis Palatini Rheni nostri patruus* electus & Regni habenas sortitus est Kalendis Aprilis, inde cum
supradictis Principibus *Aquisgranum* petiit, & ibidem die Dominica mediæ
quadragesimæ in Basilica coronatus est, Aquisgrano Coloniam profectus,
B Pascha cum Principibus celebravit, præsente & *Wilhelmo Palatino nostro*, uti
manifestum est ex Diplomate *Conradi III.* Regis dat. Coloniæ 1138. 3. id. Apr.,
& ex alio dat. 1138. 4. id. April., & ex alio dat. 1138. 5. id. April., quæ vid. apud
And. du Chesne lib. cit. ex Archivo Abbatiæ S. Rhemigii Rhen. p. 57. & apud
Miræum in Dipl. Belg. l. 2. c. 40. Tertia septimana post Pascha *Moguntiam* venit Imperator, Pentecosten *Bambergæ* celebravit ibique magnum Principum
C conventum egit, ubi omnes Imperii Principes etiam Saxones, excepto *Henrico Superbo* Saxoniæ & Bavariæ Duce convenerunt, teste Dodecheno, præsente & procul dubio *Wilhelmo* Palatino nostro, inde Ratisbonam progressus insignia, quæ Henricus Sax. & Bav. Dux à socero Lothario Imper. acceperat, recepit. Non diu post Saxones & Bavari electionem *Conradi* molestissimè
ferentes seque ad Comitia vocatos non esse acerbius conquesti, *Regiam Hen-*
D *rico* Bavarorum & Saxonum Duci *purpuram* induerunt, excusso jugo suis sub
Regibus victum, Imperator cognito hoc, *Henricum* in conventu Herbipolensi ut & in illo Goslariæ circa natalem Domini habito proscripsit, & Ducatum Saxoniæ *Alberto Urso* consobrino ejus, Bavariam verò *Leopoldo Austriaco* fratri suo uterino tradidit, ex quibus scintillis gravissimum belli incendium exortum est; *Albertus* imò & *ipse Imperator* juxta Creützberg præ-
E lio victus est ab Henrico, qui tamen non multo pòst à suis desertus Anno scil.
1139. 13. Kal. Nov. Quedlinburgi mœrore, vel ut plerique, veneno periit. vid.
Meibomij not. ad Chron. Schaumburg. p. 525.

Porrò *Wilhelmus Rheni Palatinus* noster, quemadmodum Patri in *Palatinatu Rhenano* æquè ac illo *Palatij* & Imperii *Archidapiferatus* officio successit, ita etiam eandem *Ecclesiæ Trevirensis Advocatiam*, quam Patrem quon-
F dam gessisse supra ostendimus, sibi administrandam arripuit; insuper *Wilhelmum* Rheni Palatinum, & *Wilhelmum* Lücemburgicum Comitem (s. Maximini Trev. advocatum) illustrium *Ecclesiæ Trajectensis Ministerialium gloriâ*
emicuisse Diploma singulare confirmat apud Massen. l. cit. p. 21. 28.
Vitam tandem cum morte commutavit *VVilhelmus Palatinus* noster Anno 1140. . . . . . & quidem ἄπαις, procul dubio in castro suo *Cocheim* ad Mo-
G sellam vid. *Albert. Stadens.*, *Chron. Montis Seren.* apud Mader. in Antiquit.
Brunsvvicens. p. 17. & in *l. de fundat. Cœnobij Bigaugiens.* apud eundem p. 259.,
Chronographum Sax. in Chron. ad A. 1140. ex edit. Leibnitzii; *Massenius* verò,
nescio quâ fide (quia ipsi etiam Sprenckirsbacenses, se annum diemque ejus
emortualem ignorare mihi testati sunt,) in Annal. Trev. p. 768. Annum 1142.
ponit. Interim dubio vacat, *Wilhelmum* nostrum in eodem *monasterio*
H *Sprenckersbacensi* à se dotato terræ mandatum fuisse, cujus monumentum
hodieque videre est (quod hoc Anno 1699. 10. Kalend. Oct. inspexi) in medio
temploante altare S. Crucis in humili Saxo cum sequentibus versibus, ipsius
memoriâ quàm latinitate clarioribus:

GLEBA

GLEBA PALATINI COMITIS SAT DUDUM OPIMI: A
WILHELMI CELEBRIS, MARCET IN HIS TENEBRIS.
LECTOR, UT IGNOSCAT, SIBI CHRISTUS DEBITA POSCAT;
IPSIUS ANTE THRONUM DANDO PERENNE BONUM.

Vid. *Masen*. lib. cit. p. 768. & *Leod.* l. 1. p. 13. & *Freher*. in Origin. Palatin. *Wilhelmus* autem ultimus ex priscis illis Rheni Palatinis, quam & qualem uxorem habuerit, nondum satis constat, nihilque fere annotatum invenio; B videtur tamen, eum in matrimonio vixisse cum *Irmengarde* (quam *Henningesius* in Geneal. t. 2. p. 403. & *Reusnerus* in auctuar. Genealogico p. 177. confundentes, *Henrici* Lucemburgici Ducis Bavar. A. 1048. defuncti, quem male, *pro Palatino Rheni* venditant, filiam faciunt, eamque *Conrado Cattorum & Francorum Duci*, quem socero in Palatino Rheni successisse somniant; matrimonio junctam crassissimo errore scribunt) Hennebergicam, *Bertholdi IV.* C *Comitis Henneberg. Burggravii Herbipolens.* A. 1157. in itinere Hierosolymitano exstincti filiam, ex *Bertha* Palatina Saxoniæ, quæ An. 1177. monasterium *Trostad* fundans ibidem A. 1190. sepulta est. De eadem Spangenberg in Chr. Henneberg. p. 92. hæc tradit: Es findet sich daß diese *Irmengard* einem jungen Pfaltzgraffen bey Rhein verheurathet worden / und daß Sie A. 1197. gestorben. Ejusdem etiam meminit frater ejus *Popo Comes Henneberg.* in literis de A. 1159. quibus una cum sororibus ejus *Monasterio Visera* 3. D mansos in *Hinder Naha* donavit, his verbis: *Quia charissima genetrix nostra Bertha Comitissa &c. itaque & nos & germanæ nostræ scilicet Irmengardis Palatina Rheni & Luitgardis Palatina de Saxonia. &c.* (*Alberti* Palatini Saxoniæ A. 1189. defuncti uxor, quæ A. 1220. defuncta, ætatis circiter 80. juxta maritum in *Visera* monast. sepulta fuit) v. Spangenb. lib. cit. Quicquid autem E sit, cum hæc non nisi meræ sint conjecturæ, majorique indigeant probatione, ideoque eruditis easdem ulterius examinandas relinquo. Hoc interim certum, Wilhelmum nostrum ex antiquissima prosatum familia improlem vita decessisse, nemo, quod credam, ambiget, qui inspexerit Diploma seu privilegium *Conradi III. Imp.* de A. 1144., quo facultates & possessiones *monasterii Sprenckersbacensis* confirmavit, & in quo etiam ipse *Imperator Castellum* F *Cochme* ad Mosellam jam suum esse, omniaque *Wilhelmi Palatini allodia* justis modis ad imperium devoluta esse testatur. &c. testibus *Hermanno Comite Palatino Rheni* (*Wilhelmi Palatini* nostri jam in officio Palatii *successore*) *Alberto* March. Saxoniæ, *Gebhardo* Comite de *Sultzbach*, *Gothofredo* Com. de *Spanheim*, *Ottone* Com. de *Rhinecke*, *Hermanno* Com. de *Virnenburg*, *Reinholdo* Com. de *Isenburg*. v. Masen. lib. cit. t. 2. p. 33. & l. 14. ad A. 1142. Arcem autem G supradictam *Cochme* ad Imperium Rom. quondam spectantem *Conradus III.* Imp. imperata facere recusantem An. 1150. vi expugnavit, & novo præsidio imposito in fide permanere coëgit (sed postea una cum oppido aliisque pertinentiis, ut *Clottenkempl* etc. ex donatione Imperatoris *Adolfi* in jus Ecclesiæ Trevirensis cessit. vid. *Kyriand.* Annal. Trevir. p. 15. & *Sprenger.* in Ellychn. ad Lucern. I. P. p. 1721.) Progressus deinde Cæsar ad *Castrum Rhinecke* ad H Rhenum (sedem Ottonis Comitis de Rhinecke) quo eodem anno capto, incendio, quod ita meruisset, funditus delevit Imperator. *Wilhelmo* itaque Palatino, ut dictum, absque liberis defuncto, in Palatinatu Rheni successit

A circa A. 1142. *Hermannus Comes de Stalecke*, electus in Comitem Palatinum
Rheni à *Conrado III.* Imper., cujus ex forore *Luitgarda*, uxore *Conradi* cogn.
Magni & Pii, Marchionis Misniæ & Landspergæ neptem, *Gertrudem* uxo-
rem duxerat. vid. Chron. Montis Seren. apud Meibom. p. 205., Crantz. Sax.
l. 6. c. 41., Bucelin. de Monast. Germ., Henningef. Geneal. p. 2. t. 2. p. 15., Æl.
Reusner. Geneal. p. 276., Paræum in Histor. Palat. p. 154. Fallitur itaque Bla-
B rerus à Geietsperg quando l. de Electoratu Palatino p. 2. p. 289. scribit: Go-
thofredum & Hermannum, præterito Wilhelmo Rheni Palatino nostro,
se invicem in Palatii officio excepisse. *Possumus*, inquit, *præsumtionibus in-
ferre de Gothofredo Comite Palatino & Hermanno hoc, ipsos se invicem exce-
pisse, Hermannum nempe Gothofredum, cum ratio temporis Imperij Lotharij II.
annorum 15. & Conradi III. annorum 14. summa 29. annorum intervallum ad*
C *Fridericum I. usque non impediat, præsumamus itaque Gothofredum vixisse us-
que ad excessum Lotharij Imper., vel ultra, non obstat, si dicamus, Hermannum
residuum Conradi III. tempus Imperij 15. annorum supplevisse, & vixisse annum
suæ exauctorationis 1156., ut testatur Trithemius in Chron. Hirsaug.* huc usque
Blarerus.

Porrò Wilhelmus Rheni Palatinus noster varia veteris Palatinatus loca
D monasterio Sprenckirsbacensi contulit, ut partem *nemoris Contel* monasterio
Sprenckirsbacensi adjacentis, in Longitudine à fonte scil. *Elverichsbornen*, us-
que ad agros ad Sprenckirsbacenses spectantes, & in latitudine à rivulo
Springirsbach, usque ad rivulum *Wilirisbach* cum sylvis, agris & omnibus uti-
litatibus; Item fundos tres, Curtem scil. unam in villa *Crovia* cum *Capella*
ibidem exstructa, & duas in villa *Rile*, unam juxta Ecclesiam, alteram in ex-
E tremo villæ sitam, remissionem *thelonij in Castello Cochem*; Item terras &
agros in villa *Baingmul* in descensu usque ad agros Ecclesiæ, vineas & agros in
villa *Crovea*, vineas in *Risbach*, in *Traven-Trarbach*, curtẽ unam, agros, vineas,
prata; In solitudine super Mosellam in loco *Molun*, agros & vineas, in *Reila*
vineas & agros, in *Pondreka* curtem unam, vineas & agros in *Brudahl*, in *Ke-
meta* vineas, in *Speia* domum & vineas, apud S. *Aldegundam* domũ & vineas,
F in *Vlkebach* domum & vineas & agros., In *VVillich* domum & agros &
vineas; In *Alfo* curtem, agros, molendina 2, sylvas & prata. In *Im-
menrode* curtem, agros, prata, molendinum unum & sylvam. In *Winkela*
curtem, agros, prata, molendinum unum & sylvam. In loco *Scheyda* cur-
tem, cum agris & pratis. In loco Hussa curtem cum agris & pratis. In
Dochvvihe curtem, agros & prata. In *Hunresdorff* Mansos persolventes. 13.
G solidos Coloniensium denariorum, & molendinum unum. In *Rora* curtem,
agros & prata. In *Lurzebura* curtem, agros & prata. In loco *Summunt*
curtem & agros. In loco *VVervvis*, Domum, agros & prata. In *Otinga*, quæ
ibidem possidere videntur. In *Cünigsberg* curtem & molendinum. In *Ste-
guenach* curtem. In *Sadervvilrze* curtem. In *Wolmerode* & *VVaguenhusen*
curtem. In *Drucesberg* curtem. In *Sprencke* curtem. In *Struna* & *Scheide-
H vveiler*, agros, prata & mancipia. In *Mulechen* curtem & molendinum. In
Huntheim census. &c. aliaque, uti ex Conradi III. & Henrici VI. Imp., Di-
plom. de A. 1193. docemur, quas vid. infra in Cod. Diplomat. Palat.

CAPUT

CAPUT XIV. A

De Hermanno II. Comite Palatino Rheni Com. de Stalecke.

Hermannus Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Comes *de Stalecke*, electus in Comitem Palatinum Rheni à *Conrado III.* Imp., (in locum *Wilhelmi Palatini* absque liberis, ut ex Imperatoris Diplomate supra B allegato de A.1144. patet, defuncti) circa Annum 1142., eundemque Cæsar postea Coloniæ A.1146. confirmavit, vid. Arumæum ad A. B. disc. 3. th. 27. Sprenger. in font. Juris Publ. Goldast. Const. Imp. t. 3. pag. 403. Cujus autem filius fuerit Hermannus noster? cum viris doctis, & inprimis cum ipso Masſenio in Ann. Trevir. t. 2. pag. 60. ignoro, certum interim est, *Hermannum*, antequam in Rheni Palatinum eligeretur, *Comitem* fuisse de *Stalecke* (quod C castrum Bacharacense antiquitus etiam *Staleckun* dicebatur, ceu fateri necesſe est, ob Diploma *Conradi* Comitis Palat. Rheni Hermanni nostri successoris, quod vid. apud Freher. in Orig. Pal. p. m. 89. ubi in fine: dat. in castro nostro *Staleckun* 1190. Kal. April. & in aliis literis *Henrici* Rheni Palatini Conradi Successoris apud Freher. l. c. dat. in arce nostra *Stalecka*. 1197. 6. Kal. Jun.) quam veritatem velut in solis disco Diploma posuit Conradi III. Imp. dat. D Episcopo Astensi A.1140. in curia Soldensi apud Vilisburg. v. Ital. Sacr. p. 516. testibus: *Ebrardo* Comite *Sulethbac* (rectius Gebhardo Comite de Sultzbach) & *Hermanno* Comite de *Stalechur* (rectius Stalechun vel Staleckun, uti supra in literis Conradi Palatini nostri, & hoc loco litera r. loco n. vitio amanuensium irrepsisse puto. Quantum autem ad antiquitatem ipsius *castri Stalechun s. Staleckun*, licet ex antiquitate Historica hactenus non con- E stet, à quo præcisè exstructum fuerit, si tamen conjecturæ locus, videtur illud, quia in pago Hunnesrück situm est, *ab ipsis Hunnis* primitus exstructum fuisse, indeque nomen *Stalechun* obtinuisse eodem modo, quo & alia istius tractus loca, ut *Castelhun*, *Hundstein*, *Hundheim*, *Hundshuson*, *Hunnesbrun* nomina ab ipsis sortita fuisse constat, de quibus vid. *Freher.* in Orig. Palat. & ad Ausonii Mosellam. Porrò idem ille *Hermannus* Comes *de Stalecke* F fuit, qui An. 1139. *Ottonem* Comitem *de Rhinecke* *Hermanni* Lücemburgici Regis Romanorum ex filio Ottone nepotem interfecit, de quo vid. *Chron. Magn. Belg.* pag. 166., *Hedam* de Episc. Ultraj. p. m. 308., *And. du Chesne* Hist. Lucemb. Genealog. in probat. pag. 44., hinc postea excommunicationis fulmine subjectus fuit, ut videtur, cujus meminit Chronicon Montis Ser. p. 18. apud Meibom. h. modo: *A. 1145. Conradus* (III. Imp.) *natalem Domini celebravit* G *Magdeburgi, & quia in Comitatu suo Hermannum Comitem de Stalecke excommunicatum duxit, à Clero Regali modo non est susceptus.*, & Chronographus Saxo in Chron. ex edit. Leibnitzii ita: *A. 1114. Conradus III. natalem Domini celebraturus Magdeburgum venit, quia vero secum habuit Hermannum Comitem de Stalekke à Moguntinensi Archi-Episcopo excommunicatum à Clero Regali modo non est susceptus.* *Hermannus* etiam Rheni Palatinus noster (& H non *Henricus*, ut malè Lindenbrog. p. 177., nullus enim hoc tempore Rheni Palatinus in rerum natura, cui nomen fuerit Henrici) hoc anno *testis* adduci-

A ducitur in Diplomate *Conradi III.* Imp. dat. Magdeburgi 1145. Hartwico Episcopo,quod vide apud Lindenb.Script.Septent.pag.177.Idem denique *Hermannus* hic Palatinus noster perpetua florentique gratia usus est Imperatoris *Conradi III.* Imp., cujus etiam ex Sorore *Luitgarde* neptem *Gertudem* matrimonio sibi junxit.

Ex supradictis itaque satis clarè patere puto Hermannum nostrum ante
B electionem ejus in Comitem Pal. Rheni, non nisi Comitem de Staleke extitisse,errant itaque

1. Qui cum Crantzio lib.c.41.apud N. Cisner. Orat. de Ottone III. *Hermannum* nostrum filium faciunt *Landgravii Thuringiæ*, duo enim Hermanni in Historia Landgraviorum Thur.occurrunt,quorum alter filius fuit Lu-
C dovici cogn.Saltatoris A. 1114. 3. idus Junii defunctus, alter verò filius Ludovici cogn. Ferrei,in Comitem Palat.Saxoniæ à Friderico I. Imp. electus, A.1215.16. April. è vivis excessit.

2. Errant & alii cum *Lazio* l. de Migrat. Gent.l.3.p.36.& *Blarero à Geiersberg* lib. de Electoratu Palat.p.2.p.289. *Hermannum* nostrum neglectâ penitus temporum ratione, filium statuentes *Hermanni* supradicti *Landgravii*
D *Thuringiæ* & Saxoniæ Palatini A.1215. defun cti,ex *Sophia Palatina* (duas enim hic Hermannus Uxores habuit nomine Sophias,I. filia erat *Friderici V. Comitis Palatini Saxoniæ*, 2. filiam,ut volunt *Ottonis Wittelsbachii* Ducis Bavariæ,quam tamen Adelreitzer. in Annal.Bav. *Popponi Comiti Hennenbergico*, & Rittershusius in Geneal. *Ruperto II. & Comiti Castel* nuptam scribunt.)

3. Fallitur & Cl. *Spenerus* quando in Op.Herald. p.669. cum *Hofmanno*
E in Geneal. ComitumPalat.Rheni eundem *Hermannum* nostrum de vera Veteri linea ultimum prædicat.

4.Erat deniq; & *author Ms.ti Bipontini* de Palatinis Rheni & illorum insignibus eosdem à Cancrone Comite Rhenensi s. Rhingoviensi deducens, (quem etiam errorem erravit Hubert: Leodius sed rectè jam dudum refutatus Frehero l.c.p.2.c.3.p.44.) ubi & *Hermannum* nostrum Rheni Palati-
F num *Wilhelmi* suprà memorati *fratrem* fuisse memorat, contra expressum ipsius Imperatoris Conradi III. testimonium,quando in Diplomate de An. 1144. supra in Wilhelmo P. allegato declarat, omnia Wilhelmi (ultimi absque liberis defuncti) bona allodialia justis modis jam ad Imperium devoluta esse.

Quod autem Originem attinet familiæ *Comitum de Stalecke*, ut & *paren-*
G *tes Hermanni Palatini* nostri,fateor me tripodem movisse, sæpius in consilium advocatis quibusdam viris Clarissimis: sed aut ambiguè respondet oraculum,aut tantis obscuritatibus rem involutam, spe luminis afferendi decollante,in medio tantum relinquit. Interim in re tantis nodis irretita & ardua,aliis nihil ausuris,conjecturâ negotium aggrediar,& est in magnis, in obscuris aliquid voluisse. Quid igitur obstat,quo minus,quid nobis sententiæ hæserit,ad prudentiorum discussionem huc apponamus.

H 1. In Actis Sanctor.Cl.Papenbrochii.t.5.Maji.ad 21. Maji. in vita *Ezonis Palatini* nostri mentio fit cujusdam *B. Eberhardi de Stalecka pedissequi Ezonis seu Erenfridi Rheni Palatini*, qui varia loca in agro Coloniensi possidebat,sedemque suam, figebat in castro Tonaburg (nunc diruto in Ducatu

Julia-

Juliacensi) aliquando etiam in *Brovvilre* (ubi etiam nuptias celebravit A
cum uxore sua Mathilde) prope Coloniam Agrippinam, cujus etiam *Ecclesiæ Vexillifer & Primipulus* erat, ut Gelenius testatur, verosimile inde est, *Ezonem Palatinum Rheni feuda* quædam à dicta Ecclesia obtinuisse, & procul dubio etiam castrum illud *Stalecka*, atque idem castrum Ezonem Palatinum deinde in *subfeudum* concessisse *B. Eberhardo pedissequo* suo. Castrum autem illud *Stalecka feudum esse Coloniense* Palatinis Rheni concessum, patet & mani- B
festum est ex literis feudalibus *Philippi* Archi-Episcopi Colonienſ. *Conrado Rheni Palatino* A. 1189. datis, quas vid. apud Freher in Orig. Pal. p. 1. p. 92., & in Cod. Diplomat. Palat. nostro, adde Irenicum in Exeg. Germ. l. 3. c. 55., hinc conjicere licet, *Hermannum* nostrum *Comitem de Stalecke* ex posteris fuisse *B. Eberhardi de Stalecka pedissequi Ezonis*, cujus in Act. Sanct. mentio fit; & cujus vitam etiam promisit Cl. Papenbrochius ad 30. Nov. C

2. Si ex antiquitate Historica sufficienter demonstrari posset, castrum & Comitatum *Stalecke* eodem modo, quo proximè adjacens *territorium Simmerense*, uti de eodem Freherus noster docet in not. ad Pet. de Andlo. 1. c. 16. & Topograph. Palat. pag. 46., antiquitus *ad Ducatum Lotharingo-Mosellanicum* spectâsse, haud leve inde argumentum sumi posset, quo demonstraretur, *Hermannum* nostrum ex posteris Ducum Lotharingiæ descendisse, D
vel *Friderici* (fratris Theodorici I. D. Loth.) qui *Hiltegardem* Ezonis ex fratre Hezilone neptem uxorem duxerat. vid. sup. Genealog.

3. Si conjecturâ adhuc uti liceat, donec rei veritatem aperiat tempus, ausim dicere *Hermannum* nostrum *ex Comitibus Hennebergicis* originem traxisse, idque argumento bonorum seu terrarum jure hæreditario acquisita- E
rum, atque in ipso antiquo Comitatu Hennebergico sitarum, quas Monasterio Bildhusano à se in eodem tractu exstructo contulit, ut *Holnstat*, *Ramfeltshusen*, *Utenhusen*, *Rapertshusen*, *Löherith*, *Dominicale in Weingheim* & 7. mansos in *Junckershusen*, de quibus infra. 2. Vendidit & Hermannus noster *castrum Hartenberg* in eodem Hennebergico territorio situm *Popponi* Comiti Hennebergico pretio 400. Marcarum argenti, de quo Chro- F
nicon Ms.tum Bildhusanum his verbis: Das Schloß Hartenberg ist deß vorgem. Pfaltzgraffen Herman gewest / daß hat er Popen von Imholdshausen (aliis Irmenoldshausen & Ermelshausen, Poppo hic Gothwaldi Comitis Hennebergici An. 1150. defuncti filius erat) umb vierhundert Marck Silbers verkaufft / und dasselbe Gelt in die Klöster / Bildhausen und Wechterswinckel geben. etc. G

Quicquid autem sit, certum interim est, Ottonem Frisingensem l. de gestis Friderici I. Imp. l. 2. *Hermannum* nostrum Rheni Palatinum, *Magnum Imperii Principem*, & Guntherum Ligurin. *celeberrimum Aulæ custodem, cujus erat tumido tellus circumflua Rheno*, & Trithemium in Chron. Sponheim. l. 2. c. 38. *virum maximum & per omnia generosum* vocâsse. Porrò idem *Hermannus* noster præter Palatinatum Rhenanum, quem Cæsaris gratia obtinuit, ipsum H
etiam *Palatii*, *Vicariatus* & *Archidapiferatus* Officium eidem annexum consecutus est, hinc rectè Freherus noster lib. de legit. tutela curaque Elector. Palat. *jus ab antiquo invaluisse, ut qui Palatinatum Rheni possideret, idem etiam Elector & Imperii Officialis audiret.* adde Blarerum à

A à Geiersberg l. de Elector. Palat. p. 2. pag. 289. Et quemadmodum *Sigefrido* ejusque filio *Wilhelmo* in Palatinatu Rh. aliisque jam dictis Imperii officiis successit, ita etiam eandem *Urbis & Ecclesiæ Trevirensis Advocatiam*, quam Sigefridum ejusque filium Wilhelmum, imò & alios antiquissimos & primos Rheni Palatinos gessisse supra ostendimus, obtinuit. v. Kyriandrum in Ann. Trevir. l. 11. p. 123. & p. 13. 144., Brower. & Massen. in Ann. Trevir. t. 2. p.
B 49. 52., & ad A. 1147. p. 774. de quo infra pl.

A. 1139. *Hermannus* noster Comes de Stalecke *Ottonem Comitem de Rhinecke* (quem alii, nescio quâ fide *Comitem Palat. de Rhinecke* vocant: ut *Beka, Heda, P. Hachenbergius* de Comitibus Bentheim:, nisi fortè eum ex *Palatina* aliqua genitum dicamus, de quo supra dictum, interim in Diplomatibus
C Lotharii II. Imp. de A. 1131. 8. K. Maji. & de A. 1135. & Conradi III. Imp. de A. 1138. 3. id. Apr., 1138. 4. id. Apr., 1146. 3. Kal. Januar., quæ vid. apud And. du Chesne lib. cit. p. 35., imò apud Rittershusium in Exeg. Hist. p. 142., & in Codice Membranaceo de gestis Trevirens. in Bibliotheca Francofurtensi ad Mœnum, non nisi *Comitem de Rhinecke* simpliciter vocitatum lego) interfecit, causa autem discordiæ à Scriptoribus, quantum quidem scio, non memora-
D „tur, de quo Heda l. de Episc. Ultraject. p. 308. hæc tradit: Otto Comes Ni-
„ comagi ex stirpe Palatinorum Præfectus in Bentheim, Sororius Theodori-
„ ci Comitis Holland. grassabatur in Trentanos, cui Episcopus Heribertus
„ non valens resistere, accito tamen in subsidium Hugone cognom. Butyro
„ ex nobili familia de Arclo; tandem hic Otto apud Hensheim s. Oversheim
„ inita crudeli pugnâ occisis multis capitur & Trajectum abducitur, unde
E „ Theodoricus Comes Holland. cum aliis Trajectum obsidet, tandem Otto
„ Comes liberatur, qui arcem suam Bentheim B. Martino tradidit, quam
„ rursus in beneficium accepit, sed hic Otto paulo post ab Hermanno Comite
„ de Stalicke (*Stalecke*) dolenda morte perimitur, & Otto filius Theodo-
„ rici Com. Holland. successit in Comitatu Bentheim. adde Pistor. in Chron. Mag. Belg. pag. 166., And. du Chesne in Hist. Lücemb. in probat. p. 44.

F An. 1140. *Hermannus* noster apud Imperatorem *Conradum III. in curia Soldensi apud Vilisburg* versabatur, prout commemorat Diploma Imperatoris superius allegatum. v. Ital. Sacr. p. 516.

A. 1144. Diploma *Conradi* Imp. subscripsit, quo Imperator bona *Monasterii Sprenckersbacensis* diœceseos Trevirensis confirmavit, & quo *castrum Cocheimense* ad Mosellam aliaque *Wilhelmi* Palatini absque liberis defuncti al-
G lodia justis modis ad Imperium jam devoluta esse testatur Imperator, testibus: *Hermanno Comite Palatino Rheni, Alberto* Marchione *Saxoniæ, Gebhardo* Comite *de Sultzbach, Gothofredo* Com. *de Spanheim, Ottone Com. de Rhinecke, Udalrico, Ottone* ab Arra, *Hermanno* Comite *de Virnenburg, Ruperto* Com. *de Luremberg* (Nassoviæ) *Reinholdo de Isenburg* Regis ministerialibus. etc. v. Massenii Annal. Trevir. l. 14. p. 764. ad An. 1142. Anno sequente *Hermannus*
H Palatinus noster cum Imperatore *Magdeburgum* profectus, natalem Domini celebravit, uti jam supradictum. v. Chron. Montis Seren. apud Meibom. p. 18. ubi & Diploma Imperatoris subscripsit. v. Lindenbrog. p. 177.

A. 1146. pridie Non. Jan. *Spiræ* fuit apud Imperatorem, ut patet ex Diplomate Imperatoris dato Abbati S. Maxim. Trev., quod v. apud And. du Chesne lib. cit. p. 41., Zillesiū in defens. Abbatiæ S. Maxim. & infra in Codice Diplom.

A. 1147.

A. 1147. *Ludovicus* Rex Franc. injurias, quæ sibi à Saracenis ex Portugal- A lia inferebantur, conquestus, Germanos exoravit Principes, ut pietatis studio accensi, eos ex Hispania exterminare vellent. Totus commoveri cœpit Septentrio, inque partes vocati *Daniæ Rex* Ruthenorumque populi, à quibus exercitũ terra mariq; copiosissimum lectum coactumq; fuisse Scriptores memorant. In Saxonia cumprimis gemino exercitu, ductante ordines *Friderico* Archi-Episcopo Magdeburg., bellum accendebatur ardentissimum, cui B cum quam plurimis aliis Germaniæ Principibus *Hermannus* quoque Palatinus noster socias manus adjunxerat. Neque minores numero copias *Albero* Bremensium Pontifex in Saracenos armaverat, quâ de re in Historia Saxonica & inprimis in Chron. Montis Seren. h. modo legitur: Hoc an-„no 1147. magna multitudo signatorum contra Paganos aquilonem versus „habitantes profecta est, ut eos aut Christianæ religioni subderent, aut omni- C „no delerent, hujus expeditionis Principes erant Fridericus Archi-Episc. Mag-„deburg., Rudolfus Halberstad., Wernerus Monasteriensis, Rheinhar-„dus Merburg., Wikerus Brandenburg., Anshelmus Havelsberg., Hen-„ricus Moraviens. Episcopi, Wiboltus Corbejens. Abbas, Conradus Mar-„chio (Misniæ) Albertus Marchio, Fridericus Comes Palatinus Saxoniæ, „Hermannus Comes Palatinus cum aliis multis ad 60000. etc. In alia ejus- D „dem expeditionis societate erant Albertus Bremens. Archi-Episc. Ditma-„rus Verdens. Episcopus, Henricus (*Leo*) Dux Saxoniæ, Conradus Dux „Burgund., Hartvvicus Princeps Nobilis cum aliis ad 40000. Item Rex „Daniæ cum 100000. suorum Provincialium, frater etiam Ducis Poloniæ „cum 20000. militum. Præterea Navalis exercitus Anglorum, Colonien-„sium & Flandrensium cum ipsis simul terram Paganorum ingressi, civita- E „tem quandam munitissimam Ulyxibonam nomine, magno licet labore „ceperunt, interfectis paganis CC. millibus, huc usque Chronicon. Sic mense Junio classem ad Portugalliam appulerunt, & 4. Kal. Jul. *Ulissiponam* accesserunt, urbemque hanc opulentissimam 12. Kal. Nov. in suam redegére potestatem, Germani postea ingenti præda onusti, domum rediére. adde Robert. de Monte ad A. 1147., Helmoldi Chron. Slav. l. 1. c. 63. & 66., Saxo. l. F 14., Massen. ad Annal. Trev. ad A. 1147. p. 774.

Eodem hoc anno 16. Kal. Novemb. *Hermannus* Palatinus noster etiam *Niumagi* fuit apud Imperatorem, dictante verum Diplomate Imperatoris *Conradi III.* (quo etiam constat, Imperatorem non anno hoc in *Palæstinam* profectum, quo etiam nomine Crusius in Annal. Suev. rectè *Tyrium* refutat) dato *Lamberto de Gennep* Abbati Werthinensis Monasterii S. Ludgeri, eo quod G ipse Abbas conquestus esset apud Imperatorem de *Hermanni* Palatini Rheni violentia & prohibitione navigii ex Rheno in Ruram, ad cujus jurisdictionem illa & circumjacentia loca pertinuére. Diploma autem, quod *Bucelinus* in Topo-Chrono-Stemmatographia p. 315. exhibet, hoc modo se habet: in nomine St. & individuæ Trinitatis. Conradus divina fa- H vente Clementia Rom. Rex Notum sit omnibus Christianæ religionis & Romani Imperii fidelibus, quod *VVerthinense Monasterium* in propria *B. Luitgeri* hæreditate constructum, exemplo antecessorum nostrorum Regum videlicet & Imperatorum, sub nostra tuitione suscipientes, cum omnibus ad se pertinentibus plenissimæ immunitatis securitate perfrui decernendo

A jubemus omnia,quæ piè ordinata sunt.etc. Et nos quoque eâdem pietate concedimus & corroboramus,& quæ evulsa sunt in pristinum statum reformamus,unde & illud,quod piæ memoriæ *Conradus I.* Imp. Roman. Augustus *de Navigio Rheni in Ruram* fluvium usque ad Monasterium religiosè Abbati Geroldo concessit, nos venerabili Abbati Lamberto,suisque in perpetuum Successoribus recognoscimus, & omnia obstacula per violentiam imposita,
B misso tum temporis Comite Hermanno eradicari jussimus, & de cætero liberum esse iter navigii non solùm usque ad Monasterium,sed & ulterius, si commodum suis utilitatib' &Ecclesiæ suæ perspexerit judicio Principum regni,posito Banno,præcepimus & supradicto Comiti (Hermanno) *ad cujus Comitatum pertinet*, hoc inviolatum conservare ad Ecclesiam B. Luidgeri utilitatem & nostrum honorem injunximus, quod ut perpetuum & incon-
C vulsum omnibus seculis ad gloriam Dei & nostram salutem permaneat, manu propria roborantes sigilli nostri impressione confirmari jussimus. Hujus rei testes sunt: *Arnoldus* Coloniens. Archi-Episc., *Wernerus* Monasteriens. Episc., *Henricus* Comes de *Gelre*, *Henricus* Com. *de Limburg*, *Adolfus* Ecclesiæ Advocatus, *Eberhardus* filius ejus, *Rupertus* Comes *de Luremberg* (Nassoviæ) *Gotfridus* & *Hermannus de Kücke*. etc. Ego Arnoldus Cancellarius vi-
D ce Henrici Archi-Episcopi Moguntinensis & Archicancellarii recognovi. Datum 16. Kal. Novemb. Anno Domin. Incarnationis MCXLVII. Indict. X. regnante Conrado Romanorum Rege 2. Anno regni ejus X. Actum Nuimago feliciter. Amen.

Plura & alia acquisivit jura emtionis titulo Monasterio S. Luidgeri prædictus Abbas Lambertus, inter cætera etiam *Curtem Angeren* cum attinentiis
E sylvarum, aquarum &c. in præsentia & placito Domini *Hermanni Comitis Palatini*, ac præsidente vice ejus Comite *Hermanno de Hartenberg* Advocato ejus Curtis. ut testatur *Bucelinus* lib.cit.p.315.

A. 1148. Imperator *Conradus* expeditionem *in Palæstinam* contra Saracenos cum 70000. Equitum & aliis 200000. suscepit v. Otton, Frising., Cluver. Hist. Univers. Ratisbonæ mense Mayo Danubio secundo vectus, equitatu
F terra subsequente,Pentecosten in finibus Germaniæ egit. *Hermanno Rheni Palatino* nostro ut Imperii *Vicario*,absente Cæsare in Germania relicto, qui etiã hoc anno bellum gessit cum Adalberone Archi-Episcopo Trevirensi,de quo. v. Freher. in Orig. Pal.p.81., Blarer. à Geiersberg de Elect. Palat. p. 2. p. 267., Gebvvold l. de Septemvir.p.1.p.98., Massen.& Kyriand.in Ann. Trevir. l. 11. pag.123., ubi rem hoc modo exponit: *Hermannus Comes Palatinus cum ca-*
G *strum Tris* (paulo supra Caradunum s. Caerden, ultra ripam Mosellæ defluentis excelso à colle loco anfractuoso & undique prærupto situm,in quo postea etiam Hillinus Adalberonis Successor turrim exstruxit) *Ottoni Comiti de Rhinecke eripiens occupasset & operibus munivisset, Otto idem castrum cum attinenti terra Adalberoni Archi-Episcopo consentiente Gertrude* (filia Jo-
H hannis Comitis Tubantiæ s. Benthemii) *cessit recuperandum, mox ab Adalberone obsideri cæpit,adducente autem cohortes suos Palatino, Episcopus triduo pugnandi copia facta talem ad milites orationem habuit. O vos B. Petri amici! O Sanctæ Ecclesiæ defensores! qui hodie pro Deo & justitia mortalia corpora vestra hostili gladio opposuistis, nunc veniat vobis in mentem B. Petrus, cujus milites hodie existitis credatis, eum cum magna sanctorum caterva invisibilib'*

clypeis

clypeis vos protegere, certi estote de victoria, respicite hoc signum Crucis, hoc ter- A
ribile signum adversariis JESU Christi; hæc est crux, in quâ Hermannus Comes
Palatinus mihi juravit fidelitatem die illa, QUA ADVOCATUM EC-
CLESIÆ NOSTRÆ IPSUM CONSTITUI, *die, qua vires illamque po-*
tentiam ei contuli, per quam me modo infestat, tunc prædixi ei in hac cruce esse
de ligno Domini, in quo ille, cujus hæc Sacrosancta refulget imago, de hoste humani
generis triumphavit, multorum Sanctorum reliquias in hac cruce indicavi conti-
neri, ipse vero Palatinus Hermannus tenens manum super hanc Sanctam imagi- B
nem juravit mihi in hæc verba: Hunc Dominum, hunc pro nobis crucifixum do
vobis Domino Archi-Episcopo fidejussorem, & juro vobis per ejus virtutem, quod
nunquam aliquid contra vos faciam, & quod in omnibus vestris necessitatibus
cunctis viribus meis vobis fidelitate assistam. Nunc verò sciatis omnes, quod
hunc fidejussorem Christum scil. Dominum in hac suâ sanctâ imagine portabo an-
te illum, oculis illius eum ingeram, hunc sui juramenti testem illi demonstra- C
bo. etc. *facta itaque indulgentia & absolutione Archi-Episcopus benedictionem*
super omnes faciens, omnes ita animavit, ut in nemine timiditatis signum appare-
ret, Comiti Namurcensi (Gothofredo) *vexillum commisit, ipse suis manibus*
crucem gestavit. Hæc cum annunciarentur Hermanno Palatino nostro, legatos
de pace misit, & ut præsidium suum de castro abire permitteretur, ab Archi-Epi-
scopo obtinuit, sicque Archi-Episcopus castro Tris (quod ab antiquo verè ad Pa- D
latinos spectabat) *cum attinentiis potitus, ad Successores transmisit.*

A. 1149. Imperator reversus *ex Palæstina* per mare Adriaticum *Polæ* appulit, *Aquilejam* inde pergens, Pentecosten *Salisburgi* celebravit; expeditionem hanc fusius descripserunt *Niceta* l. 1. & 2., *Tyrius* lib. c. 27. l. 17., *Otto Frising.* l. 1. c. 24. 33.

A. 1152. mense Januario *Hermannus Palatinus Rheni* Confluentiæ fuit E
apud Adalberonem Archi-Episc. Trevir., jam sibi reconciliatum, graviq; morbo laborantem, qui etiam eodem morbo, febre scil. præcordia vehementi inflammatione ad latera convellente Pleuritide 18. Kal. Februarii diem suum obiit extremum, cujus corpus odoramentis conditum à *Phil: Lombardo Medico* ejus peritissimo, qui triduo ante inspectâ urinâ, criterion mortis indicaverat, deinde Treverim delatum solennibus exequiis honoratum est, F
funus ejus prosequebatur *Hermannus Rheni Palatinus* noster. Mense insequente Februario summum etiam Imperii caput, Imperator videlicet *Conradus* Bambergæ mortalitatem reliquit 15. die Februarii ætatis 58. non tamen sine veneni suspicione à Medicis Italis, quibus usus, *Rogerij Siciliæ Regis* instinctu propinati, sepultus in monasterio Laureacensi. Quo mortuo *Fridericus* cogn. *Barbarossa* Conradi III. Imp. ex fratre *Friderico II.* cognomento Co- G
clide Sueviæ Duce & Comite ab Hohenstauffen nepos, Imperator eligitur Francofurti 4. Martii 1152. De cujus electione *Amandus* Secretarius Friderici I. apud Gebwoldum l. de Septemvir. c. 6., libro de primis gestis Friderici I. ita: *Plurimo numero convenientes Principes dixerunt per suos internuncios ad 6. aut 8. Principes officiatos regni residentes in arcano loco curiæ Regalis: nos & tota patria testatur, nullum aptiorem esse regno regendo, quàm* FRIDE- H
RICUM DE WEIBLINGEN. Rex noviter electus feria 5. navigium ingressus, per Mœnum Rhenumque vectus usque ad villam Regalem *Sincicham*,

 ubi

A ubi equis conscensis proximo sabbatho *Aquisgranum* venit, *Hermanno* Palatii Comite una cum aliis Imperii Principibus eum concomitante, sequente Dominicâ 9. *Martij Coronatus* ibidem ab *Arnoldo* Coloniensi Archi-Episcopo, Aquisgrano *Trajectum* profectus, & Paschate *Coloniæ* celebrato, per Westphaliam in Saxoniam abiit, & *Mersburgi* Pentecosten, & simul etiam prima Comitia egit, in quibus gravem controversiam inter *Canutum* & *Petrum* Da-
B niæ Reges decidit, Petroque Regnum Daniæ addixit. vid. *Otton. Frising.* de gestis Frid. I. l. 2. c. 5., *Gunther.*, *Saxon. Sialand.* l. 14. & *Crantz.* Dan. 5. c. 31.

A. 1153. 3. id. Junii *Hermannus Palatinus* noster apud Imperatorem *Wormatiæ* versabatur, prout Diploma Imperat. testatur, datum monasterio Balmensi, quod vid. in Biblioth. Cluniacensi p. 1415. Et 4. Kal. Jan. *Treveris* fuit, ut ex ejusdem Imperatoris Diplomate liquet apud Miræum in Donat. Belg.
C l. c. 59., & Anno sequente *Cæsar in Italiam* profectus est, *Hermanno* interim nostro in Germaniâ Imperii Vicarium agente, & sequente

A. 1155. Rex Romæ coronatus est *in Imperatorem* 27. *Junij.* Hoc quoque anno *Arnoldus Archi-Episcopus Moguntinus* propter injurias, ut Trithemius in Chron. Hirs. p. 428. scribit, contumelias & rapinas Episcopo Wormatiensi cleroque illatas, *Hermannum Palatinum* nostrum cum suis asseclis ex-
D communicavit, hinc ita commotus Palatinus, cum copiis terras Archi-Episcopi hostili animo ingreditur omnia devastans, contra quem Archi-Episcopus suum quoque misit exercitum; verùm audito Imperatoris reditu, subitò territi omnes quieverunt. ita Trithemius l. c. & alibi ad A. 1160. scribit: *Arnoldum Archi-Episc.* alterum pedem aureæ Crucis diripuisse, quo exercitum conduceret contra *Hermannum* Palatinum nostrum (crucem autem hanc
E auream *Willigisius* quondam in honorem Dei ex puro auro fabricari jussit, cujus patibulum erat Cypressinum, aureis laminis pretiosisque lapidibus circumductum, imago Christi magna & tota erat ex auro 600. libras auri continens, cujus alterum pedem *Marcolphus Archi-Episc.*, etiam abstulit, *Romanoq; Pontifici* tradidit) Imperator cognito tumultu in Germaniâ exorto, reditum parat in Germaniam, de quo Otto Frising. l. de gestis Frid. I. c. 27. ita: *Totum*
F *ferè transalpinum Imperium seditionibus motum ferro, flamma, publicis congressionibus turbatum, absentiam sui sensit Principis, inter quos duo hi Principes* (Archi-Episcopus & Palatinus) *tantò ad nocendum efficaciores, quantò fortiores.* Mense itaque Septembri rediens *Imperator Tridentum*, inde Bavariam petiit, ubi *Ratisbonæ* causam cognoscit inter *Henricum Leonem* Bavariæ & Sax. Ducem & *Henricum* Marchionem Austriæ, sed irrito effectu, hinc alium
G his diem indixit & Principum conventum in finibus Bavariæ & Bohemiæ celebrandum, quo cum venissent, *Uladislaus* Bohemiæ Dux, *Albertus* March. Brandenb., & *Hermannus Rheni Palatinus* de felici ex Italia reditu Imperatori congratulaturi, Imperator denuo *Henricum patruum*, quem Marchionis duntaxat titulo insignem, mense postea Octobri Ducem creaverat *Ratisbonæ*, *Henrico Leoni* reconciliare sed frustra tentavit.

H Exactis hisce Comitiis, alia medio Oct. *Ratisbonæ* agenda, *Henricis* pro eadem causæ cognitione indicuntur, in quibus *Arnoldus* Archi-Episcopus Mogunt. Imperatoris quondam Cancellarius & *Hermannus Rheni Palatinus* graves accusationes atrocissimasque injurias sibi invicem illatas ad Imperato-

perato-

peratorem deferebant, & ut Spangenberg in Chron. Mansf. ad A. 1155. Wolten alle beyde gerecht seyn / und erhebliche Ursachen einer gegen den andern gehabt haben/der Kayser aber ist mit keinem wohl zu frieden gewesen. Imperator autem rem ad Principum conventum, *Wormatiæ* circa festum nativitatis Domini habendum, remisit cognoscendam, quo cum venissent Principes, Imperator natali Domini Wormatiæ celebrato, & causa cum Principibus cognitâ, nullum horum de damno dato passoque planè innocentem fuisse perspexit, hinc consilio Principum ambos ob violatam publicam Germaniæ pacem in antiquam & maximè probrosam, Francis, Saxonibus, Gothis, Suevis, Bohemis, Longobardis quondam usitatam pœnam (vid. Arnold. Mediol. ad A. 1088., Carolum du Fresne glossar. voce canis, Bangert. not. ad Helmoldi Chron. Slav., Paulini Zeitkurtz. Lust p. 1. p. 144.) *ad Canes* videlicet *portandos* ab uno territorio in aliud 2. vel 3. die Januarii 1156. condemnavit, Lehmannus Historiam hanc in Chron. Spir. l. 4. p. m. 528. hoc modo fusius recenset: Nach deme der Kayser wieder auß Italien kommen / hat er Pfaltzgraff Herman und Arnold Ertzbischoffen zu Mayntz auff dem Reichstag zu Worms verhört/und nach befundener freventlicher Mißhandlung sämtliche hohe und nidrige Stands durch Erkänntnüs der Reichs-Fürsten verdambt/daß sie beyde mit ihren Helffers Helffern als Landfrieden-Brechere einen Hund auff dem Rücken von einer nach der anderen nechst-angelegenen Graffschafft tragen solten / dieweil nun das Speyergaw und die Stadt Speyer die nechst Graffschafft bey dem Wormsgaw war / als schreiben die Historici daß so wohl Herman als Arnold und deren Helffer das ergangene Urtheil vollstreckt hätten / doch habe der Kayser deß Ertzbischoffen/ wegen hohen Alters und geistlichen Stands mit dieser Straff verschonet (addit Spangenberg lib. cit. Comites quosdam ex parte Archi-Episcopi *Ludovicum* scil. *Comitem de Lochem, Wilhelmum Comitem de Gleisberg* jam canes portare incepisse, ipsis autem mox Cæsaris mandato, habito respectu Archi-Episcopi, qui deinde eodem etiam anno *Romam* ad Apostolicam pœnitentiam profectus, vid. Serrar. de reb. Mogunt., iterum ablatos fuisse, adde Dodech. Chron.) Pfaltzgraff Herman aber mit seinen 10. Helffern als Emicho Graff von Leiningen / Gottfrid Graff von Sponheim/Conrad Graff von Kirchberg/Henrich Graff von Diedesheim/Henrich Graff von Catzenellenbogen/ (& Berthold Graff von Nida v. Spangenb.) etc. habe das ergangene Urtheil vollzogen/und einen Hund bey den hindern Füssen / die ihm an die Schultern gebunden herab hangend/ oder wie andere wollen / daß er selbsten mit seinen Händen die 2. hinder Füsse gehalten / und den Hund den Rücken hinab hangen lassen/oder wie andere wollen / an den Armen tragen müssen / und zwar von der Wormbser Gräntze an biß an die Speyerische/andere durch die Stadt selbsten/andere/biß an die Stadtmauer. Otto Frising. tradit, Palatinum ad milliare usque canem portasse. Et Ligurinus: Et portavit Scapulis passus plus mille latrantem. vid. & Crantz. Saxon., de quo & Georg. Scabinus Poëta hoc modo.

Ergo quid Italicis dum concita gessit in oris
Bella Palatinus moverat arma domi,

Hunc

A *Hunc licet invitum detrectantemque coegit,*
Inclita per NEMETUM *mœnia ferre Canem.*

Et Guntherus Ligur. fusius lib. 5. de gestis Friderici I. Imp.

—— merita consumit clade nocentes
Cumque Palatino COMITES BIS QUINQUE *potentes*
Ferre canes scapulis fœdissima pondera cogit.

B Et alibi.

—— ac ni GRAVIS ÆTAS *&* SACER ORDO
Pontificem tutata ferens, aut sanguine pœnas
Solveret, aut summi pateretur probra pudoris,
Qui vetus mos est, ut, si quis Rege remoto,
SANGUINE *vel* FLAMMA, *vel* SEDITIONIS APERTÆ
C *Turbine, seu* CREBRIS REGNUM VEXARE RAPINIS
Audeat; atque gravem quam fuso sanguine pœnam
Excipiat, si liber erit, de more vetusto
Impositum scapulis AD CONTIGUI COMITATUS
Cogatur per rura canem confinia ferre,
Sin alius sellam, cujus dispendia pœna
D *Ille* PALATINÆ CUSTOS CELEBERRIMUS AULÆ.
Non potuit vitare Comes cunctisque videndus
Portavit scapulis passus plus mille latrantem:
Hanc quoque tunc alij simili pro crimine pœnam
Sustinuére DECEM COMITES *totidemque coacti*
Fœda tulére canes generoso pondera collo
E *Cujus inaudita pœna timor altus in omnes*
Irruit, ut nullus procerum præsumeret ultra
Armata certare manu, sed pace sequestra
Judicis arbitrio sua quisque reposceret æqui.

Adde Dodechen. Chron., Otton. Frising. l. cit. 2. c. 27. 28., Radevic., Bangert. in not. ad Helmoldi Chron. Slav., Rittershus. not. ad Ligurin. p. 100. Hæc Ca-
F nis portatio Græcis κυνοφορία pœna erat militaris, maximè probrosa antiquis, ut dictum, Francis, Gothis, Saxonibus usitata, & non nisi Nobilioribus infligebatur; v. & Chron. Slav. l. 7. c. 2. Imperii scil. Principibus, Comitibus illustrioribus pacis publicæ violatoribus. Witichindus l. 2. Ann. p. 16. eam *Dedecus,* Otto Frising. *ignominiam*, Guntherus l. 5. ℣. 193. *summa probra pudoris* vocat. Canem autem plerumque *à loco criminis commissi ad proximam Ecclesiam*, ut
G Arnoldus, vel usque *ad Regiam villam*, aliquando etiam *à finibus certi districtus usque ad proximè adjacentem* portare cogebantur. Deinde pœna etiam erat criminalis conjuncta aliquando *cum ultimo supplicio*, antequam enim rei ad supplicium ducerentur, majoris ignominiæ conciliandæ causa canem portare cogebantur. vid. Otton. Frising. Eodem modo, quo *Romani* quondam *cruci affigendos* crucem suam ad locum usque supplicii portare astrin-
H gere solebant, aliquando etiam in gratiam Imperatoris recipiebantur istiusmodi canum portatores, & muneribus affecti in pace dimittebantur. v. Witichind. l. 2. p. 16. Annal., quæ tamen haud vulgaris Cæsaris gratia erat. In Historiis autem inprimis 4. Exempla Principum maximè memorabilia occurrunt, qui in eandem pœnam condemnati antiquitus fuére. 1. E-

1. *Eberhardus Comes Palatii* & *Dux Franconiæ*, Conradi I. Imper. frater, ob igne ferroque devastatam urbem *Elveri* (Elmeri, forsan *Elmershausen*, vel ubi hodie Cœnobium *Helmershausen* ad fl. Wisaram, ut autumat Cl. Meibomius in not. ad Witich.) ad *Brunichonem* Ducem, Comitem Wethinensem quosdam spectantem. v. Witichind. l. 2., Ursperg. Chron., Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 4., de quo & supra dictum in Eberhardo Palatino.

2. *Borivoius Dux Bohemiæ*, hic pulsus à *Suendibocho* A. 1110. Bohemiam B & Pragam incendiis vastat, *Ladislaus* verò Suendibochi successor Henrici V. Imperatoris auxiliis fretus *Borivojum* cum suis rebellionis sociis cepit, inde Ladislaus Pragam occupaturus eum à *Præfecto urbis illustri Comite*, qui à partibus stabat Borivoi, in urbem non intromitteretur, hinc idem postea urbe captâ, eadem pœna afficiebatur.

3. *Hermannus Comes Palatinus Rheni* de quo jam egimus. C

4. *Gerhardus Nobilis Dom. de Querfurt*, hic cum A. 1202. *Henricum Ecclesiæ Magdeburgensis Decanum* in via publica invasisset eumque lumine oculorum privâsset, ab Imperatore *Philippo* ad canem portandum cum 500. nobilibus, qui opem auxiliumque ferebant, condemnatus est, judicio deinde Principum pœna mitigata & in mulctam commutata fuit, ita ut 1000. libras argenti læso & oculis privato., 100. etiam libras Ecclesiæ Magdeburgensi D persolveret, 500. verò nobiles Canes à loco criminis commissi ad valvas usque Ecclesiæ Magdeburgensis portare necesse habebant. vid. Arnold., Chron. Slav. l. 7. c. 2. Ch. Paulini Zeitkürtz. Lust p. 1. p. 144.

Hermannum autem Palatinum nostrum non diu pòst in gratiam ab Imperatore receptum fuisse manifestum est non solùm ex Diplomate ejusdem E Imperatoris de A. 1158., quo possessiones Monasterii Bildhusani in Franconia ab Hermanno Palat. fundati confirmavit, sed etiam ex eo, quod eodem anno publicos Principum conventus, frequentaverit, sic 15. Kal. Julii 1156. *Herbipoli* fuit apud Imperatorem, narrante ejusdem Diplomate dato Episcopo Bergomensi. vid. Ital. sacr. p. 665. sic & 15. Kalend. Octobr. ejusdem Anni comitiis *Ratisbonæ* habitis interfuit, uti patet ex Diplomate Friderici Imp., F quo *Marchionatum Austriæ in Ducatum evexit*, eamque à Bavaria divisit, Diploma exhibent Chronicon Augustense, Gothofredus Monachus, Frehetus, Guilliman. in Habsburg., Goldast. in Constit. Imp. t. 1. p. 7. 302. Notandum autem *Hermannum* Palatinum nostrum in eodem Imperatoris Diplomate ab *Andrea* Presbyt. Ratisb. in Chron. Bav., *Miræo* in Donat. Belg. l. 2. c. 52. aliisque perperam *Henricum* vocari, cum nullus hoc tempore Rheni Palatinus in rerum natura fuerit, qui nomine Henrici insigniretur, neque talis fingi à quoquam nisi audacissimè potest. G

Eodem etiam anno *Hermannus Rheni Palatinus*, mundo valedicens *Eboracense Monasterium* opulentissimum Ordinis Cisterc. in Franconia diœceseos Herbipolensis ingressus vitam egit monasticam, in quo etiam *eodem adhuc anno* exeunte, mense videlicet Decembri febre correptus mortales exuvias deposuit, nullis relictis liberis, ut authores testantur coævi. Dodech. continuator Lamberti Schafnab. ad An. 1156. & Otto Frising. adde Chron. Montis Sereni, Trithemium in Chron. Hirs. ad A. 1156. & in Chron. Sponheim. ad h. a. H

A Mutium in Chron. Germ. l. 8., Crusium in Annal. Suev. p. 2. l. 10. p. 425., Maſ-
ſenium in Annal. Trevir. t. 2. p. 60., & non An. 1164., ut habet Epitaphium
ipſius *Hermanni in Monaſterio Bildhuſano* à recentiori manu, uti ex ejus ca-
racteribus dignoſcere licet, imò ſuperiori demum ſeculo, ut autumo, confe-
ctum, & Necrologium Bildhuſianum, cujus verba huc tranſcribo: ad 2. diem
Octobris A. 1164. *Habemus cras anniverſarium diem Hermanni Palatini fun-*
B *datoris noſtri monaſterij Bildhuſani, qui obijt A. 1164. ab Ebraco monaſterio huc
vectus decumbit tumulatus etc.* & in margine: *Uxor ejus Gertrudis monaſte-
rium defuncto marito abſolvit ædificando.* Neque anno 1165., ut habet *manu-
ſcriptum Bipontinum* de Palatinis Rheni, quod Herbornæ vidi in Bibl. *Joh. à
Lent* SS. Theol. Doct. & Profeſſ., & *Hermannum* noſtrum *in Monaſterio Spren-
kersbacenſi* Diœceſeos Trevirenſis ſepultum fuiſſe memorat; verùm quia an-
C num ejus emortualem contra authoritatem coævorum in annum 1165. rejicit,
deinde etiam eundem *Sigefridi* Rheni Palatini filium, *Wilhelmi* Palatini fra-
trem ſtatuit (quod jam ſupra *ex Cæſaris Diplomate* & Annalibus Trevirenſi-
bus Maſſenii refutavimus) hinc & parum fidei etiam in hoc, quoad ſepultu-
ram videlicet annumque ejus emortualem, dicto MSto attribuendum eſſe ju-
dicamus. Deinde præter ſupra memoratos auctores coævos Ipſe etiam *Im-*
D *perator Fridericus I.* in Diplomate de A. 1158., quo ad inſtantiam *Adami Ab-
batis Eboracenſis, Henrico primo Abbati Bildhuſano* monaſterii ſui poſſeſſiones
confirmavit, teſtatur, Hermannum Palatinum noſtrum jam An. 1158. defun-
ctum eſſe, verba ipſius Diplomatis (cujus copia mihi facta eſt à reverendo
Dom. Biſchof, ejuſdem monaſterii Monacho, cum illud A. 1699. 16. Kalend.
Septembris perluſtrarem) hæc ſunt: *Et non ſolùm petitionis ſuæ devotione, ſed*
E *etiam* PRO AFFECTIONE PII PRINCIPIS, *quem pro fidelitate & probi-
tate plurimum dileximus, ut rebus humanis exceſſiſſe fideliter & pio tranſitu*
CERTISSIME SCIMUS, *&c.* Et paulò poſt: *Mirabilis ſiquidem Dominus
mirabilia in eo operatus eſt, cui & inſpiravit unctione Spiritus ſui, ut & mundi
gloriam & honorem Palatij noſtri æternæ retributionis obtentu deſereret, ſe &
omnia ſua Chriſto donare diſponeret. Verùm, quia priuſquam hæc omnia ad cer-*
F *tum finem perduceret, ex hac luce ſubtractus eſt, & contheralis ejus Gertrudis
religioſo ſtudio, conſilio & ope ſua, quæ vivens maritus ejus facere decreverat,
laudabiliter conſumaret. &c. Dedit cum omnibus appenditijs* (Monaſterio
Bildhuſano) *Holnſtat, Ramſeltshuſen, Utenhuſen, Rapertshuſen, Löherith,
Dominicale in Weingheim & 7. manſos in Junckershauſen.* &c. v. infra in Codi-
ce Diplomat. Palat., quo clariſſimè patet, *Hermannum Rheni Palatinum* no-
G ſtrum non A. 1164., ut in epitaphio ipſius, & iſtius loci Monachi perhibent,
ſed A. 1156. defunctum fuiſſe, monaſterii enim Bildhuſani antiquiora docu-
menta in bello illo à Ruſticis quondam excitato, omnia in cineres fuiſſe re-
dacta, ipſi monachi fatentur, quo factum, ut hodieque non amplius poſſi-
deant & vitam fundatoris ſui, & literas fundationis *Monaſterij* ſui, quod à
Friderico I. Imp. in Diplomate & *Bucelino* BILHILTHUSEN dictum, in tra-
H ctu Ronenſi ſitum, Oſtroque Francis & Haſſis vicinum atque à Neoſtadio
oppido ad Saulam (quondam Obern-Saltz dicto) duabus circiter leucis
diſtans, eodem Anno 1156. *Hermannus* noſter paulo ante ejus mortem
fundaverat, & poſt obitum ejus uxor *Gertrudis* conſumaverat, ut præter
Chro-

Chronicon Herbipolense MStum, quod vidi Herbipoli apud Bibliopolam, A etiam aliud Chronicon MStum Monasterii Bildhusani testatur, ubi hęc verba leguntur: Darnach im Jahr deß HErrn 1156. hat Pfaltzgraff Herman vom Rhein das Kloster Bildhausen gebaut / und von seinen erblichen Gütern mercklichen begabt / auch folgends dasselbe Bischoff Gebhard Graffen von Henneberg / und dem Stifft Würtzburg zugeeignet und übergeben. (electus hic fuit A. 1153. & denatus 1161., de donationibus dicto B Monasterio factis vid. & *Henningeſ.* in Genealog. Theatr. p. 2. p. 402. & *Spangenberg.* in Chron. Henneberg. qui etiam p. 91. addit: Daß es damahlen auch / als es gestifftet / den Hermansfelder See bekommen habe / quâ de re etiam in ejusdem Monasterii Bibliotheca fusiorem A. 1663. exaratam vidi deductionem) So hat Bischof Henrich der Ander diesem Kloster Bildhausen zugestellt ein Hube zu Cadelagshausen dreyssig Morgen Feldes C an der Brende / jährlich zwantzig Fuder Heues uff dem Ostier / dergleichen die Weyde / und das Holtzrecht uff dem Saltzforst. Das Schloß Hartenberg ist deß vorgemeldten Pfaltzgraffen Hermans geweßt / das hat er Popen von Imholdeshausen (aliis Irmenoldshausen & Ermelshausen castrum, in quo Poppo hic 10. Gothwaldi Comitis Hennebergici A. 1150. defuncti filius sedem posuerat) umb vierhundert Marck Silbers ver- D kaufft / und dasselbe Geld in die Klöster Bildthausen und Wechterswinckel geben. Ex scriptis Monasterii Wechterswinkel fol. 42. sub lit. B. huc usque Chronicon Bildhusanum. Fundatum itaque Monasterium hoc, An. 1156. & non anno 1157. idibus Februarii, ut C. Jonquelinus è Soc. Jes. in lib. de fundationibus Monasteriorum Ordinis Cisterciens. (quo tempore forsan consecratio facta fuit) Atque in hoc quoque Monasterium corpus *Hermanni Rheni Palatini* nostri ex *Eboracensi monasterio* Gertrudis viduæ curâ trans- E latum terræque mandatum fuit, cujus Epitaphium & monumentum lapideum cum ipsius *Hermanni Palatini* ferreâ veste induti statuâ in pariete ad sinistrum latus altaris majoris positum, renovatum, aureisque literis (quæ, ut supra monui, non quidem priscam ætatem sapiunt) condecoratum hoc modo se habet: F

ECCE. PALATINUS. HERMAN. NATU. GENUINUS.
BILDHUSEN. FUNDANS. EBRACO. SE. MONACHUM. DANS.
MORTUUS. HUC. VECTUS. JACET. HIC. SUB. PULVERE. TECTUS.
IDEM. OBIIT. AN. DMI. MCLXIIII.
renovatum est hoc opus. 1561.
1 6 7 8. G

Porrò *Hermannum* Palatinum nostrum investituram & electionem pastoris Ecclesiæ in *Logenstein* (Loinstein) juxta Confluentiam, quod jus penes Rheni Palatinum erat, *Hillino* Trevirorum Archi-Episcopo resignâsse, & hunc à Palatino coram Friderico I. Imper. investituram recepisse, ejusdemque Ecclesiæ tertiam decimæ partem non modicæ utilitatis mensæ H Archi-Episcopali, postea delegatam Hillinum perpetuo privilegio confirmâsse ex actis Trevirens. & Trithemii Chronico Sponheim. l. 2. c. 38. docet Massenius in Annal. Trevirens.

A Uxorem habuit Palatinus noster *Gertrudem* nomine, *Conradi III. Imp.* neptem, ex sorore *Luitgarda* uxore *Conradi* cogn. Pii & Magni, *Marchionis Misniæ* & *Landspergæ*.vid.Chron.Montis Seren. p. 205., Crantz.Sax.l.6.c.41., Nic.Cisner.Orat. de Ottone III. Imp. p. 35., Henningeś. in Theat.Genealog. t.2.p.2.p.15.,Æl.Reusner.Geneal.p.176.,Bucelin.de Monast.German., quando autem & ubi *nuptiæ* celebratæ fuerint? nondum satis constat, hoc interim B certum, eam sterilem nullos Palatino liberos peperisse, & *post fata mariti Hermanni Monasterium Bildhusanum* penitus absolvisse, *Monasterium* deinde *Virginum Wechterswinckel* nuncupatum, tribusque leucis à prædicto Bildhusiano distans condidisse & largissimè dotâsse, *Bambergam* se tandem contulisse ibique *Monialium Cœnobium S.Theodori* simili pietatis zelo A. 1170. extruxisse, ab *Hermanno fratre* Bambergensi Episcopo maximis reditibus com- C pletandum, ipsam quoque *religionis sumto velo* se consecrâsse, mundanarumque rerum pertæsam, eodem in monasterio vitam pariter ac ossa deposuisse Anno 1191. vid.Brusch.l.de Monaster.Germ. p.491., Bucelin.lib.cit., Chron. Montis Sereni apud Meibom.p.30.& 205., Reusner.Geneal.p.276.

CAPUT XV.

D
De Conrado Comite Palatino Rheni Duce Sueviæ.

CONradus Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Dux Sueviæ, Comes Gemini Pontis, Staleckæ & in Stalbuhel Dominus Castri & oppidi E Heidelberg.&c. filius *Friderici II.* cogn. Coclidis Ducis Sueviæ (cujus Patri *Friderico I.* Comiti ab Hohenstaufen non autem Friderico huic Coclidi ut H.Coccej.in Jur.Publ.Prud.l.2.c.3.p.44. *Henricus IV.Imp.*, ductâ filiâ ejus Agnete, A.1080. Sueviæ Ducatum commiserat:) *ex 2da ejus uxore Agnete* (ex I. enim uxore *Juditha* Henrici Nigri Welfi Bavariæ Ducis filia natus F fuit *Fridericus I. Imper.* cogn. Barbarossa circ. An. 1121. Weiblingæ) quæ filia erat *Friderici Comitis Bipontini & in Sarbruck*, & soror *Alberti II.* Archi-Episcopi Moguntini A.1141.17. Jul.denati, Alberti verò I. Archi-Episcopi Moguntini D.Loth.ex sorore Juditha neptis. Natus circ. A.1127. Weiblingæ.

In Palatinatu Rheni *Hermanno* Rheni Palatino absque masculis defuncto successit *Conradus*, electus in Comitem Palatinum Rheni à Fratre ejus *Frider-* G *rico I.* Imp.& Palatinatu Rhenano ab eodem investitus A. 1156. Goslariæ in Comitiis. v. Dodechen.Chron.ad A.1156., Irenic.Exeg.Germ.l.3.c.55., N.Cisner.in Orat.de Ottone III.Imp.p.m.37., Meibom.in not. ad Gerhard. Stederburg., Crus.in Annal.Suev.l.10.p.2.p.418., Paræum in Hist.Palat. p. 136. Primus è priscis Rheni Palatinis fuit, qui *castrum & oppidum Heidelberg* una cum *Cometia Stabuhel*, feuda Ecclesiæ Wormatiensis Veteri Palatinatui Rhe- H nano adjecit A.1156. Certum enim est, Conradum nostrum, antequam in Comitem Palatinum Rheni eligeretur, hic in Castro Heidelberg originis incertæ sedem fixisse suam, quâ de re *Trithemius* Abbas Sponheimens. in Chr. Hirs.t.1.p.m.419.h.modo: *A.1148. magna inter clerum & cives Wormatienses dissensio orta fuit, & bona Ecclesiæ in direptionem fuerunt exposita, & non erat, qui*

qui ministrorum Christi vindicaret injurias, Conradus quoque Comes Pal. frater A
Frid. I., qui morabatur circa Neccari fluenta in Montibus (in castro scil. anti-
quo in ipsius Jetthæi montis culmine sito, de quo tanquam feudo Wormat.
jam supra: c. 2. dictum fuit) *multas cleri possessiones in circuitu & Regione
violenter deripuit, suisque usibus injustè mancipavit, & Wormatiensis Episco-
pus Conradus per ejus tyrannidem multa sustulit.* hucusque Trithem. add. &
ea quæ ad A. 1146. tradidit. B

Et Hellwig. in Antiq. Laurishaim. pag. 185. ita : *Conradus Comes
Palat. Rheni morabatur Heidelbergæ in oppido & arce adificata ampliavit
& decoravit oppidum, ante eum nihil hic erat nomine memorabile dignum.* Imò
Conradum hunc jam A. 1140. hic sedem & domicilium suum habuisse testa-
tur Ms.tum Chron. Agricolæ, eumque *Heidelbergam* ædificiis condecorâsse,
ampliasse, imò muro etiam cinxisse præter jam memoratum Ms.tum Heidel- C
bergense etiam Nauclerus Crusius in Ann. Suev. pag. 2. l. 8. p. 254., testantur,
adde Freheri Orig. Palat. p. 2. Chytræum Orat. de Craichgovia Paræum
in Hist. Palat. p. 136., Lehmanni Chr. Spir.

Conradus autem Palatinus factus *castrum Staleke* Baccharacense, sedem
quondam *Hermanni* Rheni Palatini , quod hactenus Hermannus Palati-
nus ut feudum Coloniense possidebat , factâ recognitione feudali statim D
occupat & plures etiam annos ibidem moratur. Hinc ex Irenico l. 3. c. 55.
rectè etiam scribit Lehman. in Chron. Spir. l. 4. c. 7. h. m. Als er zum obri-
sten Reichs-Fürsten daselbst (zu Goslar) eingesetzt/ hatt er unter Bingen
zu erst Stalecke zu Bacharach und die daselbige Revier als Diepach/
Mannebach / Caub von Friderico Graffen von Alt Ertz-Bischoffen zu
Cöln überkommen/ den er aber (rectius Philippum Successorem ejus) E
A. 1164. im Bisthum Cöln bekriegt hatte/ er residirte mehrentheils in
der Burg Stalecke zu Bacharach. Ubi etiam A. 1190. Kal. April. lite-
ras subscripsit, & ubi etiam A. 1194. nuptias filiæ celebravit. de quo infra. ad-
de Freher l. 1. c. 2. p. 36. & c. 3. p. 43., ubi castrum Stalecke Conradi Palatini no-
stri sedem fuisse, à variis monumentis se didicisse scribit. Munsterus in Cos-
mogr. & Crusius lib. cit. p. 2. l. 8. p. 254. *Conrado* nostro hunc titulum (nescio F
tamen quam benè) adscribunt: Von Gottes Gnaden Conrad Pfaltzgraff
bey Rhein/ Hertzog in Schwaben und Francken/ deß Heil. Römischen
Reichs Ertz-Truchsäß und Churfürst der Gottes Häuser Worms/
Würtzburg / Straßburg / Speier / Fulden / Trier und Weissenburg
Probst und Kasten-Vogt. Sed notandum Conradum nostrum non fuis-
se Ducem Franconiæ, deinde num *Electorem* se scripserit ? aliis dijudicandum G
relinquo. Ecclesiæ Trevirensis Advocatus exstitit Principalis , de quo supra-
dictum in Henrico Com. Palat. Rh. Domino de Lacu, & in Sigefrido: hinc
etiam in Diplomate Friderici I. Imp. de A. 1157. *Capitalis Ecclesiæ Trevirensis
Advocatus* dicitur. v. Massen. in Annal. Trevir. ad A. 1157. Fuit insuper etiam
Advocatus *Monasterii Salesiensis* in Alsatia, de quo supra. c. 2. n. 9. Item Mo- H
nasterii *Limburgensis* in Pago Spirensi , & *Ravengiesburgensis* in Ducatu
Simmerensi, in Pago Hunnesrück de quo supr. c. 2. 9. Item Monasterii *Lau-
rishaimens.* v. Chron. Laurishaim. Guielmus Neubrigensis Scriptor. Angl. in
Chron. l. 4. c. 38. *Conradum Palatinum nostrum virum vocat in Imperio summa*

A *post Imperatorem amplitudinis*, Trithemio verò contrà in Chron. Hirs. ad An. „ 1156. malè audit Conradus noster: *Mortuo* inquit, Hermanno Comite „ Palatino, frater Friderici I. Imper. ex parte Patris Conradus nomine successit, homo Dei oblitus, Ecclesiis, Monasteriis ministrisque eorum maximè Wormatiensi Antistiti Conrado multas injurias & violentias irrogavit, bona diripiendo sanctorum & in suos & suorum usus convertendo.

B „ *Et Massenius l. cit. ad A. 1161. p. 2. p. 65. h. m.* Conradus Comes Palat. Rheni pro Advocatorum ingenio ubi bonis Ecclesiæ semel cupiditatis occulos „ adjicit, liberi' deinde sacras possessiones usurpare, & feudi portione & beneficiis minimè contentus repetere Ecclesias, quarum jure Hermannus Comes Palatinus nuper cesserat & earum fructus in usus proprios convertere pro nihilo ducebat; Hoc Hillino Archi-Episcopo Trevirensi non exi-
C „ guam offensioni materiam dedit, jusque suum armis repetere decrevit, erat „ res vicina periculo, & Conradum fraterna vi gratiaque subnixum apparebat Hillino minimè concessurum, sed à Friderico Imper. coercetur, qui ut „ Judex controversiarum postulatus, rem hâc sententiâ decidit: Conradus „ Com. Palat. duarum Ecclesiarum investituras Electionemque Logensteiniæ (*Laenstein*) & Kemptæ Archi-Episcopo integram restituat veteri li-
D „ bertati, & ut Castrum Sidelingenum cum omnibus agris ad justum Dominum redeat, atque ob id Comes Palatinus Rheni à Simone Comite Sa„ ræpontano, in cujus potestate fuit, ita redhibere studeat, quo tranquillè frui „ ea Archi-Episcopo imposterum secureque liceat, & ut Archi-Episcopus in„ vicem de castro Eremburgo (in pago Hunnesrück ad Ehram) *Comiti Palatino feudi nomine remittat* (de quo castro vid. & literas feudales Lotha-
E rii Archi-Episcop. Trevirensis Friderico V. Electori Palat. An. 1615. 6. Novemb. datas infra in Codice Diplomat. Palat.) *isque ex ejus usufructu jus* „ *terræ Archiepiscopo vicissim expediat, tum si magnitudini impensarum proventus non respondeant, alia item loca, quæ sumtus eos tollerent, Pontifex Trevirensis adjiciat.* huc usque Massenius.

A. 1146. *Conradum* Palat. Ecclesiarum possessiones violenter diripuisse
F scribitur. Conquestus est de hoc *Conradus* Episcopus Wormatiens. in literis ad S. Hiltegardem Abbatissam in monte S. Ruperti juxta Bingium, cui ipsa etiam rescripsit & precationum suarum, sicut ille petierat, participem fecit. v. Crus. in Annal. Suev. l. 10. p. 2. p. 395., adde Trithemi, in Chron. Hirs. ad An. 1146. & 1148., Chron. Laurishaim. ex edit. Freheri & antiquitate, Laurishaim. Helvvigii p. 170. ad. A. 1148. de Conrado Palat. ejusque Sociis, tanquam Mo-
G nasterii Laurishaimensis invasoribus & direptoribus conqueruntur, sic, ad A. 1148. inquiunt, *Ulto Divina abripuit Billingum nobilem, tactus enim is paralysi carne jam præmortua solo spiritu palpitans dedecorosè & intestatus obiit, sic Eberhardus de Erbach subito præclusa voce impœnitens obiit: sic Burchardus de Scarra totus turgidus fœtidus scaturientibus vermibus ignominioso fine contabuit, omnes officiales Domini qui commederunt Jacob & locum ejus desolave-*
H *runt, subito perierunt propter iniquitatem, Bertholdus Comes & Advocatus bello victus, castris exutus, tristitia periit, Comes Palatinus Rheni Conradus, frater Imperatoris præsens ejusdem Ecclesiæ Advocatus divinam quoque animadversionem sensit & expertus est.* etc.

A. 1152.

A. 1152. *Fridericus* I. Imp. Francofurti 4. Martii electus, Coronam Aquisgrani 9. Mart. obtinuit, præsente fratre ejus *Conrado*, Paschate deinde Coloniæ celebrato, per Westphaliam Saxoniam adiit cum fratre ejus Conrado. A

A. 1154. *Conradus* noster *Geppingæ* fuit apud Imperatorem, uti liquet ex Diplomate Frid. I. Imp. & testibus subternotatis, quod vid. apud Crusium in Annal. Suev. p. 2. l. 10. p. 417. Non diu post cum fratre suo expeditionē suscepit in Italiam, ubi Imperator auxilio *fratris sui Conradi, Henrici Leonis* Sax. & Bav. Ducis, *Ottonis Wittelsbachu* Palatini Bavariæ aliorumq; *Mediolanum* obsedit, B deinde urbem *Tortonam* in pede Montis Apennini sitam, quam optimè describit Otto Frisingens. l. 2. c. 16. de gestis Frid. I. Imp., Anno sequente mense Februario, seu ut alii post caput jejunii proximâ quadragesimæ hebdomadâ expugnavit, præmittens *Ottonem Wittelsbachium* Imperatoris vexilliferum, *Bertholdum* Burgundiæ D. & *Conradū* nostrū exploraturos situm Tortonæ, & hi transmisso amne Tanerâ ad civitatem usque decurrentes, omnemque C loci situm circumspicientes, non longè ab eadem urbe castra metantur super amnem prædictum. v. Otton. Frising. l. 2. c. 16. Imperator enim ab *Asta* castra movens in Marchia quadam *Busca* dicta tentoria fixit, ubi moram faciens prædictos Duces præmisit, tertia verò die Imperator suos insecutus in altera fluminis ripa tentoria posuit, suis ob supradicti amnis inundationem, qui ex subita imbrium multitudine plus solito excreverat, jungi non valens, D haud diu tamen pòst fluvio aliquantisper mitigato, transvadendi labore suis adjunctus ad urbem properat, primoque assultu suburbio muro turribus suffulto eandem cepit; civibus vix ad superiorem urbis arcem se recipiendi ex noctis, quæ jam incumbebat, & supervenientis tempestatis beneficio, facultatem habentibus, captâ itaque urbe deletâque, Imperator cum suis *Papiam* profectus, ibique in antiquo Longobardiæ Regum Palatio aliquantulum moram trahens, Dominica Jubilate ibidem in Ecclesia S. Michaelis *Coronatus* est, præsente fratre ejus *Conrado* aliisq; Imperii Principibus. v. Otton. Frisl. 2. c. 20. E

Eodem hoc Anno 1155. Imperator cum fratre suo *Conrado* aliisque proceribus *Romam* contendens à Pontifice Rom. 14. Kalend. Julii in Imperatorem coronatus est. *Germaniam* deinde Fridericus Imp. cum fratre Conrado F totoq; exercitu repetiturus circa autumni principium *Bernam Diterici* pervenit, verum à Bernensib' vias intercludentibus transitu prohibitus, eundem vi armisque cum *Conrado* nostro quærere coactus fuit, quibusdam eorum captis suspendioque mulctatis. v. Spangenb. Chron. Mansfeld. ad 1155., inde per urbem Tridentinam in Bavariam profectus, *Ratisbonæ* controversiam inter *Henricum* Imperatoris patruum & *Henricum Leonem* de Bavariæ Du- G catu diu agitatam componere, sed frustra tentavit.

A. 1156. *Conradus* noster 15. Kal. Jul. *Herbipoli* fuit apud Imperatorem, ut patet ex Diplomate Imperatoris, quod vid. inf. in Cod. Diplom. Palat., ubi Imperator etiam statim post festum Pentecostes (quod in arce Palatini Bavariæ egerat) nuptias cum *Beatrice* Reginaldi III. Com. Burgund. filia celebravit. v. Otton. Frisl. 2. c. 29., Crus. in Annal. Suev., quas tamen alii in Annum H sequentem rejiciunt. Anno eodem 15. Kal. Octob. *Conradus* noster *Ratisbonæ* fuit apud Imperatorem, uti apparet ex Diplomate Imp., quo *Marchionatum*

Austriæ

A *Austriæ in Ducatum* permutavit, Diploma vid. apud *Gothofred.* Monach.,
Chron. August. Freher., Goldast., in Const. Imp. t. 1. p. 8., *And. Presbyt., Avent.* l. 6.
Hermanno deinde Rheni Palatino hoc anno mense Decembri absque liberis
defuncto, *Conradus* noster in Comitem Palatinum Rheni eligitur ab Impe-
ratore. hinc etiam jam anno seq.

A. 1157. In Diplomate Friderici I. Imp. dat. Treveris 8. id. Januar. Hillino
B Archi-Episcopo Trevirensi *Conradus* noster Comes Palatinus Rheni & *Ca-
pitalis* seu Principalis *Ecclesiæ Trevirensis Advocatus* vocatur, quo Impe-
rator præter jus & possessionem castri Trisu, quam hoc Diplomate Archi-E-
piscopo confirmavit (quodque castrum Hermannus Palatinus noster armis
occupaverat, uti supra c. 14. ad A. 1148. dictum) inter alia etiam testatur: Se
C Regum & Patrui *Conradi III.* Imp, præceptis, tum *Hadriani IV.* Pontificis Ro-
mani precibus, tum *Hillini* Archi-Episcopi magnis in Expeditionibus sibi
totoque Imperio præstitis fidelibus obsequiis pro salute animæ & illorum, qui
jus Ecclesiæ Trevirens. restituerunt Abbatiam S. Maximini Trevirens. omni
proprietatis jure habendam & in ea, quâ usi majores ipsius, integritate possi-
dendam, ipsi liberoque & *Capitali Advocato Ecclesiæ & urbis Trevirensis Con-
D rado Comiti Palatino Rheni*, tum in *Hillino* Archi-Episcopo ejusque successo-
ribus, per suum Advocatum *Simonem* Comitem de Saræbrugo, quem ad hoc
Officium elegerit, confirmare & super altare B. Petri ponere, concedente &
confirmante *Henrico* Comite Lucemburgico & Namurcensi (cogn. cæco, fi-
lio *Erminsindis* Lucemburgicæ & Comit: Lucemb. hæredis. Comites enim
Lucemburgicos à *Sigefridi* Comitis I. Lucemburgici A. 998. defuncti tem-
E poribus semper Advocatos S. Maximin. Trevirens. exstitisse, jam supra c. 1. di-
ximus) Imperatorem etiam hanc præcepti sui paginam aureâ bullâ insigni-
ri jussisse testatur *Massenus* in Annal, Trevir. l. 14. ad A. 1157. adhibitis testibus:
Henrico Episcopo Tullens., Alberto Epis. Verdun., Rothero Prumiæ, Gerhar-
do Epternacensi, Adelhelmo Mediolanensi, Folmaro Rutilensi, Richardo
Sprenckirsbacensi Abbatibus: Alberto Aquisgranensi, Brunone S. Casto-
F ris Confluentium, Roberto Palatioli, Sigehero S. Maximini Præpositis: *Conra-
do Comite Palat. Rheni Advocato Ecclesiæ Trevirens.*, Matthæo D. Loth., Fride-
rico D. Suev., Henrico D. Limburg., Henrico Com. Namur., Simone Com.
Saræpont., Gothofredo Com. Spanheim., Folmaro Castelli, Folmero Kirch-
bergi, Gerlaco Veldentiæ Comitibus, item Henrico Com. de Cazenelenbog.
Eberhardo & Henrico Comitibus de Seina, Hermanno Com. de Virne-
G burg aliisque de q. vid. Massen. l. cit. & And. du Chesne in Hist. Lucemb.
in probat. pag. 42.

Eodem Anno *Fridericus I.* Imp. Palatium in *Lutra Cæsarea* (hod. Kay-
serslauthern in Palatinatu Rhen.) ex rubicundis lapidibus exstruxit v.
Munster Cosmog. l. 3. c. 160., Crusium in Ann. Suev. l. 11. p. 2. p. 435.,
H Radevic. de gestis Frid. 1. c. 14. & 76., juxta quod postea Stagnum à *Fri-
derico II.* Imp. structum fuit, in quo A. 1497. 6. Nov. *Lucius* captus 19. ped.
longus qui vivaria depastus erat per 267. annos, 9. Nov. in aulam Phi-
lippi Electoris translatus, annulum habuit collarem æneum deauratum
(qui in Cimeliarcha Palatina asservabatur) cum hac Græca inscriptione:

εἰμὶ

Εἰμὶ ἐκεῖνος ἰχθὺς τᾶυτα λίμνῃ παντόπρωτος ἐπιτέθεις διὰ τῶ κοσμητῶ Φεδηρίκω Β. τας χεῖρας ἐν τῇ Ε. A
ἡμέρᾳ τῶ οκτωβρίω Α.Σ.Λ. vel ut rectius Freherus h. m. ΕΙΜΙ ΕΚΕΙΝΟC ΙΧΘΥC Ο ΤΗΝ ΛΙΜΝΗΝ ΠΑΝΤΟΠΡΩΤΟC ΕΙΛΥΘΑ ΔΙΑ ΤΟΥ ΚΟCΜΗΤΟΡΟC ΦΕΔΗΡΙΚΟΥ Β̄. ΤΑC ΧΕΙΡΑC ΕΝ ΤΗ Ε̄. ΗΜΕΡΑ ΤΟC ΟΚΤΟΒΡΙΟΥ. Ᾱ.C̄.Λ̄. id est: *sum ille piscis, stagnum omnium primus ingressus per Imperatoris Friderici II. manus quinta die Octob. A.* 1230. de q. vid. *Freher* Orig Palat. p. 2. c. 12., *Gesner.* de pisc. p. 4., *Zeiler.* de 10. Circ. Imp. p. B
195. L. *Wurfbam.* Relat. hist. p. 210. *Saur.* Stättbuch p. 923. *Calvisium* in Chronol. p. 903. quod *Lehman.* in Chron. Spir. l. 5. c. 83. & alii Stagno Heilbronensi perperam adscribit. adde Topograph. Palat. v. Lautern. p. 31.

A. 1158. *Conradus* Palatinus noster 17. Kal. April. *Francofurti* apud Imperatorem fuit, ut patet ex privilegio Imperat. Hartvvico Archiepis. Bremensi con- C
cesso, quod vid. Apud Erp. Lindenbrog. p. 183. & Winckelman. in Hist. Vet. Sax. Westphal. c. 1. p. 21. deinde 10. Kal. Maji. apud fratrem Imperatorem exstitit *in Verda*, ut ex Diplomate constat. v. Lindenbrog. p 186.

Eodem anno Imperator Comitia *Ratisbonæ* egit, præsente & *Conrado Palatino* nostro, in quib' Imperator *Vladislaum* Ducem Bohemiæ Regē creavit, eumque novis insignibus, *albo* scil. *Leone cum cauda bifurcata* exornavit. v. D
Radevicū c. 13., *Gunther.* Ligur. l. 6., *Avent.*, *Chr. Mont. Seren.* ex edit. Meib. p. 51.

Hoc quoq; anno casttum antiquissimum *Nassau* (exstructum quondam, ut fertur, à *Nasua Suevo*, de quo vid. Jul. Cæs. l. de Bell. Gal. 1., *fratre Cimbri*, cujus à prosapia nonulli *gentē urbemq; Simerensem* in Pago *Hunnesrück* derivant. v. Rittershus. in exeg. Hist. Genealog. Nass. p. 157. *Nasua* enim, postquā *Ariovistus* Germanorū Rex victricibus Romanorū armis succubuerat, decimo E
anō belli Gallici 100. pagos Suevorum ad Rheni ripas præsidio adducens à *Julio Cæsare*, ut Rheni Claustra & Præfecturam circa Confluentes tuererur, constitutus, unde etiam postea Nassovicis Comitib' nomen hæsisse arbitrantur, ut hæreditarii *Advocati* seu *defensores & Protectores Rheni* Erb-Vögte des Rheins/ ante ortum videlicet Comitum Palat. Rheni, vocarentur. Uti etiam *Lentulus* Profess. Marburg. in Hist. Ms.ta Comitum Nassov. quæ in Archivo F
Nassovio-Dillenburgico asservarur, statuere videtur. adde Imhof. notit. Procer. serm. factâ permutatione ad *Ecclesiā Trevirensem* translatum est. Etenim *Azecho* Episcopus Wormatiensis Comes Nassoviæ (Electus 1025. 5. Dec., denatus 1044. 7. Jan. *Udonis* Comitis Nassoviæ in *Lurenberg* & *Löpern* filius) illud factâ bonorum divisione obtinuit, donarionis autem titulo, quæ veterum fuit liberalitas, *Ecclesiæ Wormatiensi* transcripsit: Hæc verò cum parū utilitatis & ob G
loci intercapedinem & Dynastarum avaritiam perciperet, castrum hoc cum pertinentiis, permutatione factâ, in *Hillinum* Archiepis. Trevir. transtulir A. 1158, „de quo Massenis in Ann. Trevirens. h. modo: Arcem Nassovicam cum oppi„do olim Ecclesia Wormattiensis possedit Azechonis Com. Nassov. Episco„pi Wormat. munere & donatione, & ob intercapedinem loci sæpe non fru„ctu modo carebat & proventibus, sed & Dynastarum avidis tum manibus H
„in dubium prope summæ rei venerat, *Lurenburgi* enim Comites, quorum avita sedes apud Loganum fluv. inter Dietzam & Nassoviam (nota castrum *Lurenburg* antiquissimum à proximè adjacente sylva *Lure* sic dictum, cujus meminit *Northof* in Chron. Marcan. pag. 387. apud Meibom., eodem modo, quo *Hillesheim* ab *Hilles*, *Hamburgum* ab *Hama*, *Hujesburgum* ab *Hu-*

jo, Elmersburg, sedes olim Ord. Teuton., ab Elmo adjacentibus sylvis & saltibus
A appellabantur, v. Meibom l. de Irmens.) in vito & renitente Vangionum clero jam tum solum id invaserant, justisque Dominis sedibus suis paulatim exclusis, denique cæteras possessiones, ut insatiabilis est talium cupido, occupatum ibant: cujus certè fraudis injuriæque *Buggo* Episcopus Wormatiens. (Monasterii *Schönaugiensis* juxta Heidelbergam fundator) intolerans, apud *Lotharium* Imperat. effecerat, ut aversæ per vim possessiones ejus authoritate ac Imperio redirent, Canonici itaque in pristinas tam fortunas liberali
B causa restituti, quod *Nassoviense Castrum* ipsis inutile, ipsaque adeò cum proventibus cura administrari satis ab iis commodè ob loci intervallum nihilo magis possit, re cum Episcopo tum suo *Conrado*, ac *Simone* Comite Saræpontano Wormatiensis Ecclesiæ Advocato communicatâ, cedere tandem hisce bonis omnibus *Hillino* Archi-Episcopo Trevirensi, atque huic tradere Nassovium de communi sententia statuunt eâ lege, ut is Curiam *Partenhei-*
C *miam* apud Vangiones (etiam Pattennicheim dictum, cujus menti fit in Historiâ Caroli simpl., R. Fr. apud N. Vignier. in Chron. Burg. ad An. 923. & Reg. Contin. ad A. 923.) cui tum pro Trevirensi *Folmarus Comes Castelli* cum imperio & potestate præerat, una cum duabus areis & 19. Mansis clero Wormatiensi omnem in partem opportunis Nassovio castro prædiisque mutaret, quæ hoc modo transacta in Curia Partenheimia apud Vangiones
D testibusque perscripta 7. id Martii 1158. Rebus igitur Nassovicis permutationis jure ab *Hillino* magna industria acquisitis, illico supplices affuére parentibus Lurembergii (Comites Nassovii) *Beatrix* ac *Ruperti & Arnoldi* Comitum liberi, qui infima protestatione ac precibus id dari postulabant majorum suorum spectatis & fidissimis erga Pontificem & Ecclesiam Trevirensem obsequiis, ut arcem, quam progenitores à fundamentis inchoatum eo
E loci primi condidissent, cum possessiunculis aliquot iis beneficiario jure concederet, se in ordine cleri & diœcesis totius authoritate defendenda non minus operæ, quam in successorum Antistitum præclare demerenda voluntate studii & vigilantiæ posituros. His illorum postulatis *Hillinus* Adolescentum vel potius consulens orbitati ita concessit, si prius uno tantùm feudi & gratuiti beneficii, nullo autem vel juris vel justæ possessionis titulo capi ea
F bona ab se profiterentur, quod ita facturos cum *Gerlacus de Isenburg* & *Eberhardus à Burgensheim* eorum causa præstitissent, feudi tabulæ confectæ & hominum utriusque ordinis præstanti virtute & genere frequenti conciliato testimonio *Treveris* perscriptæ sunt eodem An. 1158. Kal. April. hucusque Massen. l. cit. Ab eo tempore Nassovici Comites Vasali exstitére Ecclesiæ Trevirensis usque in hunc diem.

G Eodem Anno *Fridericus* Imp. post conventum Augustanum *secundâ* ejus *expeditionem Italicam* suscepit cum 100000. armatis, Exercitum in 4. partes dividens, ipse cum fratre *Conrado Rheni Palatino* nostro, *Vladislao* Bohemiæ Rege, *Arnoldo* Moguntinensi, *Coloniensi* & *Trevirensi* Archiepiscopis, *Friderico* D. Sueviæ, Conradi III. Imp. filio aliisq; & motis circa Pentecostê castris *oppidum Fussen* petiit, inde transcensis Alpium faucibus in campos Italiæ extremo
H mense Majio descendit, conventum deinde Principum *apud Roncalias* ad fluv. Padum (ubi Imperii Principes feuda sua ab Imperatore recognoscere solebant, v. Boecler. l. de Frid. III.) habuit 9. Kal. Dec. circa festum S. Mart.

præ-

præsente *Conrado Rheni Palatino* nostro aliisq; Principibus, quos vid. apud A
Goldast. in Constit Imp.t.3.p.335.,ex Ottonis Monenæ Chronico Laudensi.
Vertit deinde armis *in Mediolanenses rebelles*,hi enim, cum *Cremonenses* à Lothario Imperat. quondam proscriptos, inveterato odio bello diutius vexassent, & à nullo injuriarum genere sibi temperassent,non obstante inde Cæsaris proscriptione,imperata facere recusabant & adjunctis sibi Brixianis & Placentinis munitiones, quas Cæsar diminuerat restaurabant, *Novariam* B
Papiamque variis rapinis exhauriebant, *Mediolanum* itaque obsessum 8. Kal. Aug. 1158. v. Radevic.l.de gestis Frid. I. Imp. c. 25. Obsessi frequentes faciebant excursiones; erat enim in extrema exercitus parte *Conradus noster Comes Palatinus Rheni* cum *Friderico* Sueviæ Duce aliisque Suevis, obsidionis negotia facientes circa portam sibi destinatam, Mediolanenses opporrtunum C
rati eò, quod vel pauciores aliis agminibus vel juniores ætate, vel quod à cæteris longius sejuncti, minus in tempore juvari auxilio posse viderentur, eos invadere statuunt, sperantes se de illis triumphum facilè reportaturos esse. Post occasum itaque solis cum prætervigiles somno indulgere milites crederent, clam apertis portis erumpnnt, disjectis & cœsis custodibus jam ad ipsa Principum supradictorum castra excurrunt, cædunt & sauciant. Ale- D
manni cognito hostium adventu inopinata re primum perculsi, vim hostium deinde fortiter reprimunt, non procul ab hinc *Vladislaus* Bohemiæ Rex castra sua locaverat, audiens clamorem bellicum, laborantibus sociis auxilium ferre statuit suosque arma capere, equos conscendere jubet, ipse cum electis militibus, tibicinis & tympanistis præivit,nostri ubi ex sono tubarum typanarumque Regis amici adventum cognovére, animosiores E
effecti maxima inde virtute pugnarunt, Rex ipse acriter instare, hostem ferire *strenui militis æquè ac boni Regis Officio* fungebatur, Mediolanenses videntes se hostium multitudine circumfusos,neque vim hostium diutius ferre valentes, in fugam se conjecerunt, *Conradus* Rheni Palatinus noster cum suis Suevis & Palatinis instat fugientibus eosque ad portas usque urbis persequitur, multis hostium cæsis, pluribus sauciatis & captis, post hæc cau- F
tiores in eruptionibus faciendis fuére Mediolanenses, v. *Radericum* lib. c. Ferro tandem ac fame rebelles ad deditionem coacti, imperatum deinde, ut *Palatium in urbe* Cæsari exstruerent, in verba ejus jurarent, *Consules de sententia ejus* eligerent, *monetam, telonea, portus Imperio resignarent*, 9000. *marcarum argenti* mulctæ loco persolverent, quibus legibus provoluti pedibus Cæsaris in gratiam recepti sunt. G

Subactis Mediolanensibus Imperator *Modætiam* profectus, ibique *coronatus fuit* præsente & *Conrado Rheni Palatino* nostro. Deinde *Cumas & Laudam* Imperii urbes fecit, Regem Bohemiæ, Archi-Episcopum Moguntinum, Ducem Austriæ & Bertholdum cum copiis eorum dimisit in Germaniam, Ipse verò cum fratre suo *Conrado* Palatino nostro in Italia permansit, Mediolanensium exemplo *Verona & Ferraria* a- H
liæque Italiæ urbes territæ in jus ditionemque Imperatoris concesserunt, Latis deinde Italiæ legibus, & rebus compositis *Albam* in hyberna processit. Non diu post *Mediolanenses* ab *Hadriano* Pontif. R., eo quod Imperator ab Episcopis terrenas tenentibus possessiones *homagium* sibi præstari

A postularet, animati fide violatâ denuo Imperat. rebellant, *Cremonenses* aliosque rebellionis socios asciscunt, Imperator cognito hoc, revocatis in Italiam Germaniæ Principibus cum eorum copiis, exercitum, cui *ConradumRheni Palatinum* nostrum cum *Bertholdo* Zæringiæ Duce & *Ruperto Comite Basiliensi* præposuerat, contra Cremonenses mittit, Cæsariani ad obsidionem urbis properant, Cremonenses illis occurrunt, committitur atrox certamen, cæsi B hinc inde multi, Cremonenses verò repulsi ad mænia refugiunt, inde arctiori obsidione cinguntur à *Conrado Palatino nostro.*

An. 1159. Non. Jul. vid. Sigon. de regno Ital. Non diu post Imperatori ex Germania majores advenerunt copiæ, *Henricus* enim *Leo* Saxoniæ & Bavariæ Dux cum *Beatrice Imperatrice, Welfone* avunculo Duce, *Rege Bohemiæ* & *Duce Austriæ* cum copiis Cremam accessêre 13. Aug. 1159. v. et. Goldast. Const. C Imp. t. 3. p. 338., ita ut exercitus Imp. ad 100000. pugnatorum ascenderet, copiæ noviter ex Germania adductæ urbem *Gardam* expugnant, captamque incendio delent, mox ubi Imperatori innotuit, Papienses contra Mediolanenses eorum hostes, quodque terras eorum depopulati essent, hostiliter processuros, noctu consurgens Imperator medio nemore ad insidias se collocat, denuncians simul Papiensibus, ut urbi Mediolanensi appropinquarent, spo- D liaque auferrent, quod cum fecissent, Mediolanenses erumpunt committitur pugna variaque fortunâ certatur, dum verò Papienses jam fugam meditantur, ex insidiis adest Imperator & vexillo Zæringiæ Duci commisso, ex improviso irruit in hostes, eosque in fugam vertit, captis ultra 300., 600. vero occisis, ad obsidionem Cremonensem reversus deinde Imperator, & primum oppidanos ad deditionem adhortari fecit per nuncios, propositis conditio- E nibus haud spernendis, verùm illi confidentes in castri sui firmitate, eo quod *Lotharius* Imperator quondam illud non ausus fuerit obsidere, auxilio etiam Mediolanensium & Brixiensium freti, mandatis Imperatoris superbè contradixerunt non solùm, sed & mulieres choros ducentes per plateas publicè cantare cœperunt : *Sicut olim Lotharius , sic & Fridericus recedere co-* F *getur inglorius ;* Imperator itaque ferocius insistit obsidioni, machinasque omni ex parte muris admovere jussit, & turrim ligneam instrui fecit, expletis deinde fossatis terrâ lignis ac stipulis, quibus perfectis vades, quos antea dederant, filios & nepotes de Castro ad crates ligneas, quæ turri erant appensæ, fecit alligari, & sic turrim ad Castrum propelli, obsessi verò lapides de Castro projicientes mangonibus aliisque instrumentis suos crudeliter inter- G fecerunt, Imperator ad hæc captivos quosdam *Cremonenses* in loco eminentiori ante eorum oculos fecit suspendi, Cremonenses irâ inde commoti vicissim captivos quoque suos erectis patibulis laqueo enecarunt. Dum hæc aguntur, *Henrico Duci* 10. Cives Mediolanenses præsentantur, qui mox eodem mortis genere vitam finierunt: tandem muris perforatis & quassatis Cives ad desperationem redacti, urbis castrique deditionem offerunt, quæ fa- H cta est Anno seq.

1160. 27. Januar. post 6. mensium obsidionem, humiliter petentes, ut non nisi personæ salvarentur, quibus Imperator pro clementia sua permisit, ut de castro non nisi mulieres cum parvulis exirent, nec de rebus quicquam asportarent, nisi quantum sarcinarum scapulis efferre possent, Mediolanensibus

&

& Brixinensibus in præsidii gratiam ibi collocatis, liberum non minus ac aliis discessum indulsit, ita tamen, ut equos & arma relinquerent, ipsum Castrum direptioni militum permissum funditus destruitur. v. Radevicum l.cit. Inter hæc maxima conspiratio excitata est à *Papa* & *Cardinalibus*, *Wilhelmo Siciliæ Rege*, aliisque Italiæ urbibus. de quo v. Naucler.gener.39. ex Johanne Scriptore Cremonensi. Mediolanum deinde omnibus modis oppugnatur, obsessi tribus portis erumpentes castra Imperatoris invadunt, sed cum dispendio Ducis sui repulsi sunt, videntes denique, se viribus Cæsaris resistere non posse, veniam petunt, quâ concessâ acceptis 500. obsidibus & tributo indicto recedit Imperator. A B

Hoc anno *Conradus Palatinus* noster in Germaniam reversus fuisse videtur, testatur enim continuator Lamberti Schafnab. ad A. 1160. *Conradum* Rheni Palatinum & *Ludovicum* Landgravium Thuringiæ defuncto Archi-Episcopo Moguntino *Christianum infulâ Archi-Episcopali* condecorâsse. v. & Trithem. in Chron. Hirs. ad h. ann. eodémque anno *Conradum* Palatinum nostrum, Archi-Episcopos *Coloniensem & Trevirensem*, *Henricum Leonem* Sax. Ducem, *Ludovicum* Landg. Thuring., convenisse *Erfordiæ*, ibique auxilia Imperatori in Italiam contra Mediolanenses mittenda, juramentis confirmâsse. C D

A. 1161. Mediolanenses fidem violantes denuo Imperatori rebellant, hinc revocatis ex Germania copiis, Imperator auxilio *Henrici Leonis Ducis Sax.* & Bav., *Conradi Comitis Palatini Rheni*, *Ottonis Wittelsbachij* Palatini Bavariæ, *Henrici D. Carinth.*, *Friderici D. Suev.* Mediolanum iterum obsidet, antequam autem id ferocius oppugnaret, missi sunt legati *Reinholdus Cancellarius Archi-Episcopus Colon.*, & *Conradus Rheni Palatinus* noster ad Mediolanenses pro tributo exigendo; verùm variis contumeliis affecti omnem Imperatori censum obedientiamq; negabant, ita ut etiam legati ipsi mutato habitu, ne agnoscerentur, quamquam intempesta nocte, vix tamen è civiū insidiis elapsi sint. Imperator irâ percitus *ultimam ipsis perniciem excidiumq;* minatus est, Principum tamen persuasionib' id dedit, ut uxorem suam *Beatricem* cum epistola pacis denuò firmandæ conditiones complexa ad eos mitteret, sed tristissimo prorsusque inexspectato eventu, quandoquidem contumeliis, quæ populo rabies & furor dictare poterant, petulanter onerata, pomæriis urbis cum dedecore maximo ejecta fuit, rem describit Trith. in Chr. Hirs. ad A. 1161. h. modo: *His temporibus Mediolanenses fide denuo fractâ rebellant, nam oratores, quos Imper. pro tributo annuo, quod promiserant, exigendo, miserat Mediolanum, contumelijs affectos urbe satis contumeliosè projecerunt, omnem Imperatori censum & obedientiam negantes, quibus auditis Imperator commotus nihil aliud, quam interitum Mediolanensium cogitabat, ad Principum tamen consilium uxorem suam Beatricem ut benè notam & gratam civibus Mediolanum pro pace firmanda cum literis, quibus monebat, eos juramentorum esse debere memores destinavit, quæ cum Mediolanum pervenisset, sine honore fuit suscepta, multisque affecta injurijs, natu majores enim convenientes maximum Odium contra Imperatorem volentes ostendere, Imperatricem Mulæ transversa sessione imposuerunt, faciem ejus ad posteriora bestiæ retorquentes, dataque in manibus sedentis cauda mulæ pro freno, per medium civitatis eam lacrymantem irridentes & subsannan-* E F G H

A *sannantes cum maxima ignominiâ circumducebant, & posteasic in mula sedentem de civitate ejiciebant, familiares quoque ejus pari contumelia affectos flagellis ceciderunt, reversa Imperatrix ad Imperatorem coram Principibus in castris eventum rei præstolantibus, injuriarum suarum Historiam lachrymando exposuit, unde nimium irati Principes, unanimi consensu omnes belli perseverantiam statuerunt, Imperator contumeliam uxoris suæ graviter ferens per Deum coram*
B *Principibus jurejurando firmavit, ad Germaniam se nunquam reversurum, nisi prius Mediolanum funditus evertisset.*

Hoc tempore Imperator Diploma dedit ante portas Mediolanens. testibus *Henrico Leone* D. Sax., *Conrado Comite Palatino Rheni*, *Ottone Comite Palat. Bav.*, *Friderico D. Suev.*, *Henrico D. Carinth.* vid. apud Gebwold. de Septemvir. c.10. p.164., & Authorem deß Gegenberichts von Churpfaltz.
C Vicariat. d. A.1614.

Mediolanum itaque ab Imperatore & Principibus omnibus copiis viribusque oppugnatur, tandem cives longa obsidione fatigati, & extrema necessitate pressi, absque conditionibus supplices facti & in crucis formam advoluti pedibus ejus gratiam veniamque scelerum humiliter petierunt, vita quidem donati, at urbe bonisque omnibus multati sunt. Deditio itaque facta
D A.1162. 5. Non. Mart. *Miseri, sed suâ culpa, cives* exierunt 7. Kal. April., teste Sigonio l. de Regno Ital. *Mediolanum* dejectis muris, turribus dirutis, ædificiis præter Ecclesias incensis, *solo æquatur*, & in perpetuam rei perfidiæque eorum memoriam *aratrum per medium urbis circumduci & sal in modum sementis spargi jussit Imperator* (Exemplo Abimeleci, Græci quondam & Romani idem fecisse ex Horatio 1. od. 16. aliisque patet v. Fassel. in Adversar. Sacr. l.4.
E c.13.) urbs direptioni militum permissa, Principes etiam factionis rebellionisque & qui Reginam contumeliis affecerant, eo adacti, ut excrementa asinorum è loco, quo egredi solent, adhibito protenus ore delibarent, iisque pabuli loco uterentur, teste Trithemio l. cit. vid. & Lehman. in Chron. Spirens., omnes postea rebellionis fœdissimæ complices in furcam sustulit, fæcem verò plebis in varias Europæ ditiones dispersit, parti tamen, ut Colonias propè
F Veteris Domicilii ruinas facerent, permisit Imperator. v. Naucler. gener. 39., Radevic. l.2. c.64., Trithem l. cit., Paradin. de Antiq. Burg. Stat.

A.1162. Imperator dejectis Placentiæ, Brixiæ aliorumque Mediolanensibus confœderatorum oppidorum propugnaculis cum *Victore Papa, Conrado* fratre *Palatino Rheni* aliisque Imperii Principibus in Burgundiam profectus, & Vesontionem veniens, ad *Ludovicum VII.* Franciæ Regem misit ora-
G tores rogatum, ut cum *Alexandro Pontif.* ad se communis colloquii gratia ad *Sagonam amnem* haud longè à *Divionis oppido* circa decollationis Johan. festum occurreret, simulque ad Reges Daniæ, Bohemiæ, Hungariæ Imperiique Principes & Episcopos mittens admonuit, ut missis suorum regnorum Episcopis, pro veteri Ecclesiæ concordia stabilienda atque schismatis tollendi gratia ad diem constitutum adessent, *Ludovicus Franciæ Rex* se venturum pro-
H misit, cum verò jam iter aggressus audivisset Imperatorem contra atque pacto convenerat, armata militum manu Regibus etiam Scotiæ, Bohemiæ aliisque armatorum copiis stipatum ad concilium accessurum, paulolum hæsitavit, ad hæc etiam *Alexander* Pontif. Maximus, quod ipse non indixisset,

conci-

consilio interesse, eoque viam ingredi noluit, Regem verò servandæ fidei ergo ad amnem die constituto fraudulenter accessisse atque in medio ponte ab hora 3. usque ad 9. permansisse fertur, cumque Imperatorem nondum venisse sensisset, in redemtionem fidejussoris Comitis de Blois manus in flumine lavâsse, sicque se fidem liberâsse suam testatum fuisse, requisito sub voce præconis Imperatore: *Innocens*, inquit, *Ego sum*, quo sine mora *Divionem* abeunte supervenisse *Imperatorem*, cognitoque Ludovicum Regem jam abiisse, legatos inde misisse rogantes ut ad se rediret, verùm *Ludovicum R.* nullo modo ad id induci potuisse, Imperatorem itaque iratum relictâ Burgundiâ reque infecta in Germaniam rediisse scribunt. v. Trithemius Chron. Hirs. & Nauclerus gener. p. m. 190., ubi paulo pòst vindicaturus *necem Arnoldi Archi-Episcopi Moguntini* à civibus crudeliter necati, mænia Moguntinensia destruxit (quod alii ad A. 1163. referunt) quæ urbs ad 36. Annos mænibus sic nudata jacuit, usque ad tempora Ottonis IV. Imp., sub quo restaurari cæpta sunt. vid. Spangenb. Chron. Sax. A B C

A. 1164. Friderico Imperatore in Italia (quam 1163. mense Aug. tertiâ vice adiit) adhuc existente, *Conradus Comes Palatinus Rheni* inimicitias suscepit cum Archi-Episcopatu Coloniensi. Cum enim is una cum *Ludovico Thuringiæ Landgravio* & *Friderico D. Sax.* agrum Coloniensem pro lubitu, ut loquuntur Annales Colonienses & Trevirenses Massenii, transire & deprædare vellet, & inprimis *Castrum Rhinecke* (quod A. 1150. à Conrado III. Imp. destructum, *Reinholdus* verò Coloniensis Archi-Episc. hactenus pro munimine Episcopii restaurare fecerat. v. Catal. Archi-Episcoporum Colon. apud Meibom. t. 2. p. 7.) occupare intenderet; *Reinholdus Archi-Episc.*, quo præsente tum Cæsar utebatur, cognitam veritatem fidelibus suis Ecclesiæ Colon. per nuncios significari *Castrumque Rheinecke* (ad Erenfridum ejusque filium Ottonem Rheni Palatinos quondam spectans, situm juxta oppidulum Brisich ad Rhenum, quod cum adjacente pago Lützinick jam dictus Otto Palatinus Monasterio Elsendiensi, in quo Soror ejus Theophania Abbatissam egerat, donasse testatur Gelenius libro, ni fallor, de Magnitud. Coloni. Agripp.) imposito præsidio præcepit occupari, & præterea tantam suo nomine multitudinem, ut loquitur Author Catalogi jam memorati, *tot fortes, tot præclaros Nobiles viros tantumque exercitum adunari, quem nostra memoria ex Teutonica nunquam in acie constitisse cognovimus.* adde Chron. Montis Seren. *Palatinus* verò cum se præventum cerneret, bellum Coloniensibus posito termino 2dâ feriâ rogationum in campo Andernacensi indixit, Colonienses die & loco statuto ad prælium cum 125000. (ut eorum sonat Historia v. Trithem. Chron. Hirs.) armatorum procedunt, quorum fortitudine per exploratores recognitâ, Palatinus non ausus est venire, licet ab illis per 12. dies fuerit exspectatus v. Gothofredi Monach. Chron., Trithem. lib. cit., sed re infectâ discessit, quia de adventu Imperatoris jam certior factus fuit. D E F G

Eodem anno *Imperator* in Germaniam reversus cum *Reinholdo Coloniensi Archi-Episc.*, qui circa autumnum *cum tribus S. Magorum Regum corporibus, Mediolani vastationis tempore repertis*, Ecclesiam suam Coloniensem repetiit & *pacem cum Palatino* mediante Imperatore reformavit, eandem Imperator banno suo stabilivit in Comitiis in 8. S. Martini *Bamberga* habitis. vid. Tri- H

A Trithem.Chron.Hirſ. t.1.p.453. Hinc poſtea diſſidium forſan exortum inter *Imperatorem* ejusque fratrem *Conradum Rheni Palatinum* noſtrum, cujus Chron. Laurishaim. & Antiquitates Laurishaimenſes Helwigii h. modo mentionem faciunt: *Poſt reditum Imperatoris ex Italia inteſtina exorta ſunt odia inter Imperatorem & fratrem ejus Conradum, fortuna tunc ſuperba vices vertente dextra, ita Henricus Abbas Laurishaim: ſe caduceatorem & ſequeſtrum*
B *interpoſuit, ut altero tanquam Domino, altero tanquam amico utens inter arma togatus fortuitos ſpectaret eventus.* Et alibi: *A.1166. Henricus Abbas Laur. ad Curiam Spiræ* (menſe Septembr.) *habitam evocatus, pro reformanda pace & concordia inter Imperatorem & fratrem Conradum Com. Palatinum, eumque multo labore & inſtantia, ſed fruſtra laboráſſet, præponderantibus domeſticis odijs ſanitate conſiliorum, in natıvitate B. Virg. Mar. 1166. vergente Anno jam*
C *veſpera lentis febribus correptus, quibus per totam hyemem exercitus afflictusque, incandeſcente æſtatis fervore viribus corporis cœpit deſtitui, tandem 4. Kalend. Octob. 1167. è vivis exceſſit*, adde Lehmanni Chron. Spir., Chron. Lauresh. ex edit. Freheri p. 93. Hoc quoque Anno Imperator natalem Domini *Aquisgrani* celebrans *ſepulchrum Caroli Magni* aperire fecit.

A. 1165. *Guido* Cremonenſis ab Imperatore *in Papam* eligitur *Goslariæ*
D & *Paſchalis* dictus, ubi Imperator & Imperii Epiſcopi & Principes, *Conradus Comes Palatinus Rheni, Henricus Leo Dux Sax.* & Bavar., *Ludovicus Landgr. Thuring.*, Colonienſis, Trevirenſis, Magdeburg. Archi-Epiſcopi aliique ipſi obedientiam præſtarunt. v. Trithem. Chron. Hirſ., Naucler., anno ſequente menſe Septemb. *Conradus Rheni Palatinus* noſter *Spiræ* fuit apud Imperatorem pro tentanda reconciliatione, uti dictum.

E A.1167. Imperator pulſo *Conrado* Archi-Epiſcopo Moguntino, eo quod Pontificem *Paſchalem* ab Imperatore electum pro ſchiſmatico haberet, & *Alexandro Antipapæ* juramentis jam ſe adſtrinxiſſet, *Chriſtianum* Thuringum Imperatoris Cancellarium in ejus ſedis Archi-Epiſcopum ſubſtituit; Obiit & hoc anno Romæ menſe Auguſto *Paſchalis Papa.* Item *Hillinus* Abbas. I.
F *Monaſterij Schönaugienſis* diœceſis Trevirenſ. in Comitatu Cattimelibocenſi. ſep. ibidem, obiit & 4. Kal. Oct. *Henricus Abbas Laurishaim.* in ſuo Monaſterio, ſepultus ibidem magnifico exequiarum apparatu, Præſente & *Conrado Palatino* noſtro ejusdem *Eccleſiæ Advocato.* v. Antiquit. Laurishaim. Helwigii p.179. Hic Abbas *Cœnobium Neuburgenſe* juxta Heidelbergam (quod circ. A.1134. *Anſelmus* quidam vir dives & Religioſus, & non Abbas Laurishaim.,
G ut *Trithemius* in Chr. Hirſ. ad A. 1044. ſcribit, in honorem S. Bartholom. Ap. exſtruxerat. v. Helwigii antiq. Laurish.) quia proviſorum incuriâ jam penè collapſum fuerat, denuo reſtauravit, novisque ædificiis & poſſeſſionibus, quibus poterat modis, inſigniter ampliavit, donationes etiam literis ſuis in æternam rei memoriam confirmavit, *Folckmandus* verò *Abbas Laurish.* poſtea à Lucio II. Pontifice Rom. privilegium ſuper cellam hanc *Neoburgenſem* acce-
H pit. v. Helwig l.1.p.165. & Chron. Laurishaim. apud Freher. Tandem *Conradus Rheni Palatinus* noſter idem Cœnobium hoc, conſentiente Abbate, An. 1186. *in Monialium Monaſterium* commutavit. v. Chr. Laurish. & Helvvig. l. cit., Trithem. lib. cit. ad A. 1195.

Eodem quoque Anno *Fridericus Imp.* denuò expeditionem Italicam ſuſcepit

pit cum *Christiano* Archi-Episc. Mogunt., *Reinholdo* Archi-Episc. Colon., A
Eberhardo Ratisbon., *Gothofredo* Spirens., *Welfone* D.Bav., *Friderico* D.Suev., Conradi III.Imp.filio aliisque. Padum transiens *Anconam* aliquamdiu obsessam cepit, & per Christianum Archi-Episcopum aliosque belli Duces 15000. Romanorum, pro salute Antipapæ Alexandri apud Tusculum pugnantium, interfecit. v. Otton. de S.Blas. in Chron. & Gothofr. Colon. ad 1167.

A.1168. *Conradus* Rheni Pal. noster pro recuperanda Imperatoris gratia, B
quam dudum amiserat, *in Italiam* ad Imperatorem proficiscitur, sed sine effectu revertitur, ut loquitur Author appendicis ad Radevicum ad A.1168.

Eodem Anno *Imperator* peste (quâ *Reinholdus* Archi-Ep. Colon. in obsidione Romæ 19. Kal. Sept., *Eberhardus* Ep. Ratisb., *Gothofredus* Episc. Spir., *Fridericus D. Suev.* filius Conradi III.Imp. 14. Kal. Sept. v. append. ad Rad., *Welfo Jun.* D.Bav. Welfonis VI. filius, *Berengarius Comes Sulzbacensis* aliiq; quam- C
plurimi jam exstincti fuére) pulsus in Germaniam revertitur, & *Luphæ* in Bavaria juxta *Burckhusium* 4. Kal. Apr. conventum Principum habet v. Aventin.

Hoc quoque anno *Henricus Leo* Sax. Dux in Palæstinam profectus, uxore *Mechtilde* gravidâ Brunsvvigæ relicta. Avent. l.6. p.513. (licet alii id ad annum 1171. ut Henningesius in Theatro Geneal., alii ad 1172. ut Albert. Stad., alii ad 1173. referant ut Spangenberg.) Hæc enim eodem anno in absentia D
mariti peperit *filiam Mechtildem* & quidem I. conjugii anno, de quo Meibomius in reflex. ad apologiam Ottonis IV. Imp. p.165. h. modo: *Ex altera conjuge MECHTILDE (ductâ 1167.) procreavit Leo ejusdem nominis filiam natam primo conjugij anno, parente in Palæstinam profecto* (id est A. 1168.) 2. & alibi idem astruere videtur Meibomius in not. ad Chron. Riddages. p.346. h. modo: *Leo in Palæstinam profectus CUM PAULO ANTE* (id est 1167.) *repudiatâ prio-* E
re conjuge, alteram Mechtildem duxisset; 3. patet etiam ex Chronico Lubecensi apud eundem Meibomium t. 2. p.396. ubi dicitur: Conradum Episcopum Lubecensem. (A. 1164. m. Junio electum v. Chron. Riddageshusanum apud Meibom. p.346.) qui *Henricum Leonem Ducem* in Palæstinam comitabatur, Tyri in Palæst. *A.1168. obiisse*, & Henricum Abbatem S. Ægydii Brunsvvicens. ibidem ab Episcopis *Havelbergensi*, *Raceburgensi*, *Suerinensi* eod. F
Anno 1168. *in præsentia Ducis Henrici Leonis* in defuncti locum in Episcopum Lubecensem electum fuisse. Henricus itaque Dux in Palæstinam profectus A.1168. post festum S. Trium Regum 19. Kal. Febr. Brunsvvigâ Ratisbonam adiit, quam urbem 4. Non. Febr. accessit, inde 8. id. Febr. discedens, Danubio vectus *Viennæ* magnificè excipitur à Vitrico, eique Matris sepultum ostenditur, deinde ab eodem navibus donatus, porrò in Hungariam usque de- G
vehitur. v. Aventin. Ann. p.513. Spangenb. Chron. Mansfeld. p.407.

Anno eodem *Imperator* conventum Principum generalem *Herbipoli* mense Julio habuit præsente *Conrado Rheni Palatino* nostro (sed absente *Henrico Leone* D.Sax. & Bav. uti ex variis Diplomatibus & inter alia etiam ex Trithemii Chr. Hirs. patet, ubi tom.1. p. 461. præter 40. Episcopos, qui hisce Comitiis intererant, etiam sequentes Principes annotat: ut *Christianus* Archi-Ep. H
Mogunt., *Udo* Episc. Citicens., *Gerango* Episc. Misn., *Hugo* Episc. Verdens., *Rudolfus* Leodiens., *Albertus* Laudens., *Terentius* Placentin., *Reymund.* Ipporiens., *Thiemo* Ep. Ratisb. *Conradus C. Pal. Rheni*, *Otto* March. Misn., *Theodoricus* ejus frater, *Henricus* Comes Wethin. & *Otto*, *Fridericus* fratres, *Otto Com. Palat. de*

A *Wittelsbach, Bertholdus Marchio de Vohburg, Bertholdus* Com. *de Andechs, Rudolfus* C. de *Phüllendorf, Ludovicus* C. de Lone, *Raboto* C. de Avensberg & *Fridericus* filius, *Poppo* C. Henneberg. Burgr. Herbip. & Burgr. Magdeb., *Udalricus* filius Reg. Bohem., *Albertus* filius Ducis Polon., *Albertus* C. *de Dillingen, Otto* C. de Kirchberg., *Manegoldus* C. de Veringen, *Bertholdus* C. de Berg, *Gerhardus* & *Hermannus* Comites de Wertheim, *Rupertus* C. de Castel, *Conra-*
B *dus* Burgr. Norimb. In iisdem Comitiis Imperator etiam *Ducatum Franconiæ* (quem *Henricus V.* Imp., rejecto *Erlungo* Episc. Herbipolensi, morbo deinde Elephantino 1122. 3. Kal. Jan. defuncto, Imperatoris ex Sorore sua Agnete nepoti Conrado D. Suev., postea Imperatori, A. 1116. dederat) *Heroldo* Episcopo Herbipol. restituit cum omni jurisdictione & privilegiis, quibus olim *Carolus Magnus* Episcopatui tradiderat, Aureaque Bulla 10. Julii confirmavit. v. Tri-
C them. l. cit. t. 1. p. 460., Crusium in Annal. Suev. l. 11. p. 2. p. 454., Naucler.

A. 1173. *Fridericus* Imp. *quintam expeditionem* in Italiam suscepit circa festum S. Math. cum *Conrado Rheni Palatino* nostro (ut patet ex Diplomate Imper. dat. Ecclesiæ Murimundensi 1174. 14. Januar. *in obsidione Roboreti* & testibus subternotatis, *Philippo* Archi-Episc. Colon., *Arnoldo* Archi-Episc. Trevir., *Conrado* Comite Palatino Rheni, *Ottone* Com. Palatino *de Withelmgesboch*
D (Wittelsbach) &c. v. Ital. Sacram p. 231., adde Cluver. Hist. Univ. p. m. 449.) ubi *juxta Alexandriam* cum Longobardis confligit insequentis Paschatis vigiliâ v. Chron. Weingarth. apud Canisium in Lect. Antiq.

An. 1175. *Imperator* in angustias redactus, Principes cum eorum copiis evocavit è Germania, quomodo hoc anno *Henricus Leo* pontificia factione corruptus, *Imperatorem sibi supplicem factum*, atque auxilia ejus contra hostes
E nimium demissè implorantem iniquius tractaverit? quomodo porrò Imperator Brixianorum insidiis victus, suffosso equo ceciderit, & ab uxore *Beatrice* jam pro mortuo luctus, 5. verò die pôst Ticini Imperatoris habitu iterum conspectus fuerit? quomodo denique multis incommodis afflictus Imper. per Burgundiam in Germaniam redierit? fusius exponunt *Otto de S. Blas., Ursperg., Naucl., Trith.*, H. Bodo in Synt. ap. Meib. p. 505. & *Chr. Schauenb.* ap. Meib. p. 505.

F A. 1176. *Imperator* reversus in Italiam & Anno seq. 24. Jul. Venetiis in gratiam rediit cum Alexandro Pontif. Rom., *Conrado Rheni Palatino* nostro interim in Germania subsistente & A. seq. 1178. Imperator in Germaniam reversus.

A. 1179. *Conradum Palatinum* nostrum Torneamento s. Ludo Equest. *Coloniæ* post fest. 3. Regum à Florentio Com. Holland habito interfuisse, eumque inseq. vesperi cum *Margaretha* Gothofredi Brab. Ducis uxore, Henrici Limb.
G Ducis filia saltâsse scribunt. vid. Crus. Ann. Suev. l. 11. p. 2. p. 469.

A. 1180. 3. Non. Jan. *Argentorati* fuit *Palatinus* noster apud Imperatorem ex indicio Diplomatis & Privilegii Imperatoris Wormatiensibus concessi, quod vid. apud Lehman. in Chron. Spir. l. 4. c. 22.

A. 1182. 11. Kal. Junii Imperator Principum conventum *Moguntiæ* egit, præsente & *Conrado Rheni Palatino* nostro, ut Diplomata perhibent. 1. dat.
H Abbati S. Maxim. Trevir. 11. Kal. Jun., quod vid. apud *Zillesium* in Defens. Abbatiæ S. Maxim. p. 58. 2. Dat. Spirensibus 6. Kal. Jun., quod vid. apud *Lehmannum* in Chr. Spir. l. 5. c. 64. p. 530.

A. 1184. *Imperator* circa festum Pentecostes maximum Principum conventum habuit *juxta Moguntiam in campis* per 4. dies, ubi cum magna solennitate

nitate Imperator filios ſuos *Henricum* & *Fridericum* armis condecoravit, gla- A
dioque accinxit v. Otton.de S. Blaſ. c. 26. Chron., Continuat. Schafnaburg.,
Dodechenum, Lehman.l cit.5.c.17.p.415.& l. 66. p. 534. In hac magna Curia,
ut *Otto de S. Blaſ.* teſtatur, ARCHI-OFFICIALES *Cæſari* IN PERSONA
*miniſtraſſe & Principes in tanta frequentia ibidem comparuiſſe, qualiter antea
nunquam factum fuit, conſiliumque Regni peractum fuiſſe in campo herbis vi-
rentibus amæno per quatriduum, quarto die poſt cunctos cum gaudio ad ſua re-* B
diiſſe, hinc clarum eſt Rheni quoque Palatinum noſtrum *Conradum* in hac
Curiæ ſolennitate *Archi-Dapiferatus officio* cum aliis Officialibus functum
fuiſſe, ubi etiam Imperator filium ſuum Henricum A. 1165. natum, in *Regem
Rom. eligi & coronari* fecit, ante ipſum autem coronationis actum maximus
tumultus in majori Eccleſia inter *Archi-Epiſcopum Colonienſ.* & *Conradum
Abbatem Fuldenſem* exortus, propter ſeſſionem & præcedentiam, quem Span- C
genberg. in Chr. Sax. h. m. deſcribit: Vor Pfingſten hielt Friederich der
Kayſer einen herlichen Reichstag zu Mayntz/ da er ſeinen Sohn Hen-
richen zum Römiſchen König krönen laſſen wolte/ und ſaß Friederich I.
und ſein Sohn Henrich mit allen geiſtlichen und weltlichen Fürſten in
der Kirchen zu Mayntz auf das H. Pfingſtfeſt in höchſter ſolennität/ zur
Rechten der Ertzbiſchof von Mayntz/ zur Lincken/ der Ertzbiſchof von D
Cöln Philipp./ Conrad Abt zu Fulda aber fieng in der Kirchen vor dem
Kayſer auß Hoffarth und Ehrgeitz ein böß Gezäncke an/ vorgebende/
ihme gebühre von alten Zeiten her das Recht/ dem Kayſer zur Lincken zu
ſitzen/ die Stelle aber habe ihm Cöln eingenommen/ es gaben wohl etli-
che für/ es wehre von Alters her/ bevorab zu Mayntz ſolches gebräuch-
lich geweſen/ Cöln aber als ein Ertzbiſchof hielt es ihm ſchimpfflich ei- E
nem Abt auffzuſtehen/ der Kayſer ſchlug ſich drein und ſprach: Wir laſ-
ſen es billich beym alten Herkommen und Gewonheit deß Reichs beru-
hen/ und gilt uns gleich viel/ wer oben oder unten ſitze; das nahm der
Ertzbiſchof übel auf und ſprach: Wolan/ wann es Eu. Majeſtät alſo
gefällig iſt/ ſo weiche ich ein Ertzbiſchof einem Abt/ und ein Churfürſt ei-
nem Möniche/ und ſcheide mit Urlaub von dannen/ dieſem folgte auf dem F
Fuß nach Conrad Pfaltzgraf bey Rhein deß Kayſers Bruder/ und Hen-
rich Graf zu Naſſau/ dieſe ſprachen: Allergnädigſter Herr Kayſer/ mit
Euer Majeſtät Gunſt und Vorwiſſen ſey uns erlaubt unſerm Lehen-
herrn zu folgen/ deme von Naſſau aber redete Ludwig Landgraf in Thü-
ringen ein/ dann er gleichfals vom Abt zu Fulda etliche Lehen hatte/ und
ſprach: Wie fein leiſtet ihr jetzund eurem Herrn ſchuldige Trew/ in deme G
ihr ihn verlaſſet/ und einem andern nachgehet/ worauf der Graf antwor-
tete: Ich wil mich an ſeinem Ort/ wie billich/ zubezeugen wiſſen/ jetzo fol-
ge ich dem Herren/ den ich neben andern hieher begleitet habe/ derglei-
chen ſtund auch auf der Hertzog von Braband/ da nun ſo viel Stellen
ledig wurden/ bekümmerte es den König Henrich ſehr/ fiel dem Ertzbi-
ſchoffen umb den Halß und bath ihn durch GOtt/ daß er den Freuden- H
reichen Tag nicht mit Leyd und Unluſt anfahen/ und in ſo anſehnlicher
Verſamblung der Reichs-Fürſten ein Tumult erregen/ ſondern ſich wie-
der ſetzen/ und nicht etwan Anlaß geben wolle/ daß der Tag ſeiner Krö-

A nung durch Zorn und Unwillen verdunckelt werden möchte / auch fieng
der Kayser selbsten an und sprach: Weil ihr euch dañ eines einigen Worts
so hefftig annehmet/ so wolte ich/ daß ich mich Redens gemässiget / wie-
wohl ich nichts gesagt/das mir als einem Kayser unanständig/sehet aber
zu / daß ihr euch für diesen geringen Schaden nicht ein grösser Unglück
verursachet; dann euch als einem Verständigen ist nicht unbewust/was
B es auff sich habe Reichs-Versamlunge so liederlich zertrennen/dieses be-
wegte allererst den Ertzbischoffen / daß er mit grossem Unwillen zornig
herauß fuhr Euer Majestät vergelten mir heute diesen Tag gar fein:
die treue Dienste/die ich derselben mit aller Folge geleistet und grau drü-
ber worden bin/Welschland habe ich mit Waffen bemühdet / Meyland
bestritten/in Braunschweig Schweiß und Blut gelassen/ soll dieses nun
C der Lohn seyn / daß ich für den Fürsten deß Reichs umb eines Abts wil-
len in Spott gesetzet werde ? Welcher da er nicht heimliche Verständ-
nüs von Kayserl. Majestät hätte / sich solches Beginnens wohl würde
gemässiget haben/so aber je deß Kaysers und Königs Meynung ist/daß
ich bleiben soll/so wil ich bleiben/man setze die Stühl wieder zurecht / wil
dann der Abt nicht zu frieden seyn/so steige er auch gen Himmel und setze
D seinen Stuhl über die Sterne GOttes dem Allerhöchsten gleich : Es
hat aber der Ertzbischoff vor diesem den Abt dieses Beginnens verarg-
wohnt/und sich auff den Fall mit 4000. geharnischter Männer versehen/
darumb es/wo es weiter kommen wehre / in der Kirchen blutige Köpffe
geben hätte/da sprach der Kayser: Wohlan Herr Bischoff weil ihr uns
in Verdacht habt/ob hätten wir mit dem Abt eine heimliche Verständ-
E nüs/so seynd wir bereit/euch mit einem Eydschwur zubetheuren/daß wir
daran unschuldig/ der Ertzbischoff aber dem Kays. Eyd zuvor kommen-
de sprach : Ew. Kayserl. Majestät Wort seynd mir an statt des Eyds/
worauff der Kayser sich zum Abt wandte/und sprach: Geistlicher Vat-
ter/traget eine kleine Weile gedult/es soll euch zu keinem Præjuditz gerei-
chen/und an euren Rechten nicht schädlich seyn/ nur daß zu diesem herr-
F lichen Tag nicht etwan ein grosser Tumult entstehe / also muste der Abt
mit Schamröthe an seinen Ort / und ward die Königl. Krönung glück-
lich verrichtet. v. & Brower. Antiq. Fuldens. l. 1. c. 16. & Helmold. l. 3. c. 9. ad
hæc Crantzius exclamat: *Væ tibi superbia! quæ in cœlis nata cum Authore tuo
ad inferna demergeris semper excrucianda.* Hoc quoque anno *Imperator* sex-
ta vice *in Italiam* profectus cum filio *Henrico* R., *Conrado* Rheni Palatino no-
G stro in Germania permanente.

A. 1186. *Fridericus* Imperator nuptias filii sui *Henrici Regis Rom.*, & *Con-
stantiæ*, filiæ Rogerii Regis Siciliæ celebravit 27. Jan. Mediolani in hortis S.
Ambrosii, cum ipsa haberet 30. Annos (& non 50. ut alii volunt) v. Lehman.
Chron. Spir. l. 5. c. 66. ex Viterbiensi. Eodem anno Imperator ex Italia in Ger-
maniam reversus, *Geilenhusii* Principum conventum habuit, Præsente &
H *Conrado Palatino* nostro, uti patet ex Diplomate Imperat. dat. Archi-Episcopo
Bremensi, quod vid. apud Authorem assertionis libertatis Bremens. p. 264.

Hoc quoque anno *Conradus*, filius *Conradi Palatini* nostri Heidelbergæ
vel Baccharaci in arce Stalecke vitam cum morte commutavit, sepultus in

Mona-

Monasterio Schönaugiensi v. Crusium in Annal. Suev. p. 258., *& non A.* 1168., ut A
Nauclerus. Hoc etiam vel seq. anno (Nauclerus verò & Münsterus annum 1185. ponunt) *Conradus Rheni Palatinus* cooperante conjuge sua *Irmentrude*, *Monasterium Neuburgense* S. Barthol. ad Nicrum juxta Heidelbergam Abbatiæ Laurishaim. subjectum, de consensu *Sigehardi Abbatis Laurishaim. in Virginum Cænobium* commutavit, primam ejus Monasterii *Abbatissam* constituens filiam suam *Cunigundem*, Christo devotam & valdè sanctam virginem, B
v. Trithemii Chron. Hirsaug. p. 486., & non pauca eidem Cænobio bona pro sustentatione famulantium Christo famularum contulit, locoque pientissimus fuit. vid. *Naucler.* gener. 39. p. 187., *Freher.* Orig. Palat. p. 75., & Sabina soror Georgii Comitis Bipontini Domini in Bitsch ultima Abbatissa istius loci fuit A. 1523. electa, cujus tempore Monasterium hoc reformatum fuit per *Ottonem Henricum Electorem*. v. Hertzogii Chron. Alsat. *Conradus* itaque C
Palatinus noster mascula prole Orbus, *feudum suum castrum Stalecke* cum adjacente oppido Baccharach aliisq; appertinentiis, quod procul dubio masculinum s. rectum erat, ab Ecclesia Coloniensi recognovit, & *Philippo Archi-Episcopo Coloniensi* resignasse legitur, ita ut ab eo mutatâ conditione feudi uxori *Irmentrudi filiæque Agneti* de novo concederetur, Archi-Episcopus petitis Palatinis annuens, novas literas feudales An. 1189. conscribendas curavit, D
quas vid. apud Freher. in Orig. Palat. p. 89., & infra in Cod. Diplomatico Pal., adde Paræi Hist. Palat. p. 137., Spener. in Oper. Herald. p. 669.

A. 1189. *Fridericus Imperator* in Palæstinam contra *Saracenos* profectus, & collectis Ratisbonæ copiis ultra 30000. armatorum 9. Kalend. Maji in festo S. Georgii è Germania in Hungariam abiit, *Palatino* interim nostro in Imperio apud *Henricum Regem Rom.* permanente, eumque consiliis adjuvante. E
Imperator Hungariam pervagatus, negatum sibi à Bulgaris transitum ferro aperuit, inde Regem Græcorum nomine *Kirsach* Saladino Regi confœderatum acceptis ab eo 800. sagittariis transitum quoq; Imperatori disputantem, pari fortitudine prostravit, *Philippopolim* expugnatam diripuit, hybernavit *Orestiade* & *Philippopoli*, invito *Isaacio Angelo Imperatore* Orientali, ex eaque urbe literas 16. Kalend. Decemb. exaratas ad filium *Henricum* Rom. Regem F
per nuncios in Germaniam m sit, qui etiam omnia ipsi enarrarent, quæ sibi hactenus evenerant, de quibus literis vid. Hedam l. de Episc. Ultraject. p. 320. Diarium quoque itineris ejus eleganter per tabellam Chronologicam exposuit *Bangartius* in not. ad Arnold. Lubecens. p. 367., de Expeditione autem hâc Imperatoris ejusque rebus gestis in Palæstina. v. Nicetam in Isaacio. l. 1. & 2., Otton. de S. Blas. c. 32. 34., Gothofridi Colon. Chron. c. 38., Arnold. l. 3. c. 34. l. 1. G
c. 31., *Wilh.* Tyrium.

A. 1190. Kal. April. sedem & domicilium suum *Conradus Rheni Palatinus* habuit Bacharaci *in arce Stalecke*, ut patet ex ejus literis, quas vid. apud Freher. in Orig. Palat. & infra in Cod. Diplomatico Palat. Imperator *Fridericus I.* dum hoc anno Saracenos insequeretur ad fluv. Serram ab equo ad littus impingente delapsus in amnem tractus & pede uno staticulo inhærens, H
inde magna opera in littus retractus, non diu post 4 id. Junii tempore vespertino intra manus ministrorum spiritum exhalavit v. Tagenon Decan. Patav. testem oculatum in Historia ejusdem expeditionis v. apud Freher. in Scriptor.

 Germ.

A Germ.t.2., & Meibom.in Hist.Leonis H. p.249.256. (alii id in fluv. Cydno,in
quo & olim *Alexander Magn.* simili modo periclitatus est,accidisse scribunt,
ut Æn.Sylvius,quem sequitur Boeclerus in notis p.139.) sepultus à filio *Friderico* Suev.Duce *Antiochiæ*,v.Gerhard.Stederb., Northof., Gobelin.apud Meibom.& Adelreitz.in Ann.Bav. Eodem anno *Henricus* Romanorum Rex cognito Patris obitu,cum uxore in Italiam pro corona Romana obtinenda
B mense Decemb. profectus, relicto in Germania *Conrado Rheni Palatino* nostro tanquam *Imperij Vicario.*

A. 1191. ineunte Januario *Cremonensibus* jus monetandi confirmavit. v. Sigon.de Regno Ital.p.348., inde *Bononiam* perrexit, ubi prid.id.Jan. Bononiensibus similiter novum monetandi jus largitus est. Sigon. l. cit., Kalendis Martii Pisis profectus cum civibus fœdus iniit contra *Tancredum* inde *Romam*,
C ubi cum uxore *Constantia* 18.Kal. Maji. coronatus à *Cælestino* P. Rom. quem coronationis actum Lehmannus in Chron. Spirens. l.5. c. 66. h. m. describit:
Als Sie zu Empfangung der Kayserl.Cron vorn Pabst erschienen / sey der Pabst aufm Stuhl gesessen / und habe die Kayserl.Cron zu Füssen gestellt / als sich nun der Kayser geneigt / habe er Jhm die Cron zwar auffgesetzt/dieselbe aber alsobald mit einem Fuß wieder von des Kaysers
D **Haupt geschlagen/die Cardinäl hätten sie wieder auffgehoben und ihm wieder auffgesetzt/der Kayserin aber habe er sie nicht abgeschlagen:** vid. & Baronii Annal. ad An. 1190. Eodem anno *Henricus VI. Imperator* in Germaniam rediit.

A.1194. Mense Februario *Conradus Rheni Palatinus* noster *Herbipoli* fuit apud Imperatorem,uti Diploma docet Imperatoris dat. Abbati Waldsassen-
E si Narisc., quod vid.apud Crusium in Annal. Suevic. l. 12. p.2.p.514. Mense verò Martio vel Aprili *Palatinus* noster filiæ suæ *Agnetis* & *Henrici Ducis Saxoniæ Brunsvvicensis* nuptias celebravit *Baccharaci in arce Stalecke* (ibi enim, postquam Comitis Palatini honorem defuncto Hermanno Palat. adeptus erat,ceu supra diximus,sedem Domicilii fixerat) ut *Albert.Stadens.* in Chron. ad An. 1194., *Andreas Ratisbon.* in Chron.D.Bav., *Meibomius* in not. ad Ger-
F hard.Stederb.de ultimis gestis H.Leonis p. 265., *Spangenberg.* in Chron. Sax. seu Mansfeld.c.235., *Adelreitzer* in Ann.Bav., & *Annales Veter.Rithmici* apud Meibomium, *& non A.*1195., ut *Lehman.* in Chron.Spir.p.m. 295. & *Gothofredus* Mon., *neque A.*1196. ut *Spener.* in Oper. Herald. p.669. aliique, quod matrimonium *Henricus Imperator* omnibus modis impedire,& *Philippum* potius Franciæ Regem consobrinam hanc suam unicam ambientem,sibi hoc
G modo devincire unicè nitebatur: *Henricus* enim *Leo* D. Sax. & Bav., cum in eam jam Calamitatem incidisset & utroque Ducatu A.1180.à *Friderico I.* privatus fuisset, *Henricus VI.* Imp. tam regni quàm odii in Leonem ejusque familiam hæres & successor omnibus adlaboravit modis, ut matrimonium hoc impediret factúmque discerptis vinculis dissolveret, quâ in re operam lusit. Addunt etiam *Annales Rithmici* apud Meib. *Mechtildem* Henrici Leo-
H nis uxorem *ab Irmentrude* uxore Conradi Rheni Palatini nostri impetrasse,ut de hoc matrimonio pacta inirentur in infantia,& non ignorabat Cæsar *Agnetem* jam in annis infantiæ *Henrico* Brunsvvicensi,Henrici Leonis filio desponsatam fuisse, unicè tamen hoc agebat, ut prætcrito Saxone Gallus voti sui

compos

compos fieret,cum itaque *Agnes* unica Palatini hæres jam à multis,inprimis A
autem *à Philippo* expeteretur,Palatina autem jam,ut dictum,in infantia *Henrico suo Saxoni* desponsata,nihil quicquam de Gallo Philippo Rege (qui hactenus iteratis vicibus pro obtinenda Palatina Rheni omnem apud Imperatorem operam adhibuerat) audire vellet,eâ inprimis ratione, quod ipse Rex jam priorem suam conjugem *Ingeburgam Canuti III*, Daniæ Regis filiam (An. 1193. Non. Apr. ductam,elapsis verò 82. diebus, divortio, incertum quâ de B
causa facto,contumeliosè repudiatam,additâ ei custodiæ ignominiâ, quam tamen postea Synodorum vi recipere coactus fuit.v.*Labbeum* in Hist. Chronol.Regum Franc.) tantâ ignominiâ affecisset, quibus & ipsa mater *Irmentrudis* commota, de matrimonio consumando filiæ suæ cum Saxone instabat,& *Brunsvvigam* misso clam nuncio *Henrico* rem totam periculo plenam exponebat, *Henricus* postquam singula ex amussi intellexerat, maximis C
quibus potuit itineribus variisque per viam insidiis petitus, elusâ feliciter hostium arte, *Bacharacum* advolat,cum nox ingrueret,altæq; caderent de montibus umbræ,*in Sponsæ* dilectissimæ conspectum admissus est. *Conradus Rheni Palatinus* tum in negotiis Aulæ aberat, Mater itaque propter ancipites rerum eventus, nuptias clam absque celebritate multisque ambagibus accelerabat in eadem arce *Stalecke* (vid. *Annal.Rith*. apud Meibom.) vocato sacer- D
dote,qui nodum benedictione divina sanctificaret, insequente die uxor *Conradi* Palatini maritum per nuncium domum accersebat,Palatinus rediens ad castrum suum *Stalecke* cùm ea., quæ jam in absentia ejus erant peracta, cognovisset, lætatus, denuo eodem die magna demum cum solennitate & publicis suorum gaudiis *nuptias celebrari* curavit.Satis autem eleganter hanc E
rem exposuit *Gulielmus Neubrigensis* author coævus in Hist. Angl. l.4.c.30. h. modo. *RexFranciæ* (Philippus) *Imperatorem Teutonicum* (Henricum VI.)
„ad cujus fortunam Regis captivi (Richardi Reg.Angl.) pendebat arbitri-
„um, affinitate sibi cupiens devincere Consobrinæ ejus unicæ scil.filiæ Pala-
„tini Comitis (Conradi) missis ad eum nunciis,connubium expetivit: Pe-
„titionem Imperator gratanter amplexus ejus complendæ gratia, COMI- F
„TEM PALATINUM VIRUM IN IMPERIO SUMMÆ POST IM-
„PERATOREM AMPLITUDINIS accersivit,nec latuit ea res Matrem
„puellæ, quæ unicam sobolem secreto conveniens: vis, inquit, honorabiles
„nuptias & thorum Regium? Rex enim Francorum te comparem postu-
„lat: tum illa, audivi, inquit, à multis de Rege hoc,quomodo fœdavit & ab-
„jecit puellam nobilissimam (Ingeburgam) scil.Regis Daniæ Germanam, G
„& vereor exemplum; ad quam mater,& quis, ait, in votis tuis est potior?
„Tum illa,si mea vota prosperentur ab eo certè,cui me dedi in annis infan-
„tiæ desponsatam,nunquam disjungar Henrico scil.Ducis Saxoniæ filio, &
„mater: confide, ait, filia, quia per maternam operam formidato liberata
„exemplo,optato potieris connubio, mox eundem Henricum elegantissi-
„mum & strenuissimum juvenè,Regis Angliæ (Richardi)ex sorore (Mech- H
„tilde, Henrici Leonis II. Uxore) nepotem virago mirabilis secretis lite-
„ris accersivit, qui festinans occurrit & votis promtissimè concurrentibus
„dilectam virginem (Agnetem) tradente matre (Irmentrude) accepit,
„qua nimirum propter eventus ancipites accelerante negotium, illico so-
lenni

A „lenni ritu celebratæ sunt nuptiæ, ut, quos Deus jam conjunxisset, homo „separare non posset. Interea novæ nuptæ pater (Conradus) ab Imperatore „inductus, ut Regiis filiam nuptiis honestaret, actæ rei repente famam accepit, Imperator quoque rem audiens credensque hoc præter ejus conscientiam fieri minimè potuisse, acri contra eum motu excanduit, & ad se vocatum mordaciter increpavit, tum, quia juvenem oderat, tum quia factum „erat aliter, quam volebat: Ille vero Stomachanti & objurganti satisfa-
B „ciens, per salutem, inquit, meam Imperator, mea hoc neque voluntate neq; „conscientia actum est, sed conjugem meam & consobrinam tuam contemplatione juramenti olim à me & illa felicis memoriæ Patri Imperatori „(Friderico I.) & Duci Saxoniæ (Henrico Leoni) præstiti, absente me „credo patrasse, unde Tua mihi celsitudo succenset Tum Imperator: Vade, inquit, & nebulone illo expulso rescinde, quod actum est: Tum ille,
C „noli, ait, sic loqui Imperator, nam eo usque, ut dicitur, res processit, ut absque sempiterno filiæ meæ dedecore rescindi non possit, reversus autem „idem ad propria (Bacharacum ad castrum suum Stalecke) Genero blandè loquutus est, adoptansque eum, filiam egregie dotavit. *huc usq; Guilelmus. Simili fere modo* Gerhardus quoque Stederburgensis *author itidem coævus lib. de ultimis gestis Henrici Leonis rem ita describit*: Perdurante ad-
D „huc odio Imperatoris, quanto virtuosius Dux junior (Henricus) in cunctis „actionibus suis Patris sui virtutem est secutus, eo major Imperatoris circa „ipsum accenditur ira, & irritum inter Ducem Henricū & filiam PALATINI (Conradi) DE RHENO dissipare nitebatur matrimonium. At illa, „quamvis à multis impetebatur ab Imperatore ad hoc destinatis, in Ducis tamen, quem elegerat, amorem immobilis permanebat: tandem matre sua a-
E „gente, Palatino (Conrado) inscio vocatur (Henricus), per medios fines „inimicorum suorum, per varias insidias mirabiliter elapsus, protegente se „Deo, cum etiam ipsa Agnes futura sponsa, quid ageretur, ignoraret, vespertino crepusculo intravit (castrum Stalecke) & ipsa nocte absq; nuptiarum „celebratoribus, non tamen sine benedictione sacerdotali in thalamum collati sunt & felix matrimonium fuit: vocatus postera die Palatinus, qui
F „tunc ad latus Imperatoris erat, dum castrum (Stalecke) intravit, quæ gesta sunt, audivit, & tunc demum cum gaudio & exultatione celebres divulgatæ sunt nuptiæ: Deinde Palatinus Imperatorem adiit, seque de conscientia facti juramento purgat, & omnibus modis filium, QUEM SIBI „ADOPTAVIT PER FILIAM, gratiæ Imperatoris restituere elaborat, factus itaque voti sui compos, ut primùm filio suo (Henrico) Imperatoris
G „mitigavit animum, secundùm Ducem Henricum Leonem in Brunswick „adiit, eumque ad præsentiam Imperatoris evocat, pollicendo bona, si ad Imperatoris voluntatem suum inclinaret animum, Dux, licet non ignoraret, „quoniam difficilis ei foret Imperialis iræ mansuetudo, tamen ut Principum „ordinationi esset consentaneus, & Consilio Palatini Conradi Curia ei in Salefeld (A. 1194.) præscribitur, ad quam cum Imperator accederet, & Hen-
H „ricus Leo in itinere esset, in arduo Nemoris loco Bothvvelde (ubi Henricus III. Imp. obiit, hodie propè Walckenridt non longè à densissimo nemore campus, qui vulgò *Burfeld* dicitur, in quo rudera templi & Cæmiterii lo-

cique

cique habitati visuntur, nunc vulgò S. And. Cæmiterium vocant. v. Meibom. A
„ in not ad Gerhard.) Dux de equo corruit, & ex contritione tibiæ ab itinere
„ cæpto impeditus est, sequenti die Walckenridt deportatus, nuncios suos ad
„ Imperatorem destinat, ipse verò mansit in loco, gravi ex cæsione laborans
„ infirmitate, Imperator, ut audivit, quamvis artem subterfugii suspicaretur,
„ Principes, qui convenerant, detinuit, adventum Ducis exspectare dispo-
„ nit, postquam autem Dominus Imperator intellexit, non fictam Ducis in- B
„ firmitatem in viciniorem loco, & tempore productiorem diem ei consti-
„ tuit in Dullethe (Polethe pagus in præfect. Kelbrensi juxta arcem Kif-
„ hausen) certificatus à Gerhardo Stederburgensi Præposito, qui legatio-
„ ne Ducis fungebatur, Dux itaque viribus aliquantulum receptis, ad diem &
„ locum sibi constitutum venit, & in plenam gratiam Imperatoris (operâ C
„ *Conradi* Rheni Palatini) ibi est receptus, & filius suis beneficiis Palatini,
„ quæ ab Imperatore obtinuit, solenniter est investitus? huc usq; Gerhardus.

A. 1195. tandem *Conradus Rheni Palatinus* noster 6. Idus Novembris vitã cum morte commutavit, ut rectè *Gothofredus Mon.* in Chron. *Freher.* t. 1. Script. Germ., *Meibom*, in not. ad Gerhard. Stederburg. p. 448., *Adelreitzer.* in Annal. Bav. ad A. 1194., *Imhof* in Notitiâ Procerum Imp. p. m. 151., *N. Schaten.* in Annal. Paderborn. t. 1. p. 903., *& non A.* 1186. ut *Crusius* in Annal. Suev. pag. D 258. confundens patrem cum filio ejusdem nominis, *neque A.* 1168., ut *Nauclerus, Crus.* l. cit. l. 11. p. 2. p. 254., *neque A.* 1192., ut ex Frehero *Lehmannus* in Chron. Spir. l. 4. c. 7., & *Chron. Ms.tum Wormatiense*, neque A. 1198., ut *Spener* in Oper. Herald. p. 669.

Et quidem *Heidelbergæ* in veteri castro, ut *Trithemius* in Chron. Hirs. ad A. 1195., & Lehman. l. cit. 4. c. 7. vel, ut verisimilius, *Bacharaci in castro Sta-* E *lechun*, hodie *Stalecke*, ubi defuncto *Hermanno Rheni Palatino*, ab A. 1156. plerumq; sedem habuerat, vid. & Lehman. l. c. 4. c. 7., ut supra ex Irenico dictum fuit, ubi etiam anno præcedente *nuptias filiæ* celebraverat, quo autem mortis genere seu morbo? nondum constat. Sepultus est *Schönaugiæ* in Monast. 1. milliari Heidelbergâ distante & à *Buggone* Episcopo Wormatiensi A. 1135. exstructo, ut *Trithemius* lib. cit, quamvis literæ fundationis ha- F beant A. 1142., ubi etiam ipse fundator aliique imperii Principes sepulti jacent. Epitaphium autem *Conradi Palatini* nostri, quondam ibidem repertum, Freherus in Orig. Palat. c. 10. p. 78. producit, (quod tamen nunc sublatum ex oculis, teste Paræo in Hist. Palat. p. 136. frustra quæritur) ita se habet.

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCXCII. VI. Idus
NOVEMBRIS OBIIT ILLUSTRIS PRINCEPS DOMINUS G
CONRADUS COMES PALATINUS RHENI, DUX SUEVIÆ,
COMES IN GEMINO PONTE, GERMANUS FRIDERICI
IMPERATORIS BARBAROSSÆ.

Monumentum autem hoc à Frehero nostro productum, procul dubio ita vetustate collapsum videtur, ut annus emortualis nondum accuratius cerni potuerit, & de numero V. non nisi superiores lineolæ II comparue- H rint, hinc *Freherum* pro XCV. h. m. XCII. legisse credibile est, certo enim certius est, *Conradum Palatinũ* nostrum adhuc A. 1194. *Nuptias filiæ suæ* cum gaudiis celebrasse *Stalecke* (da ihme dann der dasige Bacharacher Wein noch wohl geschmeckt) falluntur itaque illi, qui cum *Lehmanno* aliisq; hoc

A epitaphio decepti, annum *Conradi* nostri emortualem in A. 1192. rejiciunt. Fallitur etiam *Trithemius*, quando in Chr. Hirsaug. ad A. 1199. memorat, *Conradum* Palatinum nostrum cum aliis Imperii Principibus A. 1199. *Philippum* Sueviæ Ducem, *Henrici VI. Imp.* fratrem in Regem Rom. elegisse *Erfordiæ*, *Bertholdum* verò Zæringiæ Ducem ab aliis Coloniæ electũ, acceptis *à Philippo* 12000. Marcis argenti, cum Ducatu Sueviæ jus suum ad regnum voluntaria cessione resignasse, quæ res cum Principibus innotuisset, nimium indignantes, *Ot-*
B *tonem Saxonem* contra *Philippum* Coloniæ in Regem elegisse. Certissimum enim est 1. *Conradũ* Rheni Palatinum nostrum hoc tempore jam diu è vivis excessisse. 2. *Philippum* & *Bertholdum* nõ A. 1199. sed A. 1198. in Reges electos fuisse, ut rectè Chron. Mont. Seren. apud Meibom. pag. 66. 3. *Ottonem* IV. Philippo jam electo, ab aliis Imperii Principibus Coloniæ non A. 1199. *sed* 1198. mense Martio ad regnum evectum & *Aquisgrani* 4. Non. Julii
C Coronatum fuisse, quâ de re. v. *Freher.* Epist. ad Gebwold, *Arnold. Lubec.* 6. 1., *Gelenium* in Hist. S. Engelb. 1. pag. 22., *Meibom.* in Apolog. pro Ottone IV. pag. 117. *Henrico Rheni Palatino*, genero Conradi nostri ejusdemque in Palatinatu Rhenano jam Successore *absente*, & adhuc *in Palæstina* subsistente. v. Leipnitz. in Codice Diplom. ex Epist. Innocent. III. Pontif. R., quod patet etiam ex Diplomate *Ottonis IV. Imp.* d. 1198. 4. Non. Jul. Aquisgr., apud *Ge-*
D *lenium* l. cit., & Meibom. Apol. cit. pag. 117. Errant & alii cum authore Chronici Ms.[ti] Wormatiensis statuentes *Conradum Palatinum* nostrum A. 1160. una cum *Arnoldo Archi Episcopo Moguntino* à civibus Moguntiæ rebellionis tempore cæsum fuisse.

Porro de Palatino nostro *Trithemius* lib. cit. ad A. 1195. sequentia annotat. *Conradus*, inquit, *Comes Palatinus Rheni Heidelbergæ suum tenens domici-*
E *lium, jam senescens & proximum expavescens moriendi tempus & horam, transgressiones suas in amaritudine mentis suæ revocavit ad memoriam, mutatusque in virum alterum, interni Judicis faciem condignis pœnitentiæ fructibus studuit prævenire. Enim verò si olim devastator fuit bonorum Ecclesiæ, pauperumque sine misericordia oppressor, ita jam cœpit in senio cunctis ablata restituere, & pauperes in omni mansuetudine, & miseratione deinceps*
F *gubernavit, inter cætera pietatis studia Præposituram S. Barthol. in Nuwenburg de consensu Abbatis Laurishaim: in Cœnobium monialium commutavit.* huc usque Trithemius. Hujus autem commutationis causam *Mutius* in Chron. German. l. 18. h. m. exponit: *In oppido* (Heidelberg) *voluit doceri & institui pueros, aliaque habebat virorum Monasteria, in quibus pueri instituebantur ingenui, hoc autem Monasterium Neuburgense* (juxta Heidel-
G bergam) *voluit esse scholam puellarum, ut in pudicitia ad timorem Dei & sanctam maritorum post nuptias obedientiam, puellæ instituerentur.* adde Heilwig. Antiq. Laureshaim. p. 386. 137.

Conradum præterea Palatinum nostrum præter *fratrem Fridericum I.* Imp. 3. *quoque Sorores* habuisse, testantur *Otto Frising.*, *Crusius* l. c. & *Henningensius* in Theat. Genealog. 1. *Juditham, Mathæi* Lotharingiæ D. uxorem.
H 2. *Claritiam, Ludovici Landgravii Thuringiæ* cogn. Ferrei uxorem, A. 1150. ductam, & in Monast. Reinhartsbrunn. *sepultam.* 3. *Mechtildem, Wilhelmi* Comitis cujusdam uxorem.

De

De Matrimonio, Uxoribus & liberis *Conradi Rheni Palatini* noſtri per- A
pauca à Scriptoribus antiquis annotata reperio. Ipſum autem, eodem modo, quo de fratre ejus Friderico I. Imp. conſtat, *duas uxores* habuiſſe credibile eſt, *Primã Henningeſius* in Theat. Geneal p.1.p.44., Æl. *Reuſnerus* in Geneal. p.268. & ex his *Hofmannus* in Geneal. Comitum Palat. Rheni, *D. Blondell.* in Geneal. Franc. tab.140. aliique recentiores ELISABETHAM vocant, falluntur autem, quando *eandem Conradi* cujuſdam *Franconiæ Ducis* & *Comitis Pa-* B
latini Rheni filiam ſtatuunt, adde Cruſium in Añ. Suev. p.2.l.8.p.254., *Münſter. Coſmogr.*, & alibi Reuſnerus eandem *Eliſabetham Bojorum Reguli Rheniq; Palatini* filiam fecit. Certum enim eſt ante *Conradũ* Rheni Palatinum noſtrum Frid. I. Imp. fratrem, nullum *Rheni Palatinum* & *Ducem ſimul Franconiæ* in rerum natura exſtitiſſe, cui nomen fuerit *Conradi.*

Secundam ejus uxorem Diploma ipſius *Conradi* noſtri dat. in arce *Stale-* C
ckun 1190. Kal. April. (quod vid. apud Freher. in Orig. Pal. & infra in Codice Diplomat. Palat) IRMENTRUDEM nominat, *Trithemius* verò in Chron. Hirs. & Spener in Oper. Herald. p.669. eam perperam *Irmengardim*, & Cruſius lib. cit. l. 9. p.2. & p.254., malè *Agnetem* vocant; de primâ æquè ac ſecunda cujus familiæ fuerint? quando & ubinam locorum nupſerint *Conrado* no- D
ſtro? ubi, quando & quo modo defunctæ & ſepultæ fuerint? hactenus indagare non potui, videtur tamen, Irmentrudem poſt fata Mariti Monaſterium Virg. Eſſendienſe ingreſſam, Abbatiſſam electam fuiſſe. Interim Palatinus noſter, quantum quidem è monumentis rerumq; geſtarum circumſtantiis elici poteſt, ex iisdem 4. liberos procreavit.

1. *Conradum* Comitem Palatinum Rh. A.1186. *ἄγαμον* defunctum & ſepul- E
tum in Monaſterio Schönaugienſi.

2. *Cunigundem* Abbatiſſam Neoburgenſem juxta Heidelbergam, defunctam & ſepultam ibidem. v. Trithem in Chron. Hirs. ad A.1195. p.486.

3. *Agnetem* natam circa A.1177. procul dubio in arce *Stalecke* (ubi Pater ejus poſt Electionem in Comitem Palat. Rheni plerumque ſedem ſuam fixerat. v. Irenic. Exeg. Germ. l.3. c 55., Lehman. Chron Spir. l.4. c.7.) Vulgò dici- F
tur, ſed non probatur, Rheni Palatinas partui proximas quondam in caſtrũ juxta Bacharacum in medio Rheni ſitum olim Pfaltzgraffenſtein/ nunc die Pfaltz dictum, ſe conferre, ad liberos ibidem luci dandos, neceſſe habuiſſe. Matrimonio autem hæc, uti dictum, elocata *Henrico Duci Saxoniæ Brunſvvicenſi, fratri Ottonis IV. Imperat.* A.1194. menſ. Martio vel Apr. in arce Stalecke: denata eſt A.1204. ... & ſepulta *Stadæ* in Monaſt. Virg. S. Mar. à ſe fundato. G
vid. Meibom. in not. ad Gerhard. Stederb. n.40. & Alberti Stadens. Chron.

4. *Gertrudem* in juventute forſan defunctam, alii malè neglecta prorſus temporis ratione, eandem *Theobaldo Comiti Tullenſi, Theodorici* Lotharingiæ Ducis filio nuptam ſcribunt, ut *Henninges.* in Geneal. D. Lothar. & *Franciſ. de Roſieres* in Hiſt. Geneal. Ducum Loth. num. 553. ubi maritum Gertrudis Palatinum Rheni Fridericum vocat, ex teſtamento Theodorici H
D. Loth. quod aſſervatur in Monaſterio Belliprati. Falluntur & Æl. *Reuſnerus* in Geneal., *Meibomius* in not. ad Gerhard. Stederburg de geſtis Henrici Leonis pag. 446., *Bucelinus* in Topo-Chrono-Stemmatograph. p. 2. pag. 417. aliique non pauci, quando *Conrado Rheni Palatino*

 noſtro

A nostro filium quoque adscribunt *Fridericum Sueviæ* & Franconiæ Ducem, maritum *Rubenzæ* (quæ filia erat *Henrici Leonis Ducis Saxoniæ* & Bavariæ) in obsidione Romæ A. 1167. 14. Kal. Septemb. peste defunctum, quem *Helmoldus* l. 2. c. 20., *Otto de S. Blas.* in Chron. c. 20., & *Nauclerus Principem de Rotenburg*, Otto verò Frisingens. l. 7. c. ult. *Fridericum de Winsperg* vocant, maximè autem errat *Reusnerus* sibi ipsi contradicens, dum eundem hunc *Fridericum* mox
B *Conrado Rheni Palatino* nostro, mox *Conrado III. Imperatori* filium adscribit. Certissimum autem est, eum non Conradi nostri, sed Imperatoris potius Conradi III. filium exstitisse, qui in ultimo mortis articulo constitutus, eundem filium suum Friderico I. Imperatori sollicitè commendavit. v. Henninges. l. b. cit. quodque etiam ex variis Imperatorum Diplomatibus, aliisque antiquitatis testimoniis, si opus esset, demonstrari posset.
C

CAPUT XVI.

De Henrico Comite Palatino Rheni
Duce Saxon. Brunswicensi.

D HEnricus cognomento *Longus* & *Formosus* (v. Gelen. in Hist. S. Engelb. p. 44.) Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ Brunsvvicensis, Comes Staleckæ, Heidelbergæ & Gemini Pontis, f. Primogenitus *Henrici Leonis* Ducis Saxoniæ & Bavariæ, Angriæ, Westphaliæ, Comitis Holsatiæ, Stormariæ Wagriæ, Stadæ, Dithmarsiæ, Dynastæ Brunsvvicensis, Luneburgensis, Lubecæ, Northeimii, &c. (cujus Imperium ab Albi ad Rhenum usque,
E & à jugis Harciniis ad Balthicum usque Mare se extendebat) *ex Mechtilde* filia *Henrici II.* Regis Angliæ & Alienoræ f. *Wilhelmi* D. Pictav., Aquit., (nata hæc est A. 1153. & non, ut alii, 1156., in matrimonium ducta 1167. . . . Brunsvvigæ, denata 1189. in vigil. S. Pet. & Paul. Brunsvvigæ sep. ibidem ad S. Blas. v. Meibom. in Hist. Henr. Leonis & in Hist. Bardevvic. p. 137., Roger. de Hoveden, Arnoldi Lubec. Chron., & Reinecc. in Hist. Henr. Leonis) Natus est
F Brunsvvigæ A. 1169. vel 1170., (& non demum A. 1173. vel 1174.) post reditum scil. Parentis ejus ex *Palæstina*, quam adiit A. 1168., de quo supra in Conrado Palat. dictum fuit. v. *Arnold. Lubec.* l. 2. c. 2., idque inter alia etiam ex eo colligere licet, quòd Henricus Leo A. 1182. circa festum S. Mart. cum uxore & Henrico filio in Angliam in exilium profectus, eundem filium suum Henricum postea A. 1186. circa Augustum in Saxoniam præmiserit (cum ipse Henricus noster
G tum temporis annos circiter 15. haberet) & ipse Leo in brevi pòst circa finem Septembris filium subsecutus fuerit vid. Meibom. Apolog. pro Ottone IV. p. 251. & in not. ad Hist. Henr. Leonis p. 230. 440. Si itaque Henricus noster natus fuisset A. 1174., tum temporis non nisi annos 11. habuisset, quod haud credibile.

Non autem *Henricus Palatinus* noster filius fuit Henrici Superbi D. Sa-
H xon. & Bavariæ, ut Irenicus in Exeg. Germ., Nauclerus aliique scribunt, neque etiam Palatinus noster Henricus LEO dictus fuit, ut Adelreitzer. in Annal. Bav. ad An. 1197. saltem me nunquam legisse memini, Palatinum nostrum LEONIS quoque titulo insignitum fuisse. Fallitur & Sprengerus in Lucer.

Stat,

Stat. Imp. p. 312. cum Irenico qui l. 3. p. 76. hoc modo ſcribit: *Volunt & Henricum Superbum, qui à Friderico I. ob inobedientiam Bavariâ & Saxoniâ privatus eſt, Palatinatum obtinuiſſe. Ille planè omnium tunc temporis Principum maximus Palatinatum filio ſuo Henrico tradidit. Dicunt & eodem tempore Engerum quendam Palatinum fuiſſe hujus fratrem. Poſt hunc Henricus Palatinorum de vera linea ultimus, dum neſcio an Terram Sanctam, vel aliud Orbis iter tentare voluit? naufragio obijt, relictâ unicâ filia Gertrude ex tota ejus progenie ſuperſtite, quam Otto Dux Bavariæ, Ottonis illius D. Scheuren nepos in Conjugem ſibi aſſumſit*. hucuſque Irenicus. Verùm pleraque hæc falſa ſunt. 1. Henricus à Friderico I. Imp. Saxoniâ & Bavariâ privatus, non Superbus ſed Leo cognominatus fuit. 2. Nunquam fuit Palatinus Rheni Leo hic, neque Palatinatum in filium Henricum tranſtulit, 3. Nullum fratrem habuit Engerum nomine. 4. Henricus Palatinus Rheni Leonis filius, ſocerque Ottonis Ducis Bav. ex veteri Palatinorum Stirpe non fuit ultimus, ſed planè ex alia familia Welforum ſcilicet oriundus. 5. Ejuſdem Henrici Rheni Palatini noſtri filia, quæ Ottoni D. Bavariæ nupſit, non Gertrudis ſed *Agnes* dicta fuit. 6. Idem Henricus Rheni Palatinus noſter non filiam unicam, ſed duas, imò tres habuit. 7. Num Henricus noſter Leonis filius A. 1227. defunctus *Naufragio* perierit? de hoc ego valdè dubito, ſaltem apud omnes Hiſtoricos coævos, fideque digniſſimos, *Arnoldum* videlicet *Lubecenſem, Albertum Stadenſ., Urſpergenſem*, imò etiam apud Cl. *Meibomium* curioſum antiquitatum Hiſt. præſertim Saxonicarum indagatorem, quique Hiſtoriam Henrici Leonis ex profeſſo illuſtravit, altum eſt ſilentium; hinc *Henricum* Palatinum noſtrum cum *Henrico* cognomine *Craſſo Comite Northeimij*, patre *Gertrudis*, quæ *Sigefrido* Rheni Palatino nupſerat, à Friſiis vulnerato & in mari A. 1101. ſuffocato, ut teſtatur Urſpergenſis, confundi conjicio.

Henricus autem noſter Rheni Palatinus factus eſt, ductâ A. 1194. *Agnete* Palatinâ, filiâ *Conradi* Comitis Palatini Rheni A. 1195. abſque maſculis defunctâ, inveſtituram etiam de Palatinatu Rhenano de manu Imperatoris *Henrici VI.* accepit A. 1196. v. *Helmoldi* Chron. Slav. l. 4. c. 20. & l. 6. c. 6., quâ *Conrado* Palatino non modo *in Palatinatu Rhen.* eidemque annexo Palatii & Vicariatus officio, ſed & in *Advocatia Urbis & Eccleſiæ Trevirenſis* ab antiquiſſimis Rheni Palatinis, uti ſupra oſtenſum, hactenus adminiſtratâ, pleniſſimo jure ſucceſſit, de quo infra pl. v. & Freher. in Epiſt. deſuſcepta ad Gebvvoldum.

Quantum ad ipſam Perſonam Palatini noſtri, Nobilis erat virtute, ſpecioſus forma, validus corpore, fama clarus, virtute bellica præſtans, vid. Chr. Riddageshuſanum apud Meibomium, cui divina clementia cum naturalium decore venuſtatem, etiam morum honeſtatem contulerat, ut teſtatur Gerhardus lib. de geſtis ult. Henrici Leonis, & Spangenberg in Chr. Mansfeld. c. 235. p. 405. Von Angeſicht ein ſehr ſchöner/ freundlicher/ holdſeliger/ wohlberedter/ von Statur groſſer anſehnlicher Herr/ in allen ſeinen Actionen hurtig / fürſichtig / tapffer / ſonderlich in deß Kayſers Dienſten auffzuwarten / willig und unverdroſſen / auch ſich bey jederman ſonderlich beliebt gemacht. Adde *Arnoldum* & *Annales Rithmicos* apud Meibom. in Hiſt. Henrici Leonis p. 257. *Effigiem ejus*, ut & Patris ejus Henrici Leonis exhibet *Bucelinus* in Topo-Chrono-Stemmatographia p. 2. p. 414.

A Henrico nostro vix nato, aut in annis infantiæ adhuc constituto, Imperator Fridericus I. Pontificias molitiones ejusque in Italiæ urbibus contra Imperatorem excitatas rebelliones dissipaturus, quintam ejus in Italiam suscepit expeditionem A. 1173. (*Gothofredus* Monach. & *Sigonius* l. de Regno Ital. id ad annum 1174. reponunt) ubi anno seq. 1174. 14. Januarii in obsidione Roboreti privilegium dedit Ecclesiæ Murimundensi. v. Ital. Sacram. p. 231.
B Mox Alexandria est obsidione cincta, sed eâ veniam implorante, inque gratiam receptâ, Imperator exercitum promovit contra Mediolanensium, Veronensium, Brixinensium adunatas copias, aciemque contra eas direxit, sed Principum interventu ad prælium non perventum est. Deinde cum Civitates oblivione malefactorum indulgentissimus Cæsar à reatu absolvisset, exercitum, quo præter rem ipsi non opus esse videbatur, saltem majorem ejus partem
C exauctoravit: Id quod erat oleum affundere Camino. Nam fragili pacto metuque potius armorum ad concordiam revocatos Italos Pontificis technæ, ut mobiles erant Ingenio, ad veteres repetendas injurias & rebellionem concitarunt. Quid Imperator? Is præsidio nudus & milite, parum absfuit, ne curis & periculo maximo succumberet. Eapropter difficultatibus undique pressus, auxiliatrices Germanorum copias revocat, Henrico
D etiam Leoni, ut omnium potentissimo Germaniæ Principi ad Lacum Cumanum occurrit

Anno 1175., cumque humilius, quam Imperatoriæ Majestati congruebat, rogat, ut ad reparandos Italiæ casus auxilium præbeat; Verùm ejus petitioni Dux, Pontificia factione jam correptus, senium etiam & labores hactenus exantlatos prætexens, assensum non præbuit, obortis adhæc jam du-
E dum etiam inter eos discordiis, hujus autem discordiæ alterum quoque fomentum fuit repulsa, quam ab Imperatore est passus, eamque Otto de S. Blas. c. 24. in Chron. hoc modo exponit: *Dux Henricus utpote solus ad subveniendum Imperio hoc tempore opulentia & potentia idoneus*, GOSLARIAM *ditissimam Saxoniæ Civitatem jure beneficii pro donatione ad hoc expetiit, Cæsar autem tale beneficium sibi invito extorqueri ignominiosum existimans, minimè con-*
F *sentit: pro quo Henricus iratus in periculo constitutum* (Cæsarem) *recedens reliquit.* huc usque Otto. De hac autem Imperatoris humiliatione coram Henrico Leone, Bodo in Syntagmate apud Meibom. p. 505. hæc tradit: *Cum autem ceteri Principes connivissent Cæsareæ Majestati, Henricus Dux solus videbatur gravatim ferre Imperatoris sententiam, quod ubi Imperator vidit in tam sibi dilecto, & perinde ac si amicus amico genuflexit, me, inquiens, ne deseras ro-*
G *go, at nescio, quo sidere sui nescius Henricus nec supplicem, ut par fuisset, levavit, nec roganti annuit: mox ergo Imperatrix Regem levare festinavit, eidemque dixit: Mi Domine surge, & casus hujus meminerit Deus*, JORDANUS *autem quidam Dapifer Ducis adulando dixit: Domine Princeps, Imperii Corona ad vestros pedes hodiè cecidit, ventura est dehinc ad caput.* adde Chronicon Schauenburg: apud Meibom. p. 505.

H Friderico autem Imp. cum iniquius videretur Ducis ad majora adhuc aspirantis postulatum, dissimulatâ irâ, quâ potuit virtute Mediolanenses rebelles eorumque belli socios apud Cumas aggreditur, & prælio atroci commisso, multisque utrinque cæsis Brixinianorum tandem insidijs vincitur

A. 1175.

A. 1175. vid. Chron. Stederburg. & Trithemium in Chron. Hirſaug. p. 466. A
Imperator enim impetu in hoſtes facto, cum multos ſua manu proſtrâſſet, clam fugere compulſus, equo etiam ejus ſuffoſſo in terram prolapſus mortuus credebatur, cujus caſus Germanis, dum poſt fugam in hoſtes proſiliunt, exitii materia fuit, multis deinde in amne Ticino ſubmerſis, cæſis aliis, reliquis captis, Mediolanenſibus, qui etiam vexillum majus Cæſareum *Aquilâ* notatum obtinuêre, victoria ceſſit. Die quinto poſt prælium *Imperator*, qui à ſuis, B inprimis uxore ſuâ jam pro mortuo lugebatur, *Papiam* Cæſareo habitu ingreditur, mirantibus oppidanis, ubi Epiſcopi apertè in faciem ei dicebant, Perſecutionem Eccleſiæ, quam tot annis afflixiſſet, unicam tantæ cladis cauſam eſſe, ad quorum verba cæteri Imperii Principes audaciores facti, publicè quoque Imperatori conteſtati ſunt, ſeſe in brevi, niſi Eccleſiæ ſummoque Pontifici pacem daret, omnino à Friderico Imp. defecturos. Imperator in- C ſolitâ hac Principum audaciâ territus, petitis annuit, non diu pòſt Imperatoris filium bello navali à Venetis, Pontificias partes tuentibus, captum ſcribunt Nauclerus & Joh. Phil. Bergomas, eundemque poſtea ſub fide ad Patrem Imp. miſſum effeciſſe, ut pax de ſententia Pontificis componeretur.

Imperator itaque multis incommodis afflictus per Burgundiam in Germaniam A. 1175. rediit. Sed mox eodem, ut Sigonius, vel ſequenti anno cum D uxore Beatrice filioque Henrico R. in Italiam reverſus, tandem pax Imperatorem inter & Alexandrum III. Pontificem Rom. Venetiis ſancita eſt A. 1177. 24. Julii, num autem Friderici Imperatoris, ibidem ante januas Eccleſiæ S. Marci proſtrati, collum pede calcaverit Pontifex? additis verbis ex Pſalm. 91. v. 13. *Super Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis & conculcabis Leonem & Draconem, Cæſare ad hæc reſpondente: Non tibi ſed Petro, cujus es ſucceſſor, pareo, Pon-* E *tifice regerente: Et mihi & Petro.* hæc in medio relinquimus, affirmant interim illud Sabellicus l. 7. Dec. 1., Nigrinus, Crantzius, Mutius, Peucerus, Heideggerus in Hiſt. Pap. p. 166., Wagenſeil de Imper., Reuſerus in Roma non glorioſa aliique. Verùm eandem Hiſtoriam acerrimè impugnant atque pro falſa & fictitia reputant Baronius, Sigonius l. de Regno Italiæ l. 14., Rupertus in Obſervat. ad Syntag. Hiſtor. Univerſ., Beſoldus p. 663., Lehman. in Chron. F Spir ubi lib. 5. c. 56. authoritatem adducit Hiſtorici coævi Romualdi Epiſ. Salernit., qui diſcordias haſce fuſius deſcribens, ne verbo aliquo hujus mentionem fecerit, alto præterea ſilentio premere hoc Ottonem de S. Blaſ., Viterbienſem, Platinam, confer etiam Aventinum, Ritterſhuſium, Richterum, Rheineſium &c.

Henricus interim *Leo* Imperatore in Italia adhuc ſubſiſtente, dum bello G eſſet occupatus contra Henetos, Ulricus Epiſc. Halberſtad., cui Langenſteinium diruerat Leo, ditionem Brunſwicenſem A. 1177. invadit, Philippus verò Archi-Epiſcopus Colonienſis Weſtphaliam, hinc Leo Imperatori ex Italia A. 1178. reverſo, Spiræ occurrens, de violentia Epiſcoporum conqueritur, Imperator diſſimulatâ Offenſione, promittit cauſæ cognitionem in proximo Principum conventu, Leo verò ſive admonitus de Cæſaris inclementia, ſive H alia de cauſa adductus, ad Comitia ter citatus à Cæſare *Wormatiam* ſcil., 2. *Magdeburgum*, 3. *Goslariam*, non comparuit, hinc à Principibus potentiæ ejus invidentibus, vehementiſſimè accuſatus in Comitiis Erfordienſibus,

A. 1180.

A A.1180. tandem *Herpiboli* circa festum S.Galli & S.Mart.ut Chr.Weingarth., & *Gemundæ in ejus patria* publicè Imperii hostis declaratus est, Ducatus Saxoniæ *Bernhardo Comiti Ascan.* datus A.1180.mense Novemb.Herbipoli,eoq; Ratisbonæ investitus, Ducatus verò Bavariæ Ottoni Wittesbachio, Comiti Palatino Bavariæ concessus est Altenburgi. vid. Chron.Pegav.,eoque deinde Ratisbonæ A.1180.3.id.Julii investitus est, Archi-Episcopo Coloniensi *Philip-*
B *po Westphalia* tradita fuit. Ex hac itaque Leonis calamitate plurimi Imperii Principes tam Ecclesiastici,quam Seculares ditiores factio Leonem ulterius persequuntur, hinc idem Anno seq. irato & Leonino planè animo Principes Goslariæ congregatos dissipat,officinas ibidem metallicas evertit, *Archi-Episcopum Coloniensem* A.1181. prælio superat, *Ulricum* Episcopum Halberstad. captivum abducit Brunswigam, *Adolfum Holsatum* & *Bernhardum* Racebur-
C gicum Comites in exilium pellit A. 1182., *Ludovicum* Landgrav. Thuringiæ ejusque fratrem *Hermannum* cepit,Imperatori verò postea contra Ducem in Saxoniam abeunti cedit,& cum Imperator jam Blanckenburg, Hartesburg, Lauenburg, Lichtenberg aliaque castella victricibus armis cepisset, Leo Bardewicum secessurus sed non intromissus,Lubecam adiit,sed hâc itidem paulo pòst à Cæsare obsessâ A. 1182, Stadam eventum belli exspectaturus progres-
D sus est,ubi,dum Imperatorem etiam Brunswigam obsessurum animadverteret,impetratâ fide publicâ in castra venit Imperatoris,vocatus deinde ad Comitia Erfordiæ 1182. celebranda,supplex fit Cæsari,sed in exilium 3.annorum mittitur,retinuit tamen ditionem Brunswicensem, redditis prius *Ludovico* & *Hermanno* Landgraviis Thuringiæ, *Comite de Tecklenburg*, *Witickindo* Comite *de Waldecke* aliisque captivis. vid. Ottonem de S. Blas. c. 24., Arnoldum Lu-
E bec.l.2.c.27.28.,Gobelin.æt.6.c.60. Adhæc Imperator fidem Principibus dedit, nunquam se restituturum in integrum Leonem nisi de communi omnium suffragio.

Anno 1182. itaque Leo cum uxore & filio Henrico nostro circa festum S.Mart. in exilium ad Henricum II. Reg. Angliæ Socerum in Angliam abiit (ubi uxor ejus postea A.1184. 11. Apr. Wintoniæ filium Wilhelmum peperit)
F vid.Arnoldum Lubec.l.3.c.28.,Albert.Stadens.in Chron. ad A.1182., Crantz. Saxon.7.c., Meibom.in Historia Henrici Leon.p.249., & t.2.p.506., & quamvis utroque jam Ducatu privatus esset, Saxoniæ tamen Ducis titulum ipse Leo ut & filius ejus Henricus semper retinuit, vid. Meibomii introduct. ad Histor. Saxon. p. 41. Leonem etiam durante ejus exilio à Rege Angliæ ad sustentationem familiæ quotidie 50.libras Andegavenses accepisse, testatur Ro-
G bertus Continuator Sigeberti in Chron.

A. 1185. Henricus Leo rediit ad suam ditionem Brunsvvicensem (Friderico Imperatore in Italia,quo A.1184.profectus, interim morante) ubi varia à vicinis ablata armis recuperavit,hinc novum exoritur bellum intestinum usque ad annum 1189., quo Leo denuo in triennii exilium ab Imperatore,bona tamen Leonis patrimonialia in firmissima pace constituente,ut loquitur Ger-
H hardus Stederburgensis,condemnatur Goslariæ,antequam scilicet Imperator suam in Palæstinam expeditionem contra Saracenos susciperet, teste Gerhardo Sted. authore coævo l.de ultimis gestis Henrici Leonis apud Meibom. p.431.,quam pro Hierosolymâ à Saladino A.1187. captâ,recuperandâ aggressus A.1189.in festo S.Georgii.v.Meib.lib.cit.p.439. Leo

Leo itaq; cum filio Henrico noſtro relictâ Brunſwigæ uxore Mechtilde, A
A.1189. in proximo Paſchate exulavit, quæ eodem Anno in Vigil. S. Petri &
Paul. Brunſvvigæ procul dubio mœrore obiit, vid. Gerhard. l.cit.apud Mei-
bom.p.439. Cum verò Henricus Romanorum Rex Imperatoris filius, libe-
riori in abſentia Patris uſus fuiſſet potentiâ, ipſe etiam Leo promiſſam ſibi ab
Imperatore pacem non ſenſiſſet, ſed bona potius ejus iterum omnium di-
reptioni expoſita vidiſſet, exacerbatus Leo, domum ante tempus præfixum B
remeandi conſilium ceperat, quapropter Henricum noſtrum ipſius primo-
genitum in Saxoniam inopinatè præmiſerat circa menſem Auguſtum ejus-
dem anni, ipſe in brevi poſt circa finem Septembris ſecutus eſt filium vid.
Meibom.l.cit.p.440. Quod ut faceret calentibus eum conſiliis inſtigarunt *Ri-
chardus* Angliæ & *Canutus* Daniæ Reges: reverſum ab exilio *Hartvvicus
Bremenſium Pontifex* non ſolùm perhumaniter excepit, ſed & eidem *Comita-* C
tum Stadenſem in Comitiis Erfordienſibus ſibi decreto Cæſaris ablatum, Ec-
cleſiæque Bremenſi traditum, liberè reſignavit. Hujus exemplum ſecuti ſunt
magno numero Holſati, Stormarii & Polabii, cumque Leo jam de aliis quoq;
recuperandis cogitaret, *Bardevvicum*, eo quod antea à civibus ſuis non intro-
miſſus, ſed ab iiſdem contumelioſè potius habitus fuiſſet. v. Meib. Hiſt. Bard.
p.64., eodem anno 28. Oct. die Sim. & Judæ funditus deſtruxit, *Lubecam* occu- D
pavit, *Lauenburgum* ad deditionem compulit, *Henricus* interea Leonis filius
Brunſvvigā ſe contulit, qui audito Henrici R. denuò exilium Leoni minantis
adventu, omnia cibaria, quæ in villis adjacentibus erant, quanta potuit celeri-
tate intra muros Brunſwicenſes deferri curavit, de quo Gerh. Stederburg. h.m:
Rex Henricus, inquit, *adveniens, adjuncto ſibi Moguntino, Hildesheimenſi Epiſc.
& Bernhardo Duce aliiſque Principibus non obſidioni urbis intendebant, ſed va-* E
*ſtationi circumjacentis Regionis, in cujus executione Moguntinus ita ſe effica-
cem exhibuit, ut non jam Epiſcopus ſed Magiſter militum videretur, nam non
pacem ſed facem, non infulam ſed galeam oſtendebat, Cœmiteriorum & Eccle-
ſiarum depradationem non conſecrationem exemplo ſuo fieri monſtravit, clavam
vel fuſtam, quâ feriret, non virgam, quâ regeret vel ſuſtentaret, manu gerebat,
tunicâ ferreâ non cilicinâ induebatur: non mandatis charitatis, ſed minis dira* F
*hoſtilitatis delectabatur, inſidens equo rapido freno ſpumantia ſtringens ora eva-
gatus ipſe effrenis per latos campos pernicioſiſſimæ diſſolutionis, his armatus non
Regem ſequebatur, ſed præibat, non compeſcebat, ſed compellebat ad iram: Rex
itaque & Moguntinus eum aliis urbi appropinquantes ſolo terroris incurſu incolas
ejus ſibi ſubjacere exiſtimabant, ſed ſpe impetus ſui penitus fruſtrati, licet Rex
omni diligentia adhibita & toto virtutis ſuæ robore in vanum expenſo caſas* G
*anteurbanas non foſsâ aut munitione aliqua, ſed balliſtareorum & lancearum
portitorum liberè in campo diſcurrentium præſidio defenſas exurere non potue-
runt, itaque inglorioſo effectu propoſiti ſui Rex per Epiſcopatum Hildesheimen-
ſem regreditur, hoſtilem magis depradationem, quàm regiam pacem ſuis oſtenden-
do ſubditis, Hannoveræ ſuccendit, caſtrum Conradi de Rothem Limbere* (de quo
vid. Meibom. l.cit.p.441.) *primo inſultu inhoneſtè repulſus, inde regrediens di-* H
miſſo exercitu Goslariam intravit. hucuſque Gerhardus.

Tandem *Leo* curis exhauſtus, conſilio Colonienſis & Moguntinenſis
Archi-Epiſcoporum propoſita ſibi ſpe recuperandi honoris priſtini, Regi ſa-

A tisfecit, & ad compescendam Regis iram filios suos Ottonem & Luderum
(qui postea Augustæ Vindelicorum A.1190. obiit) obsides dare coactus fuit;
reliquas reconciliationis conditiones vide apud Arnoldum Lub. l. 4. c. 3.,
Crantz. in Vandal. l. 6. c. 30. inter alia etiam Rex petiit ab Henrico Leone ut
filium suum *Henricum* secum Apuliam versus iter facere permitteret. v. Gerhard. Stederburg. lib. cit.

B Anno itaque 1190. *Henricus* noster jussu Patris 50. equitibus à patre acceptis stipatus, cum *Henrico Rege* iter aggressus est, sed nihil Henrico nostro
de his, quæ sibi & Patri promissa erant, concessum est. In itinere mors Imperatoris 1190. 4. id. Jun. in Oriente defuncti percrepuit, hinc Henricus Rex Romam properat, ut una cum conjuge *Constantia* coronam à Cælestino III.
Pontifice Rom. noviter electo Clementis successore acciperet, quod factum
C 1191. 17. Kal. Maji, in qua coronatione, teste Gerhardo lib. cit., *Henricus* noster adolescens ut consanguineus Papæ summam diligentiæ suæ operam ostendit, proposita sibi spe, imò data sibi certitudine, quam inde consequeretur, maximi honoris & fructuosæ utilitatis. adde Annales Rithmic. apud
Meibom. p. 256. Unde verò Cælestino Pontifici tenuis & suspectæ originis
homini, cum Illustrissimo hoc Principe consanguinitas? non assequor,
D inquit Meibomius, addit Spangenberg ex antiquo Chron. Saxonico in Chr.
Mansfeld. c. 235. Als der Pabst zu Rom dieses jungen Herren bey dem
Kayser gewahr worden / hat er sonderliche Zuneigung gegen Ihn geschöpfft / und ihm mehr als dem Kayser selbsten Ehr erwiesen / so den
Kayser heimlich verdrossen / daß er ihn derenthalben wieder zurück in
Teutschland geschickt / aber der junge Herr ließ sichs nichts mercken / wol-
E te je des Kaysers Freund seyn / adde Braunschweigische Historische
Händel / p. 3. p. 1465., sed fallitur, *Henricus* enim noster à Cæsare in Germaniam non missus fuit, sed ipse pristini honoris consequendi spe frustratus, insalutato Cæsare in Germaniam abiit. Imperator enim Româ in Apuliam
profectus cum *Coloniensi Archi-Episc.*, *Ottone* D. Bohemiæ & *Henrico* nostro
contra *Tancredum*, Rogerii Normanni filium illegitimum, qui regnum A-
F puliæ usurpaverat, ubi exercitus Imperatoris maxima peste affligitur (qua etiam *Philippus* Archi-Episc. Coloniensis, *Otto* D. Bohem., pluresque alii exstincti sunt, ipse etiam Imperator eadem correptus semivivus Neapolim deportatus fuit) *Henricus* verò *Palatinus* noster audita fratris sui Luderi morte,
timens etiam malo latissimè sævientis pestis ineuntis juventutis florem perdere, Patriam Saxoniam repetere sibi proposuit: Præterea cum *Imperatori*
G in componendis Apuliæ rebus insignem jam operam, occupatis 160. castellis
navâsset, pristini tamen honoris nihil, veluti promissum erat, consequeretur,
inani semper exspectatione lactandus, in summum Aulæ fastidium adductus est: Cum tamen abeundi Regiâ, mentemque tædiis levandi facultatem
nullam nec occasionem adipisceretur, à Patre videlicet prohibitus, donec
amissa recuperaret, paulatim familiaritati se Cæsaris subduxit. Eum de-
H nique cum exercitu Cassini seu apud S. Germanum in radice montis existentem insalutatumque deseruit, sive Patris vindicandi Studio, sive propriis injuriis fidem exstinguentibus: Hinc Imperatoris ira graviter in eum
accensa, terra marique omnes ei vias præcludere conatus est. vid. Gerhard.

hard. lib. cit. apud Meibom. p. 234. Sed fruſtra, cautè enim ipſe ac feli- A
citer elapſus Neapolim (vel ut Arnoldus, Romam) ſe contulit, ibique navigio, quâ potuit curſus celeritate & calliditate evaſit, Imperator interim diſſimulatâ injuriâ, Neapolim obſidere cœpit circa medium Maji An. 1191. Cum verò *Imperator* in obſidione, quæ 3. menſ. duraverat, peſte quoque laborare cœpiſſet, obſidio ſolvitur vid. Arnoldum Lubec. (Iniquius autem Albertus Stadenſis contra Henricum noſtrum agit, quando eun- B
dem cum Tancredo conſpiraſſe ſcribit) *Henricus* interim noſter Germaniam & Patriam repetiturus, primò ad Imperatoris Patruum *Conradum Comitem Palatinum Rheni* ejusque filiam *Agnetem*, ſibi jam in infantiæ annis deſponſatam, *Bacharacum* feſtinando ſe contulit, deinde ſalutato Palatino, per medios hoſtes & per diſpoſitas undique cuſtodias mirabiliter elapſus, inopinatè *Brunſvvigam* ad Patrem redit, in cujus adventu Patri ipſius C
lætitia mirabiliter adaucta eſt, qui cognito rerum ſuarum ſtatu, omnem adhibuit operam pro pace cum Imperatore firmanda, legatos itaque Abbates ad Imperatorem (qui jam morbo reconvaleſcens, compoſitis Italiæ rebus, in Germaniam anno eodem redierat, noſtrumque *Henricum* æquè ac Patrem acerrimis minis perſequi non ceſſârat, & quod deliquerat filius, in Patrem fuderat) miſit, ad mitigandum Cæſaris ejusque conſiliario- D
rum animum, ſed legati ludibrio excepti, nihil obtinebant, Imperator enim nihil aliud intendebat, quàm Patrem cum filio omnibus modis exſtirpare. Exorta eſt inſuper eodem anno inteſtina ſeditio *Brunſvvigæ*, authore *Lutholfo urbis Advocato*, qui cum filiis ſuis & cognatis è civitate elapſi ad Cæſarem advolabant, eumque acrius contra Ducem inſtigabant, omnia præterea quæ poterant, mala contra Ducem perpetrantes, non diu tamen pòſt pax ſeu in- E
duciæ ab Imperatore promiſſæ uſque ad feſtum S. Michaelis 1192., procurante eas internuncio Leonis *Gerhardo Stederburgenſi Præpoſito*, qui ejusdem Leonis Ducis & Domini ſui res geſtas literis mandavit, in qua tamen pace *Luitholfus*, Leonis in urbe Brunſwicenſi Vicarius ſeu Produx, quique eo tempore Advocatus & Germanicè Vogt dicebatur, non comprehenſus fuit, quem tamen, poſtea *Conradus Comes Palatinus Rheni*, qui plenariam Imperatoris F
cum Leone reconciliationem A. 1194. procuraverat, magno labore inſeruit. Verùm induciæ non diu ſtetêre, conventusque diſſolutus, unde *Luitholfus* cum filio *Ecberto de Wolfelebütlo* aliisq; ex parte Imperatoris omnia vaſtant: Leo itaque rugiens injuriam vindicaturus, collecta multitudine per filium ſuum *Henricum* & *Bernhardum de Welepa* aliosque nobiles *Caſtrum Winethe* (hodiè pagus juxta Riddageshuſium) A. 1192. occupavit, *Wolfele bütlo* cum ar- G
ce obſedit, & 4. die pòſt ad deditionem coëgit, incendit ſoloque æquavit, deinde *Dalem* circumdedit & 6. die pòſt ibidem *Luitolfum* (qui numeroſam prolem reliquerat, & inter alios filios *Balduinum*, qui poſtea A. 1224. Advocati officium Brunſwigæ *Henrici* Rheni Palatini nomine exercebat) cum filio juniore Ludolfo cepit, qui deinde in cuſtodia ad dies vitæ detenti ſunt. vid. Spangenberg. Chron. Mansfeld. c. 235. Luitolfi quoque *caſtrum de Peina*, H
qui avunculi ſui exemplum ſecutus fuit, à Leone ejusque filio Henrico altera die capitur, exuritur, ſoloque æquatur A. 1192. vid. Annales Rithm. apud Meibom.

A Quantò autem virtuosior junior *Henricus Palatinus* noster in omnibus Actionibus suis Patris virtutem imitaturus, suaque contra vim hostium protecturus, tanto major Imperatori, contra ipsum accenditur ira, ita ut etiam matrimonium ipsius cum *Rheni Palatina* omnibus modis impedire, infringere, irritumque facere conaretur, illa autem, quæ jam in ipsa infantia *Henrico* nostro, ut dictum, desponsata erat, teste Gerhardo Stederb. lib. cit. apud B Meibomium in Oper. Hist. p. 238. n. 39., & *Gulielmo Neubrigensi* in Hist. Angl. l. 4. c. 30. & inprimis ab Auctore Annalium Rithm. apud Meibom. ubi expressè legitur: *Mechtildem* matrem *Henrici* nostri ab *Irmentrude uxore Conradi Palatini Rheni* impetrasse, ut pacta de matrimonio hoc inirentur in infantia, & quamvis à multis, inprimus à *Philippo Franciæ Rege* petebatur, amore tamen erga *Henricum* Saxonem Sponsum suum constans & immobilis persi-C stebat. Cùm autem *Philippus* Rex jam iteratis vicibus Imperatoris operam pro obtinenda Rheni Palatina implorasset, ipsa autem *Agnes* ob rationes, supra in Conrado Palatino allatas, *de Gallo* nihil audire vellet: hinc *Irmentrudis* mater Agnetis commota, nuncio clam Brunsvvigam misso, *Henrico* rem totam periculo plenam aperuit, quo cognito *Henricus* eâ, qua potuit celeritate, pro consumando matrimonio per medios hostes tandem feliciter elapsus, D tempore vespertino *Bacharacum* advolat ad dilectam suam Sponsam, Conrado Rheni Palatino tunc apud Imperatorem existente: *Nuptiæ* itaque Matre procurante atque festinante propter ancipites rerum eventus, eâdem adhuc nocte *in arce Stalecke Bacharacensi*, absque nuptiarum solennitatibus & celebratoribus, non tamen sine benedictione Sacerdotali, feliciter consumantur, postera die *Irmentrudis* maritum *Conradum Palatinum* per nuncium avo-E cat, Palatinus regressus ad Castrum suum Stalecke cùm ea, quæ jam in absentia ejus peracta erant, cognovisset, lætatus est, & nuptias denuò, majori tamen cum apparatu, solennitate, & publico suorum gaudio eodem die celebrandas curavit; Anno itaque 1194. mense Martio vel Aprili, nuptiæ inter *Henricum* Palatinum nostrum & *Agnetem* Conradi Rheni Palatini filiam (quam alii ut *Aventinus* l. 6. p. m. 656., N. *Cisnerus* in vita Friderici II. Imp. p. 141., *Reusnerus* F in Geneal., *Bucelinus* in Stemmatograph., D. *Blondellus* in Geneal. Franc. tab. 140., & in pleniori assert. Genealog. Franc. p. 236., *Sprenger*. Font. Jur. Publ. p. 1131., *Hofmannus* in Diet. Histor. p. 751., malè *Clementiam* vocant, confundentes uxores Patris & filii, vid. *Freber.* in Orig. Pal., *Meibomium* de erectione Ducatus Brunsvvicens. p. 500., *Schürtzfleisch* diss. de Henrico Leone) celebratæ sunt *Bacharaci in arce Stalecke*. vid. Annales Rithm. apud Meibom., & G quidem A. 1194. ut rectè *Albertus Stadens.* in Chron. ad An. 1194., *Helmold.* apud Miræum in Annal. Belg. p. 449., *Andræas Ratisbon.* in Chron. Ducum Bav., *Spangenberg.* in Chron. Mansfeld. c. 235., *Meibomius* in not. ad *Gerhardum Stederb.* p. 265. & in Apolog. pro Ottone IV. Imper. p. m. 134., *Freherus* in Epistola desusceptа ad Gebvvoldum, *Schaten.* Annal. Paderborn. t. 1. p. 897., & non Anno 1195. ut *Lehman* in Chron. Spir. p. m. 295. & *Gothofredus Monach.*, H quo anno Imperator adhuc in Italia morabatur, neque Anno 1196. ut *Spenerus* in Oper. Herald. p. 669. *Hisce etiam nuptijs novam in Saxonia lucem exortam esse, pacis videlicet jocunditatem*, cessâsse terra marique deprædationes, ingemuisse latrones, patuisse portas civitatum, & latronum cessâsse excubias *Arnoldus Lubecensis* lætabundus exclamat l. 4. c. 20. Hen-

Henricus verò *Imperator* matrimonium jam consummatum audiens, A
credensque id præter ejus conscientiam, ut loquitur *Gulielmus Neübrigensis*
l.4. c.30., fieri minimè potuisse, acri contra *Palatinum* ejus Patruum motu ex-
canduit, & ad se vocatum, mordaciter increpavit: Vade, inquit, & Nebulo-
ne expulso rescinde, quod actum est. *Conradus* verò Palatinus de Conscientia
facti juramento se purgare coactus fuit, (de quo fusius supra in Conrado di-
ctum fuit) deinde filium, quem sibi adoptaverat *Henricum*, ejusque Patrem B
Henricum Leonem Imperatori reconciliare omnibus modis elaboravit, cum-
que jam Imperatoris animum erga filium *Henricum* aliquantulum mitigâs-
set, *Henricum Leonem* postea *Brunsvvigam* adiit, eumque ad Imperatoris præ-
sentiam evocavit, Leo Palatini exhortationibus obtemperans, cum *ad Curiam
in Salfeld* consilio Palatini præscriptam pergeret, in sylva *Bothfeld* equo de-
lapsus ex contritione tibiæ graviter læsus fuit, ita ut *Walckenridam* se deferri C
cogeretur: Imperator cognito hoc Principes detinuit, ipsi locum vicinio-
rem & tempore productiorem diem constituit, *in Dulethe*, (seu *Polethe*, pagus
hodiè haud procul ab arce Kifhausen) ubi plena reconciliatio facta est *inter
Imperatorem & Henricum Leonem* ejusque *filium Henricum* Palatinum no-
strum, post 20. circiter dies, post nuptias Bacharaci celebratas Anno 1194. (&
non Anno 1191., ut Bangartius in not. ad Chron. Slav. l.4. p.419.) uti manife- D
stum etiam est ex Diplomate Imperatoris dat. Cænobio Stederburgensi
A.1194. Salfeldiæ & testibus subter notatis *Conrado* scil. *Rheni Palatino* aliis-
que, quos vid. apud Meibom. in not. ad Chron. Schauenburg. p.531., de qua re-
conciliatione supra ex Gerhardo fusius dictum fuit.

Eodem quoque anno firmatâ pace *Imperator* mense Majo vel Junio ex-
peditionem denuò *in Italiam* suscipiens, mense Julio Genuam adiit, teste Si- E
gonio l. de Regno Ital., adde Crusium in Annal. Suev. pro qua expeditione
suscipienda Imperator ab Henrico Leone denuo postulat, ut secum mitteret
filium suum *Henricum* Italiam versus, annuit Leo, & *Henricus Palatinus* no-
ster novam nuptam suam aliquantulum temporis deserere cogebatur, de
quo Gerhardus lib. cit. hoc modo: *Dux itaque*, (Henricus Leo) *in plenam gra-
tiam ibi* (in Polethe) *receptus est, & filius suus* (Henricus) *beneficijs Palatini,* F
*quæ ab Imperatore tenuit, solenniter est vestitus, expetente Domino Imperato-
re, ut secum iter arriperet in Apuliam* (quia mortuo Tancredo Rege, inco-
læ filio ejus Rogerio adhærebant) *Dux ad sua rediit & filium suum Henricum
ad obsequendum Domino Imperatori omnibus modis adjuvit, spe ductus inani,
quia aliqua ex his, quæ sibi promissa erant, exspectabat: mittitur itaque filius* G
Ducis PALATINUS COMES RHENI *cum Domino Imperatore in Apuliam,
sicque Dux B. Jobo in hoc non dissimilis omni orbatus est filio: siquidem duos
minores natu Ottonem* (postea Imperatorem) *& Wilhelmum Rex Angliæ* (Ri-
chardus frater Mechtildis quæ uxor erat Leonis) *avunculus ipsorum pro mul-
tis millibus marcarum argenti, quod pro sua liberatione debebat Domino Impe-
ratori, dederat in pignore* (dequo v. infra) *& hic major natu sub dubia spe re-
vertendi, & ancipiti periculo peragrè profectus est. Porrò idem nobilissimus* H
*Princeps eventum filij sui, quem Imperialibus obligaverat obsequijs, anxius ex-
spectabat, quem tamen infra ipsum, quo abierat, annum rebus in Apulia benè*

A *gestis, sanum & incolumem recepit, ipse verò nihil nomine dignum vel honoris vel utilitatis ab Imperatore consecutus est.* hucusque Gerhardus.

Henricus itaque *Palatinus* noster, Imperatore in Italia relicto (qui Kal. Septembris 1194. in Siciliam profectus) in Germaniam rediens, in fine ejusdem anni 1194. *Bacharacum adiit* ad invisendam uxorem suam, inde ad Patrem in Saxoniam profectus, quo salutato, in Palatinatum Rheni Bacharacum ad novam nuptam suam revertitur.
B

A. 1195. mense Apr. *Henricus* Imperator in Germania m regressus, *Leonem Ducem* inanibus promissionibus non nisi suspensum tenebat, siquidem nihil consecutus de omnibus, quæ sibi ab Imperatore promissa erant. Leo itaque missis mundanis, ad placandū Numen rebus Ecclesiæ intentus, Monasteria quædam ditare atque condecorare studuit, quo facto eodem anno ad
C cælestem Patriam transmigravit 8. Idus Augusti, quam rem optimè exposuit *Gerhardus Stederburgensis* Præpos. sæpius laudatus coætaneus testisque oculatus, quo etiam ipse Leo D. ut internuncio versus Imperatorem aliquoties usus est: Imperator, inquit, Ducem inanibus promissionibus tenebat suspensum, & Dux frequenter mittit nuncios ad ipsum, qui se & filium suum ab indebita læsione debebant eximere, & eos, qui indebitè ipsi rebelles erant,
D gratiæ suæ reformare, videns autem Dux Imperatorem flecti non posse ad benevolentiam, Cælesti Regi placari desiderans, cultum Domus Dei ampliare & *Monasterium S. Johan. Bapt. & S. Blasii* Brunsvvigæ decorare studuit, imaginem Domini JESU Christi crucifixi cum aliis imaginibus miro' & decenti opere in medio Monasterii collocari fecit, pavimento & fenestris Monasterium ornavit, crucem auream instituit, cujus pretium in auro &
E gemmis ad 1500. marcas argenti computabatur, ipse licet robore & corporis viribus deficeret, *animi tamen sui naturalem virtutē retinuit, antiqua Chronica colligi præcepit & conscribi & coram recitari*, in hac occupatione sæpe totam noctem insomnem traduxit (æmulari optimus Princeps voluit *Carolum Magnum*, qui olim inter cænandum prælegi sibi Historias, & antiquorum Regum gesta jussit) Expensa autem hyeme & totâ quadragesimâ, dum Elee-
F mosynarum largitionib' totus insisteret, in vigilia Paschæ A. 1195. nocte media repentinus eum dolor invasit, & solito plus invaluit malum, ipse tamen operibus bonis, quæ cœperat, infatigabiliter insistebat, ab hoc tempore usq; ad diem obitus sui vix aliquod de continuo dolore habebat remedium. Exactâ æstate, cum dies caniculares instarent, immoderato sed naturali *solutione ventris* laborare cæpit, ipse tamen nullius medicinæ remedium admisit. Dux,
G quia vim morbi in se timuit, nuncios suos, post *filium* (Henricum) qui tunc in *partibus Rheni* morabatur misit, & *Isfrido* Episcopo Raceburgensi, cui specialiter confiteri solebat, nuncium destinavit, & factâ confessione peccatorum suorum 4. Non. Augusti 1195. oleo inunctus in remissionem peccatorum obiit (*æt. 66.*) in hac morbi molestia 4. adhuc dies supervixit, *non querulus, non gemens*, ut plerique solent infirmi, sed si quando erupit vocem:
H *DEus*, inquit, *propitius esto mihi peccatori, erectus in virtutis culmine animus passionibus corporis non succubuit, cui etiam in divisione corporis & animæ morti succumbere quasi videbatur indecorum*, 14to ante obitum suum die in vigilia S. Jacobi hora diei 9. exortâ subitò *tempestate fulgur & terribile tonitru* subsecutum

secutum, & Domus incensa, omnibus, qui circa Ducem erant, consternatis, A
ipse (solus ut Leo & Heros) *permansit interritus*, acclamantibus igitur omnibus ad incendium, & uti Duci succurratur, quia super caput ipsius erat incendium, magna pluvia subsecuta & divina potentia, quæ hunc ignem accendit, iterum sine humano molimine mirabiliter eundem exstinxit, hucusque Gerhardus.

Henricus autem *Palatinus* noster obitu Parentis Principis piissimi & B
Herois incomparabilis (qui ut virtutibus illustris, pietate conspicuus, prudentia excellens, aliis Europæ Principibus facilè virtutis exemplar esse potuit) admodum contristatus, ditionem Brunsvvicensem, exequiis in Ecclesia S. Blasii ritè peractis, administrandam suscepit. Non diu autem pòst elapsis scil. paucis mensibus, *Conradus Rheni Palatinus* noster eandem mortalitatis viam aggressus, 6. Idus Novembris piè itidem defunctus est, teste Trithemio, C
cui gener *Henricus Palatinus* noster non modo in Palatinatu Rhenano, eidemque annexo Palatii, Vicariatus & Archi-Dapiferatus Officio, sed & in Advocatia urbis & Ecclesiæ Trevirensis & in Comitatu Nemoris, quem tenuisse Veteres Rheni Palatinos supra in Hermanno I. Palat. diximus, imo & in aliis Ecclesiarum in Veteri Palatinatu, vicinisque terrarum tracti- D
bus existentium Advocatiis, in Wilhelmi Com. Juliacensis literis recognitionis feudalis expressis, & supra cap. 3. num. 14. ostensis, plenissimo jure successit.

A. 1196. Henricus Rheni Palatinus, noster in intimam Imperatoris, egregiis Palatini Officiis deliniti, familiaritatem irrepsit, ita ut etiam morte *Conradi* Palatini, eundem denuò de Palatinatu Rhenano solenniter investiverit. E
vid. *Helmoldi* Chron Slav. l. 4. c. 28., l. 6. c. 6., *Freherum* in Epist. desuscepta ad Gebvvoldum Bavariæ Ducis Consiliarium. *Henricus* itaque noster verus *Comes Palatinus Rheni*, eoque etiam Imperii Archi-Dapifer & Elector factus, socero in omnibus Palatinatus Rhenano annexis juribus successit. *Vidi* inquit Clariss. *Meibomius* in not. ad Gerhardum Stederburg l. cit. p. 266. n. 45., *innumeras ab eo scriptas literas, quibus se Comitem Palatinum Rheni vocavit, vidi* F
Diploma Ottonis IV. Imp. de A. 1200, & Conradi Episcopi Halberstadensis de A. 1202, in quibus ipsum eodem modo salutabant, quod & fecit Chronicon Magnum Belg. p. 221. Arnoldus Lubecens. & Henricum Palatinum nostrum hoc titulo & nomine vocitatum fuisse, & tabulis plurimis & Sigillis ostendere possem, scribit Meibomius junior introduct. ad Hist. Saxon. p. 41., adde Freherum in Epistola desusceptа ad Gebvvoldum p. 12. & literas ejusdem Palatini nostri G
de A. 1224., quibus Abbati Riddageshusano jus secandi ligna in sylva Astbrock vendidit. v. Chron. Schauenburg. apud Meibom. p. 536. Sic Ottonem IV. Imp. in literis de An. 1202. Paderbornæ datis, fratrem suum *Henricum* nostrum præinclytum Saxoniæ Ducem & *Comitem Palatinum* vocâsse Meibomius lib. cit. docet, imò, id ipsum ex proprio ejusdem Palatini nostri sigillo, quod infra exhibebimus, ubi hæc verba continentur: HEINRICUS H
DEI GRATIA DUX SAXONIÆ ET COMES PALATINUS RHENI., ex literis ejusdem de A. 1197., & de Anno 1203., ex Ottonis IV. Imp. Diplomate de A. 1209., ex ejusdem Testamento A. 1218. condito, ex Friderici II. Imp. Diplomate de A. 1252., quæ vide infra in Codice nostro Diplomatico

Palatino

A Palatino, ex Gerhardi Stederburgensis Historici coævi libro supra ad An. 1194. allegato, ex Alberici Chronico ad A. 1193. ex edit. Leibnitzii, ubi pariter ipsum Comitem Palatinum Rheni vocat, & centum aliis luce meridiana clarius patet. Errässe itaque in propatulo est 1. Crantzium quando lib. 7. c. 20. in Metrop. scribit Henrici Leonis filios nunquam se Duces Saxoniæ scripsisse. 2. Gebwoldum, Henrici nostri Palatinam dignitatem & Electoratū, libro de Septemviratu c.10.p.167., & passim in Epistolis ad Freherum frustrà
B oppugnantem, cujus verba lib. cit. contra Freherum nostrum hæc sunt: *Neque Urspergensem neque Arnoldum Lubecensem Helmoldi continuatorem, qui tamen de hoc Henrico fusius scripserit, neque ullum alium vetustiorem authorem ullam muneris ejus Electoralis mentionem fecisse, neque in literis Principum ad Innocentium III. Pontif. Rom., qui iisdem literis subscripserunt, nomen huj' Henrici reperiri, Freherum itaque in probatione defecisse.* hucusque Gebwoldus ni-
C mis præcipitanter. Sed notandum, Gebwoldum errare. 1. in eo, quod Arnoldum Lubecensem planè nullam *Henrici* tanquam Palatini mentionem fecisse scripserit, & quam falsum hoc sit, infra ex libro ejus 5. c. 4. patebit., De inde quantum ad literas Principum, *Ottonem* Regem eligentium ad Innocentium III. Pontif. Rom transmissas, sciendum est, Ottonem IV. in Regem A. 1198. mense Martio Coloniæ Agrippinæ à paucissimis Principib' contra *Phi-*
D *lippum* R. electum fuisse. vid. *Mutii Chron.* Germ. *Freheri* Epist. cit., *Meibomii* Apolog. pro Ottone IV. Imp. p. 333., *Melch. Goldasti* Constit. Imp. p. 72, *Henrico Rheni Palatino* nostro cum Moguntino Archi-Episcopo tum temporis *in Palæstina* adhuc subsistente, ut rectissimè etiam nuper observavit Clariss. *Leibnitzius* in Codice Diplom., quod inter alia etiam videre est ex literis *Ottonis* ejusdem R. datis Aquisgrani A. 1198. 4. Non. Jul., quas vid. apud Ge-
E lenium in Hist. S. Engelberti p. 22., Meibom. Apolog. pro Ottone IV. p. 117. *Henricus* enim Rheni Palatinus noster Anno demum 1199. mense Martio *à Palæstina* solvit, & per Mediterraneum mare favente Zephyro, ut Arnoldus scribit l. 5. c. 5., Romam rediit, deinde cognitâ ibidem fratris electione, Germaniam advolavit, de quo infra fusius.

Eodem quoq; Anno Imperator in Comitiis Wormatiensibus (vel, ut Span-
F genberg. in Chron. Mansfeld, & H. Korneri Chron. Ms.tum apud Bangartiū in not. ad Arnold., A. 1197. in Comitiis Argentinensibus) hortante instanteq; per Cardinalem Gregorium Cælestino Pontifice Romano, Syriacam decrevit expeditionem, contractis deinde anno sequente 60000. armatis, cum iisdē in Apuliam abiit, Palæstinā inde classe petiturus, verùm uxoris *Constantiæ* inconstantia, infidelitate aliisque domesticis rebus impeditus, consilio etiam
G suorum, ut scribit Carolus Sigonius, deterritus, qui tanto plus Reipublicæ profuturum dicebant, si domi ipse mansisset, & quæ Exercitui proficiscenti essent necessaria, opportunè administrasset, Imperium totum in Exercitum *Henrico* Brabantiæ Duci & *Henrico Rheni Palatino* nostro tradidit. vid. Arnoldi Lubecens. Chron. l. 5. c. 4., Meibom. in not. ad Chron. Schauenburg. p. 531., adjunctis his belli gerendi Consiliariis *Conrado Archi-Episcopo Mo-*
H *guntino* (qui deinde in reditu *Leonem in Armeniæ Regem* coronaverat) *Conrado Episc. Herbipolensi* (qui *Almericum Regem Cypri* Corona quoque insigniverat) *Walramo* D. Limburg., *Hermanno* Thuringiæ Landgravio, *Henrico* Lova-

Lovaniæ Comite, *Hartvvico* etiam Archi-Episcopo Bremensi, *Rudolfo* Epis. A
Verdun., *Gardolfo* Epis. Halberstad., *Bertholdo* Epis. Citicensi, *Wolfgango* Epis. Passav., *Conrado* Epis. Ratisbon., *Gerhardo* Com. Querfurt., *Albero Comite à Bogen, Henrico Calatino Mareschallo* de Pappenheim etc. Ipse verò in Siciliam transgressus, *Fridericum* filium Panormi in *Siciliæ Regem* coronari fecit. Adhæc cum *Henricus Rheni Palatinus* nervo illo rerum gerendarum, id est, pecuniâ ad hanc expeditionem necessariâ ca- B
reret, hinc anno sequente.

A. 1197. antequam sc. eam expeditionem susciperet, & Germaniâ excederet, *Henrico, Alberto* & *Gothofredo* fratribus *Comitibus* de *Spanheim* pagum seu *Comitatum Meyenfeld* in Veteri Palatinatu Rhenan una cum villis *Engelstad* (juxta Ingelheim) *Hedenesheim* (hodiè Heddesheim inter Crucenacum & Bin- C
gium) & *Sickenbach* pro 650. marcis argenti oppignoravit, testibus ejusdem Henrici Palatini nostri literis oppignoratitiis datis Bacharaci in arce Stalecke An. 1197. 6. Kal. Jun. (& non An. 1147., ut Spener in Oper. Herald. pag. 669. quo Anno eundem Henricum Palatinum, qui opignoraverit supra dicta loca, jam A. 1147. arcem Stalecke inhabitâsse, eundemque fuisse autumat, cujus mentio deinde facta in Diplomate Friderici I. Imp. de A. 1156., D
quo *Marchionatum Austriæ in Ducatum* convertit. Sed fallitur, *Henricus* enim *Palatinus* noster eo tempore nondum erat in lucem editus, deinde nomen Henrici loco Hermanni in memorato Diplomate amanuensium errore irrepsisse, jam supra in Hermanno diximus) quas vid. apud Freherum in Orig. Palat. pag. 1. cap. 11. ubi hanc unicam ejusdem Henrici Rheni Palatini Syngrapham de memoria ejus superesse putat, Meibomius verò in E
not. ad Gerhardum lib. cit. pag. 266. se innumeras ab hoc Henrico Palatino scriptas literas vidisse scribit. Sic eodem in anno Palatinus quoque noster in Monasterium Vallis Mariæ in Saxonia venit, & Monasterio huic juxta Helmstadium à Friderico Saxoniæ Palatino An. 1138. fundato, pro certâ pecunia fundum quendam vendidit, uti ex Diplomate ejus liquet, quod hâc clausula firmavit: si quis autem contra hoc factum temerario ausu præ- F
sumeret, sit pars ejus in extremo judicio, nisi citò resipiscat, cum angelis Satanæ vid. Meibomii not. ad Diploma Thassilonis Ducis Bavar. pag. 492. & in Chron. Monasterii Vallis Mariæ vulgò. Mergenthal.

Sic etiam eodem Anno (& non An. 1198., ut Scriptores Trevirenses Kyriander in Annal. Trevir. pag. 15. p. 136., Massenius in Annal. G
Trev. p. 2. p. 92., Spener in Oper., Herald. pag. 669. aliique tradunt, hoc enim anno Palatinus noster adhuc in Palæstina morabatur) inæstimabilem ferè & ab antiquissimis & primis Rheni Palatinis hactenus optimo jure possessam & administratam Urbis & Ecclesiæ Trevirensis Advocatiam generalem, non sanè absque suorum successorum præjudicio Johanni Archi-Episcopo Trevir. (pro certo procul dubio pecuniarum pretio) resigna- H
vit & alienavit apud Treverim in Palatio Archi-Episcopi die Paschatis A. 1197., & quidem cum omnibus pertinentiis tam feudatis, quàm non feudatis, & omnibus annualibus servitiis, quæ antecessor ejus Conradus Rheni Palatinus Ecclesiæ Trevirensis Advocatus habuit in villis Archi-E-

 pisco-

A piscopi sitis in pago *Trechere* (Drachere, cujus meminit Henricus II. Imp. in Diplom. de An. 1023. 4. Id. Decemb. v. infra Cod. Diplomat. Palat.) aliisque villis super Mosellam, juravitque Palatinus super Clavum Domini & super omnes reliquias in Capside contentas, quod neque ipse, neque aliquis successorum *Advocatiam* hanc repeteret, cartham autem resignationis cum testibus subter notatis vid. apud Kyriandrum lib. cit. pag. 15. p. 163., Freher. in Orig. Palat. p. 2. p. 84. 86., Massenium in Annal. Trevir. p. 2. p. 95.
B & infra in Cod. Diplom. Palat. nostro. Propterea exortis postea gravissimis dissidiis Philippum inter & Ottonem IV. Reges, ipse Johannes Archi-Episcopus rebus semper Ottonis, respectu scilicet fratris ej. Henrici Palatini, studuit, fortemque ipsi operam tulit contra Philippum, idcirco captus à Friderico Comite Viennensi custodiæque mandatus fuit: *Henricus vero Rheni Palatinus*, qui adhuc quosdam terrarum tractus ad inferiora Mosellæ in Ve-
C teri Palatinatu, ubi castrum *Turunum* & *Landescron* à Philippo R. erat exstructum, possidebat, cognito hoc, juramento se adstrinxit, se suaq; omnia exponere velle pro liberatione Domini sui, cumq; Palatinus jam ad bellum se præparasset, Comes transactione interveniente Archiepiscopum dimisit. v. Kyriand. Annal. Trevir. p. 162.

Eodem etiam Anno (& non Anno 1196., ut Miræus & Divæus) Expe-
D ditio in Palæstinam contra Saracenos suscepta est, *Henricus* enim Imperator exercitum è Germania in Apuliam ducens, eundem domesticis postea rebus impeditus, *Henrico Brabantiæ Duci & Henrico Palatino* nostro commisit. Classe itaque ineunte Septembre è Sicilia solvente, prosperâ navigatione *Ptolomaidem* appulére, ubi statim acceperunt tristem de morte Henrici Regis Hierosolymitani, Comitis Campagniæ, nuncium. Hic, dum reditum in
E Patriam pararet, & nocte quadam surgens incautius in superiore ædium parte obambularet, de fenestra Palatii sui cecidit super fossatum urbis Ptolomaidæ fractisque inde cervicibus obiit. vid. Mar. Sanut. Torsel. l. 3. Secret. fidel. crucis p. 201. adde J. Vitriac. l. 1. c. 100., Marian. l. 3. p. 10., Otton. de S. Blas. in Chr. p. 42. In hac autem Syriaca expeditione multa & præclarè & fortiter gessit *Rheni Palatinus* noster, ita ut etiam inter ipsos belli Sacri Duces enituerit, vid.
F Reineccii append. Chronologiæ Hierosolym. *Sic castrum Chorut* (aliis Beryt dictum) ope Adolfi Comitis Holsatiæ, Bernhardi de Horstmar, & inprimis studio & labore metallariorum Hartziorum (quorum operâ jam Henricus Leo in obsidione castri *Dasenberg* quondam usus fuit, dum radices montis perfodi euravit per viros de Ramelsberg juxta Goslariam, ut Helmoldus in Chron. l. 2. c. 11., & Meibomius lib. de expeditionibus Ducum
G Brunsvvicens. contra Saracenos pag. 16. docent) exugnavit, multosque captivos Christianos indè liberavit, stupente Oriente adhuc usque incognitum oppugnandarum urbium & disjiciendorum murorum modum, quo per subteraneos cuniculos subjectumque ignem, murorum fundamenta convellebantur, viamque per ruinas irruenti militi præparabant. vid. Arnoldum Lubec. in Chron., ubi lib. 5. cap. 4. ejusdem Castri de-
H ditionem hoc modo describit: Turbeti uno dierum stantes in muro loquebantur his, qui excubias servabant; Rogamus ut sub pacis conditione copiam nobis detis loquendi vobiscum, quod cum factum fuisset, dixe-

dixerunt, obſecramus, ut nobis dicatis, quæ ſine ſimulatione quærimus, A
quisnam eſt Dominus veſter? aut cujus ſunt caſtra, quæ oppoſita habemus, qui reſponderunt, caſtra, quæ videtis, ſunt HENRICI PALATINI de RHENO (confer ea, quæ ſupra ad A. 1196. contra Gebvvoldum ſcripſimus) filii Henrici Ducis nominatiſſimi Principis, & nos ſervi illius, ad hæc illi: vellemus, ajunt, ut fieri poſſet, loqui Domino veſtro. Qui, inquiunt, cum Domino noſtro loqui velletis, cum pacis turbatores ſitis & circumventores veritatis? B
at illi, de veritate quidem loqui volumus & pacis unione; quid plura, ad petitionem illorum Palatinus venit, dextras dedit & accipit, ad quem illi: Coarctamur nimis in hac obſidione, ideoque rogamus te, Princeps glorioſe, ut tuo conductu in cætum Principum veniamus, ut de Caſtri deditione & noſtra ſalute cum eis diſponamus, illis reſponſum paucis ita reddidit Heros: *Præſummus quidem de gratia Principum, quod ſine livore ductu noſtro ad præ-* C
ſentiam ipſorum venire poſſitis, ſed quia ſapientis eſt, omnia conſultè facere, communicato eis hoc verbo, quantocius ad vos revertar, his dictis abiit *Palatinus* & *Henrico* Duci Brabantiæ, qui ab omnibus Princeps ſuper Exercitum ordinatus fuerat, voluntatem illorum aperuit, datâ itaque fide, Principes ipſius caſtri 7. ſecum in caſtra deduxerunt, qui pro ſe loquerentur, & deditio facta eſt, hucuſque Arnoldus. Cæſariani deinde progredientes obviam habuerunt D
Sephatinum Saladini hæredē, omnesq; Palæſtinæ, Babyloniæ & Damaſci tetrarchas cum ingenti Saracenorum multitudine à latere montis conſiſtentes, militesque Chriſtianos à tergo continuis inſultibus laceſſentes, non tamen ſine clade ſuorum Sidoniique inprimis Dynaſtæ aliorumque interitu. Caſtris deinde ad Sidonium fluv. locatis cum naves Chriſtianorum crucib⁹ inſignes apparuiſſent, Sidonii terrore perculſi, urbem ipſam deſerere cœperunt, qua Cæſariani potiti tantam in ea armorum annonæque copiam invenerunt, quanta 500. præſidio ſufficeret ad ſeptennium: eâdem deinde fortunâ caſtra Gibeli & Liedenſe ceperunt, ingenti etiam *Victoria potiti contra Saracenos* juxta civitatem *Joppen*, quamplurimis eorum cæſis, *Sidoniâque* deſtructâ, *Toroniam* obſidione cinxerunt, jamq; illam deditione recepturi ferali divellebantur diſcordia, atque occurentibus in auxilium Saracenis, Tyrum & Ptolomaidem recederunt. v. Jac. Vitria. l. 1. c. 100. Affulſit quoque *ſpes recuperandæ Hieroſolymæ*, verùm cum *Fridericus Auſtriæ Dux* prælio ſauciatus, altera nocte ſpiritum exhalâſſet, *Henricus* etiam *Rheni Palatinus* noſter continuis laboribus ſoliſque ardore exhauſtus, *in ardentem* incidiſſet *febrem*: ultra hæc cùm literis ex Europa allatis cognoviſſent, *Imperatorem Henricum VI.* fatis, conceſſiſſe (quem alii ex veneno ab uxore propter adulteria propi- G
nato, *alii febre* ardente ex veneno contracta, alii denique ex gelidioris aquæ hauſtu, dum venationibus indulgeret febreque inde exortâ Meſſanæ in Sicilia 30. Septemb. ſeu in feſto S. Mich. An. 1198. ſublatum Panormiq; ſepultum dixére) Spe hactenus concepta fruſtrati, metuq; graviſſimo cum eodē nuncio miſceri quævis in Imperio & mutari perciperent, de reditu cogitare cœperunt. Exactâ igitur Hyeme plurimi Principes & cum his Henricus Rheni Pa- H
latinus noſter adpropinquante Martio Patriam repetebant, de quibus audire placet Arnoldum Lubecenſem in Chron. l. 5. cap. 5. hoc modo diſſerentem: Anno, inquit, 1198. *cum rumores de morte Imperatoris terruiſſent*

A *Principes, cœperunt de reditu disponere & statu eorum, qui remanere disponebant. Adveniente itaque Martio* (1199.) *ascensis navibus favente Zephyro omnes ferè Principes ad sua redière, remansit Moguntinus Archi-Episcopus* (Conradus) *& Verdensis Episcopus & quidam de Nobilioribus populi cum populo Dei.* hæc Arnoldus. Num autem *Henricus Palatinus* noster ibidem in *Regem* quoque *Palæstinæ* à Principibus electus fuerit? ut Freherus in Epist. desusce-
B pta ad Gebvvoldum p. 12. ex Math.Paris.Chronico adstruere videtur, id ego ex silentio Arnoldi aliorumque coævorum affirmare non audeo.

Anno itaque 1199. *Henricus Rheni Palatinus* noster rebus in Palæstina benè gestis, cum aliis Imperii Principibus *è Palæstina* in Siciliam revectus, mense circiter Aprili *Romam* rediit, & cognitâ ibidem Fratris in Imperatorem electione, Germaniam advolans mense circiter Junio, fratrem denuò vi-
C dit jam Imperii gubernacula tenentem, electus enim is in Regem, ut dictum, Coloniæ A. 1198. mense Martio, coronatus Aquisgrani 4. Non. Jul. v. Chron. Comitum de Marcka, fratre ejus *Henrico* Rheni *Palatino absente* & *in Palæstina* adhuc subsistente. vid. Gothofredi Monachi Chron. ex edit: Freheri in Script. German. t. 1. p. 265., hinc manifestè deprehendere licet Nic. Cisneri (in orat. de Ottone III. Imp. p. 44) aliorumque errorem, dum *Palatinum* nostrum
D fratris electioni interfuisse asserunt, rectius auctor coævus Codicis membranacei de gestis Trev., quem nuper in Bibliotheca Francofurtensi ad Mænum perlegi, hisce verbis contrarium docet: *Henricus*, inquit, *Comes Palatinus Rh. de peregrinatione reversus, electionem fratris sui* (Ottonis) *ratam habuit, & ipse post modicum tempus castrum ædificavit super Mosellam, quod Thurunum appellavit.* &c.

E Peractâ autem hac *Ottonis IV.* Electione, quam postea *Innocentius III.* Pontif. Rom. Diplomate confirmavit. vid. Meibom. Apolog. pro Otton. IV. p. 333., Leibnitzium in Cod. Diplomat. Principes legatos suos cum honorifico Comitatu *Emichonem* scil. *Comitem de Leiningen* & *Albertum* Comitem *de Dagsburg* in Normanniam miserunt *ad Ottonem*, ubi occasione exilii Parentis sui, *ditionem Pictaviensem* ab Avunculo Angliæ Rege donatione acceptam
F possidebat. Otto auditâ legatione consentit, & multis deinde Nobilibus Anglis stipatus in Germaniam properat, in itinere verò Philippum Franciæ Regem gloriam sibi invidentem salutavit, de quo Arnoldus l. 7. c. 17. hoc modo: *Intelleximus*, inquit *Philippus, Rex, quod ad Imperium Romanum vocemini, non credatis, quod tanta vobis dignitas proveniat, & cum creatus fueritis, dabo vobis 3. Civitates meliores regni mei*, PARISIAS, STAMPAS & AU-
G RELIANUM. vid. & Crantz. Saxon. l. 7. c. 29. & Meibom. l. c. p. 334.

Philippus autem Henrici VI. Imp. frater, qui primò Rex electus est Mülhusii 1198., deinde in campis Erfordiæ v. Chron. Montis Seren. p. 66. occupatis urbibus & castellis quibusdam in Alsatia, contra *Ottonem IV.* Regem juxta Spiram cum exercitu consistentem, promovit exercitum, Otto viribus adhuc impar Philippo cedere cogitur, fusus postea ab eodem, prælio ad Mo-
H sellam commisso, Brunswigam repetiit. Hoc quoque tempore *Henricus Rheni Palatinus* noster *Germersheimii* fuit apud Imperatorem fratrem, uti liquet ex Diplomate Imper., quo traditionem *castri Entzenberg* (juxta Pfortzheimium) factam *Johanni* Archi-Episcopo Trevirensi à *Conrado Comite de Calve* (v. Ky-

(v. Kyriand. Annal. Trevir. p. 15. p. 163.) confirmavit. Dum hæc in partibus A
Rheni Mosellæque aguntur, Ludolfus Archi-Episcopus Magdeburgensis,
qui à partibus stabat Philippi, quamplurimos cogit milites, *Brunsvvigam*
cum his occupaturus, *Henricus Rheni Palatinus* noster cognito hoc in Palatinatu Rheni, quanta potuit celeritate equites contraxit, fratri Ottoni in auxilium adducturus Brunsvvigam.

. A. itaque 1200. Iter aggreditur *Palatinus*, & occupatis in Saxonia *Gatersleben*, *Lopene*, *Calbâ*, *Summerseburg*, aliisque *Ludolfi* Archi-Episcopi ca- B
stellis, oppidis, & bona ex parte dirutis, cum ulterius Brunsvvigam versus
cum suis pergere voluisset, Hildesheimenses occludendo vias transitum ipsi
negare conantur: Verum *Palatinus* masculè eos adortus est, ferro sibi eundem quæsivit, prælioque in septimana ante Pentecosten commisso, ad internecionem usque hostes delevit, multis captis, reliquis ad portas usque Civi- C
tatis fugatis, deinde etiam ipsam *urbem Hildesheimensem* oppugnare decrevit,
cum verò Magdeburgenses sibi facilè aditus Brunsvvigam versus reclusuros
pertimesceret, ea, quâ cœpit, via progressus copias auxiliatrices fratri feliciter
Brunsvvigam adduxit, ambo ibidem exspectaturi *Philippi* Cæsaris adventum. *Ludolfus* autem inquietus ille Archi-Episcopus Magdeburg., obscuro
genere natus à Philippo corrumpi se passus, *Ottoni* omnibus modis adversa- D
batur, metuebat enim & *arci & territorio Summerseburgensi*, quod antecessor
ejus Wigmannus ab *Adela* Alberti Comitis Palatini Saxoniæ, ultimi Com.
Summerseburgensis unica filia Abbatissâ Quedlinburgensi, reclamante *Henrico Leone* (qui Saxoniæ hos Palatinos in literis cognatos suos appellabat, &
post excessum etiam *Alberti arcem Summerseburg* occupabat, atque Advocatiam Ludgerianam, à Summerseburgensibus hactenus administratam, sibi E
suisque posteris vindicavit) emtionis titulo acquisiverat, persuasus deinde,
Ottonem, si ad Imperium perveniret, facilè repetiturum, quæ Parenti Leoni
ab æmulis per summum nefas erepta fuerant, in quo opinio eum non fefellit, *Henricus* enim *Rheni Palatinus* noster *arcem Summerseburg*, ut dictum,
occupavit, ad quod tamen faciendum ipse inquietus Archi-Episcopus occasionem ei præbuerat. F

Eodem anno media ætate *Philippus* Rex *ditionem Brunsvvicensem* igne
ferroque vastat, ipsam deinde urbem obsidione cingit, *Ottone* Rege non præsente, sed solo fratre ejus *Henrico Rheni Palatino* eam contra vim hostium strenuè defendente, teste Arnoldo Lubecensi l. 6. c. 4., quod contra *Spangenbergium* in Chron. Saxon. seu Mansfeld. notandum. Hostes urbem eo in loco,
qui vulgò die Oldewicke dicitur (quem, ut & illum Sack nuncupatum, *Otto* G
& frater ejus *Henricus* vel de novo exstruxerunt, vel novis ædificiis auxerunt,
sicut *Henricus Leo* illam Civitatis partem Hagen dictam, *Henricus* etiam *I. Imperator* Dux Saxoniæ novam Civitatem condidére) vehementissimè oppugnant, perrumpendo ad pontem usque Leonis, (Lewenbruck) quem ut &
ipsam Civitatis partem juxta Monasterium S. Ægydii jam occupaverant;
Henricus verò *Rheni Palatinus* erumpendo cum suis in hostes ruit, eosque H
atroci certamine in ponte Leonino tum temporis extra civitatem commisso,
repellit sternitque, multis tamen utrinque in flumine submersis, quod Arnoldus Lubec. l. 6. c. 4. hoc modo describit: *Philippus Brunsvvigam obsidet,*

A *tunc temporis Otto defuit, sed frater ejus Henricus Palatinus civitatem constanter tenuit, adversarij vero ipsam Civitatem circa monasterium S. Ægydij intrantes & pontem occupantes, ipsam ferè Civitatem irruperant, sed ab obsessis in fugam conversi factâ Vigorosâ resistentiâ, ipsos Balistarum jaculis repellunt, &c.* *Palatinus* noster hostem ulterius persequi non consultum ducebat propter civium quorundam jacturam, *Philippus* etiam Rex secundò urbem infestare
B non audebat, sed eâdem relictâ castra metatus est juxta *Castrum Horneburg*, ubi cum ad 3. dies substitisset, induciæ factæ sunt ad 7. septimanas. Anno eodem 1200. 3. Non. Februarii *Henricus* quoque *Palatinus* noster *Herpiboli* fuit apud fratrem *Ottonem* Regem, uti clarum est ex Diplomate Ottonis R. dat. Adolfo Archi-Episcopo Coloniensi, quod vid. apud Ægyd. Gelenium in Hist. S. Engelberti Archi-Episc. Colon. p. 27. vid. & Cæsar. Heister. Dial. 10.
C c. 19. de quo Gothofredus in Chron. ad A. 1201. h. modo: *Otto collectâ valida manu ad superiores partes se contulit, & usque Wurtzburg pervenit Episcopo Coloniensi & Palatino Comite* (Henrico) *Sigefridoque cum suis complicibus auxilia ferentibus.* Anno seq. *Canutus Daniæ Rex* Hamburgum occupat, ejusque frater *Waldemarus* D. Albiam, Comitem Holsatiæ Adolfum invasurus, intrat.

D A. 1202. *Otto* Rex *Waldemaro Mariam* filiam fratris sui *Henrici* Palatini, *Helenam* vero Waldemari Ducis Sororem fratri suo *Wilhelmo* Hamburgi despondet. vid. Albertum Stadens. in Chron. Philippus Rex mense Julio Thuringiam vastat, ad humiliandum Hermannum Thuringiæ Landgravium, eo quod ipsum reliquisset & Sigefrido Moguntino adhæsisset, Landgravius in angustias redactus, *Ottocarum* Bohemiæ Regem consanguineum in auxi-
E lium evocat, perpendens autem Rex *Palatinum Comitem Rheni* & Bohemiæ Regem cum copioso exercitu isti in auxilium venisse, vastatâ incendiis rapinisque Provinciâ profugus cum suis Erfordiam petiit, quo comperto Hermannus Thur. Landgravius auxilio fretus Bohemorum 14000. scil. armatorum cum Bohemiæ Rege & *Henrico Rheni Palatino* nostro ipsum Philippum 1203. persequitur, eumque *Erfordiæ* 9. diebus obsidet, Philippo verò cum
F paucis clam auxilio noctis inde evadente, atque ad Orientales marchiones fugiente, *Otto Rex* novos resumsit Spiritus, atque *Mersburgi* magnum Principum conventum egit, ubi secundâ vice in Regem Coronatus est *à Guidone Nuncio Apostolico* 24. August. præsentibus *Ottocaro* Boh. Rege, *Henrico Rheni Palatino* nostro, *Hermanno* Landgravio Thuringiæ aliisque Imperii Principibus vid. Gothofredi Monachi Chron.

G Eodem Anno *Henricus Rh. Pal.* noster auxilio fratrum *Ottonis* Regis & *Wilhelmi* Luneburgensis, pulso Hartwico Archi-Episcopo Bremensi, *Comitatum Stadensem*, Patrimonium scil. Henrici nostri (quodque, teste ipso Archi-Episcopo Bremensi in literis transactionis infra in Codice Diplomat. Palatino, proprietatis jure tenebat) à Philippo R. *Ecclesiæ Bremensi* traditum, armis repetiit. Hoc quoque anno *filij Henrici Leonis* Ducis Saxoniæ & Bava-
H riæ, Patrimonium (quod ad Mare Balthicum usque & versus Meridiem per descensum Rheni usque in mare se extendebat) unanimi fratrum consensu hactenus indivisum relictum, *Paderbornæ* diviserunt v. Meibom. de Erectione Duc. Brunswicens. p. 498. ubi *Henrico Rheni Palatino* nostro, non obstante

Patris teſtamento, quo Henrico noſtro tanquam *Primogenito Brunſvvigam* A
cum pertinentiis legaverat, vid. Herm. Korneri Chron. MStum apud Bangartium in not. ad Arnold., ceſſit *Comitatus Stadenſis, Hannovera, Cella, Einbeca, Nortberga* aliaque in *Ditmarſia* & in *Hadela*, &c, ut *Otto Rex* teſtatur in literis diviſionis terrarum, quæ aſſervantur in Archivo Ducum Brunſvvic. Cellenſi v. & infra in Cod. Diplom., *omnia, quæ ſita ſunt ab Haninſtein recta via & Regia Strata uſque Maguntiam, inde per deſcenſum Rheni uſque in Mare, quicquid eſt infra terminum iſtum, quod Patris noſtri piæ memoriæ fuit in prædijs,* B
ceſſit in partem fratris Henrici Ducis. De Comitatu autem Stadenſi, quem poſtea facta A. 1219. tranſactione Archi-Epiſcopo Bremenſi reſignavit. vid. Crantzii Saxon. l. 6. c. 5. Emmii Friſ. l. 6., Angel. Chron. Marc. Br. & Joh. Angel. à Werdenhagen l. de Rebuspubl. Hanſeat: *Otto* Rex *Brunſvvigam, Lichtenberg &c. Wilhelmus Lunæburgum, Gandersheimium, Gieſelvverder* aliaque C
obtinuit. Et licet Henricus Leo potentiſſimus Princeps fuerit, tamen pleraque territoria ſua hoſtibus relinquere, & non niſi Patrimonio, ditione ſcilicet Brunſvvicenſi & Lunæburgenſi contentus eſſe neceſſe habuit. Poſt *obitum* verò *Ottonis IV.* Imperat. *Henricus Rheni Palatinus* noſter A. 1218., *Brunſvvigam* occupavit, ibique ad mortem uſque ſedem fixit.

A. 1204. Henricus Rheni Palatinus apud fratrem *Ottonem* R. exſtitit, uti D
adparet ex Diplomate, quo Otto Rex *Monaſterio Riddageshuſano 6.* manſos *in Maſcherot* cum pertinentiis pretio *66.* Marcarum argenti vendidit v. Chr. Riddageshuſ. apud Meibom. Eodem quoque Anno *Philippus* R. *Brunſvvigam* denuò obſeſſurus, Saxoniam cum copiis ingreditur, Otto Rex cognito hoc cum fratre *Henrico*, qui è Comitatu Stadenſi & Oldenburgenſi haud ſpernendas copias ipſi adduxerat, obviam progreſſus Philippo, caſtra metatur E
juxta Goslariam, deinde appropinquante Philippo R. Brunſvvigam verſus regreditur Otto. Philippus interim Goslariam occupat, & miſſo inde nuncio, *Henricum Rheni Palatinum* noſtrum minacibus literis jubet deſerere fratrem, aut ſi imperata facere recuſaret, ſe ipſum *Palatinatu Rhenano privaturum*, &c, ut Arnoldus Lubec. l. 6. c. 1. *Se nolle tolerare, quod rebus Palatij gravaretur, quas ipſe & non alius diſpenſare videretur.* Palatinus itaque in pe- F
riculo conſtitutus, fratrem Ottonem R. in caſtris apud Brunſvvick morantem adit, eique mandata Philippi aperit, obnixè rogans ut ſibi *urbem Brunſvvicenſem* & *arcem Lichtenberg* proprio jure poſſidendam traderet, ſeque *Palatinatum Rheni* non modo hoſtibus occupandum relicturum, ſed & in omnibus ejus neceſſitatibus auxilia laturum, parteſque ejus conſtantiſſimè tutaturum v. Arnold. Lubec. l. 3. c. 22., Lehmanni Chron. Spir. l. 5. c. 74., cùm G
autem poſtulatum fratris iniquius videretur Ottoni, hinc *Palatinus* relicto fratre *ad caſtra tranſit Philippi* Goslariæ tunc morantis, ibique præſtitâ Regi fidelitate *Advocatiam* ab eo promeruit *Goslarienſem*, teſte Chronico Montis. Seren. ad A. 1204. p. 77. & 93. apud Meibomium & Albert. Stadenſ. ad Annũ 1204. ubi h. modo: *Henricus inſtanti hora belli ante Brunſvvig à fratre Ottone ad Philippum ſe tranſtulit, Otto verò R. deſertum ſe videns, Brunſvvigam* H
ſe contulit exſpectaturus eventum belli. Eodem Anno *Agnes* uxor Henrici Rhen. Palat. noſtri obiit *Stada*, ſepulta ibidem in Cænobio Virginum S. Mar. à ſe condito. v. Alb. Stad. & Meibom. in not. ad Hiſt. Henrici Leonis p. 46.

A. 1025.

A A. 1205. Henric' Palat. *Aquisgrani* fuit 2. Id. Junii apud *Philippum Regem*, uti patet ex duobus Diplomatibus ejusdē Regis, quæ vid. apud Ægid. Gelenium in Hist. S. Engelberti Archi-Epis. Colon. pag. 33., ubi Philippus ab Adolfo Coloniensi Archi-Epis. muneribus Philippi expugnato, Rex coronatus est. vid. Arnold. Lubec. Eodem quoq; Anno *Henricus Rheni Palatinus* noster *Bremam* occupavit, Hartwicho Archiepiscopo Brem., Bernhardo de Welpha a-
B liisque Nobilioribus captis, teste Crantzio in Metrop. l. 7. c. 27., Büntingio in Chron. Brunsw. p. 1. p. 80. Competebat enim Henrico nostro ut Saxoniæ Duci Brunswicensi in eadem urbe 1. *jus Telonii*, 2. *Monetæ*, 3. *Advocatia Ecclesiæ Bremensis*, cujus origo hæc est: *Liemarus* Archi-Episcopus Bremensis, qui à partibus stabat Henrici IV. Imp. in bello Saxonico prælioque inter Imperatorem & Saxones ad castrum Gleichen A. 1089. commisso, captus *à Lo-*
C *thario Saxoniæ Duce* & Querfurtensi Comite, Archi-Episcopus pro liberatione sua eidem Lothario D. *Advocatiam* dedit *Bremensem* cum 300. marcis argenti. vid. Alberti Stadens. Chron. ad A. 1089., Anonim ad Hist. Bremens., Crantzium in Saxon. l. 5. c. 12., qui etiam inde jus, quod posteri hujus Lotharii (Imperatoris) in urbe Bremensi exercebant, enatum arbitratur.

A. 1206. ineunte *Otto Rex* Coloniam profectus, quâ paulo pòst *à Philippo*
D obsessa, Otto cum paucis erumpit & graviter sauciatus fugit ad *Castrum Wassenberg*, ex quo, ut loquitur Gothofredus Monachus, circumcinctus cum tribus sociis clam evasit Brunswigam, rebusq; ibidem ordinatis *in Angliam ad Regem Johannē* avunculum navigavit (alii Ottonem R. prælio ad castrum hoc atrociori commisso, à Philippo in fugam versum indeque in Angliam fugere coactum scribunt) à quo certis sub conditionibus pecuniâ 30000, videlicet
E marcarum arg. adjutus in Germaniam rediit vid. Robert. Continuatorem Sigeberti ad A. 1207., Gothofredum Monach. in Chron. *Philippus* interim montem *Gymnich* juxta Regiomagum occupat, & ad detrimentum totius Provinciæ castrum (Landscron) collocat, deinde Bopardiam abiit, ubi Colonienses missis nunciis Philippo R. reconciliantur. vid. Gothofredi Chron, ad A. 1206. apud Freher. t. 1. Script. Germ.

F A. 1207. *Philippus* reductâ in Potestatem Coloniâ, ut aliquando finem imponeret bellis diuturnis, elocatione filiarum suarum Principes obstringere arctius & conciliare studuit, duas itaque natu majores *Cunigundam* scil. *Wenzeslao* cognomento Monoculo Bohemiæ Regi, *Mariam* verò *Henrico* Brabantiæ Duci desponsavit, tertiam *Beatricem* (quam alii *Ottoni IV.* Imp. nupsisse perperam scribunt) dedit in marimonium *Ferdinando III. Regi Hi-*
G *span.* v. Schiopp. in Geneal. Austr. ex Hier. Surita Historiographo in Annal. Arrag., Joh. Marianâ, Consalvo Illescas in Hist. Pontif. adde Chiflet. in Vindic. Hispan. p. 367. & 377. Quarta N., quam Blondellus in pleniori assert. Geneal. Franc. *Elisam* vocat, destinabatur *Ottoni Regi* vid. & Butkens in troph. Brabant. p. 59. Adhæc eodem quoque anno pacis conditiones propositæ à Philippo & Ottone Regibus in Comitiis Quedlinburgensibus, in præsen-
H tia duorum Cardinalium, *Henrici Comitis Palatini Rheni* aliorumque Imperii Principū sed irrito successu, vid. Albert. Stadens. in Chron. ad A. 1207. In Comitiis deinde Augustanis mense Novemb. ejusdem anni iterum actum *de pace Philippum* inter & *Ottonem*, & communibus suffragiis conclusum defini-

finitumque est, *ut Otto filiam Philippi duceret uxorem, & Philippo Regi succederet in Imperio*, antequam verò suprema manus huic pacificationi imponeretur, Philippus An. 1208. 11. Kal. Jul. ab Ottone Wittelsbachio Palatino Bavariæ, repulsam & injuriam sibi à Cæsare illatam vindicaturo, (promiserat enim jam Philippus Wittelsbachio filiam in matrimonium) Bambergæ inter aleæ lusum occiditur, quo è medio sublato, Otto tandem Imperium plenariè obtinuit, & à nativitate Joh. Bapt. usque ad autumnum attrahendis sibi regni possessionibus, & conciliandis Principum animis occupatus, Regnum firmare disposuit. A B

A. 1208. 13. Kal. Jun. *Henricus* Rheni Palatinus noster Brunswigæ fuit apud fratrem *Ottonem* R., uti dispalescit ex Diplomate Ottonis R. apud Meibom. Diss. de jure antiq. Impp. p. 447., inde cum fratre *Halberstadium ad Comitia* profectus est, ubi denuò ab Imperii Principibus in Regem *eligitur Otto*. v. Arnold. Lubec. in Chron. l. 6. c. 1., Chron. Slav. l. 7. c. 15., Lehmannum in Chron. Spir. l. 5. c. 75. Meibom. Apolog. pro Ottone IV. pag. 334. Exactis hisce Principum Comitiis statim indicuntur alia Francofurti ad Mœnum in Martinalibus celebranda, præsente *& Henrico Rheni Palatino* nostro cum aliis 50. Principibus, ubi pacem Imperio reddidit Otto, firmata 7. Electoribus jura, & leges Imperii innovavit. v. Albert. Stadens., Chron. Magn. Belg., ubi & per *Spirensem Episcopum* deducta *filia Philippi* conquesta voce lamentabili de indigna Patris innocentis cæde, justam tam atrocis facinoris vindictam efflagitans obtinuit, & *in Ottonem Wittelsbachium* proscriptionis sententiâ dicta fuit. C D

Eodem Anno *Waldemarum* Episcopum Slesvvicensem à Bremensibus in *Archi-Episcopum* electum *Bremam* occupâsse, *Stadam* expugnasse atque omnib' reb' die Dominica in inventione S. Stephani spoliâsse, testatur Albertus Stadens. Hoc quoque anno Otto IV. R. ante natalem Domini Coloniam veniens, *Theodoricum* in Archi-Episcopum Coloniensem electum confirmavit, ipsique Regalia coram fratre *Henrico Rheni Palatino* nostro aliisque Imperii Principibus de manu ejus suscipienti, Angriæ quoque Ducatum una cum Lotharingiæ Ducatu, prout tradit Gothofredus Monachus, assignavit. E F

Tradunt & Anglicarum rerum Scriptores ut *Rogerus Hovedenus* p. 2. Anal. Angl., *Math. Westmonasteriensis* in Chron. ad A. 1209. aliique, *Henricum Rhenii Palatinum* nostrum eodem electionis Ottonis anno in Angliam venisse, quod vel hoc vel insequentis anni principio factum fuisse autumo.

Otto R. Francofurto Norimbergam, inde Anno seq. 1209. mense Januario *Augustam Vindelic.* profectus est ad Principum Conventum, ubi 8. Id. Jan. *Otto Wittelsbachius Palatinus* Bavariæ, & *Henricus* Marchio Comes ab Andechs denuò proscribuntur, & Rex Consilium de urbe Romana adeunda Principibus patefecit, deinde tempore quadragesimæ Principum Conventum egit *Hagenoæ* generalem. v. Otton. de S. Blas., ubi expeditio Romana, pro corona Romana suscipienda, Principibus indicta, ubi & nunciatum fuit, *Ottonem* jam *Wittelsbachiũ* comprehensum, & ab *Henrico Calatino* juxta Oberndof ad Danubium vulneribus confossum caputque ejus in Danubium projectum fuisse. Soluto hoc conventu Otto R. cum fratre *Palatino* Saxoniam petitur' in itinere deflexit Aldenburgũ, ubi iterũ egit conventum, inde Brunsvvigã repetiit G H

 ibi-

A ibique festum Pentecostes magnificè celebravit, Præsentibus *Henrico Rheni Palatino* nostro, *Alberto* Archi-Epis. Magdeburg., *Episcopo Halberstad.*, Episcopo *Hildesheim.*, Episcopo *Havelberg.*, Abbate *Fuldensi*, & *Corbejensi*, *Bernhardo* D. Saxon., *Hermanno* Landgrav. Thuringiæ, Marchione Misniæ, *Alberto* Marchione Brandenb., Marchione Landsperg., uti patet ex Diplomate Ottonis R. dat. Archi-Epis. Magdeb. 14. Kal. Jun. v.
B apud Meibom. in Apolog. pro Ottone IV. p. 127. & Arnold. Lubec. l. 7. c. 18. Brunswigâ *Henricus* Rheni Palatinus noster cum fratre Ottone R. *Goslariam*, inde *Walckenridam* processit, deinde *Herbipolim* ad Comitia, ubi Rex die Dominica quâ cantatur: Domine in tua Misericordia, receptus est, & ubi paulo pòst Philippi Regis filia ditissima & hæres 350. Castrorum Imperatori desponsatur, quem actum Arnoldus Lubec. l. 7. c. 18. fusius exponit hoc
C modo: Ordinatis igitur ibi multis negotiis & firmatâ pace, sicuti in omnib. Curiis Dominus Rex pro speciali negotio assumtis tantum Cardinalibus, Prælatis, Principibus, sacerdotibus literatis & legis peritis de legitimanda ei filia Philippi Regis, sic omnibus generaliter exorsus est: *Rogamus omnes vos in Domino, primo Cardinales, qui de authoritate & Consilio Domini Apostolici adestis, summos etiam Archi-Episcopos, Episcopos, Abbates & alios, quos Eccle-*
D *siasticus ordo diversis gradibus distinguit: Excellentiam quoque Regum, Ducum, Principum, ut verba nostra attendatis. Deus Cœli, post multas adversitates cum beneplacito omnium Regnum nobis donavit, ita ut non immeritò cum gratiarum actione ei dicere possumus, lapidem, quem reprobarunt ædificantes, hic factus est nobis in caput Anguli, à Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris. Quod cum luce clarius constet, & optio nobis non desit de illustrissi-*
E *mis fœminis, quas habet orbis Romanus, quibus sponsam sive Conjugem eligere possimus, tamen quia tam celebris conventus pendet de articulo filiæ Philippi Ducis Sueviæ, quam nostram consanguineam nemo dubitat, vestro nos submittimus arbitrio, & juxta salutem animarum vestrarum sincerè deliberetis, omni scrupulo postposito favoris sive timoris, quod nobis super hoc sit faciendum. Si enim sex millib. annorum victuri essemus, magis omni tempore cœlibem eligeremus ducere*
F *vitam, quam cum animæ periculo sortiri uxorem, Nemo gloriam, generositatem, divitias, castra hujus Virginis attendat, quæ omnia saluti animæ æquiparari non possunt. Hæc enim omnia nobiscum sunt. Si verò ipsa castra 350. distribuantur sororibus, quas hæc contingit hæreditas, parum est, quod restat. Nunc igitur, ut dictum est, super hoc deliberetis, ut congruum nobis responsum reddatis.* Omnibus igitur ad Colloquium locum dantibus Rex ait FRATRI HEN-
G RICO PALATINO, qui à dextris ejus erat, *volumus ut cedas, nequam tua Præsentia, de ulla suspicione terreat.* Factâ igitur longâ deliberatione, tandem ad Dominum Regem reversi sunt, posuerant autem verba in ore *Lippoldi D. Austriæ* viri facundissimi & literati, qui sic coram Rege locutus est: *Domine Rex, placet ut audiatis responsum Cardinalium, Prælatorum & Principum?* adhæc Rex *audio*, & ille: *Noverit sublimitas vestra, quod iste tam*
H *celebris conventus Cardinalium authoritatem D. Papæ præferentium, summorum Prælatorum & Principum & omnium literatorum omnino vobis decrevit expedire pro bono pacis & statu Romani Orbis, ut Virginem, de qua mentio habetur, uxorem ducatis, hoc addentes, ut omnis auferatur trepidatio, duas*

congre-

congregationes monachorum præclaras liberrimè conſtituatis: Nos quòque vobis non deerimus facultates & Eleemoſynas largè erogando: Sacerdotes etiam ſive alii inferioris ordinis in miſſis & orationibus ſubveniendo. Adhæc Rex: Nos Conſilium ſanum & bonum tantæ authoritatis non refragantes, veſtris acquieſcimus dictis. Igitur vocetur Puella, quæ cum à Pontificibus ſive Principibus glorioſè adducta fuiſſet, *Rex*, conſurgens de throno ſuo, eam *cum inclinatione* recepit. *Quâ reclinante* præferens *annulum eã coram omnib' ſubarrhavit & cum oſculo recepit*, & ipſam inter Cardinales, quorum Cathedra è regione coram facie Regis erat, reſidere præcipiens, ſic omnibus ait: *Ecce Reginam habetis, ipſam, ut decet, honorate.* Ordinatis igitur legatis honeſtiſſimè eam cum ſorore uſque Brunſwig deduci præcepit, ipſe verò in terra remanſit. hucuſque Arnoldus adde Otton. S. Blaſ. c. 51.

Hoc etiam Anno *Otto* R. habito *Auguſtæ Vindel.* circa feſtum S. Pet. & Paul. Principum conventu, & præmiſſis ad Papam quibuſdam Cardinalibus, ipſe in Italiam, per vallem Tridentinam eſt profectus circa aſſumationem B. Virg. Mar., & ſuperatis Helvetiæ alpibus 18. Kal. Octob. caſtra poſuit ad Lacum Benacum, deinde Bononiam veniens generalem Curiam cum Principibus Italiæ habuit, poſteà Mediolanum adiit, ubi moram faciens Reipublicæ negotia diſpoſuit, validum exercitum ex tota Italia contrahens, Tuſciam petiit, inde Romam pergens exercitum caſtra metari ante portas urbis fecit, ipſeque die Dominica ante feſtum S. Michaelis, id eſt, 5. Kal. Octob. à Papa honorificè ſuſceptus, & mox 4. Non. Octob. ab Innocentio Pontifice Rom. in Baſilica S. Petri coronatus eſt; præſentibus Archi-Epiſcopo Trevirenſi, Archi-Epiſ. Magdeburg., Herbipolenſi, Spirenſi, Argentinenſi, Wormatienſi, Baſilienſi, Patavienſi, Auguſtano, Aichſtetenſi, Conſtantienſi, Curienſi, Pragenſi, Olmutzenſi, Epiſcopis: Weiſſenburgenſi, de S. Gall., de Augia, de Kempten, de Selſe, de Prumia, de Epternach Abbatibus: Ludovico Duce Bavar., Duce Lotharingiæ, Duce Zæringiæ, Duce Carinthiæ, D. Moran. aliisque. v. Arnold. Lubec. l. 7. c. 20., *Henrico Rheni Palatino* noſto *Imperii Vicarium* interim in Germania agente. vid. *Cæſar. Monach. Heiſterbach.* l. 1. c. 31. Memorab., *Freher.* in Epiſt. de ſuſcepta ad Gebwoldum p. 12., *Ezech. Spanheim.* l. de Vicariatu Palatino p. 465.

Tumultu autem *Romæ* in ipſa ferè coronatione Regis exorto, multi Cæſariani æquè ac Pontificii occubuêre, quapropter Imperator urbe egreſſus, in Pontificem arma movet, ad hæc cum lis quoq; exorta eſſet de *Mathildis* uxoris quondam Conradi R. filii Henrici IV. Imp. *Principatu*, quem illa à Pontifice circumventa Eccleſiæ tradiderat Romanæ, *Otto* verò *Imperii jura* ſibi aſſerenda ratus, à Friderici II. tutorib' prærepta armis repetere ſtatueret, hinc plurima Pontificis Caſtella, oppida, prædia occupat, quod cum Pontifex inhibere non poſſet, anathematis fulmine Imperatorem percuſſit, miſſis quoque nunciis ad Germaniæ Epiſcopos, Albertum Magdeburgenſem Archi-Epiſ. tertiâ vice juſſit *Ottonem* in partibus quoque Saxoniæ excommunicare, quod etiam ab Archi-Epiſcopo factum eſt A. 1210. menſe febr.

A. 1210. in Paſchate Imperii Principes deliberaturi convenerunt *Halberſtadii*, comparuit & in eodem *Henricus Rheni Palatinus* noſter cum proteſtatione, quam fecit cum aliis Principibus contra injuſtam, causâ nondum

A per Principes cognitâ & exploratâ, innocentis Imperatoris excommunicationem, decretumque fuit; *Archi-Episcopum tanquam criminis læsæ Majestatis reum, ditionibus atque dignitate esse exuendum, Imperator* verò subactâ Apuliâ Calabriaq;, cum de Electione Friderici II. à quibusdam Principibus *Bambergæ* 1210. Id. Dec., & denuò *Aquisgrani* peractâ cognovisset, in Germaniam anno seq. properat.

B A. 1212. 13. Kal. April. transactio facta & conventio Francofurti ad Mœnum inter *Ottonem* Imperat. & *Theodoricum March. Misniæ*, præsente & *Henrico Rheni Palatino* nostro, qui cum aliis Principibus pro Imperatore juravit, Conventionis tabulas. vid. apud Meibom. ad Apolog. pro Ottone IV. Imp., alias compositionis literas inter Imperatorem *Ottonem* & *Ludovicum Bavariæ Ducem* eodem in loco & die exaratas. vid. apud Meibom. l. cit. &
C Maderum in Antiquit. Brunsvvic. & infra in Cod. Diplom. Palatino. Non diu pòst Otto Imp. cum filia Philippi Regis nuptias celebravit Northusii mense sc. Aprili. v. Alberti Stadens. Chron, Adelreitz. Annal. Bav., præsente & *Henrico* Rheni Palatino nostro, verùm ipsa quarto, ut ajunt, die post nuptias non sine *veneni suspicione à concubinis* Ottonis propinati, rebus est exemta humanis, sepulta Brunsvvigæ ad S. Blas. Mense deinde Majo, seu circa festum
D Pentecostes Comitia egit *Norimbergæ*. vid. Gothofred. Monachi Chron., Mutii Chron. Germ., ubi demonstratis fusius dissidii causis inter se & *Pontificem* Rom. petiit à Principibus, ut Regem, juraque Regni, contra injustas Pontificis Machinationes, & tantas jam excitatas rebelliones pro viribus defenderent, verùm desertus à plerisque in Saxoniam abiit, ubi, dum in jam dictis Comitiis occupatus esset, furiosè debachabatur *Albertus* Archi-Epis. Magdeb. Stre-
E nuus Papalium decretorum executor. In hac autem rebellione, quam Pontifex excitaverat, erat inprimis *Sigefridus Moguntinus Archi-Epis.*, & *Albertus Magdeburg. Archiep.*, uterq; *Ottoni Imp.* plurimum debebat, *Sigefridus* enim, vivente Philippo R., cui infensus erat, ad quietam Episcopatus sui possessionem pervenire non poterat, *ab Ottone* verò id facilè impetravit, *Albertus* antea *Ottoni* familiarissimus, ab eodem Rege præter bonorum Ecclesiæ suæ
F confirmationem, singulare quoque pro suffraganeis suis consecutus est privilegium: ingrati autem hi omnibus, quibus poterant, modis, dictis, factis Ottonem jam ad angustias multitudine hostium redactum, impugnare non cessabant, atque cum *Ottocaro Bohemiæ Rege* & *Hermanno* Thuringiæ Landgravio summo nitebantur studio, ut *pulso Ottone* Fridericus II. gubernacula Regni teneret; ad hæc *Sigefridus* non quiescens, ubique excommunicatum
G denunciabat Imperatorem, missisque ad suffraganeos aliosque Germaniæ Episcopos nunciis, ut idem facerent, Apostolica authoritate præcipiebat, sed non impunè: *Henricus* enim *Rheni Palatinus* noster fratrem Imperatorem strenuè defendens, assumtis secum *Henrico Brabantiæ* supra ad A. 1197. memorato *Duce*, aliisq; inferioris Germaniæ Principibus *territorium Moguntinense* post Conventum Norimbergensem *circa festum S. Michaëlis* igne fer-
H roque vastabat, nihilque præter castra & urbes intactum relinquebat, ita ut etiam ipse Archi-Episcopus *in Thuringiam ad Hermannum* Landgrav. aufugere coactus esset. v. Gothofred. Monach., Meibomii Apol. pro Ottone IV., Adelreitz. in Annal. Bav. ad h. Annum.

A. 1213.

A.1213. Kalend. Maji obiit *Henricus Com. Pal. Rheni* æt. 15. Henrici Rheni A
Palatini noſtri Primogenitus, cujus Epitaphium olim Schœnaugiæ in Monaſterio repertum, Freherus in Originibus Palat. exhibet hoc modo:

ANNO MCCXIII. KAL. MAY OBIIT ILLUSTRIS PRINCEPS DOMINUS HENRICUS JUNIOR COMES PALAT. RHENI, DUX SAXONIÆ, CONRADI EX FILIA NEPOS, PRINCEPS MAGNANIMUS, COMES AULÆ, GLORIA RHENI. B

De quo vid. Henninges. in Theat. Geneal. & Reuſner. in Geneal., qui perperam annum ejus emortualem in A. 1212. Meibomius verò in Hiſtor. Henrici Leon. p. 265. n. 40. cum Alberto Stadenſi in annum 1214. ponunt.

Eodem quoque anno in feſto S. Andreæ *Henricum* Rheni Palatinum noſtrum Comitiis à *Friderico II. R. Moguntiæ* habitis interfuiſſe, neſcio quâ fide ſcribunt *Trithemius* in Chron. Hirſaug. p. 521. & *Serarius* l. de rebus C
Moguntiacis.

A.1214. *Otto Imperator* ultima tentaturus cum fratre *Henrico Rheni Palatino Valentianam* eſt profectus ad Flandriæ Comitem, qui aſſociatis ſibi *Wilhelmo* Brabantino, *Reginoldo* Bononienſi, *Henrico* Lovanienſi, *Walramo* Limburgenſi aliiſque Germaniæ inferioris Proceribus *Philippum Franciæ Regem*, Friderico II. R. adhærentem bello oppugnabat; ipſique Flandro aderat D
quoque auxilio *Johannes Angliæ Rex*, Ottonis Imper. avunculus, qui Imperatorem ejuſque fratrem *Palatinum* noſtrum in ejus pertraxerat ſocietatem, *Philippus* autem Rex Ottoni adverſabatur eo, quod antea per ludibrium poſito pignore affirmare auſus fuerit, *Ottonem ad Imperij faſtigium* nusquam aſcenſurum eſſe, unde poſtea non potuit non ſuſpectam habere creſcentem Ottonis potentiam, deinde *Domus Welphica inviſa* quoque reddita *Gallo* E
eò, quod *Henricus Rheni Palatinus* ipſi, uti ſupra dictum, *Agnetem* filiam *Conradi* Rheni Palatini unicam, totiusque Palatinatus Rhenani hæredem præriperet ſibique matrimonio jungeret. Imperator itaque *Otto* partes amplexus eſt Flandri ſperans, quod ſi Gallum ſuperaſſet, ſe deinde iiſdem viribus conjunctis eo facilius Fridericum II. Siculum debellare ejusque potentiam infringere poſſe, fœdere itaque cum ſupradictis Valentianæ inito, collectiſ- F
que undique copiis ad 150000. uſque, teſte P. Æmilio in Hiſt. Fr. & Gothofredo Mon. in Chron., contra Philippum pergit, prælio deinde *ad Bovinas* Tornacum inter & Inſulas 26. Julii ſeu die S. Annæ atrociori commiſſo, *Philippus* R. equo ſuffoſſo humi proſtratus in periculo vitæ erat, *Otto* Imp. etiam cum ſe inprimis cerneret peti, *pectore* adhæc à Nobili Gallo *Bernhardo de Scropha* graviter læſo, equoque ex vulnere circumacto, acie exceſſit, capti ſunt *Ferdin.* G
Comes Flandriæ vulneribus jam exhauſtus, *Reginoldus*, hicque Peronem, ille verò Lutetiam eſt abductus, prælium hoc fuſius deſcribunt P. Æmilius in Hiſt. Franc., Wilhelm. Briton. lib. poſt. Philippid., Gaguinus l. 6., Spangenberg in Chron. Mansfeld. ad A. 1214., adde Helmoldi Chron., Roger. Hoveden. Hiſt. Angl., Joh. Mejer. in Annal. Flandr., Meibom. in Apolog pro Ottone IV. Referunt & *Spangenberg* l. cit. & *Stangefol.* in Annal. Circ. Weſtphal. H
l. 3. p. 335. ex *Chron. Tremon.* & *Mejeri* Annal. Fland., *Henricum Rheni Palatinum* noſtrum in eodem prælio *captum* fuiſſe, quia verò apud *vetuſtiores* & inprimis apud *Albericum* in Chron. ad A. 1214., ubi fuſius prælium hoc deſcri-

 bit,

A bit, nulla captivitatis ejus fit mentio, proinde hoc in medio relinquimus. vid. & Chappeavill. de gest. Epis. Leodiens. p.632., Adelreitz. lib. cit. p.638. Et hoc *ultimum* fuit *prælium* & bellum *Ottonis* Imp., ab eo enim tempore usque ad mortem ejus privatam egit vitam, à suis enim desertus bellique longinqui sumptibus exhaustus, de Imperio diutius retinendo desperare cœpit, hinc fratres suos *Henricum Palatinum* & *Wilhelmum* in Angliam misit ad Avun-
B culum *Johannem* Angliæ Regem, petens ab eo *Comitatum Eboracensem* & *Pictaviensem*, quos *Richardus* Rex ei dederat, partes etiam duas *thesauri Richardi*, & omnia eximia sua, quæ idem Rex Ottoni testamento legaverat, sed nihil horum, quæ petebat, obtinere potuit.

A.1215. *Henricus Rheni Palatinus* ejusque frater *Otto Henricum Comitem Anhaltinum* illis adversantem, capto ejus oppido *Stasfurt*, debellant, deinde
C *Calbam* expugnant, arma exinde moventes *in Archi-Episcopum Magdeburg.* Ottoni infensissimum, diœcesin ejus igne ferroq; vastant, mox transito Albi, ope *Ottonis Marchionis Brandenb.* & Archi-Episcopi Bremensis *Hamburgum* obsident, factâ deinde deditione in fidem recipiunt v. Albert. Stadens., Peters. Chron., regressi inde ipsum etiam *Archi-Episcopum* in Burgo obsident, solutâ tamen mox obsidione, arma & castra convertunt in Nigrip & Leitberg.
D Eodem anno *Gerhardus* Hartwici Archi-Episcopi Bremens. successor *de Archi-Episcopatu* contendit *cum Waldemaro* Episcopo Slesvicensi, cui Bremenses adhæserant, Gerhardo verò Stedingi in odium Bremensium. Hoc quoque anno *Ottonem* Imp. quædam de Patrimonio suo *Monasterio Riddageshusano*, consentiente fratre ejus *Henrico Rheni Palatino*, tradidisse reperio.

Dum autem hæc circa Albim & in Archi-Episcopatu Magdeburgensi
E fiunt, *Fridericus II.* Rex, *proscripto Henrico Rheni Palatino, Ludovicum Bavariæ Ducem* in Comitem *Palatinum Rheni* elegit Ratisbonæ in Comitiis, eundemque de Palatinatu Rhenano eidemque annexo Palatii & Archidapiferatus officio investivit, *Ludovicus* autem *Palatinatum Rhen.* occupaturus, ab ejusdem Regionis incolis capitur & non nisi dato λύτρῳ dimittitur, quod itaque Ludovicus armis subigere non poterat, id nuptiis postea filii *Ottonis* co-
F gnomento *Illustris*, cum *Agnete* Henrici Rheni Palatini nostri filia perficere necesse habuit. vid. *Gebvvold.* l. de Septemvir. p.193., *Aventin.* l.7. p.519. *Freher.* Orig. Palat. p.2. c.12. p.87. & c.17., *Nic. Burgundi* Hist. Bavar. p.37. *Pareum* in Hist. Palat. p.75. *Blarer. à Gejersberg.* l. de Electoratu Palat. p.131. & p.3. p.24.

A.1216. Bremenses *Gerhardum* superiorem videntes, mutato consilio, Stedingis se jungunt, & Gerhardum, *relicto Waldemaro* Sleswicensi, sibi in
G Archi-Episcopum eligunt, & *Henricum Rheni Palat.* nostrum Saxoniæ Ducem, *Ecclesiæ Bremensis Advocatum*, pro urbis defensione contra *Waldemarum* cum Adolfo Comite Schauenb. primùm sentientem invitant atque in urbem recipiunt vid. Albert. Stadens. ad A.1216., Chron. Schauenburg. apud Meibom. *Waldemarus* adhæc *Daniæ Rex* (frater *Canuti* 6. Regis Dan., qui matrimonio sibi junxerat *Richenzam* Henrici Palatini nostri Sororem, *vi-*
H *duam Friderici D. Franconiæ* A.1167. in obsidione Romæ peste defuncti, filii Conradi III. Imper.) defensurus *Waldemarum Slesvvicensem*, cum multitudine navium venit in Albim, expugnaturus quoque *Stadam* urbem totius Saxoniæ, ut volunt, antiquissimam, 323. vel juxta alios 633. An. ante Christum natum

natum exstructam atque Ptolomæo in Geogr. *Siacutaudam* dictam, prout A
scribunt Braun in Descript.urb.p.5.,Topograph.Sax.p.222. adde & Berthium
in Comment. rerum German.l. 3.p.675. Chron. Brunsvvic. apud Meibom.
p.202., hancque urbem una cum Comitatu *Henricus Rheni Palatinus* noster
ab Ecclesia Bremensi ut feudum possidebat, imò eundem Comitatum *Udonem Marchionem* de Wistede jam A. 1105. ab Ecclesia Bremensi in beneficium
tenuisse testatur *Albertus Stadens.* in Chron. ad A. 1112. Verùm *Palatinus* B
Rheni noster Regi fortiter restitit, regressus inde Rex Hamburgum versus &
exstructo juxta urbem ad Albim castro, domum est reversus, sed mox eodem anno hyeme rigidissimâ, geluque jam super Albim viam præbente
cum 60000. armatis *contra Palatinum* nostrum ejusque fratrem *Ottonem* Imper., qui totam Holsatiam sibi subjicere animo jam decreverat, rediens, totum *Comitatum Stadensem* rapinis incendiisque vastat, quo facto antequam C
gelu solveretur, Hamburgum est regressus, *Ottone* Imp. tantis viribus non instructo atque cum illo manum conferere non audente.

An. 1217. Gerhardo Archi-Episc. Bremensi *Hamburgum* restitutum fuit,
qui cum postea *Alberto* Comiti Schauenburg. non solùm eandem *urbem* sed
& ipsum *Comitatum Stadensem* occupandum tradidisset, & cum Alberto ante
Stadam progressus *Castrum Swingeburg* exstruxisset, *Henricus Rheni Palatinus* valdè commotus cum fratre Ottone ditionem Bremensem invadunt, incendiis, rapinis eandem exhauriunt, factâ autem postea Castri deditione pax D
reformata est inter Archi-Episcopum & Palatinum nostrum.

A. 1218. mense Majo *Henricus* Rheni Palatinus fratri *Ottoni* Imp. *Hartesburgi* febre & disenteria graviter laboranti ultimum fraternæ dilectionis officium consolando præstitit, & hoc deinde 14. Kal. Jun. sine liberis defuncto E
(de quo ejusque Spiritu *Clementiæ matertera* ejus apparente vide fabulam
apud Gelenium in Hist. S. Engelberti p. 68.) exequiis ejus Brunsvvigæ interfuit, uti patet ex literis *Sigefridi Episc. Hildesheimensis* apud Meibomium in
Apol. pro Ottone ubi hæc verba leguntur: *Postea verò corpus ejus ad Ecclesiam D. Blasii* (Brunsvvigam) *delatum sepeliendum, requisitus in exequiis suis
frater ejus Henricus Illustris Dux Saxoniæ, utrum factum fratris ratum habere* F
*vellet, respondit: quod omnia, quæ pro salute animæ suæ statuisset, benevolo corde semper vellet habere rata & inconvulsa, nos verò audito consensu omnia bona
dilectæ Ecclesiæ per sententiam coram omnibus, qui sepulturæ interfuerant, solenniter confirmavimus, &c. Testamentum* autem *Ottonis* Imp. Hartesburgi
15. Maji conscriptum vid. apud Meibom. l. cit. & infra in Codice Diplom Palat.
Exequiis itaque ritè peractis *Henricus* Rheni Palatinus noster *Brunsvvigam* G
cum pertinentiis occupavit, civesque in verba ejus jurare fecit. vid. Meibom.
l. de Erect. Ducatus Brunsvvic. p. 204. *Sedem* etiam *suam* ibidem relicto Palatinatu Rhenano, ab eo tempore ad mortem usque fixam posuit. adde Gothofredum Monach. in Chron., Bertium rerum German. l. 2., Irenicum in
Exeg. Germ.

A. 1219. *Henricus Palatinus* noster *Comitatum Stadensem* Patrimonium H
suum tum quod masculis careret, tum quod *Ottonem* cognomento puerum
ex fratre Wilhelmo nepotem territorium hoc jam ab aliquot annis litigosum
absque æmulis vix obtenturum metueret, *Gerhardo Archi-Episcopo Bremensi*

A *mensi* jam dudum huic prædæ inhianti eâ conditione concessit, ut quamdiu viveret, ipse Comitatum suum retineret, usumque fructum perciperet: transactionis hujus Cartham ex Archivo Archi-Episcopi Bremens. exhibet Author Assertionis libertatis Bremensis p.786., quam, ut & Friderici II. Imper. post quinquennium Ravennæ factam confirmationem vid. in Codice nostro Diplomatico Palat., post transactionem autem jam memoratam *Gerhardus* B ab Imperatore Friderico II. pro pace inter eum & *Henricum Rheni Palat.* magis firmanda citatus, morbo Francofurti correptus, obiit eodem anno vid. Albert. Stadens.

Eodem quoque anno *Henricus Rheni Palatinus* noster *Imperij insignia Friderico II.* Imper., uti frater ejus *Otto* in mortis articulo constitutus præceperat, sub forma quadam compositionis (eodem modo, quo Eberhardum Pa- C latinum quondam fecisse supra c.7. vidimus) tradidit *in Comitijs Goslariensibus*, ut Spangenberg in Chron. Mansfeld., vel *Norimbergensibus*, ut Cuspinianus scribit. adde Albert. Stadens. ad An. 1219., Chron. Augustense ex edit. Freheri, & Anonimum in Chron. Slav. apud Lindenbrogium, ubi etiam *Palatinus* noster *in plenam gratiam* ab Imperatore receptus est, *Sponsaliaque* etiam *Agnetem* Palatini filiam inter & *Ottonem Illustrem* Bavariæ Ducem eo- D dem tempore facta fuisse autumo. Tandem *Henricus Rheni Palatinus* noster supremum diem suum clausit *Brunsvvigæ* A.1227., nullâ prole masculâ relictâ, ut *Albert. Stadens.* in Chron., *Bucelinus* in Topo-Chrono-Stemmatographia p.2. p.414., *Meibomius* l. de Erect. Ducatus Brunsvvic. p.99. & in not. ad Chron. Schauenb. p.532., *Anonim. in Hist. Archi-Episc. Bremens.*, *Henningesius* in Theat. Geneal. p.2. p.119., *Reusner.* Geneal., *Brunner.* in Annal. Bav. p.3. E p.659., & quidem *die S. Vitalis*, id est, 28. Aprilis (& non 1. Maji, ut *Freherus* in Orig. Palat. & ex eo *Imhof* in notit. Procer. Imp. G. l.4. c.4. p.151. confundentes diem emortualem Patris & filii, qui A.1213. Kalend. Maji obiit) ut ex MSto antiquo membranaceo *Maderus* in Antiquit. Brunsvvicens. p.171. docet, & ex alio Anonimi Chronico Brunsvvicensi apud Maderum, ubi hæc verba leguntur: *Henricus Com. Palat. secundam duxit uxorem Agnetem, filiam Mar-* F *chionis de Landisberch, quæ cum heredes non haberet, Domino suo A.1227. 4. Kal. Maji moriente, sanctè pièque vivendo Cœnobium Sanctimonialium instituit in Winhusen, ubi in pace moriens sepulta est, Henricus verò Comes Palat. ad Patrem Leonem sepultus est.* Falluntur itaque, qui cum *Frehero* in Orig. Palat. c.10. p.98., *Spenero* in Oper. Herald. p.669., *Pareo* in Hist. Palat. p. 75. 79. 142. aliisque (confundentibus Patrem & filium) obitum Henrici Palatini no- G stri in *Annum* 1213., & alii, qui cum *Crusio* in Annal. Suev. p.2. l.1. p. 27. in *annum* 1215., & alii denique qui cum *Gothofredo* & *Lehmanno* in Chron. Spir. p.m.295. *in annum* 1225. reponunt. Sepultus est *Brunsvvigæ ad S. Blas.* juxta Parentes, ut *Chron. supramemoratum* & *Chr. Riddageshusanum* p.355., *Meibomius* lib. cit., *Henningesius* lib. cit., *Lehmannus* l. cit. 4. c.7., *Brunner.* lib. cit. aliique rerum Saxonic. Scriptores, non autem *Schönaugiæ* in Monasterio juxta H Heidelbergam, ut *Speneras* & *Freherus*, qui seductus ex malè intellecto monumento quondam Schonaugiæ reperto in errorem incidit, monumentum autem tale est. *A MCCXIII. Kalend. Maij obijt Illustris Princeps Dominus Henricus Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, supradicti Conradi ex filio nepos.*

(quod

(quod erroneum eſſe putavit Freherus, niſi gener Conradi intelligatur) Ve- A
rùm Henricus in monumento hoc memoratus, Henrici Palatini D. Brun-
ſvvicenſis filius, & Conradi nepos erat Schonaugiæ ſepultus, de quo jam ſupra
dictum ad A. 1213.

Palatinatum Rhenanum adminiſtravit An. 20., Ditionem verò Brun-
ſvvicenſem An. 9., vixit annos circiter 57., & in matrimonio 33. A. Uxores
etiam duas habuit, quarum 1. fuit. B

1. *Agnes* filia *Conradi* Comitis Palatini Rheni, Ducis Sueviæ, Comitis
Gemini Pontis & Domini Heidelbergæ, ex *Irmentrude Palatina*, nata hæc vi-
detur Bacharaci in arce Stalecke circa An. 1176. Deſponſata Henrico Brun-
ſvvicenſi in annis infantiæ, mediante matre ejus *Irmentrude*, Anno verò 1194.
Henrico Rheni Palatino Matrimonio corporaliter juncta Bacharaci in arce
Stalecke, in nupero bello Gallico funditus deſtructâ. Defuncta tandem Brun- C
ſvvigæ vel Stadæ A. 1204. ut Albert. Stad. ad h. A., Meibomius in Hiſt. Henri-
ci Leonis p. 40. & ſepulta eſt *Stadæ* in Cænobio Virginum S. Mar. à ſe fundato
& largiter donato, cui etiam *Henricus* Palatinus maritus ejus *villam Here-
dorf* tradidit. v. Chr. Brunſvvicenſe p. 202.

2. *Agnes* (quam *Imhofius* in notit. Procer. cum Continuatore Chronici
Montis Sereni perperam *Gertrudem* vocat) filia *Conradi III. March. Miſniæ & D
Landsperga* ex *Eliſabetha* Miecislai III. Poloniæ Regis filii, quo autem anno
& loco Henricus Palatinus noſter eam in matrimonium duxerit, nondum
ſatis conſtat. Certum interim eſt, eam ſterilem & non A. 1217., ut Bucelinus,
ſed A. 1244. defunctam & in Monaſterio Virg. Winhauſen ad Alleram juxta
Cellam à ſe A. 1241. fundato, uti petierat, ſepultam fuiſſe. v. Meib. in not. ad Chr.
Riddagesh. p. 355. Hæc poſt obitum mariti omnem mundũ ſuam Muliebrem E
& Decimas Goslarienſ. fodinarum Metal. *Ottoni D. Brunſvv.* A. 1243. vendidit,
& hâc pecuniâ 3. Monaſt. fundavit 1. *Winhuſanum* A. 1241. 2. *Iſenhagen* A. 1243.
3. *Hammersleblenſe* A. . . ., de quibus v. Meib. l. c. & Authorem Topogr. Lunæb.
ubi ita: Iſenhagen hat Sie an der Iſe im Lunebürgiſchē durch Einrathen
und Hülffe Arnoldi Abts zu Riddagesh. A. 1243. zu bauen angefangen/
und hernach mit Ciſtercienſer Ordens-Mönchen auß dem Cloſter Rid- F
dageshuſen beſetzen laſſen/diß Gebäu aber iſt Anfangs zu alten Iſenha-
gen angelegt worden/weilen es aber daſelbſten ſehr ſumpfigt und feucht/
hat man es nach Hauningsbüttel transferiret/und wie es auch da wegen
vor beygehender Heerſtraſſen nicht anſtändig ſeyn wollen/iſt endlich der
Ort/wo es jetzo ſtehet / zwiſchen der Iſe und Hagen erwehlet worden.
Et alibi: Sie hatte/weil Sie keine Erben/ beſchloſſen/ alle ihre Güter zu G
der Ehre GOttes und Erbauung der Kirchen und Clöſter anzuwen-
den/und weil Sie ein Jungfr. Cloſter Winhuſen geſtifftet / wolte Sie
auch ein Mönchs-Cloſter anlegen / worzu ihr der Abt Arnold den Ort
an der Iſe vorgeſchlagen/da Sie dann dieſen mit allem Zugehör von ih-
res Herrn Brudern Sohn Otto Hertzog von Braunſchweig A. 1243.
erkaufft/und Ihme den Zehenden am Bergwerck zu Goslar/ſo Ihr von H
ihrem Herrn zum Leib-Geding verſchrieben geweſen / dargegen abge-
tretten hat. adde & Meibom. in Chr. Riddageshuſ. p. 355.

A Liberi autem, quos *Henricus Rheni Palatinus* noster ex priori conjuge Rheni Palat. procreavit, quantum quidem constat, hi sequentes sunt:

1. *Henricus* Comes Palat. Rheni n. Anno 1198. procul dubio in arce Stalecke Bacharaci, obiit ibidem Anno 1213. Kalend. Maji, ætatis 15. sepultus Schönaugiæ in Monasterio juxta Heidelbergam, cujus Epitaphium supra vidimus.

B 2. *Agnes* Palatina Rheni *natu major*, & Anno circiter 1201. vel 1202. in lucem edita, desponsata per Fridericum II. Imper. Ottoni Illustri Duci Bavariæ Anno 1215. vel An. 1219. (quod Aventinus in Ann. Bav. p. 529. Friderici II. Imp. Diploma indicare scribit, cum illa esset annorum circiter 15.) Ducta deinde A. 1225. circa festum Pentecostes *Straubingæ* in Bavaria, denata tandem Monachii A. 1269. . . . . . & juxta maritum in monasterio Schi-C rensi sepulta est.

3. N. . . . *filius* in pueritiâ exstinctus.

4. *Irmentrudis* natu minor Henrici Palat. filia, quam *Henningesius* in Geneal. Theat. malè *Helicam & Eileke*, Trithemius in Chron. Hirs. p. 564. ad An. 1235. *Adelheidam*, Meibomius l. de Erectione Ducat. Brunsvvic. p. 499.
D *Gertrudem*, alii *Irmengardem*, rectius verò Rittershusius in op. Posthum. Exeg. Hist. Geneal. *Irmentrudem* vocârunt, matrimonio juncta fuit *Hermanno IV.* cognomine *Pio* & Bellicoso Marchioni Badensi, Hermanni III. March. Veron. & Badens. filio A. 1243. 4. Non. Octob. defuncto, ut rectè *Reusnerus* in Geneal., *Chron. Augustense* & *Australe*, *Schurtzfleisch* de rebus Badens., *Imhofius* lib. cit. (quam tamen alii, ut *Trithemius* in Chron. Hirsaug. p. 564.,
E *Henningesius* in Theat. Geneal., *Meibomius* lib. cit. *Henrico* Hermanni jam memorati Marchionis fratri nupsisse perperam scribunt) Obiit tandem hæc Anno 1259. 25. Februar. decimo sexto videlicet anno post mariti obitum, sepulta juxta maritum, cui dotis loco attulerat *Durlacum*, *Heidesheimium*, *Pfortzheimium*, *Etlingam* aliaque cum suis pertinentiis vid. Hofman. in Dict. Histor. p. 760. reliqua una cum Palatinatu Rhenano *Otto Illustris* Bavariæ
F Dux ratione uxoris obtinuit.

5. *Maria*, hanc Otto IV. Imp. *Hamburgi* in infantia An. 1202. despondebat *Waldemaro Duci Slesvvicensi*, Canuti Daniæ Regis fratri, sed domum ducta non fuit, hinc eandem non diu post è vivis sublatam fuisse judico. vid. Meibom. in Apolog. pro Otton. IV. Imp. p. 156.


Henrico autem Rheni Palatino, ut dictum, absque masculis defuncto,
G duo ejus Generi *Otto Illustris Dux Bavariæ* Comes Palat. Rheni, & *Hermannus Marchio Badensis* jus suum, quod *in territorio Brunsvvicensi* se habere putabant, ut loquitur Meibomius l. de Erectione Ducat. Brunsvvic., *Friderico II.* Imper. jam dudum Saxoniæ inhianti pro certa neque adeo magna pecuniæ summa An. 1227. *vendidére*, Trithemium quidem affirmare *Ottonem* Bavarum ab *Henrico* Rheni Palatino Palatinatum Rheni *dotis lo-*
H *co* accepisse, Badensi verò cessisse in dotem quicquid *in Saxonia* socer habuerat, & ab hoc *Brunsvvigam* Imperatori fuisse venditam; verùm cum nullos alios assertores hæc sententia habeat, & Diplomati etiam Friderici II. Imper. repugnet, in quo nulla dotium aut terrarum per dotem receptio-

ceptionis fit mentio, meritò repudiamus. Erant enim *Brunsvviga*, *Luna-* A
burgum, *Cella*, *Hanovera* & *Comitatus Stadensis* (de quo vid. Diploma Friderici II. Imp. dat. Augustæ Vindel. 1235. ult. Octobr. apud Meibom. l. cit. p.208.) aliæque urbes, quas *Henricus Leo* post calamitatem ad posteros transmiserat, bona allodialia, seu ut loquitur Crantzius, *peculium*, quod ad fœminas etiam transire poterat, *Otto* autem, Henrici Palatini *ex fratre nepos*, de hac venditione edoctus, se suaque familia indignum putavit, si primogeni- B
torum suorum bona optimo jure ad se devoluta, ab exteris pateretur occupari: habito itaque consilio cum consanguineis *Johanne* & *Ottone Marchionibus Brandenburg*. de urbe Brunsvvicensi recuperanda serio cogitabant, quod etiam Otto cum 2000. Equitibus & peditum cohortibus aliquot, positis ad Riddageshusium castris, muris deinde *auxilio ipsorum civium Brunsvvicensium* transcensis, feliciter perfecit, urbemque eodem A. 1227. occu- C
pavit. Imperator *Fridericus* nondum hoc cognito filium suum *Henricum Regem* ad urbis territoriique Brunsvvicensis possessionem capessendam misit, eumque ad hoc deducebat *Otto Bavarus*, suo & Hermanni nomine urbem Imperatori traditurus, verùm, cum de stratagemate Ottonis cognomento pueri audivissent, re infectâ inglorii redierunt ad sua. adde Albert. Stadens. ad A. 1227. D

Porrò Henricus Rheni Palatinus noster in insignibus gessit Leonem, vidit Clariss. Meibomius duas ejusdem literas originales cum sigillis appensis, quorum unum hic ex ipso Meibomio exhibemus, in quo Eques conspicitur altera manu vexillum tenens in quo Leo, & in Scuto pectori appositio, iterum Leo insculptus est cum hisce literis Marginal: HEINRICUS. DI.GRA.DUX.SAXONIE.ET.COMES.PALATINUS.RENI. v. Meib. E
in Diplomat. Ottonis IV. Imp. ad Apol. p.158. & in not. ad Aur. Bull. Andronici Imperat. Constantinop. p.484. Ejusdem magnitudinis Sigillum, quo postea usus est *Adolfus Comes Palatinus Rheni* Elector cum equite & vexillo, scutis tamen aliter locatis, vidi in literis feudalibus datis Nassovio, quæ in Archivo Nassovio-Dillenburgico asservantur & de quibus supra c. 2. dictum fuit, simili ferè modo *Rupertum Seniorem* Adolfi fratrem insignia gestasse, F
docent Leodius in vita Frid. II. Elect. Palat. l. 1. p. 13. & Freherus, qui c. 13. Orig. Palat. Ruperti sigillum se vidisse testatur, habens Leonem absque rutis appensum literis ita ordientibus: Wir Ruprach Pallinsgreve byme Ryne/Hertzonge zu Beygern. &c. hujus ut & fratris Rudolfi ejusque Patris Ludovici Comitum Palatin. Rheni sigilla ex Gebvvoldo in Epist. monitor. ad Freher. hic quoque subjicere placuit. Quantum autem ad supradictum *sigillum Hen-* G
rici Palatini nostri, certum est, Henricum Leonem Saxoniæ & Bavariæ Ducem, Patrem Henrici Palatini Leonem quoque in Sigillis habuisse, uti cognoscere licet ex literis ejus & Sigillo de A. 1146. quod exhibet Meibomius in not. ad Chron. Riddageshus. p. 413. in quo etiam vir armatus equo insidens manuque vexillum tenens, cum Leone conspicitur; verisimile etiam est, Majores Henrici Leonis (Guelphos) iisdem armis usos fuisse, imò ab his H
cognomentum postea Leonis profluxisse, Meibomius ibidem & in not. ad Aur. Bull. Andronici Imper. p.485. scribit, hinc *Henricus* Bavar. & Saxoniæ Dux, qui alias superbus dictus, ab Helmoldo L. 1. c. 35. & 57. Henricus

A Leo appellatur, adde Crantz. Saxon. l. 5. c. 25. Deinde etiam Gobelinus æt. 6. c. 13. ſcribit: *Nomina* (cognomina vult dicere) *Principum cum nominibus armorum concordabant*; notat & Hoppenrodius in Annal. Gerenrod. apud Meibomium p. 427. *Ecardum Marchionem Saxoniæ*, Gerenrod. Monaſterii Advocatum, & Ottonis I. Imp. pronepotem, Anno 1002. interfectum ab Hermanni Saxon. Dux. filiis, in Clypeo *duos* itidem *Leones* geſſiſſe ere-
B ctos, ejusque inſignia exſculpta fuiſſe in Saxo, quo tecta erat Geronis Marchionis Luſatiæ & Brandenburg. Sandapila in Monaſterio Gerenrodenſi. Hinc quidam, ut Clar. *Freherus* in Orig. Palat. c. 13. & cum eo adhuc nuper Auctor Selectorum JurisPubl. p. 26. autumant, *Henricum hunc Saxonem Rheni Palatinum* omnium primùm *Leonem* invexiſſe in arma Palatinorum Rheni (cum conſtet, Duces & Palatinos Bavariæ ante Ottonem Illuſtrem
C ejusque Patrem Ludovicum Rheni Palatinos Duces Bavar. & majores Wittelsbachios, non Leonem ſed *Aquilam* in inſigniis habuiſſe) quod quidem aſſerere non audeo, veroſimilius autem mihi videtur, *Conradum Sueviæ Ducem* & Palatinum Rheni, ſupradicti *Henrici Socerum* & anteceſſorem, antequam in Comitem Palatinum Rheni eligeretur, eodem modo jam *Leonem*, quo *Fridericus Suevia Dux*, Conradi Palatini ex fratre Friderico I. Imp. nepos,
D etiam in inſigniis uſus eſt, cujus ſigillum hic ex Clariſ. Obrechti Prodromo rerum Alſat. c. 10. p. 229. & Tentzelii Dialog. Menſtr. A. 1691. m. Nov. p. 994. exhibemus, *imò ipſas etiam Palatinorum rutas* (quarum Originem ipſe Cl. Freherus in Orig. Palat. c. 13. ignorat & Bavarica arma interpretatur) in inſignïis geſtâſſe; Deinde certum quoque eſt, alterum Friderici I. Imp. Sueviæ Ducis filium *Philippum* (cujus Sigillum ſe vidiſſe teſtatur Lehman. in Chron.
E Spirenſ. l. 5. c. 69.) Equitem Leonem quoque in ſcuto geſtantem eodem modo, quo is in Friderici Sueviæ Ducis Sigillo hic conſpicitur, pro inſigni habuiſſe. Clarum itaque eſt, jam *Sueviæ Ducibus* Leonem hoc tempore pro inſigni fuiſſe, & *Conradum* Suevum, Rheni Palatinum poſtea factum, eundem *Leonem pro inſigni retinuiſſe* atque ad Poſteros & ſucceſſores una cum Palatinatu Rhenano transmiſiſſe, eoque magis, quod primos & antiquiſſi-
F mos ex Domo Bavarica deſcendentes Rheni Palatinos, *Leonem* pro inſigni nondum habuiſſe, certum quoque ſit. Ego ſanè, cum hoc anno 1699. 4. Kal. Octobr. Monaſterium ad Lacum diœceſeos Trevirenſis perluſtrarem, & *Henrici Rheni Palatini Domini de Lacu* (qui Hermanni Bavari, Rheni Palatini nepos A. 1045. Ottoni in Officio Palatii ſucceſſit, uti ſupra c. 10. dictum) literas Originales fundationis Monaſterii ad Lacum inſpicerem, in ſigillo
G eisdem appenſo 4. digitorum largo (de quo ſupra c. 9. dictum) neque Leonem Palatinum, neque inſignia Bavariæ deprehendi, ſed non niſi equitem, ſeu Henricum noſtrum Palatinum galeâ & loricâ ornatum equo inſidentem, ſcutum juxta pectus ejus Leone vacuum, manuque alterâ lanceam tenentem, prout hic conſpicitur, cumque ex Rev. Dom. Clemente Aach ejuſdem Monaſterii Priore aliisque Monachis adſtantibus, ſigillumque illud mecum ac-
H curatius inſpicientibus quærerem, num in eo Leonem obſervare poſſent, omnes id uno quaſi ore negarunt, in margine verò ſigilli hæc verba leguntur: HENRIC⁹. COMES. PALATIN⁹. RENI. ET. DNS. DE. LACU. Nullus pariter Leo apparet in Sigillo *Sigefridi Palatini Rheni* ejus-


1
+ HENRIC9 COMES PALATIN9 RENI ET DNS DE LACV.


2
SIFRIDVS COMES PALATINVS RENI


3
WILLEHELM9 COMES PALATIN9 DE RENO



4
+ FRIDERICVS DEI GRACIA SVEVORVM DVX


5
+ HEINRICVS DI GRA DVX SAXONIE ET COMES PALATIN9 RENI


6
RUDOLF DEI GRA COMES PALATIN RENI DVX BAWARIE


7
RVPERT DEI GRA COMES PALATIN RENI DVX BAWARIE


8
LODWICVS DEI GRA COMES PALATIN RENI DVX BAWARIE



ejusdem Henrici privigni, hæredis & in Palatinatu Successoris, quod cum literis ejus Originalibus (vid. infra in Codice Diplomat. Palat.) in dicto Monasterio eodem tempore accuratius contemplatus sum. Idem quoque observavi *in Sigillo Wilhelmi Comitis Palatini Rheni*, filii jam dicti Sigefridi, quod in Monasterio Sprenckersbacensi mihi à plurimum Reverendo & Nobiliss. Domino ab Entzenbroch ejusdem loci Abbate ostensum fuit ex Archivo 10. Kal. Octob. Manifestum itaque est Leonem in posteris demum temporibus à *Conrado Suevo* Palatino Rh., & non à genero ejus *Henrico Brunsvvicensi*, armis Palatinis invectum fuisse, proinde non attendendus hoc in passu *Leodius*, quando l. 1. pag. 13. de Henrico Palatino Rheni, Domino de Lacu, argumento ex fallaci aliqua picturâ desumto refert: *Notatu*, inquit, *dignum, quod licet Henricus hic se duntaxat Comitem Palatinum, Dominum de Lacu scribat, nihilominus tamen insignia Bavariæ in dextro suæ Clamidis latere, & in sinistro flavum Leonem sine corona in nigra planitie cum duplici cauda depicta cernuntur, ut credibile sit, eum ex Bavarorum & Palatinorum progenie descendisse, ex Stemmate scil. Werneri de Scheuren* (Hermanni rectius scripsisset Leodius, qui Arnulfi Schirensis Palatini Bavariæ frater, Henrici verò jam memorati Palatini avus erat) verùm quid de pictoribus atque poëtis in rebus Historicis sit sentiendum, doctiores judicent, quodque à b iis non sit petendum judicium, Freherus verò noster in Orig. Palat. p. 71. *Leonem Palatinum* paulò altius repetit, cum enim constet, Cimbros Taurum, Gothos ursum, Alanos Canem, Trojanos Scropham, Persas Sagittarium, Thraces Martem, Scythas fulmen in suis insigniis & clypeis quondam gestâsse, sic Saxones Veteres Equum, Francos Reges Leonem sibi assumsisse, teste Hunnibaldo, sic Palatinos quoque à Pipinis, Franco scil. sanguine descendentes, omnesq; alias à Francis propagatas gentes & familias ad originem suam denotandam, Leones ferre studuisse, ut de Hollandiæ Comitibus testatur Hadr. Junius in Batav. c. 9. p. 97. vidi, inquit porro c. 13. p. 2. p. 118., signum secretum Ruperti Com. Pal. Rheni, habens solum Leonē absque illis rectis appensum literis, cum hac inscriptione: Wir Ruprächt Palsintzgreve bynne Ryne / Hertzouge zu Beygern. etc. Invenio & Rupertum Seniorem C. Pal. Rheni Comitibus Nassovicis Adolfo & Johanni, filiis Gerlaci Com. Nass. in Wisbaden, Adolfi Imperat. nepotibus, insigne hoc Spiræ A. 1353. in feudum rectum dedisse Leonem aureum inter 2. cornua Galeæ impositum, quem ipsi & eorum primogeniti ad honorem & recognitionem prædicti Principis gestarent, & plerique alii Vasalli Illustres Palatini Leones in armis gerunt, ut Seynenses, Witgensteinii, Solmenses, Nassovici, Leonsteinenses aliique, non dubium argumentum Clientelæ Palatinæ. hucusque Freherus, & Gelenius in Vindiciis B. Richezæ Reg. Poloniæ & Rheni Palatinæ. c. 3. ex Aventin. l. 1. hæc tradit. *Alemannus Herculis undecimi Germanorum Regis, primi verò Bojorum Conditoris insigne fuit Leo, qui posterorum è Domo Bavarica insignibus etiamnum inhæret*. Meibomius verò, Abr. Ortelius, Jac. Mejerus aliique aliud annotant de hoc Leone, & Hollandos, Geldros, Flandros, Juliacenses, Montenses, Nassovios, aliosque Comites, cum expeditionem in Palæstinam contra Saracenos susciperent, uniformia Leonis insignia sibi assumsisse scribunt. Ita enim Meibomius in not.

 ad

A ad Aur.Bull.Andronici Imp.Conſtant.pag.485. Cæterum in inſigniis mutandis magnam ſibi olim libertatem permiſiſſe Principes in confeſſo eſt: Sic conſtat,Principes, Comites, Dynaſtas per Belgium & vicina loca, cum bello ſacro nomen dediſſent, uniformia Leonis inſignia ſibi aſſumſiſſe, ſic ut Gelder binos, Batavus, Selandus, Flander, Juliacenſis, Montenſis, Jeverenſis, Brederodius, Culenbergius, Blanckenheimius, Naſſovius aliique plures Dynaſtæ unum ſibi Leonem eligerent, quæ inſignia poſteri minimè mutarunt. & Ortelius in Theat. Orbis Ter. in deſcript. Flandriæ ita: Flandriæ inſigne eſt Leo Niger in campo aureo, quem una cum cæteris Belgicis Principibus, qui ſimul cum Philippo Elſatio in Syriam expeditionem parabant, pro inſigni ſumſiſſe creditur, eo enim tempore hi Principes Flander, Lovanienſis, Hollandus, Lucemburgicus, Brabantus, Zelandus,
C Friſius,Hannonius.etc. mutatis inſignibus priſtinis, Leones coloribus inter ſe differentes ſibi cepêre. Et J. Meyer in Annal. Flandr. pag. 52. Anno, inquit, 1178. Philippus Comes Flandriæ ſolvens è Syria Conſtantinopolim conceſſit ad Manuelem Imperat., rediitq; inde terreſtri itinere demum menſe Octob., inſignia autem Nigri Leonis quidam hac peregrinatione de Nobilionte Abilioneorum Regulo pars de Saracenis ante Mediolanum, neſcio
D quo tempore per Philippum capta putant, alii verò, quod propius vero ſit, concordi aſſenſu à Principibus Belgarum expeditionem in Syriam parantibus *variorum colorum Leones* aſſumtos eſſe volunt, relictis veteribus inſignibus. hucuſque Meyerus. Verùm cum tota res non careat difficultatibus, in medio relinquimus, videant autem atque penitius inquirant in Originem Leonis curioſi artis Heraldicæ indagatores. Addam ſaltem hic co-
E ronidis loco Freheri noſtri opinionem de Origine Leonis Palatini: Neque tamen, inquit, diſſimulabo, quod ſæpè mihi in mentem venit, poſſe ipſum *Henricum Palatinum Leonis filium* illum (colore tantùm differentiæ ergo immutato) in arma Palatina domo ſuâ attuliſſe videri,id eſt è domo Saxonica Brunovicenſi, cui eo ævo Leones quatuor pro inſignibus geſtati. Ipſe enim genitor, ut à virtute Leonis cognomen accepit,ita feram illam ingenti mo-
F le è metallo conflatam, in medio foro urbis Brunoniæ collocatam & in altum erectam habebat, ubi hodiè adhuc illam ſtare audio, & in moneta quoque civitatis repræſentari videmus. De qua elegans locus eſt apud Continuatorem Helmoldi l.7.c.18. : Cum igitur apud Brunſwick,ubi Rex feſtum Pentecoſtes ſolenniter celebravit, omnium lætitia abundaret Bernhardus Dux intuitus Leonem fuſilem, qui à Duce Heinrico ibi ſublimatus
G eſt, ait: Quouſque hiatum vertis in Orientem? Deſine, jam habes, quod voluiſti. Convertere nunc ad Aquilonem. His verbis omnes in riſum convertit, non ſine admiratione tamen multorum, qui hoc dictum altius intelligebant.

CAPUT

CAPUT XVII. A

De Ludovico I. Comite Palatino Rheni Duce Bavariæ.

LUdovicus I. Comes Palatinus Rheni & Nemoris, Dux Bavariæ, *Gemini Pontis* & *Staleckæ* Dominus *Heidelbergæ*, &c., filius *Ottonis V.* Majoris dicti *Wittelsbachii* Palatini Bavariæ, & in Ducem Bavariæ A. 1180. B
3. Id. Jul. electi, proscripto videlicet ab Imp. Frid. I. *Henrico Leone* Bavariæ & Saxoniæ Duce, *ex Agnete* filia, ut Bavari volunt, *Theodorici* Comitis *Wasserburgici*, vel, ut D. Blondell. in Genealog. Franc. tab. 129., *Ludovic* Comitis *Lossensis* & *Irmengardis à Rheinecke*., Natus A. 1174. . . . . . in arce Veteri Kelheimensi. Patre enim A. 1183. 5. Id. Julii è vivis sublato, infans adhuc & C
minorennis erat, ideoque tutores accipiebat Patruos, *Fridericum* scil. Barbatum dictum Bavariæ Ducem, & *Ottonem* juniorem Comitem 6. Wittelsbachium Palatinum. Hoc quoque Anno 1144. *Monachium* ab Henrico Leone exstructum ex Aventino docet Calvisius.

A. 1191. in Comitiis Wormatiensibus virilem togam assumsit, ubi Patrui tutores ejus ipsum ense, scuto & framea exornârunt, Cæsarique *Henrico* VI. D
obtulerunt (nec enim cuiquam, teste Aventino l. 7. pag. 524., arma sumere antea licebat, quàm Cæsar is ornaturum approbâsset) à quo in Parris locum & dignitatem ibidem est suffectus. In iisdem quoque Comitiis Imperator fratri suo *Conrado* Sueviæ Ducatum decrevit: *Philippo* verò alteri fratri *Hetruriam* & *Spoletanum Ducatum*, rejectâ *Welforum* stirpe concessit. Interim *Ludovico* D. absente *Albertus* Comes *à Bogen* maritus *Ludmillæ* (quæ postea E
etiam Ludovico nostro nupsit) & *Henricus* Comes de Ortenberg bello se invicem ob limites & venationes lacessunt. Albertus *Ottocarum* Bohemiæ Ducem affinem sibi associans, Bavariam invadit finesque ejus igne ferroque vastat; *Ludovicus* Bav. D. domum rediens hæcque prohibiturus, obviam quidem armatus pergit, verùm ab *Alberto* A. 1192. prælio victus, fugatusque fuit. Multi capti, cæsiq; viri, fœminæ & puellæ in Bohemiam abductæ; templa di- F
repta & incensa. In altera Danubii parte *Luitpoldus* Austriæ Dux, *Bertholdus* C. *ab Andechs* Dux Dalmatiæ, Meraniæ aliique Kalendis Octob. arma sumunt contra *Rapotonem* & *Henricum* fratres, pacis publicæ violatores in finibus *Norici* & *Vindelic*. omnia vastant, Artenburgum castrum obsident. *Ludovicus* noster *Carnoburgum* arcem & vicum (inter Oetingam & Wasserburgum) quam arcem *Angelbertus* Patruus Artenbergensium tenebat, obsidet & capit: Verùm cum non satis resistere hostibus eosque compescere G
posset, Imperatoris auxilia implorat, qui in Hyberna Ratisbonam secedens *Bavaros*, *Noricos*, *Austriacos* aliosque ab armis desistere jubet, atque de authoribus seditionis pœnas sumens, *Albertum* Com. *à Bogen* in Apuliam relegat, *Ottocarum* Bohemiæ Ducem Ducatu privat.

Eodem A. 1192. *Luitpoldus VI.* cog. Victoriosus Austriæ Dux certior fa- H
ctus est à *Wernero* Carinthiæ Præfecto, *Richardum* Angliæ Regem (qui in Palæstina in obsidione Ptolomaidis insigni contumelia affecerat *Luitpoldum* Ducem, atque vexillum ejus, quod in turri quaquam posuerat, dejici & luto

pedibus.

A pedibusque conculcari jusserat,gloriam captæ urbis sibi soli vindicans, Isaacium quoq; *Comneü* Cypri Regem, cui *matertera Luitpoldi* uxor erat,capite diminuerat totamque Insulam sui juris fecerat) domum ex Palæstina reversurum naufragium passum, & omibus ferè rebus amissis in maris Illyrici litus ejectum fuisse. *Richardus* Rex assumto inde Templarii habitu,cum paucis per Aquilejensium agrum & Carinthiam incognito Viennam venit, ubi B in hospitio sedens ad ignem & Gallinam assans (vid. Albert. Stadens) ex annulo per hospitem cognitus *Luipoldi* mandato in vincula conjectus 12. Kal. Januar. 1192. (vid. Guielmi Neubrigens. rer. Angl, l. 4. cap. 29.) & septimo die pòst *Ratisbonam ad Cæsarem* missus fuit. *Philippus* vero Rex Franciæ cognita ejus captivitate Normanniæ urbes cito occupat. Tandem *Richardus* Rex datis Imperatori & Luitpoldo obsedibus Ottone C videlicet & Wilhelmo filiis Henrici Leonis, qui affinis Regis Richardi erat(vid. Meibom.Apol,pro Ottone IV. Imp. p. m, 269.) & solutis *marcarum quinque millibus* Luitpoldo,uti ipse Alberto Bavariæ Dynastæ & hic ad Cælestinum Papam retulit. vid.Aventin.Cluver' verò in Hist.Univers, p.458. ex *Ottone de S.Blas.* c.38. refert,Regē à Cæsare *non dimissum*,nisi se 100000. & 500. pondo argenti redemisset.Libertati restitutus & dimissus fuit A.1194. D mense Januario, & 13. Kal. April. in Angliam rediit. vid Hoveden. Hist. Angl., Guielm.Neubrigens.l.4.c.29., Meibom.in not. ad Gerhard. Stederburg.p.m.267., Imperator acceptam postea pecuniam militibus distribuit.

Eodem Anno 26. Dec. idem *Luitpoldus* Dux equo delapsus crus fregit, quo deinde ob gangrænam serpentem ablato obiit: Kal. Januar.1195. v. Otto de S. Blas, Guielm.Neubrig. H. A. l. 5. c. 6., Roger. de Heved.pag.748., E Chron.August. edit. à Frehero, Adelreitz. Ann.Bav. *qui antequam moreretur*, ut annotat *Gerhardus* Stederb., *serò pænitens Wilhelmum Henrici Leonis filium,quem habebat in pignore,Regi Hungariæ Henrico Leoni reddendum transmisit,sed & hoc arte Imperatoris impeditum est.*

Anno eodem 1195. *Henricus* Imperator (qui A. 1194. mense Junio secundam ejus expeditionem in Italiam susceperat) ex *Sicilia*, ubi fratri suo *Philip-* F *po Irenem* Isaaci Imperatoris Oriental: filiam desponderat Panormi, in Longobardiam mense majo rediens Germaniamque adiens, *Gailenhusii* magnum Principum conventum egit.

A. 1197. Imperator exercitum in Palæstinam præmisit contra Saracenos, de quo supradictum, Ipse mense februario Norimbergæ Torneamentum s. ludum equestrem habuit, præsente & *Ludovico* nostro Bav. Duce, non diu G post Italiam Siciliamque repetiit.

A.1198. *Henrico* Imper. III. Kal.Oct.in *Sicilia* defuncto,frater ejus *Philippus* nepotis sui Friderici II. Panormi A. 1193. 26. Decemb. in lucem editi tutor, quantis pouit itineribus in Germaniam contendit,haud sine vitæ periculis, ibique omnium primò *Cæsar salutatus est à Ludovico* nostro, consentientibus Suevis, Noricis, Austriacis.etc. At Coloniensis & Trevirensis H Archi-Episcopi jussu Pontificis Romani, Saxones etiam promissionibus *Richardi* Angliæ Regis inescati,nepotem ejus ex sorore Mechtilde *Ottonem IV.* ad summam Imperii potestatem extollebant, quem postea Anglus etiam pecunia adjuvit, contra *Philippum*.

Philippo

Philippo verò Philippus Franciæ Rex auxiliis adfuit: Sic Germania longis A
hisce dissidiis bellisque intestinis conquassata misereq; fracta, sibimet ipsi suas
ducere exequias videbatur.

A. 1201. exortâ lite *Ludovicum* inter & *Eberhardum Salisburg*: Archi-Epi-
scopum ob clientelam & Parochiam Oetingensem, Bavaria iterum affligi-
tur, *Eberhardus* enim arma sua suis suffraganeis jungens, ex improviso Ba-
variæ fines invadit A. 1202. omnia rapinis, incendiis atque cæde implet, ve- B
rùm mox verus & æternus Pastor, ut loquitur Aventinus, gregem suam ul-
ciscitur: *Juvavia* enim & *Fruxinum* cum Templis incendio conflagrant.

A. 1202. *Ludovicus* Dux *Teisbach* inferioris Bavariæ Regiam ad Episcopum
Ratisbonensem spectantem obsedit insidiisque capit & diruit. Interea *Philip-
pus* & *Otto IV.* Reges vario marte præliis disceptant, de quo in Henrico Palat.
dictum, & Pater adversus filium, frater adversus fratrẽ, Papa concitante, con- C
fligere cogitur, se invicem sanguine polluunt. v. Aventin. *Philipp'* Rex *Henri-
cum* Carinthiæ & Histriæ Præfectum *Ottonis* Regis partes strenuè tutantem
honorib' & dignitate privat, *Carinthiã* & *Histriam Ludovico* Bavariæ Duci in
tutelam committit. Hisce temporibus *Ludovicus* Dux quoque *Xenodochium*
Ratisbonæ in altera Danubii ripa ad pontem lapideum exstruxit.

A. 1204. vertente *Ludovicus* noster uxorem duxit *Ludmillam* filiam, ut an- D
notant recentiores tabulæ Genealogicæ Tubingenses, Ducis Suidnicensis,
viduam *Alteri* Comitis *à Bogen* A. 1198. æt. 33. defuncti, ex quo ipsa 3. filios
peperit *Luitpoldum* sacerdotem, *Bertholdum* & *Albertum*, quas Ludovici nu-
ptias Andræas Presbyter Ratisbon. in Chron. D. Bav. præpostero ordine, an-
notante Cl. Adelreitzero, in annum 1224. collocat. Hic enim easdem in
Annal. Bavar. rectius hoc modo describit: *Ludmillam, quam Aventinus* E
*more suo Græcanico Laodamiam appellat, alii nobilissimo Bohemorum sanguine
natam, alii Regis Poloniæ filiam existimant, utrum libet verius sit, tamen con-
stantem ab Historicis laudem habet pietatis, honestatis & solertis ingenii. Primis
nuptiis fuerat alligata Alberto Comiti à Bogen, atq; ex eo 3. filios procreavit, mari-
to defuncto laudatissimè vidua vixerat per 6. años cum Ludovicus Dux ejus formâ
& integritate modestiæ delectabatur, frequens ad eam familiariter revisebat, non* F
*dissimulans vota ipsi' thoro potiundi, non respuit quidẽ illa familiaritatẽ, negavit
tamen se extra matrimonii sanctitatem quicquam geniale admissuram: Si cum
honore, adhibitis, quos ipsa produceret, sponsionis testibus, duceretur, nihil futu-
rum moræ, quo minus ille voto potiretur: Post siparium abdiderat 3. optimi san-
guinis Equites, totidemq; habebat in lectica conopæo depictos. En, inquit illa, digito
in picturam intento, testes pacti, quod mecum es initurus, ille per jocum à Ludmilla* G
*arbitros ejusmodi ratus adhiberi, ilico matrimonium prolixè addixit: tunc illa
reductâ altera parte siparii, ad vivos sponsionis testes: audistis, inquit, viri Nobi-
les, à Principe Ludovico mihi nuptiarum fidem esse promissam; audimus utiq; re-
sponderunt, & sponsionem testamur porroq; testabimur: obstupuit Ludovicus fœ-
minæ ingenium, seque domum recipiens regio cultu nuptias adornavit A. 1204.
anno vertente, sicque Ludmillam nuptum duxit, ex quâ Ottonem Illustrem* H
*suscepit, cujus ortus magna attulit Boicæ emolumenta: nam antequam nasce-
retur Otto, Ludovicus Dux cum Conrado Epis. Ratisbonensi pacem hisce
legibus iniit, ut si Dux nullam ex justo thoro ferret prolem, Episcopo Ra-
tisbon. cederet* KELHEIMIUM, LENGENFELDAM, *aliaque trans*

A *Danubium loca cum Landshuta, contra, si ille legitima prole donaretur, jus esset Duci Comitiis Pontificiis interesse cum potestate suffragii, Toparchia, quæ in Oeni valle est, una cum arce clientari beneficio eidem Duci permitteretur, ut fecernerentur, quæ Duces Bavariæ cum Episcopis in urbe Ratisbonensi communia ad tollendas litium occasiones, quæ pacta Philippus Imp. Diplomate probavit.* hucusque Adelreitzer l. c. ex Hundio & Arensbeckio. *Ottocarus* Bohem.
B Dux hac affinitate delinitus, suasu *Ludovici* Bavariæ Ducis ab *Ottone IV.* ad *Philippum* defecit: Philippus inde permotus eundem & simul ejus perpetuo ordine successores in Publicis Comitiis regio Diademate insignivit Regemque creavit. v. Lupac. Ephem. Bohem. ad 6. Jun.

Eodem A. pax & transactio facta est inter *Eberhardum* Archi-Epis. Salisburg. *&* *Ludovicum* nostrum. v. Chron. Augustens. *Landshuta* ad Isaram,
C (quam *Otto* pater Ludovici nostri, cum jam Ratisbona in liberam urbem Imperialem commutata esset, A. 1180. exstruxit, vel in urbis formam redegit. v. Avent. & Calvis. in Chronol.) à Ludovico amplificata & arce ornata est, (quam quidam *Trausfnitz* dixére, aliud etiam est *Trausnitz* propè Naburgum, ubi Fridericus pulcher Rex, Austriæ Dux à Ludovico V. Imperat. prælio captus custoditus fuerat, quod postea nobilibus de *Sparneck* cessit.) v. Steronis
D Annal., Chron. Augustens., Arensbeckii Chr. Bav., Andræam Ratisbon., Adelreitz. l. c. ad h. A., ita ut urbs hæc sub Ludovico maxima caperet incrementa. Hinc & Ludovicum authorem hujus urbis fecére Stero, Arensbeckius, & Andræas l. c. Postea in eadem urbe & Ecclesia S. Martin. An. 1320. turris ingentis altitudinis exstructa fuit, *Xenodochium* etiam *Monachii* pro
E pauperibus sumtibus publicis sustentandis instituit: Aventin., & *Dingelfingam* ampliavit.

A. 1205. 2. Id. Jun. *Ludovicus* Bav. Dux Aquisgrani fuit apud *Philippum* Imp., uti patet ex Diplomate apud Ægid. Gelen. in Hist. S. Engelb. p. 31. & 33., Cæsar. Heisterb. Dial. l. 1. c. 31. Hoc anno Philippus Imp. *Ottonem Comitem Palat. de Wittelsbach*, Ludovici nostri patruelem, cui filiam suam *Cunigundam*,
F ut sibi Bavaros conciliaret, desponderat, ob *homicidiū* verò postea perpetratū repudiat, & *Wenceslao* Ottocari Bohemiæ Regis filio matrimonio jungit.

A. 1207. mense Octob. *Ludovicus* noster Comitiis Augustanis interfuit, ubi actum de pace inter *Philippum & Ottonem IV.* Reges, ita ut filia *Philippi* Imp. *Elisabetha* desponsaretur Ottoni: Deinde ut Otto regno se abdicaret
G regnique titulo cederet, Philippo verò in Imperio succederet. Verùm antequam pacificatio hæc ad finem perduceretur, *Philippus* occiditur ab Ottone Wittelsbachio. Bavariæ Palatino. v. Arnold. Lubecensem.

A. 1208. *Otto* Bavariæ Palatinus vindicaturus repulsam & injuriam sibi à Cæsare *Philippo*, ob denegatam filiam illatam, assumtis secum rebellionis sociis *Echerto* Epis. Bambergensi & *Henrico* Marchione C. de *Andechs* Histriâ
H & Carinthiâ pulso, Palatium Bambergense & simul *Cameram Regis* intrat, simulans ac si aliquid secreti cum Rege *Philippo* loqui vellet, Regemque inter lusum aleæ, ut volunt, post incisionem venæ gladio evaginato adoritur nihil mali suspicantem, (& cui tunc nemo præter Cancellarium & *Henricum Truchsessium* de Waldburg præsto erat) eique venam unam organicam in collo amputat, quo vulnere paulo pòst obiit 8. Kal. Jul. Henricum Truchsessium regressum ejus impedire conantem etiam graviter saucias,

sicque

ſicque ferro ſibi viam aperiens erumpit ad ſocios ſuos, quorum ope feliciter A
tunc evaſit. *Ecbertus* in Hungariam ad Sororis maritum, *Henricus* verò ab Andechs in Palæſtinam fugit. *Otto Wittelsbachius* in Bavaria vagabundus oberrat, quo proſcripto *Rapoto* Comes *ab Artenburg* in Comitiis Auguſtanis A. 1209. Bavariæ Palatinus eligitur. v. Arnold Lubec.l.7. c.14. apud Meibom. in Apolog.pro Ottone IV. p.347., Chron. Auguſtenſ., Bruſch.de Epiſ.Germ. In iiſdem Comitiis 8. Id. Januar. *Ludovico* noſtro, quicquid B
Otto Palatinus & *Henricus ab Andechs* terrarum tenuerant in Bavaria, adjudicatur: ubi & *Otto IV.* Imp. *ipſi* Bavàriæ jura, una cum Dominio *Weringen* & prædiis, quibus *Philippi* filiæ potiebantur, addixit, reſtituitque omnia bona, quibus *Henricus Leo* Bav. Dux exutus fuerat. Ibi etiam Imperator conſilium de expeditione Italica ſuſcipienda aperuit, in 8vis poſt feſtum Pentecoſtes. Imperatorem una cum fratre ſuo *Henrico Rheni Palatino* Herbipolim ve- C
nientem, die Dominica excepit *Ludovicus* noſter cum aliis Imperii Principibus, de quo ſupra in Henrico dictum, ubi ſponſalia celebrata inter *Imperatorem* & *filiam Philippi* Imp., *Leopoldo* Auſtriæ Duce & *Ludovico* Bavariæ Duce Paranymphis. vid. Aventin.

Hoc quoque anno *Ludovicus* Bav. Dux, *Otto à Phalay*, *Henricus Calatinus* arcem *Andechs* mandato Cæſaris oppugnant, occupant ſoloque æquant: D
Glaneck, *Bucheros*, caſtrum *Wittelsbach* (quod ejus avus Otto III. Palatinus Schirenſis, arce Scheurn A. 1076. in Monaſterium verſâ, exſtruxerat) Ottonis Palatini Patruelis ſui itidem funditus evertunt. *Monaſterium* poſtea in eodem loco exſtruxit *Ludovicus*, Ordinique Teutonico inhabitandū tradidit, ex reliquis *iſtius caſtri* Saxis in oppidulum *Aicha* translatis, domum Ordinis Teutonici ædificavit. v. Avent.l.7. Hund. Metrop. Salisburg. t.3. p.112. E

Anno eodem *Ludovicus* noſter cum aliis 14. Bavariæ Præſulibus expeditionis Italicæ, ab Imperatore circa feſtum aſſumtionis B.V.Mar. ſuſceptæ, Comitem ſe præbuit & coronationi Romæ 1209. 4. Octob. feliciter peractæ, interfuit. v. Arnoldi Lubec. Chron. l.7. c.20.

Hoc quoque anno *Henricus Pappenheimius Mareſchallus Ottonem Wittelsbachium*, Cæſaris percuſſorem ſupra memoratum, in ripa Danubii ju- F
xta *Oberndorf*, haud procul à Caſtro ejus Niderſtrang adoritur, eumque multis vulneribus confoſſum interficit, caput ejus in Danubium projicit: corpus verò nono demum anno poſt, permittente Pontifice, in Cœnobio Underſdorf ad majores ſepelitur.

A. 1210. *Ottone Imp.* fulmine Papali percuſſo, Imperii Principes, *Moguntinus* G
videlicet, *Ludovicus* Bav. Dux, *Ottocarus* Rex Bohemiæ, *Luitpoldus* D. Auſt, *Hermannus* Landgravius Thuringiæ aliique conveniunt Bambergæ, ibique *Fridericum II.* Henrici VI. Imp. filium, cui jam in cunis ſacramenta dixere, Idibus Decembris in Imperatorem eligunt, indeq; *Henricum à Neiff*, *Anſelmum de Juſting* Magiſtrum Equitum in Siciliam mittunt, qui electionem annunciantes eum in Germaniam deducerent. Fridericus diu reſtitit & con- H
ſentire noluit, uxore aliiſque Siciliæ magnatibus animum ejus in aliud mutantibus. Poſtremò tamen perſuaſus petitis annuit, & relictâ in Siciliâ uxore Romam, inde Papiam, tandem in Germaniam Aquiſgranum advolat, ubi denuò in Regem à Principibus eligitur.

A Otto Imperator cognito hoc, ex Italia per Alpes in Germaniam, *instinctu Pontificis* & præconio Moguntini jam tumultuantem properat, frustrà Friderici conatus prohibiturus: Siquidem aliquoties ab eodem in fugam actus est. Interim statim ex Italia rediens, conventum Principum habuit Norimbergæ in Palatio

A. 1211. mense Majo circa Pentecosten, v. Gothofred. Colon. Chron. ad B A. 1211. & Sigon. de Regno Ital., ubi & præsente ejus fratre *Henrico Rheni Palatino* Principibus proponit injuriam sibi à Pontifice illatam, innocentiam comprobat, Principum auxilia implorat. Verùm desertus à plerisque in Saxoniam tristis fugit, *Henrico Rheni Palatino* & *Henrico* Brabantiæ Duce agrum Moguntinum circa festum S. Michaëlis miserè devastantibus, ita ut ipse Archi-Episcopus, qui Ottoni semper omnibus viribus restitit, in Thu- C ringiam ad *Hermannum* Landgravium fugere coactus fuerit.

A. 1213. 4. id. Jul. *Ludovicus* noster, Egræ fuit apud Regem Fridericum II., ut patet ex Diplomate ejusdem, quod vid. apud Goldast. in Const. Imp. t. 1. p. 290., postea Fridericus *in festo S. Andreæ*, seu prid. Kal. Decemb. magnum Principum Conventum habuit Moguntiæ v. Trithem. Chron. Hirs. p. 521., Serrar. rer. Mogunt. in Sigefrido I. *Ludovicus* verò Bav. Dux tum intestinis D Bavariæ bellis ita implicitus fuit, ut conventui interesse non potuerit. *Manegoldus* enim Episcopus Bataviens. & *Albertus* Comes *à Bogen*, Ludovici nostri privignus, *Ratiboni* Bavariæ Palatino bellum inferebant. v. Avent. l. 7. Eodem quoque anno transactio facta est inter *Conradum* Episcopum Ratisbonens. & *Ludovicum* nostrum, uti liquet ex instrumento transactionis, quod vid. infra in Cod. Diplomatico Palatino.

E A. 1214. *Ottone IV.* Imp. à Philippo Franciæ Rege prælio 26. Jul. commisso ad Bovinas victo, indeque à suis deserto, Fridericus II. *Lotharingenses, Leodienses, Metenses* omniaque circa Mosam & Mosellam in suam redegit potestatem, atque præstitis fidelitatis juramentis, Aquisgrani à Sigefrido Moguntinensi Archi-Episc. in Regem coronatus est die S. Jacobi, seu 25. Jul. v. *Northof.* in Chron. Marc. & *Gothofred.* Monach., finitâ coronatione Rex F Francofurtum in hyberna se cessit: ex hybernis Rex *Bavariam* petiit

A. 1215., & habito *Ratisbonæ* magno Principum conventu, *Ludovicum* nostrum Bavariæ Ducem ob eximia in eum præstita officia fidemque singularem, proscripto *Henrico* Rheni Palatino Brunsvvicensi, *in Comitem Palatinum Rheni* elegit, eumque de Palatinatu Rhenano eidemque annexo Palatii, Vicariatus & Archidapiferatus officio solenniter investivit, uti Aventinus in G Ann. Bav. l. 7. p. 519. 437. ex Diplomate Regis Friderici II. docet, in quo *Ludovicum Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ dilectum & fidelem suum Consanguineum vocat.* vid. & *Freher.* in Orig. Palat. p. 2. c. 12. p. 87. & c. 17. p. 1. c. 10., *Reusner.* Geneal. D. Bav. p. 210., *Gebvvold.* l. de Septemvir. p. 193., *Nic. Burgund* Hist. Bav. p. 37., *Sprenger.* in Fontib. Jur. Publ. p. 1133., *Bucelin.* Stemmatogr. D. B. p. 38., *Parei* Hist. Palat. p. 75., *Blarer à Geyersberg.* Consiliar. Electoris H Pal. lib. de Electoratu Palat. p. 131. & part. 3. p. 24., *Adelreitzer.* in Annal. Bav., *Spener.* in Oper. Herald. p. 669. Verùm dum *Ludovicus* Rheni Palatinus oppida, castella Palatinatus in fidem suscepturus eo proficiscitur, ipse cum omnibus itineris comitibus ab incolis, nescio quo in loco, capitur & postea

non

non nisi magno dato λύτρω (ad quod soli monachi Schirenses 100. libras Bavar. persolvebant) cum suis dimissus fuit, & omnium rerum oblivio decreta est. Quod autem Ludovicus D. armis perpetrare non poterat, *nuptijs* tandem filii *Ottonis Illustris* cum *Agnete* Rheni Palatina, Henrici proscripti filia, perficere necesse habuit; & sponsalia mediante Friderico II. Imp. Norimbergæ in Comitiis (in quibus Henricus Rheni Palatinus Imperii insignia tradidit. v. Albert. Stadens., Spangenberg in Chron. Mansfeld., & Cuspinian. in Frider. II., & in gratiam ibidem cum Imperatore rediit) A. 1219. facta fuisse autumo. A B

Nuptiæ autem non A. 1215., ut plerique Bavarorum hactenus scripsêre, neque A. 1223. ut Adelreitzer l. cit., & Chronicon MS. Wormatiense, quod asservatur in Bibl. J. Zachmanni JCti & Consiliarii Regiminis Elect. Palat., sed demum A. 1225. in diebus festi Pentecostes Straubingæ celebratæ sunt, de quibus infra. C

Eodem Anno 1215. Ludovicus Palatinus noster cum Imperatore Augustam mense Aprili profectus est, uti apparet ex Diplomate Imper., quod vid. infra in Cod. Diplom.

A. 1216. 5. id Maji. *Ludovicus* Rheni Palatinus *Herpiboli* fuit apud Imperatorem, ut patet ex Diplomate Imperat. Friderici II., quo testis adducitur *Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ*, v. apud Meibom. diss. de Jure antiq. Impp. p. m. 448., & infra in Codice Dipl. Pal. D

A. 1217. *Ludovicus* Palatinus quietè vitam egit in Bavaria, & oppidum Straubingam adhuc construere cœpit, quod tamen Chron. Augustense. ad A. 1216. refert.

A. 1218. Ludovicus Palatinus eandem ad Danubii ripam urbem mœnibus cinxit, atque in urbis formam redegit, ubi postea *Albertus* Bavariæ Dux, Ludovici Imperatoris filius *arcem* quoque circa A. 1392. exstruxit, sibique sedem posuit v. Avent. l. 8. Hoc etiam anno *Ludovicus Carinthiam* & *Histriam* Imperatori Friderico reddidit, qui easdem provincias postea *Bertholdo* Comiti ab Andechs administrandas concessit. E

A. 1219. *Ludovicus* Rheni Palatinus ad *Comitia Normbergensia* profectus est, uti apparet ex Diplomate Imperatoris dat. 1219. 6. id. Novemb. vid. apud Goldast. in Constit. Imp. t. 1. p. 292., & infra in Cod. Diplom. Pal., ubi, ut dictum, *Henricus Comes Palatinus Rheni* Imperii insignia Imperatori tradidit. v. Cuspinian. Eodem quoque anno *Ludovicus* Palatinus, ut annotat Chronicon August., cepit munitionem civitatis *Hallis* in monte Grinte, quæ ab Eberhardo Archi-Episc. Salisburg. sub forma quadam compositionis destructa est. F G

A. 1220. Fridericus II. Imp. Italiam petiit, & *Romæ* 10. Kal. Decemb. coronatus est. *Ludovicus* verò Palatinus noster, *Andreas* Rex Hungar., *Eberhardus* Archi-Episc. Salisburg., *Luitpoldus* Austriæ Dux, *Ulricus* Episc. Batav., *Albertus* & *Bertholdus* fratres *Comites à Bogen*, privigni Ludovici Palatini alijque expeditionem in *Palæstinam* suscipientes cum 70000. armatis bellum in principio satis prosperum gerunt: Petitur classe *Damiata* munitissimum Ægypti emporium, turrisque validissima Saracenorum expugnatur & exstincto *Saphadino* Ægypti Sultano, filius ejus *Conradinus* Damasci & H

 Hie-

A Hierosolymarum Præfectus pacis conditiones offert, & *S. Crucem* aliaque se redditurum pollicetur. Oblatas approbabant *Franci, Germani, Angli, Itali,* obstabat *Pelagius* Cardinalis, perdomandam prius Ægyptum clamitans. Capitur tandem maximo Christianorum labore jam sesqui annum oppugnata *Damiata*. Cùm verò Pelagius eam Pontifici soli attribuere niteretur, irritatus *Johannes Brennus*, Rex Hierosolymarum (cujus filiam Jolen Frid. II.
B Imp. postea Romæ 1225. matrimonio sibi junxerat) *Ptolomaidem* recedit, & vix Principum precibus delinitus, ad castra rediit. Ad hæc Pelagius instabat, *Cairum* exercitum duceret atque Ægyptum subigeret. Regessit *Brennus de Palæstina certamen esse*, armaque non eo, quo nullus usus exstet, vertenda. *Pelagius* pertinacius suæ inhæret opinioni, & *Ludovicum Palatinum* nostrum præcedere, sequi cæteros jubet, quique contra mandatum faceret,
C jam excommunicationis fulmine percussum iri, sicque consultationibus & certaminibus tempus inutiliter teritur & elabitur. *Cairum* tandem execrationis & dirarum magis metu, quàm spontaneâ voluntate à 70000. armatis oppugnatur, Ægyptius *Sultanus* acceptas clades ulturus, igne græco 700. naves nostrorum cum omni annona multisque viris exussit, nostris in obsidione Cairi adhuc hærentibus, Nilus postea annuâ eluvie tumens, adhæc ruptis
D ab hoste cataractis totis castris superfusus, totum ferè exercitum delevit, campum enim universum adeo operuit, ut neque in sicco consistendi neque aufugiendi locus esset. Unde plurimis submersis, reliqui Ægypto cedere coacti sunt, & Damiata hostibus abjurata omniumque copiarum deditio Sultano facienda erat, 30000. captivi à Suldano redditi, sicque tot labores irriti, pax tandem cum Saracenis ad 8. annos sancienda erat. *Udalricus* Episcopus
E Batav. animi ægritudine prid. Kal. Nov. 1220. obiit, plurimi Bavarorum, ut *Luitpoldus à Pleien, Bertholdus Comes à Bogen, Albertus* & *Fridericus*, Juvavienses Antistetes aliique aquis absorpti periére, reliqui Anno seq. 1221. rediére in Germaniam. v. Chron. August. *Ludovicus* Rheni Palatinus noster per mare in Italiam reversus est ad *Imperatorem*, qui cum *Henricum* filium Ludovico Palatino secum in Germaniam reducendum commendasset (vid. Leh-
F man Chron. Spir. l. 5. c. 85.) eundem dispositis Italiæ rebus

A. 1222. sequutus est, teste Sigonio l. de Regno Ital., & Aquisgrani præsente *Ludovico* Palatino in Regem Romanorum consecrandum curavit ab *Engelberto* Coloniensi Archi-Episc. 8. id. Maji. f. die ascensionis Dom., antequam Imperator Italiam repeteret (quod factum post festum S. Johan. Bapt.) recens creato Regi administratores dedit Imperator supradictum f. *Engelber-*
G *tum* & *Ludovicum Palatinum nostrum*, ob exploratam ejus Prudentiam & singularem in Imperatorem fidem, ita ut nullum inter Germaniæ Principes hoc Palatino aut officiis, aut virtute præstantiorem, atque authoritate in Imperio gratiorem sciret, *expressum* insuper addens *mandatum Henrico Regi*, ne quicquam vel privatæ vel publicæ rei absque ejus consiliis statueret. v. Aventin. & Adelreitz. in Annal. Bav. Regi porro *Margaretham*, Luitpoldi Austriæ
H Ducis filiam despondet, quo facto in Italiam abiit.

A. 1224. *Ludovicus* Palat. D. Bav. *Landavium* ad Isaram exstruxit v. Chr. Augustens., Andræam Ratisb. in Chr. D. Bav., Adelreitz. l. c. eodem anno *Henricus* Rex medio Maji conventum Principum egit *Francofurti* præsente & Ludovico Rhen. Palat. nostro.

A. 1225.

A. 1225. *Nuptiæ Henrici Regis* 14. annos tunc habentis (natus enim est A
A. 1211. & electus Rex 1220. Francofurti cum nondum nonum annum attigiſſet v. Lehmanni Chr. Spir. l. 5. c. 85. & c. 78.) cum *Margaretha* Auſtriacâ celebratæ ſunt *Norimbergæ* in caſtro, menſe Novemb. ubi in choreis pavimento fracto 70. circiter homines læſi ſunt, quidam etiam oppreſſi interierunt. Eodem anno Rex nuptiis quoque Ottonis Illuſtris Palatini noſtri interfuit v. Cruſii Annal. Suev. l. 1. p. 3. p. 14., Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 85., Chron. Au- B
guſtenſ. apud Freherum. Eodem etiam in caſtro Norimbergenſi & tempore filia *Ludovici* Landgravii *Thuringiæ*, *Henrico Luitpoldi* Auſtriæ Ducis filio, matrimonio juncta fuit. vid. Gobelin. Coſmog. æt. 6. c. 64. apud Meibom. Hac quoque tempeſtate *Norimbergæ* contra *Fridericum Comitem ab Iſenburg*, qui *S. Engelbertum*, Archi-Epiſcopum Colon. conſanguineum in itinere 47. vulneribus occiderat in ſylva Gevelsberg A. 1225. 7. Nov. v. Gelen. in vita S. En- C
gelberti, ſententia lata eſt, ut *vivus rotaretur*. v. *Trithem.* in Chron. Hirſ. p. 536. & *Cruſium* in Annal. Suev. (quod etiam factum eſt Coloniæ A. 1225. 18. Kal. Dec. extra portam S. Severini, matre Limburgica ſupplicium ſpectante & vociferante: *Heu me, hæc ſunt viſcera mea à corvis devoranda, ſicut per ſomnium vidi, cum te, fili mi, adhuc portarem in utero.* v. Trithem. & Gelen. lib. cit. p. 165. Deinde caſtra *Iſenburg* & *Nuenburg* deſtructa ſunt ab Henrico S. En- D
gelberti Succeſſore. vid. Northof in Chron. Marc., Albert. Stadenſ., Ertw. Ertmannum.

Eodem Anno in diebus feſti Pentecoſtes *Ludovicus Palatinus* noſter filium *Ottonem* more veterum armis, enſe, ſcuto & frameâ ornavit (quod Chron Auguſtenſ. perperam ad annum 1228. refert) eidemque matrimonio junxit *Agnetem*, Rheni Palatinam, *Henrici Comitis Palatini Rheni, Ducis Saxo- E
niæ Brunſvvicenſis filiam* (quam Trithemius in Chron. Hirſaug. ad A. 1231. & A. 1227., Irenicus in Exeg. Germ., Nauclerus aliique malè *Gertrudem* vocant, rectius *Aventinus*, & ex Archivo Palatino, *Freherus* in Orig. Palat. c. 2. p. 29. & c. 10. p. 79., *Meibomius* aliique eam *Agnetem* nuncupant) atque exquiſitiſſimam cænam nuptialem Principibus exhibuit *Straubingæ*, præſentibus *Eberhardo* Archi-Epiſcopo Salisburg. (qui Straubingæ in iiſdem nuptiarum F
diebus *Ulricum* in *Epiſcopum Laventin.* conſecravit) *Hermanno* Epiſc. Herbipol., *Ecberto* Epiſc. Bamberg., *Gebhardo* Epiſc. Batav., *Sigefrido* Epiſc. Ratisbon., *Sibotho* Epiſc. Auguſt., *Henrico* Epiſc. Aichſtetenſ., *Henrico* Sabonenſi, *Rogerio* Chiemenſi, *Carolo* Seccovienſi Epiſcopis: & ex Laicis: *Henrico Rege* Roman., *Luitpoldo* Auſtriæ Duce, *Bertholdo* Carinthiæ Duce, *Ottone* Meraniæ D., *Gerhardo* Comite Hirsbergenſi (cujus filius Gerhardus poſtea *So-* G
phiam, *Ottonis* Palatini ex *Agnete* hac progenitam filiam, in uxorem duxerat) Alii verò ut *Adelreitzerus* l. cit. neſcio, qua fide, nuptias has Ottonis in A. 1223. collocant. Verùm ſi S. Engelbertus à Friderico Iſenburgico A. 1225. occiſus, ut Trithemius in Chron. Hirſ., Gelenius in vita S. Engelb. aliique ſcribunt, & ſententia rotæ Norimbergæ eodem anno contra Fridericum lata fuerit, prout idem Trithemius lib. cit. & Cruſius in Ann. Suev. teſtantur, & nuptiæ Ot- H
tonis Palatini noſtri eodem anno, quo illæ Henrici Regis celebratæ fuerint, ut *Aventin.* & *Cruſius* l. c. annotant, neceſſe eſt, ſequiturque nuptias *Ottonis* Pal. (& Henrici Regis, de quibus vid. Lehman Chr. Spir. l. 5. c. 85., Chr. Auguſtenſe,

Cru-

A Crusii Annal.Suev.l.1.p.3.p.14.) A.1225. ut rectè etiam Morerius in Diction. Hist.t.1.p.37., & non A. 1223., ut Adelreitzer & Chron. MS. Wormatiense, neque A.1227., ut Trithemius l.cit.ad h.A., neque A.1215.factas fuisse, ut *Freherus* in Orig.Pal.c.12.p.2.p.115.ex Aventino l.7.p.5.29., *Pareus* in Hist.Palat. p.75., *Gebvvoldus* l.de Septemvir.c.10.p.161. & p.193. (ubi hanc communem opinionem vocat) & plerique Historicorum hactenus voluére: quod tamen B manifestè rationi temporum repugnat. Si enim *Ludovicus* Ottonis Pater A. 1204. matrimonium iniit cum *Ludmilla* Ottonis matre, ut supra ex Adelreitzero ostensum,& Otto anno seq.1205. vel 1206. natus fuit,sequitur Ottonem Palatinum nostrum A.1215., quo nuptias ipsius celebratas voluére supra memorati Scriptores,non nisi puerum 10.vel 11. annorum exstitisse, quod sanè haud credibile est: hinc etiam patet error Auctoris libri de Torneamentis C ubi h. modo: Daß A.1209. Montag und Dienstag nach Liechtmeß Otto Pfaltzgraff bey Rhein mit seiner Gemahlin *Gertrud* Pfaltzgraffen Henrichs Tochter auff dem Turnier zu Worms gewesen/ welche das erste Danck-Præsent Bonifacio Margraffen von Montferrat überreicht / so ein gülden Halsband war von 400.fl./ wobey auch *Sophia* eine Schwester Hertzog Ludwigs auß Bayren Landgraffen Herman von Thuringen Gemahlin / diese habe Berthold Burggraffen von Nürnberg und D Dieterichen Grafen von Holland das zweyte Danck - Præsent überbracht / die es hernach den besten Rennern und Uberwindern übergeben. *Otto* enim hoc anno non nisi *infans 4. vel 5. annorum* erat, quo patet, quid de *libro Torneamentorum* sentiendum sit,pleraque enim in eo falsa & fictitia jam supra c.1. ostendimus. Matrimonium autem hoc Palatini cum Palatina felix E faustumque fuit, mediante enim hoc , Bavaria pacata eademque *Henrico Leoni* à Cæsare proscripto quondam adempta,& Wittelsbachio Palatino A.1180. tradita,ejusdemque Leonis ex filio *Henrico* nepti *Agneti*,non solum feliciter restituta, sed & cum Palatinatu Rhenano combinata atque ad posteros transmissa fuit.

Anno eodem *Henricus* Episcopus Wormat.*Ludovico Rheni Palatino* ra- F tione *Agnetis* Rheni Palatinæ , uxoris Ottonis Illustris in feudum concessit *castrum cum Burgo Heidelberg & Comitiam Stalbühel*,uti cognoscitur ex literis feudal: quas vid.apud *Freherum* in Orig. Pal., & infra in Codice nostro Diplomatico Palat., *Ludovicus* porrò noster 4.id.Decemb.ejusd.Anni Ratisbonæ fuit, ut patet ex literis ipsius: In nomine S. & individuæ Trinitatis. *Nos Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. Omnibus in per-* G *petuum tractatibus authoritate nostra confirmandis provisuri,contra errores oblivionum & hominum calumnias ea scriptis commendata tanto lucidius exprimimus , quo ipsa eis apud præsentes tutamen & apud posteros sint cautela. &c. Abbatissa Monasterij Imperialis Mechtildis vendidit aream quandam Magistro Aaroni & toti universitati Judæorum.&c.* testes : *Walramus* Plebanus super. Monasterii,*Gothofredus* Plebanus de Tegernheim: Laici , *Diepoldus* Marchio H de Hohenburch,Comes *Catholus* de Kirchberg, *Henricus de Lapide*, *Henricus* de Luteach.v.apud Crus.in Annal.Suev.l.1.p.3.p.14.c.4. Hoc quoque anno *Luitpoldus* Austriæ Dux consensu Ludovici Palatini D.Bav.*Castrum in Seberdingen* ad Oenum exstruxit.

A. 1226.

A. 1226. *Henricus* Rex Principum conventum egit *Francofurti*, inde Coloniam adiit, ex hinc Saxoniam petiit, Friderico Imp. adhuc in Italia morante. v. Trithem. l. c. A

A. 1227. *Imperator ex Italia* Imperii Principibus expeditionem in *Palæstinam* suscipiendam indixit, ejusque jussu *Henricus Rex* conventum Principum celebravit *Aquisgrani*, circa Dominicam Passionis in quadragesimâ pro itinere Hierosolymitano instituendo; ubi & simul *Margaretha* uxor Henrici Regis solenniter coronata est ab *Henrico Archi-Episc. Coloniensi*, præsentibus etiam Moguntino, Trevirens. Archi-Episc. & Ludovico Rheni Palatino nostro. v. Gothofr. Chr. ad A. 1227. Lehman. Chr. Spir. l. 5. c. 85., & pro eadem expeditione in Italiam *Ludovicus Landgravius S. Elisabethæ* maritus (qui Brundusium alii Otrantum veniens, febre ardente correptus obiit 11. Sept.) & Episcopus Augustanus *Sigefridus* cum aliis Ducibus præmittuntur. Ipse Imperator *Fridericus II.* non diu pòst año seq. 1228. sequitur, post obitum enim uxoris *Jolæ* puerperio exstinctæ, cum classe ex Sicilia mense Augusto solvit, in *Insulam Cyprum* mense Oct. pervenit: tandem *Joppen* appulit 15. Nov. eamquę munit: *Sultanum* deinde Saracenum domestico implicitum bello Hierosolymam, *Bethlehemum* & *Nazaretham*, aliaq; Terræ Sanctæ loca reddere coëgit. v. Math. Paris. Chron. p. 443., *Templum S. Sepulchri* ingressus est A. 1229. Paschaque ibidem celebravit: die deinde *assumptionis B. Virg. Mariæ* ex ara Majori *coronam Regiam* sibi imponi curavit. B C D

Anno eodem 1228. *Ludovicus Rheni Palatinus* in Germania subsistens *Oetingæ* Templum, veteri ob angustias diruto, exstruere cœpit in honorem S. Philippi & S. Jacobi, in quo 12. Canonici cum Præposito alerentur, cujus primus Antistes fuit A. 1230. *Fridericus Striphius* v. Aventin. Ann. Bav. Eodem quoque anno *Ludovico* nostro ejusque hæredibus *Eslingæ Advocatia in Altaich* ab *Echerto Episcopo Bamberg.* in feudum, quod hactenus *Albertus Comes à Bogen* ab Ecclesia Bambergensi tenuerat, concessa est, quæ Advocatia & jus ex utraque Danubii parte Ratisbonam versus & ultra protendebatur, ut ex Diplomate patet, quod vid. infra in Codice nostro Diplomatico Palat., adde Hundii Metropol. Salisb. p. 3. E F

A. 1229. *Dum Fridericus II.* Imp. in Palæstina adhuc occupatus erat, *Gregorius IX.* P. R. suspectam habens Imperatoris potentiam, contra eundem cum Italis conspirat, & missis legatis in Germaniam, *Henricum* Regem filium contra Patrem concitat. Deinde sparsa famâ Imperatorem fulmine Apostolico percussum, inq; Syria defunctum esse, per *Johannem Brennum* Calabriam Apuliamque occupat, Templarios quoque contra eundem sed frustra tentat. Ipse Sultanus execratus Pontificis perfidiam, literas proditrices hisce verbis publicè monstravit dicens: *En fidem Christianorum*! vid. Math. Paris. p. 444. Imperator cum hæc omnia cognovisset, factis ad 10. annos induciis, atque Palæstinâ *Rainoldo Bavaro* in fidem commissâ, ex eadem solvit 2. Maji 1229. vid. Sigon. de Regn. Ital., & extremo ejusdem mensis in Apuliam rediit, *Johannem Brennum* socerum perfidum prælio vincit & profligat, deinde in *Siciliam* trajiciens brevi amissa recuperat. v. Gothofr. Monach., Math. Par., Chr. August., Avent. l. 7., quo facto ipsi Romani *Pontificem Roman.* urbe pellunt. G H

Fridericum Imp. eodem hoc anno etiam in Germaniam profectum, patet

A ex Diplomate ejusdem. dat. *Norimbergæ* 1229. 6. Kalend. Decemb., quod ex Archivo Bavaro producit *Gebvvoldus* in Epist. Monitor. ad Freher. num. 6., quo Imperator *Ludovico Rheni Palatino nostro ejusque hæredibus donavit & in feudum rectum seu masculinum concessit omne genus metalli, tam in auro & argento, quàm in aliis, quod in Palatinatu Rhenano & terris feudi sui fuerit repertum cum omni jure & utilitate exinde provveniente.* Diploma super hoc B confectum vid. apud *Freher.* in Orig. Palat. p. 2. c. 12. p. 87., *Goldast.* in Constit. Imp. t. 1. p. 298. & infra in Codice nostro Diplom. Palat. Unde Electori Palatino jus competit *auri fluvialis Rheni* (die Goldgründe/ im Rhein da gegoldet wird) Rhenum enim auriferum esse jam olim ex *Nonnio* l. 43., Dionys., *Otfrido* Monacho Weissenburgensi in versione antiq. Germ. 4. Evangel. l. 1. c. 1. docuit *Æn. Sylvius* in Germ. c. 58., soletque per *Urinatores extrahi pro-*C *pè Hachenbach in Præfect. Weissenburgo vicina, per redemtores Palatinos hodieque exercetur* ita *Freher.* in Orig. Palat. p. 1. c. 16., & in not. ad Ausonii Mosell. p. 126. Hinc *Rhenenses aureos* (die Rheinische Goldgülden) primam originem traxisse constat.

Eodem anno *Ludovicus Rheni Palatinus* noster Monasterio *Schönaugiensi* exemtionem à telonio (Umgeld) concessit in Heidelberg. vid. apud D Freherum Chron. breve Heidelberg. in append. ad Leod., adde Spener. in Oper. Herald. p. 669. Eodem quoque anno Kal. Martii *Landshutæ* confirmationis Diploma dedit *Ecclesiæ Osterhofensi* de possessionibus Dominorum de Horbach, Ecclesiæ S. Margarethæ in Osterhofen collatis, quod vid. infra in Cod. Diplomat. Palatino.

Gliscebant jam & hoc quoque anno odia quædam clandestina *Henricum* E *inter Regem* & *Ludovicum Palatinum* nostrum, quæ autem vel ex quanam causa fuerint exorta, incertum. *Gothofredus* Monach. in Chron. scribit, *injurias quasdam Henrico Regi à Ludovico fuisse illatas, sed quæ qualesque fuerint, alto silentio premit.* Verisimilius autem est, ut rectè Cl. *Adelreutzerus* in Annal. Bav., nullas fuisse, nisi eas interpretemur injurias, Cæsarem usque eo desertum solito remissius coluisse, adde Chron. Schirense, Chron. Augustens., F Trithemium lib. cit. Ambigi interim nequit, *Henricum* R. à Pontifice seductum, vid. Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 80. & 85., cum eodem contra Patrem fædus clandestinum percussisse, Imperiumque affectâsse, ut ex sequentibus patebit: Et cum summum *Ludovici Palatini* in Patrem Imperatorem studium & fidelitatem cognovisset Rex, se totum à Palatini, cujus consiliis antea regebatur, amicitia & familiari consuetudine abstraxisse. Notabilia sanè sunt, G quæ *Conradus de Fabaria* Presb. S. Othmari author coævus l. de casib. S. Galli. c. 16. apud Goldast. in Antiquit. Alemann. t. 1. p. 1. p. 85. annotat: *Gregorius IX. Romanæ urbis Pontifex,* inquit, *modis quibus poterat, elaberabat ipsum* (Fridericum II. Imperat.) *ab Imperio perturbare, filiumque suum Henricum Regem concitatis ad hoc Principibus Alemanniæ quibusdam præcipuis & majoribus Episcopis, Archi-Episcopis ac Baronibus in hoc assentientibus. Horum præcipuè Dux* H *Bavariæ* (Ludovicus) *præbuit assensum & consilium* PALLIATIONE FALLACIÆ, *quam erga Regem* (Henricum) *tunc temporis habuisse visus est. Videns ergo Dux circumspectum Abbatis* (S. Galli Conradi) *animum erga Regis negotia inconvulsum verbis eum vulnerare attemtabat opprobriosis.* hucusque Auctor. Qui-

Quibus manifestè apparet Pontificis animus, quando filium contra Patrem concitando, Imperatorem de throno deturbare filiumque, pulso Patre, in solium evehere variis artibus allaboraverit; hinc etiam est, quod ipse *Henricus* in Diplomate Præposito S.Mar.Magdalenæ in Alemannia dato in Gelnhausen 1231. id. Jul. se jam *Henricum septimum Romanorum Regem & semper Augustum vocaverit*, quod in Archivo Francofurtensi asservatur, idque se vidisse testatur Cl. Tentzelius Dialog. Menstr. de A.1698.p.488. A B

A.1230. *Ludovicus Palatinus* noster Ecclesiæ Osterhofensi privilegia dedit in *Ritenburch*, Diploma ejus super hoc confectum vid. infra in Codice nostro Diplomat.Palat., *Fridericus* verò Imperator missis quaqua versum literis Pontificis tyrannidem injuriamque sibi illatam accusat: tandem tamen pax & concordia *inter Imperatorem & Pontificem*, interventu & *auxilio Bavarorum* aliorumque Imperii Principum & Episcoporum, sancita est. *Bertholdus* enim Patriarcha Aquilejensis, ejusque frater *Otto D. Dalmat.*, *Eberhardus* Archi-Episc. Salisburg., *Sigefridus* Episc. Ratisbon., *Luitpoldus* Austriæ Dux Venetias inde Romam proficiscentes, Pontificem R. modestiæ Christianæ bonique Pastoris officii commonefaciunt. Imperator etiam Pontificem à Romanis, ut dictum, antea expulsum, militemque aliquamdiu decimis hinc inde avarissimè exactis saginantem, jam verò pecuniâ egentem, ingenti auri vi per *Luitpoldum* Ducem placare non destitit. Sicque *Imperator cum Pontifice* in gratiam rediit, & paulo pòst ipse Cæsar excommunicationis vinculo solutus, à Pontifice splendido convivio exceptus est. C D

Dum hæc in Italia fiunt, *Henricus Rex* in Germania nefanda machinatur contra Patrem (ita ut etiam postea venenum genitori suo procurâsse convictus fuerit) cum enim hoc anno ferias brumales *Hagenoæ* in Alsatiâ egisset, *Ludovicum* verò *Palatinum* à Patre in ejus *Curatorem* constitutum, curiâ atque secretiori consilio amovisset, *Palatinus* inde Cæsaris animum à se alienatum sentiens, parricidialia quoque & sceleris plena consilia contra Patrem ejusque Imperium agitari, relictâ ejus Aula cum filio suo *Ottone* clam in Bavariam secessit, Rex cognito hoc insequitur Palatinum in Bavariam usque, eamque rapinis & incendiis vastat; *Ludovico Palatino nostro ne minimo quidem digitulo contra nitente*, ut Aventinus loquitur. E F

Non diu pòst, anno videlicet 1231. *Ludovicus Rheni Palatinus* noster Dux Bavariæ *Kelheimij* post cœnam 16. Kal. Octobr. deambulans in ponte Danubiano, à Sicario quodam (alii ab *ignoto quodam Pagano*, ut Chron. Augustense, alii à Saraceno nuncio *Veteli de Montanis* Ducis exercitus, ut *Gothofredus* Monach. in Chron., quem sequitur *Trithemius* in Chron. Hirs. & in Chron. Sponheim. ad A.1231., alii à *Stichio Morione* per ludum irritato, ut *Aventinus*) subornato ab *Henrico Rege*, ut rectè *Brunner*. in Ann. Bav.p.3.l.6. p.367. 683., *Pareus* in Hist. Palat. p. 76. aliique (& *non ab Imperatore Friderico II.* ut *Alb. Stadens.*, *Chr. Augustens.*, *Adelreitzer*. aliique cum Pontifice sentientes, falsisq; criminationibus ejus in Imperatorem fidem adhibentes) *cultro lethaliter percussus*, in conspectu Aulicorum corruit, statimque obiit. 16. Kal. Octob.1231. ut Aventin., Adelreitzer, Brunner. in Ann. Bav., Sicarius è vestigio à ministris Aulicis necatus fuit v. Alb. Stadens., Aventin:. Placet hic quoque sententia N. Cisneri, Paræi aliorumque tradentium, subornatum hunc G H

A *habitu tabellarij Ludovico literas porrexisse*, quas ab Imperatore se afferre ex Italia simulaverat, & legentem hasce ferrô subitò percussisse; quâ de re N. *Cisnerus* Cameræ Imper. Assessor in vita Frider. II. ita: *Ludovicus non multo amplius annum Kelheimij commoratus, ubi cum deambularet lethali vulnere percussus, in conspectu Aulicorum exanimatur: de quâ cæde tametsi variæ sunt opiniones, mihi tamen ea vero maximè similis esse videtur, quam potissimum* B *eventus comprobavit. His tamen assentior, qui percussorem hunc ab Henrico Rege subornatum, & cùm tabellarij habitu literas Ludovico tradidisset, quas se ab Imperatore afferre simulaverat, legentem eas Principem confodisse prodiderunt.*

Exstat, inquit Aventinus, *Kelheimij ædicula stipesque sacratus hujus rei monumentum.* Certum quoque est *Fridericum* Imp. Ravennæ tunc hyemantem, auditâ nece Ducis, utpote qui sibi semper fidelis exstitit, causamque ejus C contra iniqua Pontificis Regisque Henrici sceleris plena consilia strenuè, quoad vixit, defendit, obitum fidelissimi Palatini sui non tantùm summè deplorâsse, sed & affectus contestandi causa *literas consolatorias* ad ejusdem unicum filium *Ottonem* cogn. *Illustrem*, Patrisque in Palatii officio successorem exarâsse, quas Petrus de Vineis ejusdem Imperatoris Cancellarius L. 4. Epist. 3. D exhibet. vid. infra Cod. Diplom. Pal.

Bavariam rexit annis 48-2. dieb., *Palatinatum Rheni* 16. A., vixit 57. A. & in Conjugio 27. Optaverat quidem sepeliri *Oetingæ* in templo Canon: à se exstructo, sed sepultus ad Patrem & majores suos in *Monasterio Schirensi*, præsentibus & exequias ejus ritè peragentibus *Eberhardo* Archi-Episcopo Salisburgensi cum suffraganeis suis *Chiemensi, Seccoviensi, Frixinensi, Augu-* E *stano* Episcopis, *Ottone filio, Ludmilla* uxore ejus, *Agnete* Ottonis Palatini uxore, *Ottone à Phalay, Conrado à Pleien, Conrado à Wasserburg, Conrado & Henrico* fratribus *Comitibus Mosburgensibus*. Pauperibus etiam 41. libræ Bavar. distributæ, 25. annorum vectigal monachis donatum. Variis oppidis, villis, castellis, monasteriis aliisque ædificiis passim ab eo exstructis dignitatem & opes Bavarorum, quas Fridericus I. separato inde Norico, multum diminue- F rat, non solùm adauxit, sed etiam multa Dominia integrosque Comitatus, ut *Cham, Frontenhausen, Dachau, Andechs, Wittelsbach, Vogburg, Rietenburg, Stephaning, Lengenfeld, Sultzbach, Crayburg* aliaque de quibus supra c. 2. diximus, emortuis eorum Dominis & Comitibus, Bavariæ adjecit. Ita etiam *Abudiacum* (in quo castro *Henricus II.* cognomine *Sanctus* Imperator natus est 972. 6. Maji, & baptizatus ab Episcopo Ratisb. *Wolfgango*) castrum in pa- G go Pruvenensium Monachorum situm refecit, monachis verò aliis prædiis satisfecit. v. Aventin. l. 7., *Braunau*, quod antea Dynastas suos habuerat, mœnibus cinxit atque in urbis formam redegit.

Ex *Ludmilla* uxore sua, *vidua Alberti Comitis à Bogen* An. 1198. defuncti, filiâ vero ut recentiores tabulæ Genealogicæ Tubingens., *Ducis Suidnicensis, Suentobolcki*, ut videtur, qui Uladislai III. Regis Bohemiæ filius, Geizæ III. Re- H gis Hungar. filiam in uxorem habuerat, hinc eadem Ludmilla ab Alberico in Chron. ad A. 1238. ex edit. Leibnitzii *Regis Hungariæ neptis* vocatur (alii *Premislai Ottocari* Regis Bohemiæ, ut Henninges. in Theatr. Geneal., alii *Poloniæ Regis* filiam statuunt) ductâ A. 1204. vertente.... Kelheimii, ut videtur,

vel

vel Ratisbonæ., denatâ An. . . . . ſepultâ Landshutæ in Monaſterio Sa- A ligenthal à ſe A.1232. fundato, liberos, quantum quidem conſtat, 4. ſequentes procreavit.

1. *Ottonem* cog. *Illuſtrem* Patris in Palatinatu Rheni & Ducatu Bavariæ Succeſſorem de q. infra.

2. *Ludovicum* à Friderico II. Imp. occiſum, neſcio quâ fide Henningeſius in Theat. Genealog. aliique ſcribunt, confundentes forſan Patrem cum B filio.

3. *Annam* uxorem, ut Reuſnerus & Henningeſius, Rudolfi filii Alberti I. Elect. Saxon., qui tamen Annam hanc cum illa Ludovici Severi Palatini Ducisque Bav. filia ſimiliter confundere videntur.

4. *Eliſabetham*, quam alii Mechtildem vocant, & uxorem *Friderici II. Imp.* C cum Æl. Reusnero, Henningeſio, in Genealogiis & Morerio in Dict. Hiſtor. t. 2. p. 561. conſtituunt, de quo tamen & ego valdè dubito, & rectius illi feciſſe videntur, qui Friderico 2. vel cum Ciſnero 3. tantum uxores, vel cum Trithemio 4., & non ut Henningeſius, Reuſnerus, Morerius aliique 6. adſcripſère.

CAPUT XVIII. D

De Ottone Illuſtri Comite Palatino Rheni Duce Bavariæ.

OTto cognomento *Illuſtris*, Comes *Palatinus Rheni & Nemoris*, Dux Bavariæ, Comes *Stalecka*, *Stalbuhel*, & *Gemini Pontis. etc.*, filius E *Ludovici* Comitis *Palatini Rheni*, Ducis Bavariæ, ex *Luidmilla*, filia Ducis Suidnicenſis natus A. 1206. . . . . Kelheimii, Confundi autem ab aliis videtur, ut ab Henr. Coccej. in Jur. Publ. Prud. c. 3. ſ. §. 13. p. 40. & c. 12. §. 14. *Otto Palatinus* noſter, cum *Ottone* ejus *Avo*, non enim Bavaria Ottoni Illuſtri Palatino noſtro, Avo Ludovici V. Imp., ſed *Ottoni Avo* Illuſtris noſtri ab Imperatore Friderico I. in Comitiis Ratisbonenſibus A.1180. 3. Id. Ju- F lii commiſſa & tradita fuit. A primis autem Infantiæ incunabulis ad pietatis ſtudium omnesque heroicas virtutes educatus eſt, ita ut poſtea etiam ſplendore & corruſcatione earundem cognomentum Illuſtris adeptus fuerit.

A. 1225. In feſto Pentecoſtes nuptias, uti jam ſupra in Ludovico dictum, celebravit *Straubingæ* cum *Agnete* Rheni Palatina, filia *Henrici* Comitis Palatini Rheni, quo A. 1227. defuncto, Otto Palatinus noſter una cum *altero* Hen- G *rici* Palatini genero *Hermanno* Marchione Badenſi, territorium Brunſwicenſe, quod hactenus ad mortem uſque inhabitaverat Palatinus, *Friderico II. Imp.* jam dudum Saxoniæ inhianti vendidère A. 1227. menſe. . . . . Cum verò imperator poſſeſſionem capturus ſeu ditionem occupaturus, filium ſuum *Henricum* Romanorum Regem una cum *Ottone Palatino* noſtro eodem anno in Saxoniam miſiſſet, *Otto* cognomento puer Lunæburgenſis H *Henrici* Rheni Palatini, ex fratre *Wilhelmo* nepos, conſilium iniens cum conſanguineis ſuis Johanne & Ottone March. Brandenburgicis, urbem ipſam Brunſwicenſem ope civium ſtatim occupaverat; quo cognito *Henricus Rex* & Palatinus noſter re infectâ rediêre in Bavariam.

A A.1228.12.April. *Heidelbergæ* in *Veteri castro* in Jetthæi montis culmine sito, *Palatino* nostro ex uxore *Agneteo* Rheni Palatina natus est filius primogenit' *Ludovicus* cogn. *Severus*, postea Elector, & non A.1229., ut alii scripsere.

A. 1231. cum justa fecisset *Patri* in exequiis Schiræ celebratis, eodem die omnia totius Provinciæ granaria aperiri & frumentum, fame atrâ Bavariam hoc anno graviter premente, pauperib' distribui fecit, quâ liberalitate effecit,
B ut omnium animos favoremque in se converteret, populusque benevolentiæ testandæ causâ *Patris Patriæ* nomen ipsi occineret, Procerum postea diætam egit, ut conciliationi nutrimenta substerneret, vinculumque magis constringeret obsequii, quo sibi cives exacto homagio tenerentur, sumptû igitur sacramentum, ut & legibus & Religionis reverentiâ imposterum ducerentur, atque A.1232. hanc diætam indixerat *Ratisbonæ* habendam, verùm *Henricus*
C Rex prohibuit id, atque civibus, ne Ottonem Palatinum urbe reciperent, præcepit. Non obstante autem hâc junioris Regis prohibitione, *Bavariæ Proceres*, ut *Eberhardus* Archie-Episc. Salisburgens. cum suis suffraganeis Laventinensi, Seccoviensi, Chimensi Episcopis, *Conradus* deinde Fruxinensis, *Sigefridus* Ratisbonensis, *Henricus* Aichstetensis, *Gebhardus* Bataviensis, *Sigefridus* August., item *Bambergensis* aliique Episcopi Comites & Dynastæ *Landshu-*
D *tæ* nihilominus conventum agunt, *concordiam, fidem, fædusque sanciunt*. Finito conventu *Eberhardus* Archi-Episcopus cum Ottone Palatino Augustam Vindelicorum ad Henricum Cæsarem se contulit, frustraque allaboravit, ut *Palatinum* cum Cæsare in gratiam redigeret. *Rex* enim Imperium summum affectans, *clandestinum fædus* cum Papa fecerat *contra Patrem* Imp. *Otto* Palatinus, ubi funesta scelerisque plena consilia filii contra Patrem agitari
E sensit, *relictâ ejus Aulâ* protenus in suam *Provinciam* rediit. *Rex* verò *Henricus* habito Moguntiæ conventu, collectoque exercitu cum 6000. armatis in *Bavariam* irruit, & prælio commisso cum *Ottone Palatino* ad fluv. Licum, haud procul ab Augusta Vindelicor: victor exstitit. v. *Trithem.* in Chron. Hirsaug. ad An. 1233. Postea Cæsar, quem recepta laurus ad persequendum hostem excitaverat, flammis gladioque cuncta populatus, victorem exercitũ
F *mœnibus Ratisbonensibus* apponit, nec deerat facto quædam *juris species*, cum causaretur Cæsar Ottonis audaciam, qui conventum in urbe Cæsaris dominatui obnoxia indixisset, quem non repugnante *Ottone Wittelsbachio* jam A. 1182. subiisset. Ad longam belli calamitatem istæ offensiones spectabant, latiusque grassabatur incendium, quam ut exstingui posse diffusis undiq; flammis crederetur. Enim verò Salisburgensium præsul quâ erat prudentia, re-
G moram objecit crescentibus malis, pacis sequester factus sponsorque fore, ut *Otto datis obsidibus* ad fidem & obsequium rediret, filiumque suum *Ludovicum quadrimum* securitatis præstandæ causâ offerret.

Posuit iras *Cæsar* passusque est, ut Veteri ex consuetudine Synodos indiceret *Otto Ratisbonæ*, quibus A. 1233. adfuére omnes Bavariæ Episcopi. v. A-
H delreitz Annal. Bav. Imperator interim *Fridericus* cognito hoc, missis ex Italia legatis, *Regem filium ab armis* discedere, obsidem filiolum *Ottoni Palatino* restituere jubet.

Eodem Anno *Ludmilla* mater Palatini *Landshutæ* in suburbio Cœnobium Virginum *Saligenthal* exstruere cœpit. v. Aventin. A.B. Bucelin de Monast.

nast. German.' pag. 81. Circa hæc tempora *Fridericum Bellicosi* titulo insignem *Austriæ* Ducem, nescio quod otii fastidium adegit, ne tranquillo esse liceret. Is quod ipsi cum Cæsare malè conveniret, vicinos ad arma concitat, Hungaris, Bohemis, Bavarisque hostilia non minatur solùm sed & infert, soluto per repudium matrimonio, quod cum *Agnete* Ducis Dalmatarum, *Otonis Andechesii* filia contraxerat. Neque satis injuriarum! *Ulricum* quoque *Carinthiæ* Ducem quod *Pantheram* monile Patrium, quale & *Styria* ferebat, insignium loco ostentaret, bello fractum cogit, ut similibus abstineret insignibus, scutum potius Austriacum *trium Leonum* figuram, à dextris distinguere jubet, data insuper, ut *dimissam Agnetem* duceret, facultate. His peractis Moraviam & Hungariam duplici exercitu invadit, nec Bavaris parcitur, quorum Provinciæ circa Oenum & in Norico vastantur, Cœnobium *Varnbach* diripitur, *Neukirchen* & *Weihardt* aliaque circa saltum Noricum ad Bavaros spectantia loca, belli miseriis agitantur A. 1232. circa 6. Id. Septemb. rapaces quoque manus intulit quibusdam Monasteriis: ædibus sacris flamma injicitur ut furoris vestigia supersint, 40. Cives in vincula conjiciuntur mancipiorum instar abducendi, utque tutius atque velut ex insidiis crudelia patraret, *Schardingam* Austriæ tributarium locum Castello imposito munit, ut in *Palatini nostri* Provinciam, Bavariam videlicet, anto facilius debacharetur, unguemque semper haberet in ulcere.

A. 1233. *Otto Palatinus* noster subditorum excitatus querelis, ex Vindelicia egreditur ad Noricum latus se convertit, qua *Tranus* & *Alza* in eodem alveo aquas suas confundunt, eoq; colonias migrare jubet, arcem quoque & oppidum milite præsidiario firmandum exstruit, ipsum verò munimentum *Trostberg*, velut à solatio & fiducia appellat, nec mora: diætam convocat *Oetingæ* procerum, eaque dissolutâ ditiones Austriacas bello petit per fecialem indicto. Verùm quod *Cœnobium Lambach* incendio deleverit, publicam invidiam in se concitavit, neque enim in quietos & innocentes circa causam sæviendum est, *Schardingam* capit, præsidio muroque firmat, omniaq; ad Tranum amnem & Valentiam usque urbem igne ferroque vastat. v. *Avent.*

A. 1234. *Otto Palatinus* Monasterium *Varnbach* recepit, Monachis restituit, 40. latrones ibidem deprehensos capitali supplicio affecit, partim patibulo suspendi, partim capite plecti jussit *Straubingæ*, inde *Monachium* recessit ad *conventum*, quo discordiæ litesque Bavariæ componuntur, fœdusque contra Austriacum firmius sancitur. Interea temporis *Eberhardus* Archi-Episc. *Salisb.*, *Ecbertus Bambergensis* Episcopus aliique pro pace ad *Austriacum* missi, in vincula conjiciuntur. Circa idem ferè tempus *Pontifex Romanus* litteris *Ottonem Palatinum* nostrum admonet, ut una cum cæteris Imperii Principib' pro recuperanda *Palæstina* auxilium præbeat, afflictosque Christianos in Syria à Saracenorum tyrannide liberet, verùm nemo Germanorum Principum fuit, qui *Pontificis* exhortationibus *obtemperasset* ob intestinos bellorum motus, & notoriam Henrici Regis contra Patrem conjurationem & rebellionẽ. Deinde *Ottonem Palatinum* nostrum non latuit, *Pontificem* hasce exhortationes eo tantùm fine fecisse, ut *Ottonem* ab Imperii negotiis averteret, & ut *Henricus Rex* in conjuratione, quam Papa excitaverat, eo meli' finem suum consequi posset. Ita Adelreitz. in Annal. Bav. ad A. 1234. Eo tempore *Hermannus*

cog.

A cog. Pius Marchio Badensis cum cristas Henrici Regis petulantius surgentes indignatione spectaret, in Siciliam *ad Fridericum* Imperatorem clandestino itinere profectus est eo animo, ut quicquid ageretur à filio, intemperantium fortunâ uso, fidâ relatione significaret.

Imperator cognitis his, quæ in Bavaria fiebant sequenti,

A. 1235. cum filio *Conrado*, quem Regem *Hierosolymarum Syriæque* fecerat, in Germaniam redit, & maximo cum honore ab *Ottone Palatino* nostro *Burckhusii* excipitur. Inde ab eodem *Landshutam* deducitur, splendido convivio excipitur, ibiq; primò filia Palatini *Elisabetha Conrado* Regi Hierosolym. despondetur. Hisce peractis *Imperator* cum filio *Conrado* Ratisbonam proficiscitur, concomitante *Ottone Palatino*, ibique *Henricus Rom. Rex* filius Imperatoris, patefactâ conjuratione parricidii accusatus, sententia 70. Principum Procerumq; condemnatur, proscribitur atq; alter ejus filius *Conradus* jam memoratus in *Romanorum Regem* ibidem eligitur, deinde Spiræ & Moguntiæ confirmatur. *Henricus* verò Rex interea temporis metu fractus, nullibi tutus, in firmissimo castro *Trisfeld* ad oppidum *Anwveiler* (quod hodie cum dicto castro ad *Rheni Palatinos Comites* spectat) se continebat, rei eventum exspectaturus. Tandem Patre ejus cum filio *Conrado* R. & *Ottone* D *Palatino Rheni* Wormatiam proficiscente, persuasionibus *Hermanni Ordinis Teutonici Magistri* ad patrem perveniebat. 6. Non. Julii ejusd. Anni, ubi primò pedibus ejus provolutus, veniam impetravit. v. Bernh. Gomes. l. 2. Cluver. Hist. Univers. p. m. 471. Verùm postea convictus Patri *venenum* procurasse, statim in vincula conjectus, *Wormatiæ* in domo quadam lapidea firmissima juxta Ecclesiam S. Andreæ. Deinde *Ottoni Rheni Palatino* nostro infensissimo hosti suo, quem hæreditate privare voluerat, ad custodiendum traditus, & in castrum *Heidelbergense* abductus, Heidelbergâ inde *Altzejam*, tandè in *Apuliam* missus fuit, ubi in castro *Cosentia* carcere inclusus non longè pòst vitam finiit.

Imperator interim *Wormatiâ Moguntiam* profectus ad Principum conventum, *Ottonem* cog. *puerum* in Ducem *Brunsvvicensem* ibidem 21. Aug. in Vespera D. S. Timothei evexit, præsente *Ottone Palatino* nostro aliisque 74. Principibus. *Diploma* s. literas investituræ. v. apud *Meibom*. Diss. de Erect. Ducat. Brunswicens. p. 502. die sequenti 22. Aug. *Conradum* filium suum *Regem Hierosol.* Principum consensu denuo in *Regem Roman.* elegit atq; in locum *Henrici* Regis depositi surrogavit. Eodem quoque Anno *Imperator* cum *filio Conrado* R. & *Ottone Palatino* nostro Augustam Vindelicorum profectus, *Fridericum Austriacum* ferocius resistentem contumacemque proscribit, &, ut *Wenceslà* G *Bohemiæ Rex* in Austriam trans Danubianam irruat, *Otto* verò *Rheni Palatinus* Duxq; Bav. cum *Rudgero* Epis. Batav. aliisque Bavariæ proceribus *Lintzum* obsideat, jubet. *Fridericus* verò *Austriacus*, dum cum *Alberto* Comite à *Bogen* Alberti filio obsessis suppetias fert, Episcopum Bataviensem capit, captumque abduxit, *Ottonem* etiam *Palatinum* recedere cogit. Postea arma in Bohemos convertit, Imperatoris mandata minasque flocci facit, unde *Imperator* commotus, *insolentiam Austriaci* castigaturus collectis undiq; copiis cum *Wenceslao* Bohemiæ Rege, *Ottone Rheni Palatino*, *Bernhardo* Carinthiæ Duce, *Henrico* Thuringiæ Landgravio, *Bertholdo* Patriarcha Aquilejensi, *Eberhardo* Archi-Epis. *Salisburg.*, *Theodorico* Trevirensi aliisque in *Austriam* & *Styriã*

(Bavariæ

Bavariæ quondam partes)impressionem facit,reluctantes imperata facere co- A
git : transactâ æstate quod hyems intermissionẽ armorum flagitaret , Viennã se confert.Ex quo loco proscriptionis fulmen altera vice in *Fridericum* Austriacum lancinat consilio suggerente Principũ,qui aderant diætâ, ducatum verò ejus,ceu par erat,Imperio iterum conjungit.vid.Trithem.lib.cit.,Aventin.lib. cit. *Fridericus* audax,nihil inde territus,cum paucis suis, quos adhuc in fide conservaverat, *Neostadium* se recipit,belli impetum levioribus certaminibus B
excepturus : Imperator nolens ulteri' perderè tempus, *Austriâ* Bambergensi, Bathaviensi & Fruxinensi Episcopis in fidem commissâ ,re infecta discessit, deinde cum ferias vernales A.1237.cum filio Conrado R.*Ratisbonæ* transegisset,& solennem Principum conventum *Spiræ* egisset (ubi denuo filium *Conradum* Regẽ R. confirmaverat) inde in oppido *Hagenau* Italiã petiturus cum uxore,promissa sibi Principum auxilia contra rebellantes Longobardos par- C
vo quidem tempore exspectasset , in *Italiam* exinde,Germaniâ *Conrado* Romanorum Regi relictâ, properavit A. 1237. mense septemb., in quâ etiam ad mortem usque permansit.

Eodem Anno 1237. *Otto Rheni Palatinus* noster *Theodoricum* (Comitum Isenburgicorum Satorem) de *Comitatu Isenburgico*,ejusque fratem *Brunonem* Wedanorum Comitum propagatorem de *Comitatu Wedano*,Lotharii Comi- D
tis Wedani ex sorore (quæ Eberhardo Comiti ab Isenburg, vel Arnoldo , ut Albericus in Chron.ad A.1198., nupta, ipsi comitatum Wedanum attulit)nepotes investivit : de quo vid.sup.c.3.n.14.*Laurishaimense* deindeMonasterium antiquissimum,cujus *Advocati Rheni Palatini* fuère de quo supra c.2.n.9. dictum, (quod cum omnibus terris & possessionib' Fridericus II. Imp.Ecclesiæ *Moguntinensi* donaverat,donationemq; Diplomate dato *Aquilejæ* 1232. mense E
Aprili, ut & filius ejus Henricus Rom. Rex Diplomate dat. apud *Chindacum* 1232. 5. Kal. Maji. confirmaverat,vid.Helwig.antiquit.Laurishaim.) armis recepit,eo quod Archi-Episcopus *Palatino nostro* jus Advocatiæ in illud disputaverat,hinc Palatinum diris devovet,cujus etiam Albericus in Chron.adA. 1238. h. modo meminit : *Archi-Episcopus pro Abbatia Laurissa contra Ottonem Comitem Palat.Rheni guerram habebat & expugnabat oppidum Walehusen.* F

A. 1238. *Otto Palatinus* noster cum Fruxinensi Episcopo *Conrado Tolzner* dicto ob *limites* , teste Aventino, disceptabat,resque eo tandem relapsa est,ut Episcopus consuetum Sacerdotibus antidotum repellendæ modestiæ expromeret, excommunicationem, dirisque omnibus sacro in ritu caput *Ottonis*, velut piaculum devoveret. Bavaris omnibus communione sacrorum , aris templisque interdictum neminique datum est , qui divinis rebus uteretur, G
quàm quos ex suis admitteret. Eo scil. consilium omne conatumque direxerat, ut invidiam *Ottoni Palatino* veluti sacrorum osori apud credulos aliosque anxiè religiosulos afflaret odiosumque redderet,verùm *Otto Palatinus ad Pontificem* provocans,injustæ execrationis vindicias petiit , *Gregorius 9.* Pontifex R., causâ per Trecacensem Dominicani Sodalitii Præsulem examinatâ, *Ottonem nostrum* invitis *Moguntinensi* & *Fruxinensi* Episcopis, iisque H
inconsultis, *iterum solvit*,quod Fruxinensem adeo affecit,ut *rejecto Pontifice Romano*,ad Ipsum Imperatorem provocaverit aperteque confessus fuerit, *Pontifici Romano nihil juris in Germanos esse*.vid.Adelreitzer. in Annal. Bav. ad A.1238.ubi contentionum harum causas ex sacrarum possessionum mala

A contrectatione exortas esse judicat, *quam*, ut porro Adelreitzerus, *induxerat Geroldus Episcopus Frisingens. homo decoctor, qui ante Conradum mitram gesserat ille sive profusâ rerum indigentia, sive inscitâ censuum clientorumq; locatione insigniter opes Ecclesiæ labefactarat*, AVERSA ETIAM FRISINGENSI CIVITATE IN DUCIS BAVARIÆ CLIENTELAM : *quæ cum à Conrado Episcopo ad jus pristinæ libertatis reposceretur, causa delata ad Cæsarē in castris Anagniensibus pro-* B *nunciatum adversus malam usurpationem*. v. Hundii Metrop. Salisb. cum addit. Gebwoldi. Deinde fuére & aliæ dissidiæ, qualis illa, quod Canonici Frisingenses ære collatitio, quod Duci Bav. ad instar tributi pendebant, onerabantur, quâ illos *Otto Palat. literis Landshutæ* 1235. datis liberavit, deniq; A. 1240. omnes istiusmodi lites finitæ sunt, ne reservatis quidem disceptationum instrumentis, quæ omnia (teste Dipl. Ottonis Pal., quod vid. inf. in Cod. Dipl.) C flam̄is exusta, & si quæ effugerant flammis, rescissa sunt. hucusq; Adelreitz.

Anno eodem Imperator *Mediolanensibus* punitis, Italiam totam, exceptis 4. urbibus, *Sardiniamque* ad Siciliæ Reges jam ab antiquo spectantem, suo subjecerat Imperio : *Gregorius* Pontifex Rom. autem, cui *Frid. Imp. fortuna* & potentia jam dudum suspecta & formidolosa erat, jubet *Fridericum Sardiniā* Ecclesiæ reddere, ni faceret, anathemate feriendum. Verùm Imperator aliquoties D jam publicè confessus nihil se alienum appetere, seq; juramento adstrictū Imperio recuperare sua, *Gregorii* indignis modis potestate sua abutentis judiciū non vereri. *Gregorius* repulsam passus omnibus modis, quibus potuit, Germaniæ Principes contra Dominum suum concitat, spargit in vulgum, *Ludovicum Palat.* Bav. Ducem sapientia, pietate, fidelitate aliisq; virtutib' nulli secundum, scelere *Friderici* Imp. manuq; sicarii nihil mali suspicantem, crudelissimè oc- E cisum : *Ludovicum* Thuringiæ Landgravium S. Elisabethæ maritum itidem machinationibus & crudelitate ejus necatum fuisse (verùm Ludovicum hunc Cæsaris jussu in Palæstinam profecturū non veneno, ut fingebatur, sed febre malignâ f. pestifera Otranti correptum A. 1227. 11. Sept. defunctum fuisse certum est) *Otto Palatinus* credulus ob supradicta in eum collata beneficia, suum pollicetur auxilium plus etiam, quam petierat, promittit, arces & urbes sui F territorii, quo conjurati tuto se reciperent, aperit : *Wenceslaum* Bohemiæ Regē cognatum suum, *Belam* 4. Hungariæ Regem affinitate, *Henricum* Poloniæ Ducem *S. Hedwigis* filium, sanguine *Ottoni Rheni Palatino* conjunctos (*S. Hedwigis* enim è Bavariæ *Comitibus ab Andechs* descendebat, Hungarus filiam suam *Elisabetham*, Henrico Palatini nostri filio desponderat & Ludmilla è Bohemorum sanguine oriunda erat) in suas pertrahit partes : filium Regis *Da-* G *niæ* spe Imperii alliciunt conjurati, *neptis Friderici* Austriaci prole destituti, *Ottocaro* Bohemiæ Regis filio despondetur, omnesque juramento se astringunt Budevisii Bohemiæ urbe conventum habere ibique filium *Daniæ* Regis ad Imperium evehere statuunt, à Pontifice, ut legatos prudentes virosque fortes ad Comitia mittat, postulant.

H Dum hæc in Germania fiunt, *Imperator* in Italia ex hybernis *Taurisio* discedens conventum habuit *Papiæ* 1239. Eodem tempore *Gregorius* Pontifex *Fridericum* Imp. inconsultis Germaniæ Episcopis A. 1239. 9. Kal. April. *in cæna Domini* diris devovet. v. *Alberti Stadens. Chron.* Hæreticum, Ecclesiæq; *hostem* appellat. Principes Germaniæ cognito hoc statim arma arripiunt atq; ab Imperatore suōq Domino suo deficiūt. *Imperator* missis undiq; literis ad Europæ Reges

Reges Principesque innocentiam suam demonstrat, Pontificis scelera dete- A git. Verùm nisi *Romana avaritia* devotionem populorum à *Gregorio* avertisset, totus procul dubio orbis Papæ epistolis exasperatus, in Imperatorem ut Christi inimicum, unanimiter insurrexisset. v. Math. Paris. Chron. pag. 495. Paduani Chron., Papa enim tribus Bullis emissis *Fridericum Imperatorem*, teste Aventino, Ecclesiæ hostem declarat. Primam dedit ad omnes Christianos, quâ Imperatorem parricidii, perjurii, Sacrilegii, Impietatis, crudelitatis accusat, o- B mniaq; producit, quæ malitia humana excogitare potest: eumque pessimas fovere opiniones *de Christo* servatore totaque Religione Christiana fingit, eo tantummodo fine, ut Imperatorem omnibus odiosum redderet, atque eo facilius contra eum turbas concitaret. 2dâ excommunicationis Bullâ *Alberto* Nuncio suo in Bavaria aperit, *Imperatorem* cum omnibus suis *adhærentibus excommunicatum* omnesque Imperii fideles juramenti vinculo, quo ipsi antea C adstringebantur, solutos esse. Omnib' porro Episcopis præcipit ut hanc sententiam publicè in templis populis renuncient, quod si obedientiam detrectarent, mandat *Alberto*, ut omnes eodem anathematis fulmine percutiat. Tertia reliquis bulla subjungitur, quâ *Imperatori* impietatis notæ inuruntur, hæreticus hostisque Ecclesiæ vocatur, veluti qui loco defensoris in viscera sæviret D Ecclesiæ, nulloque convitiorum genere omisso, Principum conscientiæ lex illa imponitur, ut si salvi esse velint, nullo vel opere vel Consilio Imperatorem adjuvarent. *Robertum Ludovici Franciæ Regis* fratrem ad Imperium evocat: Verùm responsum est à Francis: *plus se Religionis in Friderico Imperatore reperiisse hactenus, quàm in ipso Papa, ausu etiam & temerario magis quam justo abjudicasse Imperium summo Principi, qui si apice isto dejiciendus sit, meritis id* E *exigentibus, penes solum concilium sententiæ dictionem fore.* Ita Math. Paris. in Chron. p. 500, 514. *Helias* deinde *Franciscanorum* caput absolvit etiam injustè excommunicatos à Gregorio, multorumque eum criminum publicè reum facit, *Carthusiensis* quidam in Anglia disertè eundem *Gregorium hæreticum* atque *Ecclesiæ pollutorem* appellavit.

Eodem quoque Anno *Gregorius* Pontifex *Albertum, Philippum. & Ranerium* F in Germaniam ablegat, ut pacem turbent, discordias serant, factiones foveant. *Albertus in Bavariâ* missus *ab Ottone Palatino* honorificè *Landshuta* excipitur, mox *Henricus* Popo Secretari' Palatini muneribus corruptus, Præpositurâ donatur. *Theodoricus* & *Ottelinus* à sacris Palatini Ottonis ejusq; conjugis Agnetis recipiuntur, mox ditiora Bavariæ sacerdotia inter se partiuntur, levique de causa Cœnobia sibi vectigalia faciunt, ut loquitur Aventin. in An. Bav., Exem- G plum nobile memoratur apud Historicos. Cum enim *Sigefridus* Ratisbon. Episcopus sacerdotium Nitinum in Putruglerium Norimbergensem contulisset, hicq; jure sumo munitus dignitatis collatæ possessionem usumque vindicatum iret, 100. Equitum cohorte succinctus: eidem *Albertus* Nunci' occurrit cum majori manu 300. militum, quorum auxilio fretus, Henrico Popponi exuto priore Spartam destinatam concredidit, *Burbach* Theodorico tradi- H tum ab eodem Alberto, quod Episcopus Bataviensis jam in alium transmiserat, Philippus alter Nuncius Apostol. exacto ab Episcopis Abbatibus, Monachis annuo censu Romam repetiit, Albertus interim in Bav. remanens apud Ottonem Pal. unicè animum eo applicavit, ut Proceres Bav. muneribus sibi devinciret, Nobiles adjuvaret, eosq; in fide contineret. In eum finem Friderico

A à *Stauf*, Henrico *de Hag*, Friderico à *Fronhofen*, Conrado à *Wasserburg*, *Hartwico Laureacensi*, *Ottonis Palatini* nostri *intimis*, monasteriorum & collegiorum decimas precario concessit, refragantibus mulcta atque dies Landshutam indictus est. Aventin.

Anno eodem *Albertus* 12000. unciarum Argenti corrasit ab Abbate Laureshamensi, quod contra *Ottonem Palatinum* partes *Moguntini* Archi-
B Episcopi *Sigefridi* sectaretur, Sacerdotes porrò & monachos injuria affectos, *Laudshutam* in jus ambulare præcepit: *Conradum Fruxinensem* Episc. cum omnibus suis Monachis & Monialibus in *Tegernsee, Aertl, Rodt, Alron, Ism, Wehnn, Stephan. ad S. Vitum, Mosburg, Raitenbuch, Schlechdorf, Wegern, Buraburg, Diethranchzell, Neüstift, Viepach, Bernriedt, Ebersberg, Undersdorf &c.* Landshutæ in templo S. Martin. præsente populo excommunicavit. Sic &
C omnes ejusdem Episcopi Nobiles ministeriales, qui *Ottoni Palatino* adversabantur, eodem anathematis fulmine percussit: ut *Eisenrichium de Waldeck*, *Bertholdum* filiumque ejus *Ulricum* à *Cancer*, *Henricum Vangionem*, *Engelmannum* & *Sigefridum Stabel in Stabeleck*, *Conradum Schenck*, *Linardum Castum*, Eberhardum de *Holtzhausen*, *Pilegrimum Moshamer*, *Beronem* Maurum aliosque. Supradicta autem monasteria devota *Ottoni Palatino* nostro, ut & *Conrado Wasserburgico* Comiti ab Alberto adjudicabantur, ita ut remotis
D Abbatibus ipsi prædia & bona Ecclesiastica administrent, monachis victum & amictum relinquant. Prætori *Falcobergensi* Ottonis Palatini omnium Ecclesiarum & Monasteriorum decimas, quæ Fruxinensibus pendebantur, concessit *Albertus*, cujus jussu etiam Antistites in *Mallersdorf* & *Thiershaupten*, *Sigefrido* Archi-Episcopo *Moguntino* sacrificiis interdicunt, Episco-
E pum Ratisbonensem *Sigefridum* ejusque Monachos ad urbem Trecassiorum in Galliam edicto evocat Pontifex Romanus, eosque cum non comparuissent, condemnat, ut certam pecuniæ summam, quam à Senensibus contraxerat Pontifex, iisdem persolvant, quod cum recusassent, *jussu Ottonis Palatini* & mandato *Alberti*, ab *Aichstetensi* & *Rebdorfiensi* devoventur Kalend. Novemb. 1239.

F Imperator castigatis *Mediolanensibus*, legatos in Germaniam mittit ad *Consilium, Conradus Rom. Rex*, Moguntinus, Duces Saxoniæ, Misniæ, Brabantiæ, Lotharingiæ, Henricus Thuringiæ Landgravius, Marchio etiam Brandenburgicus conveniunt Egræ, quo Imperatorem omnibus viribus adjuvandum unanimiter concluditur. Solus *Bohemiæ Rex*, *Ottoque Palatinus* Egram venire recusant, copiisque suis *Helenobogii* subsistunt. Eadem quoque
G tempestate *Fridericum* Austriæ Ducem durissima necessitatis lex adegerat, ut alienam opem sedulo circumspectaret, *Ottonemque Palatinum*, ut auxiliis submissis succurreret, anxiè rogaret. Misit *Otto Albertum* Comitem *à Bogen fratrem* copiis quibusdam succinctum. His ferocior factus *Fridericus*, cum *Ecbertus Bambergens.* Episcopus fatis jam concessisset, utpote cui Austriæ habenas Cæsar crediderat, eruptione Neostadio factâ cum milite Imperatoris
H confligit, eo cum successu, ut *Conradum* Episcopum *Fruxinensem* cum *Rudigero* Bataviensi Episc. redigeret sub potestatem. Victoriam dextrè persecutus, Austriam cum Styria recepit, opitulante *Ottone Palatino* & *Rege Bohemiæ*. *Albertus* interim Papæ Orator cum nullibi satis tutò viveret, intra *Lands-*

huta

butæ munimina delituit. Sed cùm dolis elicitus in Bohemiam, ubi coram A
Episcopo Pragensi *Bullam* Pontificis monstraret, accerseretur, multum fortunæ debuit, quod è manibus inhiantium elaberetur; *citato satis itinere* usus, cum, quod alii tribus diebus spatium ille uno confecisset. *Landshutæ* redditus & clientelæ Bavariæ Ducis *Ottonis Palatini* sibi, ne deciperetur, melius prospexit.

Imperator interim hoc Anno 4. Non. Octobr. in obsidione Faventiæ li- B
teras ad *Ottonem Rheni Palatinum* nostrum exaravit, quarum tenor hic erat: Certior factus literis *Eberhardi* Archi-Episcopi & *Friderici* Austriaci *Albertum* quendam sacerdotulum authoritate *Gregorij*, qui dicitur *Papa*, in Nos convitia jactare, eumq; in vicis, oppidis & castellis tuis habitare, quàm id impium sit, tutè existimare potes, morte moriatur, qui maledicit Principi suo: *Te atque avum tuum ex infimo loco, Ego & Avus meus ad fastigium summum* C
eveximus, hujusmodi crimine læsæ Majestatis obnoxium, &c.

A. 1240. *Otto Palatinus* noster *Monachij* comitia habuit, *Albertus* Bohemus Nuncius interim ubique motus, seditionesq; excitat, parere detrectantes anathematis fulmine percutit, Diplomata omnibus Germaniæ Episcopis exhiberi curat, qui minus dicto erant audientes. Hi contrà, quod res Imperii turbaret, ansam discordiis daret, sonorâ voce conqueruntur, nihilque su D
peresse, quam ut belli intestinis, quo nihil crudelius, flammis Germania conflagraret. *Episcopus Fruxinensis* non una vice *ad Imperatorem* provocat, *nullumque jus Pontifici Romano* absque Episcoporum consensu in ipsa *Germania* esse publicè confitetur. *Sigefridus* Ratisbonensis Epis. ejusque Sacerdotes coram *Ottone Rheni Palatino* nostro D. Bav. pro concione publicè quoque professi sunt, se quotannis 600. Equites alituros Imperatori *Friderico Christianissimo, Pientissimo, Optimoque Principi*, cives quoque & *Rapotho* Bavariæ *Palatinus* Comes fœdus iniêre, bellumque *Alberto* Reipublicæ hosti, Christianæ pacis conturbatori, hypocritæ pessimo indixére. *Rudigerus Bathaviensis* Epis., dum in templo sacra perageret, *Alberti nuncio* mandata insinuanti colaphum è vestigio dedit, eumque in vincula conjici jussit. *Eberhardus* Archi-Episcopus Salisburg. mandata ejus similiter rejicit, literasque remittit, F
professus ad Austriæ Ducem, eundem *Imperatori* reconciliat: pòst *Ottoni Palatino* nostro literas transmittit & conqueritur ea, quæ in conventu *Straubingensi* pro pace firmanda quondam sancita fuére, *non servari*: Deinde absentiam excusat, quod rebus Austriacis occupatus, Comitiis nuper *Monachij* habitis interesse non potuerit, se autem in reditu operam daturum, ut quæ decreta fuerint in Comitiis, effecta daret, interpositâ fide unicâque conditione, G
ut *Albertus Ecclesiæ & Germaniæ pestis*, Religionis perturbator, finibus publicis ejiceretur, simulque monet, vereri se, ne ipsi aliquando malè vertatur, hominem Reipublicæ exitiabilem fovisse. Tollere verò impium, hoc Deo gratum, nihilque acceptius omnibus Christianis fore, quàm si tempestas, sublato illo turbine, vel tandem conquiescat. Parum convenire Imperatoris prudentiæ, ut serpentem in sinu, murem in bulga nutriat. Triste officium! cujus H
tandem molestiæ in caput benefactoris relabuntur. *Henricus* Episcopus *Bambergensis* Alberti Juliaci in Carinthia nuncios interclusit, quod & *Episcopus Brixinensis* fecerat, obstructo Alpium aditu, per quem cursores publici ad

A *Ottonem Rheni Palatinum* & *Pontificem* remeantes iter capessere solebant.
Durius consuluit in *Albertum* Fridericus *Aichstetensis* Sacerdos ipsi sanguine
conjunctus, qui ne tecto quidem oppidis & castellis suis eundem recipere dignatus
est. Ab *Episcopo* Bohemorum aliquo *vinculis* oneratus non antea
dimittebatur, quam bona verba imò syngrapham dedisset. Acerbissimum
ferè omnium est, quod cum *Ditmaro* Altaichii inferioris Antisteti sacrorum
B communione interdixisset, inque eodem postea monasterio divertere vellet,
scribam *Bernhardum*, nepotemque, Bernhardum occisos, dubium, an inscio
Ditmaro, intelligeret, ipse præcipiti fuga, omnibus rebus amissis nudus sine
veste vix evasit. Post Ratisbonensis & Bathaviensis cruce signatas copias adversus
Albertum ducebant. v. Aventin.

Albertus Nuncius, ut *Ottonem Palatinum* nostrum ulterius in fide conti-
C neret, superstitione quadam, quâ nihil efficacius ad humanas mentes continendas
esset solet, rebus suis consuluit. Erat enim *Otto uxorius*, uxor vero ejus
Agnes religiosula: hanc *Albertus Landshutæ* per *Henricum Popponem* Ottonis
Palat. Secretarium, & præpositum Monasteriensem, Theodoricum Otelinum
Domesticum seu Aulicum Sacerdotem confessionarium circumvenit.
Hi asseverabant, se prid. Kalend. Maji nocte quadam bis per somnium vidisse
D ensem *Alberto* cælitus demissum, *B. Mariam* Virg. omnia *Alberti* acta comprobâsse.
v. Aventin. Albertus mandata quoque dedit Augustano Episcopo
ut excommunicationis fulmine quoque percutiat *Ulmam*, *Augustam*, *Nordlingam*,
Werdam, aliasque Sueviæ urbes, & Episcopo *Aichstætensi*, ut eodem
fulmine feriat *Norimbergam*, *Gemundam*, *Weissenburg*, *Dünckelspiel*, *Hallam*,
quod auxiliatrices copias *Imperatori*, ut Domino suo misissent in Italiam: sed
E nemo erat; qui mandata faceret, quemadmodum nec paulò pòst Episcopi,
quos Landshutam ad se vocaverat, comparuerunt.

Eodem anno *Otto Palatinus* cum aliis Imperii Principibus conventum
egerunt Busefinii, ubi de Cæsare *abdicando* actum fuit. Imperator *Fridericus*
ubi hæc rescivit, ad omnes Germaniæ Principes, inprimis ad *Ottonem Palatinum*
Rheni rescripsit, literarum tenorem & contenta vid. apud Aventin. l. 7.
F p. 541. dat. in *obsidione Æsculi* 1240. 18. Julii. Legati mittuntur in Bohemiam,
qui *Wenceslaum* Regem officii refractarium commonefacerent, factâ beneficiorum
mentione, quæ Majores in Bohemiam largissima manu contulissent.
Inter illa verò præcipuum esse, quod Duces Bohemiæ avi patruique munificentiâ
Regium diadema cum dignitate adepti fuerint. Pontificem minus
curandum esse: hunc enim laudi sibi ducere, si coelum terræ miscere, turbas
G ciere, & quietem Christiani Orbis suæ ambitioni, quâ *Tyranni* instar grassetur,
sacrificare possit. Jampridem eos, qui *Babyloniæ*, hoc est, *Romæ* in templo
Dei resident, divinitatem affectare, astutè id dissimulare &c. vid. Aventin.
Hæc cum commemorata essent ab Oratoribus, *Rex Bohemiæ*, quæ coepta
erant, improbat, Cæsarisque potestati *sese* commissurum spondet, fœderique
denuo pangendo, datis obsidibus, sub Religionis sacramento incubiturum se
H pollicetur. Principes cœteri *Ottonem Palatinum* tanquam discordiarum auctorem
nefarii criminis læsæ scil. Majestatis accusant. *Hic* famâ perculsus
cum Agnete uxore gravius ferre fortunam videbantur: *Hæc* febri laborare,
ille tremere cœpit. Quid consilii? Per *Albertum* Pontifici Romano singula,

quæ

quæ geruntur patefiunt, docetur imminens periculum. *Otto* conjugis libero- A
rumque sortem in periculum adductum deplorat, ultimum in tentando *Wenceslao* Rege Consanguineo suo perfugium, ad quem, quanta potuit celeritate, contendit, cui author est, ne partibus fidat, seque mollibus verbis intricari patiatur; rumpendam fidem & maturiora remedia seligenda esse, quàm quæ proclivi animo nuper esset amplexus. Nihil tamen obtinuit, cantata surdo fabula, præterquam quod fœderis solennia prorogaret, cui se accedere B
velle simulabat, aliudque concilium apud Helenobogios convocaretur. Hærente apud Wenceslaum *Ottone Palatino, Conradus Rex* Romanorum noctu *Landshutam* venit, *Agnetique Ottonis* uxori, consilium cum minis ingerit, ut maritum, aliàs severissimas pœnas daturum revocet. *Avum atque parentem ejus ab avo & parente suo ex obscuris Wittelsbachij crepundijs ad lautiorem fortunam evocatos fuisse: Eo patere viam, ni sapiant, ut ad obscuras & ignobiles* C
tenebras iterum detrudantur. Conjux metu perculsa, quicquid hoc est aperit marito, qui secretius *Gregorio* Pontifici R. revelat singula, à quo A. 1241. literas accepit, ut & *Bohemiæ Rex*, calcar addentes, ne Ecclesiam Deumque deserant, constantiæ ingens præmium fore, munera, cœlum, imò omnia promittit.

A. 1241. habebat *Wenceslaus* Boh. R. sororem *Franciscanam*, cujus consilio regebatur Rex, deinde *Bochuzlaus* & *Budislaus* Consiliarii summi maxi- D
ma authoritate & gratiâ florebant apud Regem, hos *Pontifex* donis atque muneribus sibi conciliat, efficitque per illos, ut *Rex ab Imperatore* desciscere. *Wenceslaus* itaque Rex, *Otto Rheni Palatinus, Henricus* Polonus, *Bela* Hungariæ Rex diem statuunt *Libussæ* in confinio Poloniæ, quo consilii captandi causâ convenirent. 3. Kal. Julii A. 1241. filiumque *Daniæ* Regis Cæsarem adversus Imperatorem eligerent. *Gregorium* Pontif. per *Burchardum* & *Ulri-* E
cum certiorem faciunt petuntque, ut ad hunc conventum legatos prudentes per Hungariam mittat.

Hisce quoque temporibus *Thuringi* & *Hassi* ob insigne, nempe *Leonem* decertant, & monachi fœminæque Vestales excusso severioris castimoniæ jugo, liberius vivere cœperunt & apud omnes Monachorum ædes Contubernia quoque Monialium in Bavaria fuisse reperio. inquit *Avent.* l. 7. p. 544. F

Sigebotho Ottonis Dalmatiæ Histriæque Ducis Præfectus Neoburgicus, *Ottonem Palatinum* nostrum bello quoque lacessere ausus est, hinc Palatini milites crebras excursiones facientes, templa & monasteria aliosque Monachos in superiori Bavaria sub Ottonis Dalmatarum Ducis clientela viventes, rebusque Imperatoris studentes invadunt & diripiunt. *Otto etiam Palatinus Wolfratshusen* obsidet, *Beurn* & *Tegernsee* affligit: cuncta igne ferroque va- G
stantur, agricolæ relictis agris aufugiunt, 500. templa, in quæ incolæ securitatis causâ res suas congesserant, admotâ vi compilantur, *Sigebotho* denique capitur, *Burckhusiumque* deducitur.

Factionibus etiam Pontificiis non satis inter se conveniebat. *Rex* enim *Bohemiæ*, quod suis subditis fideret numeroque abundaret, parvi socios fecerat, eo semper consilia intendens, ut si quidem adversarii succumberent viri- H
bus, ad paritatem cum suis revocaret, datâ respiratione, bellique & vincendi momenta mirificè dispensaret. Parentes, fratres, liberi diversas sectabantur factiones. Ubi *Moguntinus, Hassus* & *Thuringus* ab Imperatore, *Rex Bohemiæ*

&

A & *Otto Rheni Palatinus* rurſus ad illum deficiebant. Nemo conſtantior vi-
detur *Auſtriaco*: nullis enim precibus commotus, *Imperatoris*, quoad vixit,
conſtantiſſimè tutatus eſt partes, modo Bohemum, modo Hungarum bello
laceſſens. *Albertus* etiam Nuncius Apoſt., quos publicè devovebat, clam
acceptis muneribus datâ ſyngraphâ ſolvebat. Ipſi Romani fœderis ſociis non
omninò fidebant, conſilium eorum erat, ut Germania ſuis viribus exhauſta
B rueret, quo vires Eccleſiaſticæ opesque Pontificis ſummi creſcerent. Hisce
quoque temporibus *Octacayus* (aliis Ochodarius) filius *Chinguis Chami Tar-
tarorum Imperatoris* in Poloniam irruit, cum quo *Henricus* Poloniæ & Sileſiæ
Dux, *S. Hedvvigis* filius confligens, omnibus copiis amiſſis, captus tandem
gladio percuſſus periit, 9. *culeos auriculis cæſorum* opplevit ſæviens hoſtis, Bo-
hemiam quoque Moraviamque magnâ calamitate afficit. Romanenſes cum
C hæc audirent, famâ ſpargunt, Tartaros à *Friderico Auſtriaco* adductos eru-
piſſe in hasce Provincias. *Bela*, cujus regnum à Tartaris attritum, ipſeque
ſubditorum odiis laborabat, & *Otto* Dalmatarum Dux miſſis legatis Impera-
toris auxilium implorant. Imperator auditis nunciis mandat *Bohemiæ Regi*
& *Ottoni Comiti Palatino*, *Gregorio* Pontifici R. ſuadeant, ut ſecum in gratiam
redeat, quo viribus conjunctis Tartaros propellerent. *Rex Bohemiæ & Otto*
D *Palatinus* publicè quidem Pontificem ad pacem adhortantur, occultè tamen
ſigillo *Alberti* literæ conſignatæ, ut bellum adverſus Imperatorem perſequa-
tur. Imperator poſt hæc *Belæ* Hung. Regi reſcribit. 1241., ſe à *Pontifice* Rom.
bello premi, oblatam à ſe pacem ſperni, dolere, quod ipſi jam ſuppetias fer-
re nequeat.

Circa idem ferè tempus Conjuratorum quidam *Libuſſæ* congrediendi,
E deque novo Principe conſultandi animus erat: verum pleroſq; regni Bohe-
miæ, Poloniæ, Hungariæ devaſtatio caſusq; à propoſito deterrebat. Rex quo-
que *Daniæ* filium ſuum ab incœpto deſiſtere hortatur, ſic omne *eorum conſi-
lium* irritum fuit. Deinde etiam ipſe pacis turbator *Gregorius IX.* P.R. patriâ
Anagnianus diem ſuum mœrore obiit 12. Kal. Sept. 1241. æt. ferè 100.

Sublato itaque *conſpirationis* capite, *Fridericus* Auſtriacus *Conrado* Cæ-
F ſari junctus, partibusque à Tartaris afflictis metu liberati copias cogunt, Im-
perator etiam poſtquam reliquæ Italiæ urbes in fidem ejus ſe dediſſent, & mi-
ſericordem etiam victorem expertæ fuiſſent, auxilia mittit. Quibus peractis
Expeditio in Tartaros paratur, eosque A. 1241. Hungariâ expellunt v. Bonfin.
Dec. 2. l. 8., Math. Pariſ. p. 540. 545., Dubrav. Hiſt. Boh. l. 15. Tartari enim cum
cognoviſſent Regem ſuum interiiſſe, Hungariâ relicta Tauricam Cherſon-
G neſum repetunt.

Submotis pulſisque Germanorum virtute Barbaris, *Otto Palatinus* no-
ſter, & *Conradus Epiſcopus Friſingenſis*, *Eberhardi* Salisburgenſis Archi-Epiſc.
& *Rudigeri* Epiſcopi Bathavienſis induſtriâ reconciliantur. *Albertus* Nun-
cius cognito hoc, *Ottonem Palatinum* non nullius negligentiæ accuſat ſuſpe-
ctumque habere cœpit. *Literæ Alberti* interceptæ & *Eberhardo* Archi-Epi-
H ſcopo traditæ fuerunt. Unde omnes Bavariæ Epiſcopi *Ratisbonæ* conveni-
unt, nuncios ad *Ottonem Palatinum* Landshutam mittunt, rogant, ut ſe Ratiſ-
bonam conferat. Annuit *Otto*, ubi Ratisbonam venit, *literæ Alberti* in con-
ventu leguntur, quibus *Ottonem Comitem Palatinum* de fide ſuſpectum Ponti-
ficii

fici Romano facit. Deinde *Eberhardus* Archi-Episcopus habitâ oratione A (quam recitat Aventinus l.7.p.546.) docet, *Hildebrandum* Pontif. Rom. ante 170. Annos primùm specie Religionis *Anti-Christi fundamenta* jecisse, flamines illos *Babyloniæ* solos regnare cupere, leges immutare, suas sancire, diripere, spoliare, occidere, *perditum illum hominem*, quem Anti-Christum vocare solent, in cujus fronte contumeliæ nomen scriptum est: *Deus sum, errare non possum*, in templo Dei sedere, longè latèque dominari. &c. finitâ oratione B Archi-Episcopi decretum fuit: *Albertum omnibus Bavariæ oppidis castellisque ejiciendum esse.*

A.1242. *Otto Palatinus* factâ cum Cæsare pace, *Egram* proficiscitur, filiamque suam *Elisabetham* ibidem *Conrado* Romanorum Regi ad firmandam amicitiam despondet, nuptiæque postea *Vogburgi* Anno 1246. celebratæ sunt. vid. Adelreitz. Annal. Bavar. & *Albertus* ibidem in conventu Egræ ce- C lebrato denuò *proscribitur*, hostisque Reipublicæ declaratur, & ut falsus Christianus devovetur. v. Avent. l.7.

Interea novus Pontifex *Cælestinus IV.* Romæ eligitur 17. Oct. 1241., quo Romæ 12. Nov. defuncto, cum 18. tantum dies nec sine schismate sedisset, Ecclesiaque exinde unum & viginti menses sine Papâ egisset, creatus tandem Anagniæ fuit 1243. 24. Jun. *Sinibaldus Fliscus Ligur*, cui nomen *Innocentij IV.* D impositum, v. Math. Paris. p.585.617. Statim ex amico Cardinali Pontifex Cæsari inimicissimus factus, suspicionem firmavit; *Sedem Romanam dare potius vitia sessoribus, quàm accipere ab illis.* Exstat enim *Friderici Imperat.* Epistola gratulatoria ad *Ottonem Palatinum* nostrum dat: *Beneventi* A. 1243., quâ eundem Pontificem virum bonum, *amicum pacis*, Reipublicæ amatorem, Imperiique Romani studiosum vocat. Verùm Imperatorem longè sua fefellit E opinio, idem enim Pontifex acerrimus ejus hostis factus est, insidias deinde sibi strui suspicatus, *Genuam Româ* profugit, exinde *Lugdunum* in Galliam, ubi Gallorum consilio fretus, quibus *Friderici* potentia formidolosa erat, contra eundem conspirat, statimque *more majorum* in Cæsarem fulminat.

Albertus interim Nuncius *Bavariâ pulsus*, Bornsteinium ad *Wilhelmum* cognatum suum aufugit, verùm nullibi tutus, ab eodem enim 300. libris F Bavar. *venditur*, elapsus *Tirobergomum*, tandem in Galliam incognito habitu *Parisias* pervenit, deinde *Lugdunum* ad Pontificem Romanum. Sub idem tempus

A. 1243. Episcopi Proceresque *Bavariæ* concilium *Bathaviæ* indicunt, ut *Bohemiæ Regem* cum *Friderico* Austriaco reconcilient. Austriacus cum 4000. Equitibus Bathaviam venit. *Otto Palatinus* noster in Bohemiam Pra- G gam profectus, Wenceslaum Bohemiæ Regem Bathaviam deducit, pax deinde & juramentis & obsidibus datis sancitur. Mox *Bohemiæ Rex Moguntino*, qui ab Imperatore ad Pontificem defecerat, bellum indicit. Non diu pòst *Fridericus* Austriæ Dux ab Hungaris *prælio* victus & *occisus* est, *ejus neptem* ex fratre *Gertrudem Hermannus* Hermanni March. Badens. & *Irmentrudis* filius, quæ soror erat *Agnetis Rheni Palatinæ*, Ann. 1248. in uxorem H duxit, sicque Austriæ & Styriæ Ducatum, ope affinis *Ottonis Palatini* nostri obtinuit. Hoc quoque Anno *Otto Palatinus* in Monasterio *Altahensi* fuit, ubi 4. Kalend. August. cum *Hermanno* istius loci Abbate, de homi-

A nibus ad dictum monasterium spectantibus, liberisque eorum æqualiter dividendis transactionem fecit, teste Diplomate ejus, quod vid. infra in Codice Diplomat. Palatino.

A.1245. *Innocentius IV.* Pontifex R. novos in *Germania* motus & seditiones excitat, dumque superiores ad Danubium fidem Imperatori servabant, inferiores aggreditur, inque vulgum spargit *Ludovicum Thuringiæ Landgrav.*
B *S. Elisabethæ* maritum, scelere Imperatoris sublatum fuisse. Inde Fridericum Imperatorem atrocissimo excommunicationis & anathematis fulmine percutit, *Henricum* cogn. Raspo. *Ludovici* jam memorati Landgravii fratrem Herpiboli A.1246. die ascensionis Domini in Cæsarem elegit per Nuncium suum *Petrum Caputium, Sigefridum* Moguntinensem, *Arnoldum* Trevirens., *Conradum* Coloniensem, *Bremensem* Archi-Episcopos.

C A. 1246. *Conradus* Roman. Rex cognito hoc, movit exercitum contra novum electum, sed prælio in campis Francofurtensibus prid. Kal. Augusti f. die S. Oswaldi (ut Compilator Chronol. ad A.1246.) commisso, vincitur & fugatur, inde in Bavariam vires recollecturus ad *Ottonem Palatinum* nostrum se confert, ibique nuptiis *Vogburgi* cum desponsatâ sibi *Elisabetha, Ottonis Palatini* filiâ celebratis, affinitatem jungit v. Adelreitz. Ann. Bav. ad A.1246.,
D Lehman Chr. Spir. l.5.c.87. *Henricus* verò novus Rex non diu pòst An. 1246. in obsidione *Ulmensi* sagittâ percussus, graviterque sauciatus inde *Wartburgum* abductus fuit, ubi & accedente *dysenteriâ* vitam finiit A.1247. 7. Febr. de quo vid. peculiar. differt. Doctiss. Casp. *Sagittar.* SS. Theol. D. & Prof. Jenens. c.3. ed.1692. vid. & Chr. *Paulini* Annal. Isenacens. p.45.

Quo mortuo, *Wilhelmus Florentij IV.* Com. Hollandiæ, & *Mathildis* Bra-
E bantinæ filius Coloniæ Agripp. 1247. feria 5. post festum S. Michael. in Rom. Regem electus v. Albert. Stadens. ad A. 1247., Aquisgrani per Wilhelmum Cardinalem Sabinens. Anno seq. Kal. Novemb. die Dominica coronatur. vid. *Northofij* Chron. Marc. & Chron. Magn. Belg. p.244., præsente *Ludovico Ottonis* Palatini nostri filio, ut vult *Trithemius* in Chron. Hirs., ubi fusè coronationem ejus describit, qui cum postea in Frisia expeditionem faceret, & con-
F tra hostes viam exploraret, solusque super glaciem in loco *paludinoso* juxta oppidum *Hoichwvende* equitaret, glacie fractâ paludibus immersus, à Frisiis supervenientibus insciis, quod ipse Rex esset, transfossus periit A. 1256. 28. Januar. sep. *Middelburgi*. v. Ubb. Emmii Fris., Alb. Stad. ad A. 1256., Math. Paris. p.889.894., Joh. de Beke Chron.

Ea quoque tempestate *Rudigerus* Bathaviensis Episcopus, instigante *Al-*
G *berto* Nuncio Apost., ab *Innocentio* Pontifice Episcopatu movetur, & Conradus *Regis Bohemiæ* nepos substituitur. Verùm quia à vendicatione arcebatur, divenditis *Alberto* castellis in Bohemiam rediit uxoremque duxit. *Conradus Cæsar* autem & *Otto Palatinus* noster rebus *Rudigerij* studebant. *Bertholdus* frater *Alberti* Episcopi *Ratisbonensis* Episcopatum *Bathaviensem* suasu Alberti in fidem accipit, deinde cum fratre Alberto in Bohemiam se con-
H fert, urbemque Bathaviensem occupat, cujus arcem Rudgerus adhuc præsidio tutabatur.

An. 1247. *Albertus* ab *Ottone Palatino* nostro 6. mensibus obsidetur in *Obernburg*. Interea temporis *Albertus* Episc. Ratisbonens. ejusque frater *Berthol-*

Bertholdus Weilhardium juxta *Braunau* pagum sylvæ Bohemiæ & Norico A
vicinum hostilibus signis aggrediuntur, in solitudinem omnia convertunt, *Ottoni* suis opem laturo, solvendæ obsidionis necessitatem imponunt, *Obernburg*, quod jam obsidione liberatum erat, deducere conantur *Adalremus* ab Utendorf, *Ortulfus* de Wald, *Henricus* de Ror aliique Bavariæ Proceres vexillo templi in Neukirch S. Ulrici rapto. Priores ad *Obernburg* perveniunt, ibique se muniunt; Episcopos verò cum præda advenientes B
& se jam tutos credentes, cum arcem intraturi essent, adoriuntur Ottoniani, statimque eos in fugam conjiciunt, fugientes ad *Marchiam Lippiam* usque persequuntur omnemque prædam recuperant. Episcopis fugâ dilapsis frater horum Episcoporum nomine *Sigmarus* aliique multi capiuntur, hique in vincula conjecti, *Burckhusium* deducuntur. Interea Bathavia, quo *Albertus Bohemus* confugerat, *Ulrico Furtario* prodente, & *Rudigero* ex C
arce simul erumpente, ab *Ottone Rheni Palatino* nostro recipitur: *Albertus* vix evasit, & ad *Conradum* Wasserburgicum Comitem, *Ottonis Palatini* nostri *avunculum* elapsus est. *Otto* verò eidem per nuncios indicit bellum, nisi restituat Albertum, quod cum iste recusâsset, *Wasserburgum Castrum* per filium Ludovicum anno sequenti

1248. obsidet, illudque elapsis 119. diebus capit. Tandem *Conradum*, D
quod *Alberti* & Pontificis partes constantissimè sectaretur, omni ditione, *castellis & vicis* exuit, ita ut *Conrado* miseriis exiliique ærumnis confecto, nobilissima æquè ac antiquissima Wasserburgicorum & Halensium Comitum familia finem acceperit, eorumque possessiones Rheni Palatino Ducique Bavariæ à Cæsare adjudicatæ fuerint. vid. Adelreitz. l. cit. *Albertus* Nuncius non diu pòst se Bathaviam recipit, mox ab *Ottone Palatino* nostro obsidetur; E
Rudigero Episcopo ex arce, *Ottone* verò *Palatino* foris urgente, plerisque Civium & Sacerdotum Ottoni, perpaucis *Alberto* faventibus. Tandem civitas ab *Ottone* recipitur, & *Albertus comprehenditur*, perjurii, sacrilegii, & perfidiæ accusatur (tandemque *vivo A.1250. cutis detrahitur*, ut Annal. Bav., Gebwoldus in addit. ad Hundii Metrop. Salisburg. p. 384., MStum Passaviense apud Adelreitz. in Annal. Bav. ad A.1250. testantur, adde Brunneri Annal. Bav. l. 14. p. 704. usque 735. Topog. Bavar. p. 41.) Mox *Otto Palatinus* F
noster eodem, quo Imperator *Fridericus II.*, *excommunicationis fulmine* percutitur à Papa, eidemque usu sacrorum per septennium interdicitur. Ejusdem *Pontificis* Romani jussu *Philippus* Archi-Episcopus *Salisburg*: cum collegis suis Seccoviensi, Chiemensi, *Albertus* Episcop. *Ratisbonens.*, *Conradus Frising.* G

A. 1249. Synodum habuére *Müldorffij*. *Postulat* ab his *Pontifex*, ut *Ottoni Palatino*, nisi ab Imperatore & Cæsare Conrado genero descisceret, sacris interdicerent. *Episcopi* itaque missis nunciis ad se *Ottonem* accersunt, eidem mandata Romani Pontificis aperiunt. *Quibus auditis Otto* Palatinus responsionem dat, quam ita Aventinus exhibet è vestigio: *Quid*, inquit, *vultis? Vos mihi antea bellum indixistis: Ego coactus ad Pontificem Rom. provocavi, jussuque Gregorij IX. armis mea tutatus sum. Hoc mortuo* H
Romanum Pontificem Anti-Christum esse prædicastis, egoque desertâ Pontificis Romani sectâ ad Imperatorem defeci: Vos suasistis, vobis cum pacem inij, nunc

A *rursus bellum vobis placet: magis varij mutabilesque estis homine triviali. Cur*
sic ineptè ludificamini populum Christianum vestrâ puerili sententiâ. Æquum
iniquum est, quod modo fas erat, modo nefas est. Mendacio creditis, iniquitati
consentitis, vento fortunæ circumferimini, aut nunc, aut antea errastis, pacem
inire cum optimis Principibus suasistis, parui libenter vestris consiliis, pacem at-
que fidem servabo. Repugnantia nunc docetis, atque more magis versutorum
B *atque argutorum hominum, quàm ex æquo & bono potestati resistere. His, à qui-*
bus beneficijs locupletati sumus, ingratissimos esse jubetis, decernite vos, quid-
nam æquum sit, hominibusne discordiarum fallacibus fabris an Christo concor-
diæ Auctori obtemperabo? qui gladium acceperit, gladio pereat. Qui sitis, opera
vestra ostendunt: opes, potentiam, divitias, honorem, munera concupiscitis &
adamatis, pro hisce victi cupiditate pejus Turcis, Saracenis, armis decertatis,
C *discordiâ crevistis, oves non pascitis, discissum devoratis. Non licet Christianis*
per vos servare pacem, Ego superis faventibus obdurabo animum mente obsti-
natâ, Thyesteas vestras preces, dirasque detestationes nauci faciam, ad Christum
Servatorem nostrum provoco, qui tales Pharisæos nobis vitandos prædixit, quem-
admodum Deus immortalis ne comparandus quidem est ad mortales: ita dum
à vobis condemnamur, à Christo Domino Deoque nostro, qui vobis vestros mo-
D *res probè cantavit, absolvimur; à quo sacrilegum hoc genus hominum manus*
sceleratas impias abstinebunt, qui ne Christo quidem Authori nostro peper-
cerunt. &c.

Hæc cum *Palatinus Rheni* dixisset, discessit, & mox cum *Conrado* Cæsare
genero Anno 1249. *Dörnbergium* obsedit. *Episcopi* verò, qui in supradicto
conventu erant, rati illum *vera dixisse*, cum eo in gratiam redeunt: induciæ
E ad Kalend. Maji fiunt: Execratione Pontificiali eundem absolvunt.

A. 1250. *Otto Palatinus Ludovicum* filium exercitu instruit, finesque *Au-*
striæ, mortuo A. 1249. 4. Non. Decemb. *Hermanno* March. Badensi, *Austriæ,*
Stiriæque Duce, filio Hermanni March. Badens. & *Irmentrudis* sororis Agne-
tis Rheni Palatinæ Ducissæ Bavariæ, irrumpere, eamque sub potestatem re-
digere jubet. *Lintzium, Anassius* aliæque urbes cervicem oppidò submisêre.
F Verùm *Ottocarus Wenceslai* Bohemiæ Regis filius, quem illa *Austriæ* calami-
tas propius tangebat (duxerat enim *Margaretham Friderici* Austriaci soro-
rem) dubiam palmam facere & de rei summâ disceptare conabatur. Acce-
debat dira *Conradi Tölzneri* Frisingensis Episcopi execratio, quâ invito clero
Palatinum nostrum velut inferis dictis devoverat, juncto mandato, ne sepe-
liendi mortuos jus esset. *Albertus* etiam Episcopus Ratisbonensis 45. cives
G Imperatori nimiâ fide addictos fraude cœpit, castroque *Stauf* nihil flecten-
dos inclusit. Hinc Cæsar *Conradus* & *Otto Palatinus* Alberti ditiones vastant,
eumque captivos reddere, imperata facere cogunt, ejus socios strage malè
mulctant, *Ratisbonam* cum copiis intrant, ubi cum *Cæsar Conradus* more
majorum hospitio exceptus fuisset in *æde S. Haimerani*, conspiratione factâ
sequente nocte 5. Kal. Jan., dum cubitum ivisset, horribile assassinium Cæsa-
H ris meditantur *Albertus* Epis. Ratisb., *Ulricus S. Emerani Abbas*, paucis con-
sciis. Cumque omnia ad necem parata essent, *Fridericus* quidam *Eavesbei-*
mius nocte intempesta Cæsari scelus futurum aperit, auctorque simul ipsi est,
ut Cæsar in latebras properè abripiat, patiaturque cubile Regium à se occu-
pari.

pari. Paret *Conradus*, ſeque mox ſubducit, & *Fridericus Evesheimius* vix perſonam induerat, cum percuſſores regii fores cubiculi effringunt, duobus occiſis, tribus è domeſticis in vincula conjectis, arbitrantes Cæſarem jam cæſum eſſe, abeunt, Cæſar verò ſub ſcamno ſuoque tectus latibulo noctem trepidus tranſegit, ſicque feliciter evaſit. Poſtera die Publico ſe reddidit inter lætiſſimas Aulæ civiumque gratulationes. *Albertum Epiſcopum* & *Ulricum Abbatem* aliosque conſpirationis ſocios parricidii condemnat, hoſtesque Reipublicæ declarat, pœna tamen à *Conrado* ita mitigata, ut monachi, qui aſſaſſinium ignorabant, ſolutis Cæſari 100., Aulicis vero ejus 40. libris, liberè dimiſſi fuerint, vel ut Adelreitzer in Annal. Bav., argentea ara appendens 67. auripondo, quam *D. Ramvoldus* Abbas S. Henrici Imp. ævo dedicaverat, è ſacrario ſublata, Monachi præſtantis Bibliothecæ parte mulctati fuerint, præclaræ artis 500. voluminibus, *Albertus* Epiſcopus capite diminuto in monachorum ordinem redactus, *Ulricus* verò Abbas dignitate motus fuerit, (*Conradum* conjurationis Principem poſtea de cœlo fulmine tactum, reliquos in Bohemiam aufugiſſe ſcribitur) Hâc Monachorum ære ſacellum D. Virg. & S. Nicolao ſacrum, quibus Conradus Cæſar ſuam ſalutem ferebat, poſtea exſtructum diruto veteri, Regiaque capella nuncupatum fuit, quod etiam Anno ſeq. 1252. menſe Januario Cæſaris Diplomate monachis pro conſervatione poſſeſſionum ſuarum conceſſo, confirmatum fuit, teſtibus *Ottone Palatino noſtro* ejusque filio *Ludovico*. vid. Avent. l. 7. A B C D

Dum hæc fiunt in Germania *Imperator Fridericus II.* obiit in *Apulia* in arce *Florentzola* A. 1250. 13. Decemb. *febre ex veneno contractâ*, hâc verò cum diligentiâ Medicorum reſtitutus, aliquo modo ſpem reconvaleſcentiæ præbuiſſet, à *Manfredo filio notho* injecto in os pulvino ſuffocatus periit. Nondum in Germania rumor effluxerat interempti Regis, cui tanquam ſuperſtiti *filia Ducis Saxoniæ* ducenda erat in Apuliam. vid. Chron. Auguſt., Naucler. gener. 42. *Otto Rheni Palatinus noſter* Sponſam, impoſitâ à Proceribus provinciâ, marito adducere jubebatur, quo in itinere (ex Saxonia in Ital.) *Conrado Cæſari* mors haud dubiè ſuſtinenda fuiſſet, niſi vigiles benigni Numinis oculi vidiſſent inſidias, & diſcrimen capitis amoviſſent. E F

Cum enim *Ratisbonâ Landshutam* moveret, ipſe & *Albertus* Epiſc. Ratisb. hactenus ſuâ ſede excluſus eo, quod civitas, quæ Cæſaris partes ſectabatur, ex priori urbe Cives Epiſcopo perquam infenſi provolant, Pontificiisque diris exacerbati, veluti in ultionem impedimenta ſponſæ aggrediuntur, diripiunt, vaſtant, *Cæſar* vindicaturus injurias, collectis copiis in prædatores movet, multos civium necat, *Ottone* Palatino ſuppetias ferre juſſo. *Vaſtantur* inde ditiones *Hohenfelſij* Comitis & Clientis Epiſcopi 1250., ante ferias Nativitatis Chriſti. v. Adelreitz. lib. cit. G

A. 1251. *Bohemiæ* Rex occaſione urbis *Schittenhofen* & *tetrarchiæ Bohemiæ*, quæ *Alberto Comite à Bogen* Ottonis Palat. fratre uterino A.... ſine liberis defuncto, jure ad *Ottonem* Palatinum noſtrum redierat, Bavariæ ſeptentrionalis fines invadit, igne & ferro in *Chamabonum* agros & agricolas ſævit, quo cognito, Cæſar *Conradus* cum *Ottone Palatino* Chamabos petunt, ibique colloquium ad refrenandas Bohemorum incurſiones habent A. 1251. 3. Kal. Jun., Bohemos per ſaltus Hercynios domum recedere cogunt. H

A Ea quoque tempestate *Ludovicus* Palatini nostri filius *Teisbach* Episcopi Ratisbonensis castrum obsidet, captumque solo æquat. v. Adelreitz. l. c. lapides *Dinckelfingam* abducuntur, indeq; civitas superior exstruitur. & castrum v. Chron. Augustense.

Hoc quoque anno *Cæsar Conradus* à *Wilhelmo* Rege Rom. juxta *Oppenheim* oppidum prælio victus fugatusque in Bavariam se confert ad Ottonem B Palatinum nostrum, cum quo ad oppidum Cham, uti supra dictum, in festo S. Pet. & Paul. profectus, cum istius loci Proceribus colloquium habet. v. Chr. Augustens. Mense deinde Septembre in Apuliam, uxore *Elisabetha* Landshutæ gravidâ relictâ, quæ anno seq. 1252. 8. Id. April. ibidem *Conradum*, Italis *Conradinum* postea jussu, & *inclementi Clementis sententia* Neapoli capite C plexum, peperit, se confert, regnumque paternum in potestatem redigit, sed tandem iisdem *Manfredi* pestilentissimi hominis insidiis, Veneno scil. per clisteria ipsi dato A. 1254. 22. Maji. Neapoli è medio sublatus, crudelitate periit.

An. 1253. *Otto Palatinus* Dux Bavariæ novam monetam, rejectâ Veteri *Ratisbonensi*, cujus 60. nummi drachmam auri valebant, Landshutæ cudi, & D non nisi eam in Bavaria recipi edicto jubet, de quo Chronicon Augustense h. modo A. 1253. Otto Bavariæ Dux monetam novam Landshutæ fabricari jussit *circa messis initium*, mandans ipsam & non aliam in suo districtu recipi. Ea quoq; tempestate Styriæ proceres de *Lichtenstein*, *Erenfels*, *Offenberg* & *Weissenek* ad *Ottonem* Palatinum nostrum nuncios mittunt, postulatum, ut *Henricum* filium cum exercitu proficisci jubeat, *Styrios* & *Austrios* in ejus E potestate fore. Annuit *Otto* postulatis, se tamen prius rem ad *Belam Hungariæ Regem*, cujus filiam *Henricus* in matrimonio habuerat, delaturum ejusque consilio omnia acturum respondet. Bela verò sibi, quàm genero addictior opportunam ratus occasionem, quo Provincias regno suo vicinas adjiceret, muneribus *Styrios* sibi conciliat Proceres, qui variis inescati promissionibus, socerum genero præferunt, inque ejus verba jurant. *Otto* verò Pa- F latinus ne nihil intentatum relinqueret, utrumque filium *Ludovicum* & *Henricum*, collecto sed nimis serò exercitu, concomitatur, eosque *Oetingæ* infra 8vam Thebeorum, ut Chron. August., more majorum armis ornat, inde per *Austriam in Hungariam* ad *Belam* profecturus Styriam petit. Verùm *Ottocaro* Bohemiæ Rege, qui se armis favoreque Austriacorum præveniendo firmaverat, omnes aditus Austriæ intercludente transitumque negante, *Franco-* G *martii* 15. Kal. Octobris cum filiis suis subsistit, ibiq; aliquot dies deliberando commoratus, denique non dubiam fortunæ aleam tentandam ratus, bello abstinet. Passus tamen est: Henricum filium Socero auxiliatrices copias adducere, qui Salisburgensium & Carinthiacorum montium fauces declinans, per *Vallem Tridentinam*, Alpes Noricas, Duce *Meinhardo* Goritiæ Regulo Alberti Tyrolii filio, & *Ditmaro* de Weissenek, *Ezilini* Dynastæ *Tar-* H *visini* copiis auctus, in Hungariam ad Socerum penetrat, eique omnem operam præstat. Cùm verò *Conradus* Rex eandem à Bela armis repetere non cessâsset, tandem transactione factâ *Austria Ottocaro* qui & Premislaus dictus, *Styria* verò *Belæ* cessit: sicque irrita expeditio *Ottonis* ejusq; filii omni penè fructu caruit. Illud tamen, annotante Adelreitzero, emolumentum ex

hac

hac rerum mutatione consecuti sunt, ut quicquid terrarum ad Anassum us- A
que jure antiquo Bavariæ olim cohæserat, & à Friderico I. Imp. avulsum, *Austriæ* attributum fuerat, ad *Veteres Dominos* postliminiò per *Ludovicum* Ottonis Palatini filium reduceretur. Interim *Otto* cum altero filio *Ludovico* Landshutam reversus est, ibique secundo mense subsequuto, cum 3. Kal. Decemb. cum uxore & liberis hilarem traduxisset diem, sequente nocte subitâ apoplexia tactus, vitam finiit. v. Trithem. Chron. Hirsaug. t. 1. p. 579., & qui- B
dem, A. 1253. in Vigil. S. Andreæ Apost. ut rectè *Chron. Augustense, Aventinus, Adelreitzerus* in Annal. Bav., *Paræus*, in Hist. Palat. aliique (& non An. 1245. ut *Trithemius* in Chron. Hirs. *Freherus* in Orig. Pal. p. 117., *Lehmannus* in Chr. Spir. l. 4. c. 7. p. 259., *Gebvvoldus* l. de Septemv. c. 10. p. 161., Morerius in Dict. Hist. t. 4. p. 85., forsan argumento ex coronatione *Wilhelmi* Regis Rom. An. 1247. Aquisgrani peractâ petito, cui Palatinum Ludovicum, Ottonis filium C
interfuisse auctor est Trithemius lib. cit., sed rectè annotat Adelreitzerus l. cit. Ottonē Ludovici patrem *Electionem Wilhelmi* nunquam approbâsse, neque filium eo, ut credibile, misisse) Gubernationis 23., vitæ verò 47. Annorum. Haud dubitamus Deum misericordiæ Patrem optimo Principi Palatino nostro jam apoplexiâ tacto, gratiam fecisse, vitamque per aliquot horulas protraxisse, quo Piis precibus animam Deo servatori nostro commendare po- D
tuerit; quod negare videtur Adelreitz. lib. cit. quando scribit: *Finem longè laudabiliorem habiturus, si vitæ postrema primis respondissent. Potissimus illi nævus, Episcoporum exemplo ab Innocentio P. Rom. descivisse & pertinaciter adhæsisse Cæsaribus. Etiam aspernatus est dirarum religiones, quas ad supremum usque spiritum, tametsi à Bertholdo D. Francis. sodali severè increpi- E
tus, neglexit, quo factum, ut incogitans & inexpiatus subitò exspirârit. etc. Illatus in Schirense Monasterium neque inde motus. Licet Clemens Pontif. Rom. decimo post ejus excessum anno litem ipsi moverit de sepulchro per Frisingensem & Ratisbonensem cognitores, qui perquirerent, num aliqua pænitentis animi signa prodidisset. Si nullum aliud, ut porro Adelreizerus, hoc saltem repere unt, quod nuper S. Spiritus domum hospitalem pietatis & misericordiæ studio excitasse, F
quare Agnetis uxoris & posterorum honori concessum urna defuncti ne loco moveretur, ejusque manibus ne insultaretur.* Cæterum vitio Palatino nostro vertitur 1. quod *Cæsaribus* adhæserit. Sed quare non *Cæsaribus*, ut summis in Orbe Christiano Principibus & Dominis, quibus Palatinus noster una cum cæteris Imperii Proceribus juramento adstrictus, adhærere non debuisset? G
detectis variis Pontificum tot tantasq; seditiones, conjurationes detestabiles in Germania contra Summum Caput excitantium fraudibus, Machinationibus, rectè adhæsit Imperatori injustè excommunicato, ut supra ostensum, *cum revera Imperialis felicitas*, ut *Fridericus II.* Imp. exclamat apud Pet. de Vineis l. 1. c. 31. Ep., *à Papali semper impugnata fuerit invidia. etc. Horret animus*, inquit. Meibom. in Apolog. pro Ottone IV. p. 153., *meminisse, piæ-* H
que mentes Blasphemias in Imperatorem mecum abominantur, immane dictum, quantis Imperatorē contumeliis affecerint, Pontifices R., frivolis & falsis de causis, postposito omni judiciario ordine diris devotum Fridericum II. Imp., ut *Urspergensis*, publicè proclamatum *discipulum Mahometis*, ut Chron. Magnum Belg. refert, *filium* etiam *Satanæ, canem, præambulum Antichristi*, ut Mutius tradit in Chron. l. 20.

2. Re-

A 2. Reprehenditur, quod *dirarum religiones* aspernatus fuerit: sed respondetur, Palatin' noster perspiciens easdem non ex Religionis zelo, sed *ex diris passionibus* promanâsse, quodque Aventinus exemplo Alberti Nuncii Apost. satis clarè docuit (daß man mit denselben gleichsam Marchandise getrieben/und so bald Gelt da gewesen/ist das Band wieder auffgelöst worden) detectis itaque fraudibus, easdem rectè nauci fecit. Negari interim non

B potest, *Ottonem* Principem Palatinum nostrum virtutibus Illustrem, pietate in Deum, fidelitate in Cæsarem, amore & justitia in subditos aliisq; eximiis virtutibus corruscâsse, Generosum præterea, magnanimum, clementem, pium exstitisse. Quantum autem Palatinatum Rheni Bavariamq; novis accessionibus adauxerit? supra c. 2. De Incrementis Palatinat. Rhen. fusiús ostensum fuit.

C Conjugem non nisi unicam habuit *Agnetem* scil. Rheni Palatinam, cum qua Rheni Palatinatum acquisivit, filiam scil. *Henrici Comitis Palatini Rheni*, Ducis Saxoniæ Brunsvvicensis, *ex Agnete Conradi Palatini* Ducis Sueviæ (qui frater erat Friderici I. Imp.) filiâ prognatam, eamque *Straubinge* in Bavaria A. 1225. *in festo Pentecostes* matrimonio sibi junxit, quæ tandem *Monachii* A. 1269. . . . . moriens, *Schiræ* juxta maritum sepulta est. Ex quâ, quan-

D tum constat, 2. *filios* & 3. *filias* sustulit.

1. *Ludovicum* cognomine *Severum*, natum Heidelbergæ 1228. 13. April. Patris in *Palatinatu Rheni*, eidemque annexo *Palatii, Vicariatus* & *Archidapiferatus* Officio Successor. de quo infra.

2. *Henricum* Bavariæ D., natum 1235. 19. Novemb. v. Chron. August., Avent. l. 7. p. 556., *Burckhusii* A. 1290. 3. Febr. defunctum, & *Landshutæ in Sali-*

E *genthal* sepultum, uxorem hic habuit *Elisabetham Belæ* 4. Hungariæ Regis filiam, ductam 1244. . . . . . & Landshutæ A. 1271. 13. Mart. defunctam puerperio, sepultam ibidem.

3. *Elisabetham* n. . . . . uxorem *Primò Conradi Regis Rom.* & Hierosolym. filii Friderici II. Imp., desponsatam ipsi Egræ. An. 1242., ductam Vogburgi. 1246. . . . . *2dò Meinhardi III. Comitis Goritiæ Tyrol.*

F & Carinthiæ, ductam Monachii 1269. 6. Oct. v. Aventin. & Adelreitz. in Annal. Bav. (alii A. 1259. Ponunt) ob. 1270. . . . . sep. in Monasterio Stambs.

4. *Sophiam* n. . . . . . *uxorem Gebhardi* Comitis *Hirsbergens.*, desponsatam à fratribus, nuptiasque ejus eodem Anno, quo Sororis Elisabethæ celebratas fuisse, docet Adelreitzer, Monachii scil. A. 1269. 6. Oct., Chronicon.

G verò *Augustense* testatur *Elisabetham* Sororem ejus A. 1259. in 8. S. Michael. Meinhardo matrimonio junctam fuisse, cum eodem tempore Mater ejus *Agnes* apud Sororem *Sophiam* esset in arce *Hirsbergensi*, quæ hoc tempore filium Gebhardum A. 1259. Feria 4. S. Michael. pepererat. Obiit *Sophia* in arce Hirsberg. A. . . . . . sepulta cum filio Gebhardo *Aichstedii* apud Dominicanos in Monasterio à se exstructo.

H 5. *Catharinam* n. . . . . . uxorem, ut volunt, *Mathei II. Ducis Lotharingiæ*, quam tamen alii rectius *Agnetem* vocant.

CAPUT

CAPUT XIX. A

De Ludovico II. cognomento Severo Comite Palatino Rheni Duce Bavariæ.

L*Udovicus* cognomento Severus, ob *justitiæ* studium sic dictus (vel potius ob *cædem uxoris*, quam ob malè conceptam commissi adulterii suspicionem, capite plecti jussit) Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, filius Ottonis Illustris, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, *ex Agnete Henrici Com. Palat. Rheni*, Ducis Saxoniæ Brunswicensis filiâ. Natus *Heidelbergæ* in Veteri arce A. 1228. 13. April. (& non A. 1229. ut Paræus, Hofmannus, in Genealog. Pal. aliique) A. 1232. à Patre Ottone obses datus est *Henrico* Regi Roman., cum non nisi A. 4. haberet, An. 1247. Civitates ad Rhenum cum *Ludovico* nostro aliisque Principibus fœdus ineunt, ad destruenda castra Latronum v. Chron. Augustense ad A. 1247. B C

A. 1248. *Wilhelmus* Hollandiæ Comes in Regem Roman. eligitur & coronatur *Aquisgrani*. 1. Nov. præsente *Ludovico* nostro. v. Trithem. in Chr. Hirs. p. m. 585., Gebwold de Septemv. A. eodem jussu Patris castrum *VVasserburg* obsidet, Comitem ejus *Conradum* ditione exuit, captis munitionibus ejus. A. seq. ipse cum Patre & *Conrado* Cæsare *Dornburgum* obsidet. D

A. 1250. cum exercitu missus à Patre in *Austriam*, defuncto *Hermanno* Badensi Austriæ Duce, ad subjiciendam *Austriam, Anassum, Linczium* aliasq; urbes occupat, eodem A. cum Conrado Cæsare & Patre Ottone *Ratisbonæ* fuit, ubi 5. Kal. Jan. conspiratio facta est contra Cæsarem, de qua jam supradictum.

A. 1251. Teisbach, firmissimum Alberti Episcopi Ratisbonens. propugnaculum, ne hostibus receptum præberet, solo æquat. E

A. 1253. cum *Patre & fratre* Henrico Hungariam petituro, *Oetingæ* à Patre more majorum armis ornatur, & Pater dimisso filio *Henrico* in Hungariâ, cum *Ludovico* nostro Landshutam repetiit; ubi secundo mense post, cum Pater una cum uxore & Ludovico nostro tempus hilariter transmisisset, sequente nocte 3. Kal. Decemb. subitò exspiravit, & exequiis Patris rite celebratis, *Ludovicus* Rheni Palatinus noster, authore *Henrico* Episcopo Bambergensi, cum cæteris Bavariæ Episcopis *Philippo* Salisburg. Archi-Ep., *Alberto* Ratisbonens., *Ottone* Bathaviensi in gratiam rediit: Omnium rerum oblivio decreta, cultusque divinus, qui hactenus templis clausis fiebat, publicè restitutus est. Episcopi enim hi ob servitia, temporum servitutem atque æs curatorum pro imunitate Ecclesiastica cum Ottone Palatino disceptabant. v. Aventin. An. Bav., *Henricus* Dux Bav. cognito Patris obitu, Philippi Archi-Episcopi Salisburgensis ductu ex Hungaria *Landshutam* rediit, secumque duxit Conradum Episcopum Frisingensem, cum quo etiam *Ludovicus* noster, procurante Philippo Archi-Episcopo, in gratiam rediit. F G

A. 1254. *Ludovicus* Palatinus primam uxorem duxit *Mariam*, *Henrici* cognomento Magnanimi Brabantiæ Ducis filiam, novamque nuptam Werdæ ad Danubiū una cum *Elisabetha* Sorore, Regina Hierosolymit. habitare jussit. H

A. 1255. Vetus Ratisbonensium moneta, abrogatâ novâ à Patre Ottone Palat. 1253. messis tempore cusâ, publicè recepta est. v. Chr. Augustense. Eodem Anno mense Aprili in Paschalibus factâ Landshutæ terrarum divisione cum

 fratre

A fratre *Henrico*, ipse ut Primogenitus *Palatinatum Rheni*, cum juribus eidem
annexis & *Bavariam superiorem*, & cum illâ *Monachium, VVasserburgum, In-
golstadium, Præfecturam* Ratisbonensem, *Stephaning, Lengenfeld, Rietenburg,
Regenstauf, Kalmut* aliaque obtinuit. v. Chron. August. ad A. 1255.

A. eodem ad Rhenum in Palatinatum contendit, ubi tunc temporis pleri-
que in magno hoc interregno (quo Germania variis intestinis motib' quas-
B sata, & multitudine Principum & Cæsarum Friderici, Henrici, Conradi, Hen-
rici Thuringi, Wilhelmi, Richardi, & factione etiam Pontificum Romano-
rum distracta fuerat) armorum licentiâ ad omnem audaciam processerant,
impunè latrocinia exercebant, *ex rapto vivebant*, qui viribus pollebat, al-
terũ opprimebat, Nobiles, Equites publicas vias deprædando violabant, mer-
C catores occidebant, novaque vectigalia imponebant, civitates liberæ tumul-
tuosius inter se agebant, ob has causas 60. Civitates pleræque Rhenenses, ut
*Colonia Agripp., Bonna, Novesium, Aquisgranum, Moguntia, Bingium, Oppen-
heimium, Wormatia, Spira, Neostadium, Brisacum, Argentoratum, Basilea,
Friberga, Schletstadium, Weissenburgum, Heidelberga, VVimpfen, Lüzelburgum,
Francofurtum, Seligenstadium, Mülhusium, Gelnhusium.* etc. fœdus ineunt. *Lu-
D dovicus Rheni Palatinus* noster civibus his societate junctus, copias una cum
ipsis cogit, nova vectigalia abrumpit, Prædonum castella oppugnat soloque
æquat, latrones interficit, omnibus benè succedentibus vicinos Principes ad
fœdus cogit, ut *Moguntinensem, Agrippinensem, Trevirensem, VVormatien-
sem, Argentoratensem, Basiliensem* Episcopos, item *Conradum*, *Emichonem*
Waldgravios, *Theodoricum* Cattimelibocensem, *Fridericum* & *Uthildam* Co-
E mites de Leiningen, *Bertholdum* Zigenhagium, *Popponem* & *Sophiam* Thu-
ringos, *Gerlacum* Lunæburgensem aliosq;. v. Lehman, Chr. Spir. l. 5. c. 92., Con-
ring. Aeroam. Imp. Reip. p. 57., Avent. l. 7. p. 696., Chron. Augustense, Tri-
them. Chron. Hirs. ad A. 1254.

Dum hæc ad Rhenum fiunt, *uxor Palatini* nostri *Maria Brabantina* binas
literas, uno quidem añulo, diversâ tamẽ cerâ, atrâ & rubrâ obsignatas, *alteras*
F Marito, *alteras* Henrico Ruchoni s. hirsuto Decurioni, ex *Ottonis Wittelsba-
chii*, qui Philippum Imperatorem necaverat, *stirpe*, ut ajunt, prognato & secre-
ta quædam continentes mittebat. *Tabellarius* verò errore seductus, rubrâ ce-
râ complicatas *Ludovico Palatino* tradidit, qui lectis literis sententiam tamen
Epistolæ non assecutus, amatoria agi suspicatus *tabellarium*, qui has ad se de-
tulerat, ferro necat, Palatinus confestim dissimulatâ re, relicto apud Rhe-
G num exercitu, nemine salutato, paucos Comites secum trahens, quantis
potuit itineribus Werdam advolat: ubi statim obvium arcis Præfectum
per satellitem interficit, mox uxor adest: *ardebant oculi, pallet vultus, fu-
ror eminebat, trepidabat familia*, tum corripi uxorem jubet, eam ita alloqui-
tur: *Et haccine fides, inquit, thori est? dum ego absens in castris à latroni-
bus purgo Provinciam, Tu hostem in arcem, in domum, in cubiculum, in lectum
H arcessis? En uti majores illius Cæsarem in lecto decumbentem Ægistheo ritu tan-
quam altera Domini sui Clytemnestra Agamemnonem inter hostes tutum in-
terficias! anteveriam Parricidium! Lictor expede, corripe Adulteram, feri
sceleratum caput.* Sic *Mariam omnia excusantem, lachrymantem, Dei ho-
minumque fidem implorantem, suamque innocentiam testantem, surdus ta-
men*

men rejicit. Nec quicquam profuerunt Sororis *Elisabethæ Reginæ*, ad fratris pe- A
des jacentis preces, nec *familiæ trepidantis* metus. Orabat Regina eum, ne tam præcipiti irâ in cædem rueret insontis, daret spatiũ animo, postero die omnia justius executurum. Sed aures ejus erant clausæ, jubet lictorem Officio fungi, qui fæminam lamentantem, innocentem, ab omni perpetrato scelere alienam gladio percutit *Werdæ ad Danubium* (hod. Donawerth) An. 1256. 15. Kal. februarii, ut *Aventinus* lib. cit., *Chron. Augustense*, *Annal. Colmariens.* B
Bruschius de Monast. Germ. p. 403. (& non A. 1266. ut perperam alii, neque A, 1255. ut *Chron. Elvvagense*. v. Paræi Hist. Pal. p. 166. 169.) sepulta *Werdæ* in Cœnobio S. Crucis, Epitaphium ejus vid, apud Brusch. lib. cit. p. 403. Chytræũ in delit. itin., Paræum lib. citat. Deinde *Helicam Brennebergicam* Nobilem Virginem tanquam consciam cultello trajicit, ut & *Gynecæi Præsidem* innocentissimam Matronam ex alta turri præcipitem deturbari jussit, *ita 5. funeri-* C
bus furor ejus resedit. v. Brunneri & Adelreitzeri Annal. Bav. & Rader. Bav. Sanctam 1. 2. p. 293., *Rucho* Comes finibus excedit suam & Mariæ innocentiam lacrymis, literis, verbis contestatus est, delatorum scelera commemorat. *Ludovicus Palatinus* magnitudinem facinoris postea serâ pœnitentiâ considerans, Romam profectus facinus *Alexandro IV.* Pontifici Romano aperit, delicti veniam petit. Unde à Pontifice ad placandum *Numen Mariæque* ani- D
mam jussus est religiosis *S. Brunonis* Monasteriũ exstruere. Sed quia id genus hominum in Bavaria tunc nullum erat, *Cistertiensium* Nobile Cœnobium in *Fürstenfeld* in honorem S. Bernhardi in ripa Ambrionis An. 1266. condidit, Monachis ab Allersbach accitis, literas fundationis hujus Monasterii. vid. infra in Codice nostro Diplomatico Palatino. Ajunt etiam Palatinum nostrum primâ nocte post cædem perpetratam tantis curarum fluctibus, nocturnisque E
visionibus & Mariæ manibus ad eò agitatum fuisse, ut qui juvenili comâ barbaq; florenti ornatus (Annos enim 27. tunc habebat) per noctem incanuerit, senemque 70. Añorum referret, quod tamen plurimi ad fabularum consortia rejiciunt.

Eodem Anno *Wilhelmus* Hollandus Romanorum Rex, dum in *Frisia* viam contra hostes exploratur' solus equitaret super glaciem prope oppidũ *Hoicht-* F
vvende in loco paludinoso glacie fractâ paludibus immersus & à Frisiis supervenientibus, inscüs quod ipse Rex esset, transfossus periit. 28. Jan. corp' postea repertum *Middelburgi* apud Præmonstrantes sepultum est. Hinc conventus Principum pro electione novi Regis indicitur *Francofurtum* in 6. diem Jan. 1257. quo *Ludovicus Rheni* Palatinus etiam se contulit, ubi duo de Imperio conflictabantur: Uterq; maximis muneribus majoribusq; pollicitationib' G
in sua vota pertrahere Principes conabatur. *Ludovicus Palatinus* cum Moguntino aliisq; Rheni Episcopis & Ducibus *Richardum* Henrici III. Angliæ Regis fratrem spe donativi & stipendii, quod Anglos elargituros sperabant, elegerunt in Imperatorem 8. die Jan., de quâ elect. vid. & Lips. Præfat. Polit. Hisce autem domum redeuntibus, *Trevirensis* cum *Rege Bohemiæ*, Duce *Saxoniæ*, H
Marchione, *Brandenburgico* aliisq;, qui à Galliæ Rege auro corrupti, adversus Anglum literis absentes suffragia ferebant, *Alfonsum* Hispaniæ Regẽ Imperatorem declarabant: Sed in Germaniâ is non veniebat. *Ludovicus Palat.* cum fratre *Henrico* collectis undiq; copiis in Germaniâ inferiorẽ se confert, atque

A *Richardum* Regem, qui cum 4000. equitibus eo jam pervenerat, ad Aquisgranum perducit, eumque præsentibus 8. Episcopis die ascensionis Christi *Conradus* Coloniensis coronat 16. Kal. Jun. 1257. Hisce ritè peractis *Henricus frater* Palatini in Bavariam revertitur; *Palatinus* verò in Palatinatu veteri & locis Rheno finitimis apud noviter electum Regem substitit: qui mox *Wormatiæ* in uxorem duxit N. Comitissam de *Falckenstein*, Virginem formosissi-
B mam v. Trithem. Chron. Hirs. p. 598., deinde *Wormatiâ Basileam* cum novo Rege profectus est *Palatinus* noster.

Eadem quoque tempestate *Ottocarus* Bohemiæ Rex legatos ad *Henricum* Bavariæ Ducem mittit, petuntque ut Valentiam Noricorum oppidum, ubi de communibus utriusque rebus colloquantur, & jure potius quàm armis disceptent, veniat. Annuit postulatis Dux, dumque eo proficisci parat, *Bohemiæ*
C *Rex* clam collectis copiis idibus Augusti *Bathaviam* intrat, inde *Henrico* præter spem bello indicto Vilsivallem invadit, vicos, templa, monasteria diripit, incendit, imò *Landshutam* usque hostili animo progreditur. *Ludovicus Palatinus* noster certior omnium factus citò advolat, & insperatò cum selecto equitatu fratri adest, & quos publico edicto ad Patriam, uxores, liberosque tutandos adversus perfidum latronem excitaverat frater copiis itaque sibi
D conjunctis *Ottocarum* persequitur: Prius tamen ad ipsum legatos mittit, toties jus sanguinis spretum, toties pacem violatam exprobrat hostique nunciat, ut Marte aperto secum congrediatur, adfore haud dubiè Bavaris præsenti Numine Deum perfidiæ ultorem.

Ottocarus repentino adventu Palatini perturbatus, spatium unius diei (fuerat is dies Veneris S. Bartholomæi) pro deliberatione petit, inducias impe-
E trat, ubi Sol occidit, intempesta nocte Rex cum paucis fugam capessit, per *Mühldorffium*, inde per *Lauffen* in Austriam dilabitur. Exercitus, ubi se desertum vidit, Regis sui vestigia insequitur: Verùm Bavari cognito hoc fugientes insequuntur: Pons *Mühldorffij* fugientium multitudinem ferre non valens corruit, 3000. hostium aquis pereunt, natando salutem quærentes, hastis, partim sagittis à Bavaris, qui in ripa fluminis subsistebant, à littore arcebantur, qui
F verò citra *Oenum* erant, in turres suburbanas evadunt, ibique se muniunt, sed omnes hi subjecto turribus igne *jussu Palatini* nostri vivi cremati sunt.

Cæteri in oppido arcta obsidione clausi 14. obsidionis die absque ulla capitulatione & conditione Palatino se dedere, 16. *Bohemiæ* & 7. *Austriæ* Dynastæ præter Comites capti sunt, ut *Bocho* & *Zemilo*, *Huro* Rosenbergenses, *Zemilo* Lichtenbergensis, *Wilhelmus*, *Gerdebrat*, *Wichardus*, *Thironacus*,
G *Schatzla* de Fridlam, *Ibis Scherichinus*, *Benlis* à Falckenstein, *Bochuslaus*, *Boritius*, *Burchardus* Clingenbergensis, *Ulricus* Pincerna, *Elenobogius*, *Jenezo* Burgravius Græciæ, *Stilochomilo* Nabezodenus, *Stiporius*, *Capito*, *Ulricus* Rosotalis, *Albero* & *Henricus* Thuringii, *Ulricus* de Lobenstain, *Ulricus* de Capella, *Ludovicus* & *Albertus* Zelochingii, *Sighardus Piber*, hi omnes in Bohemiam *ad Regem* de pace facienda missi, dato prius juramento, ut, si eam non
H impetrarent, Landshutam Kalendis Februarii 1258. repeterent, horum tamen ope & consilio pax facta mense Octobre A. 1257. in urbe Chamaburum.

A. 1259. *Ludovicus Palatinus* ejusque frater Henricus sororem suam *Sophiam Gebhardo Comiti de Hirsberg* (qui paulo ante contra Bohemos fortiter

dimi-

dimicaverat) in matrimonium dedêre Monachii vid. Chron. Augustense, A
eodem quoque Anno *Ludovicus Palatinus* castrum in *Geirsperg* contra Ratisbonenses exstruxit, quod postea magnæ pecuniæ interventu iterum destrui jussit. v. Chron. Augustense & Trithem. in Chron. Hirs.

A. 1260. *Ludovicus Palatinus* noster secundam uxorem duxit *Annam*, *Conradi Glogoviensis* Ducis filiam. v. Chron. August., Chron. Citizense & Adelreitz. Annal. Bav. B

A. 1261. *Palatinus* arma movit contra *Mareschallos de Pappenheim*, & *Weissenburgum* Nariscorum oppidum diripit atque incendit.

A. 1263. Egno Episc. Tridentinus Ludovicum Palatinum Ducem Bavariæ de Comitatu *Hadmarsberg* investivit. vid. Hund. Bayrisch Stamb: p. 51., deinde etiam Conradus Epis. Frisingens. defunctis Comitibus de Neuenburg de Comitatu Neuenburgensi eum infeudavit. v. Hund. l. c. p. 51. C

A. 1266. 9. Kal. Novemb. *Conradinus* Sueviæ Dux, *Conradi Regis* Rom. & Hierosolym. (qui *Ottoni Illustri* Palatino Werdam, Laugingam, Hochsteden, Pettingau, Schongau, Swabeck, Morinos, Ambrones, Tauces aliaque Sueviæ oppida & castella *oppignaverat*) pleno jure *Ludovico Palatino* nostro vendidit, cujus venditionis tabulæ, teste Aventino in Annal. Bav. l. 7. p. 564., adhuc suo tempore exstabant. Ea quoque tempestate *Palatinus* noster oppidum D
& arcem *Friberg* in confinio Rhetorum contra Cives Augustanos exstruere cœpit.

A. 1267. id. Septembris *Ludovico Palatino* nostro ex secunda uxore *Anna* primogenitus filius nomine *Ludovicus* natus est. Eodem Anno *Conradus* (Italis *Conradinus*) Sueviæ Dux, *Friderici II.* Imper. ex filio *Conrado* Rom. & Hierosolym. Rege nepos, crebris legationibus ab Italiæ urbibus, ut avitum E
paternumque regnum reciperet, evocatus, tandem consilio matris *Elisabethæ* Palatinæ, concomitantibus *Ludovico Palatino* nostro avunculo ejus, & *Friderico* Hermanni Badensis March. (qui *Irmentrudis* Rheni Palatinæ filius erat) Austriæque Ducis filio *Italiam* petiit, & mense Majo *Veronæ* & *Mantuæ* omnium congratulatione excipitur, & cum Conradinus cum Palatino nostro tribus ferè mensibus Veronæ moram traxisset, subitò *Ludovicus Palatinus* F
cum *Comite Tyrolensi* (Meinhardo) specie *Comitiorum* Augustalium *Clementis IV.* Pontificis Romani *jussu*, revertitur in Germaniam. v. Chron. Paduani. *Conradus* verò Comitantibus eum *Suevis, Longobardis, Tuscis* Romam pervenit (Pontifici Rom. tunc Viterbii existente) ubi haud aliter quam *Augustorum* proles & Apuliæ, Calabriæ, Campaniæ, Siciliæ, Sardiniæque legitimus hæres à Senatu populoque Romano & *Henrico* etiam Castiliæ Rege perhu- G
maniter excipitur, confluentibus undique Italiæ Proceribus. *Campaniam* cum exercitu intrat, cum *Carolo* Andium Duce in Marsis

A. 1267. 22. Aug. pugnans, profligatis Conradi copiis, ipse cum *Friderico* Austriæ Duce ad *Lacum Fucinum* ex annulo piscatori dato, propè Acturam Frangipanum oppidum agnitus & captus *Neapolim* abductus est. *Carolus* Principes quosdam *Pontificem* Rom. & *Ottocarum* Regem consuluit, quid- H
nam de hisce illustribus captivis fieri placeat, Pontifex occidendos respondit. Ottocarus Bohemiæ Rex metuens, ne si *Austriaca* proles & *Cæsarea* soboles superstes foret, intercepta à se olim facilè repeterentur, idem respondet.

A Contrarium verò *Rupertus Flandriæ* Comes, Caroli gener suadet, & Augustorum potius proles affinitatis vinculis conciliandas esse monet. Dum autem tempus consultationibus teritur, *Rupertus* domum revertitur, urget interea *Pontifex*, ejusque instinctu Regius tandem sanguis ad Capitis supplicium condemnatur. *Rupertus* cognito hoc, quanta potuit celeritate ex *Germania Neapolim*, hoc impediturus advolat, verùm antequam eo pervenit,
B inclementi *Clementis* sententia Conradus percutitur securi Neapoli in publico foro dicto Carnicinium A. 1268. die lunæ Kal. Novemb. (al. 26. Octob.) cum *Friderico* Austriæ Duce, cujus *caput Conradus* amplexus & osculatus lacrymis obortis, innocentis adolescentuli & amici, cui causa interitus fuerit, necem crudelem miseratur atque deplorat; Deinde multa de *acerbitate* & perfidia inimicorum, qui se omnium innocentissimum præter fas & æquum
C *avitâ hæreditate* privassent, conquestus, causâ suâ cœlo commissâ, *ultorem sceleris & parricidij Deum* invocans, manicis in altum projectis, regna hæc *Petro* Arragoniæ Regi cognato suo (avia enim hujus, soror erat *Friderici II.* Imp.) legat, & sic innocentissimum caput Carnifici feriendum præbet, cum non nisi 16. annos haberet, quo facto per unicum scelesti carnificis ictum *& Suevorum Cæsarum, & Austriacorum familia* spirare desiit, sepultus *Neapoli*
D in sacello ab *Elisabetha* matre ejus erecto. *Robertus* Flandriæ Comes sententiæ promulgatorem, Carnificem aliosque interemit. Verùm notabile est, quod *inclemens Clemens* Pontifex ille Rom. (qui antea famosus Advocatus, Regisque Galliæ Consiliarius fuerat, liberosque jam in matrimonio procreaverat, electus deinde Perusii in Pontificem Rom. A. 1265. 6. Febr.) justo sanè Dei judicio eodem mense, quo cæsus fuerat Conradus, subitò quoque Viter-
E bii *impiam animam* efflârit A. 1268. 29. Novemb.

Hoc quoque Anno *Ludovicus Rheni* Palatinus noster *Oetingensis* Ecclesiæ privilegia confirmat Frisingæ 16. Kalend. Mart., prout ejus Diploma docet, quod vid. infra in Codice Diplom. P.

A. 1269. *Richardo* Romanorum Rege in Anglia in obsidione urbis cujusdam cæso, & *Gregorio X.* post trium annorum effluxionem & Cardina-
F lium altercationes in Pontificem Rom. electo (quem 7. Electores Imperii instituisse & confirmasse reperio inquit Aventinus l. 7.) aliquantulum respirare cœpit à calamitatibus suis Germania, quibus durante magno illo *interregno* miserè affligebatur, quo permotus *Pontifex* Romanus, nuncios in Germaniam misit & præcepit Electoribus, ut sibi condignum Imperii Regem designarent.

G *Ludovicus* itaque *Rheni Palatinus* noster cum reliquis Imp. Electoribus pro Electione Regis conveniunt A. 1273. Kal. Nov. *Francofurti*, dumq; suffragia ineunt, variæ fuêre sententiæ: nemo alteri cedere animum inducebat. *Wernerus* Archi-Episcopus Moguntinus magnanimitatem & prudentiam *Rudolfi Habsburgici* Comitis prædicabat, alii verò alios. Placuit tandem in hoc eligentium dissidio uni eligendi potestatem deferre: Proinde unani-
H miter *Ludovico Palatino Rheni*, Electori Imperiique Vicario, qui tunc inter Principes præ cæteris magnoperè eminebat, summam eligendi regis offerunt potestatem, & jubent, ut *Cæsarem* nuncupet. *Palatinus* ratus sibi arduum & planè periculosum fore, se unum de alienis virtutibus judicare, quod alio-

aliorum invidiæ & offensionibus fomitem suppofuisset. Quapropter ut A Spartam discriminis plenissimam à se declinaret, primò deprecari illam dignitatem multisque modis se excusare cœpit. Proceres verò cum instarent, cessit tandem oneri, spatioque deliberandi sumto, deinde vocatâ concione, *Patres consulti, Cives Imperij fidelissimi*, inquit, *Imperium per 40. fermè annos civili bello quassatum & attritum & penè collapsum videtis, viro rei bellicæ peritissimo, qui idem armis & virtute rursus stabilire queat, opus esse censeo,* B *quamobrem, quod bonum faustumq; sit, Rudolfum Habsburgicum, Alberti Schafnaburgensis limitis Comitis filium, ab ineunte ætate rerum gerendarum & militaris disciplinæ exercitatissimum Cæsarem, sicuti jussistis, nomino atque declaro.* Hocque dicto *Trevirensis, Coloniensis, Saxo* atque *Brandenburgicus* aliique inducti faustis acclamationibus Regem ingeminant, & omnibus perplacebat *Rudolfus*, excepto *Ottocaro* Bohemiæ Rege & *Henrico* Bavariæ Duce, qui hu- C jusmodi Comitia contra instituta Majorum habita, proinde pro irritis ducenda esse clamitabant, atque sacrum Imperium infimæ conditionis fordibus violari, Majestatemque populi Germani pollui, vociferabantur.

Non obstantibus autem hisce contradictionibus, *Rudolfus* electus *Francofurti* Anno 1273. prid. Kal. Octob., ut Albert. Argent. vel, ut Annal. Colmar. in Chrastino S. Mich., & *Fridericus* Burgravius *Norimbergensis* Rudolfi con- D sobrinus, electionis nuncium attulit *Rudolfo Basileam* tunc oppugnanti, qui suæ tenuitatis conscius, vix fidem fecit, pace itaque factâ cum *Basiliensibus Francofurtum* petiit, inde Wormatiam cum Palatino nostro (ut patet ex Diplom. ejus dat. Wormatiæ 1273. Non. Dec.) postea Spiram, (ut testatur Diploma ejus dat. Spiræ 1273. idib. Decemb. quæ vid. apud Lehman. Chron. Spir. l. 5. c. 110. & Acta Hassiac. & Privilegia civitatis Fridberg.) Paulò pòst cum Ele- E ctoribus Rheno secundo *Aquisgranum* profectus, à *Sigefrido* Coloniensi cum uxore Annâ Hohenbergicâ, coronatus est A. 1273. mense Novemb. in Vigilia omnium Sanctorum, ut Annal. Colmarienses (& non 1274. 8. id Januar., ut *Henning.*, vel Nonis Januarii, ut *Reusner* in Geneal.) Coronationis autem tempore à Principibus petiit, ut sibi more majorum *homagium* præstarent, recusantibus autem his, quod Imperii sceptrum tum temporis non ad manus F adesset, *Rudolfus* de Altari sumens simulachrum crucifixi Servatoris nostri dicens: *Ecce signum in quo Nos & totus Mundus est redemtus, & hoc signo utamur loco sceptri* v. Annal. Rebdorf., Chron. Colmar., quo dicto Principes homagium præstiterunt, & feuda sua receperunt. Imperator è templo egressus, universos Imperii Proceres *Augustali* convivio excepit: post coronationem nuptiæ celebratæ *Mechtildis*, Imperatoris *Rudolfi* filiâ, omnium pulcher- G rimâ, *Ludovico Palatino* nostro in matrimonium data. *Agnes* secunda filia Imp. *Alberto* Saxoniæ Duci, & *Hedwigis* tertia Imperatoris filia *Ottoni* puero Marchioni Brandenb. jungitur Aquisgrani. v. Henr. Steronis Annal. ad A. 1273., Albert. Argent., Avent. l. 7., Lehman. Chr. Spir. l. 5. c. 104., adde Annal. Colmar. Peractâ festivitate, cum Principibus & tribus filiabus Moguntiam, inde Wormatiam, Spiram, & Hagenoam profectus est, & in festo S. H Mart. *Comitia* ejus *prima Moguntia* celebravit.

Hoc etiam anno *Ludovicus Palatinus* noster aliquamdiu *Bacharaci* in arce Stalecke commoratus, *Gothofredum* Comitem Seynensem ibidem 11. Kalend.

A lend. Sept. *de Comitatu suo Seynensi* investivit, testibus literis ejus feudalibus, quas vid. infra in Codice nostro Diplomatico Palatino.

A. 1274. 4. Non. Octobr. *Mechtildis* uxor *Palatini* nostri enixa est *Rudolfum*, filium suum primogenitum (Monachii) Patri postea in Palatinatu Rhenano successorem, & *satorem* omnium Principum *Electorum* Comitum *Palatinorum* ad Rhenum. v. Annal. Colmar. Imperator Hagenoæ per æstatem B commoratus, filiam *Clementiam* mediante *Pontifice* Romano, *Carolo Martello*, Caroli Siciliæ Regis filio despondet (missa hæc A. 1281. in Italiam, eidem matrimonio jungitur) Inde *Norimbergam* ad Conventus agendos & in Hybernа se confert. *Ottocarus* Rex verò & *Henricus* Bavariæ Dux neque precibus, neque blanditiis, neque comminationibus induci poterant, ut vel legatos mitterent ad Comitia, vel se ipsos sisterent.

C Eadem quoque tempestate *Ludovicus Palatinus* noster ejusque frater *Henricus* Bavariæ Dux, contra se invicem sævire incipiunt, & discordia civili Bavariam affligunt. *Henricus*, quod *Ludovicus* Palatinus se inconsulto affinitatem cum hoste contraxisset, sed & eundem cervicibus suis imposuisset, amorem fraternum violatum clamabat. Deinde etiam ob titulum *Ducis Bavariæ*, fratri *Ludovico Palatino* nostro litem movebat, quem *Palatini Rheni* D duntaxat usurpare, se verò cum filiis & posteris Duces Bavariæ appellari volebat. vid. Avent. l. 7., Goldast. Const. Imp. t. 3. p. 312., atque hæc discordia 2. annis cum dimidio Bavariam attrivit.

A. 1275. *Ottocarus Bohemiæ Rex* & *Henricus* Bavariæ Dux ad conventum *Herbipoli* celebrandum, secundâ vice citati non comparuére, tandem *Augustam* Vindel. 3tiâ vice sub pœna læsæ Majestatis evocantur. *Ottocarus* Bern-E hardum Epis. Saccoviensem, *Henricus Bav.* Dux Henricum Præpositum Oetingensem JCtum & historiographum eo proficisci jubet, qui in conventu Principum *Rudolfum* Imp. Sacrilegii & impietatis accusant; proinde indignū esse, qui tantam dignitatem possideret. Sed à nemine hæc benignè audita sunt. *Ludovicus Rheni Palatinus* noster Bavariæ Dux ante omnes, deinde *cæteri rogati* sententiam, *Ottocarum* & *Henricum* contra Rempubl. facere decer-F nunt, hostes publicos Imperii declarant, eisdemque simul bellum indicunt: *Legatis* Bohemiæ & Bavariæ vix tutis redire licuit. *Imperator* itaque collectis undique copiis cum *Ludovico Palatino* nostro Augustâ in Bavariam arma movet contra hostes suos, atque Campodum in confinio super. & inferioris Vindeliciæ castra metatur, fines *Henrici* Bavari igne ferroque vastant. *Henricus* verò Dux vim Cæsaris ulterius ferre non valens; cùm fratre in gratiam redire G cœpit; quo mediante veniam quoque *Cæsaris*, non tamen sine difficultate impetravit, mutuoque dedit *Rudolfo* Imp. 1046. auri drachmas. Aliam subjunxit gratiam Imperator, filiamque suam *Catharinam*, *Ottoni*, Henrici jam memorati filio matrimonio junxit, regionemque supra Anassum Henrico oppignoravit A. 1276.

Hisce peractis *Ratisbonam* se transfert Cæsar, tertiisque Castris 6. Kal. H Oct. Bathaviam intrat, ubi Cæsari adfuére *Ludovicus Palatinus* noster ejusque frater *Henricus*, Archi-Episc. *Moguntinus*, *Henricus* Thur. Landgravius, *Fridericus* Burgravius Norimbergens., *Albertus* March. Hochberg., *Fridericus* Comes à Leiningen, *Otto & Henricus* Com. Spanheimenses aliiq; quàm plurimi, qui Cæsaris castra sequuti sunt. Post

Post hæc An. 1277. Imperator arma movit in Austriam contra *Ottocarum* Bohemiæ Regem, *Meinhardum* Comitem Tyrolensem (cui Soror *Ludovici Palatini* nostri nupserat) *Styriam*, *Carinthiam* & *Carniolam* à tergo invadere jubet, & Franciscanos & Dominicanos, qui Ottocaro diras dicant, præmittit. Ipse cum *Ludovico Palatino* nostro Viennam contendit, Anassaburgum à Conrado Sumeruno absque vi traditur, ut & Ibissa, Tulna, Neapolis verò Austriaca (Neüburg. astu capitur, Bohemi ibique trucidantur, ad quod oppidum custodiendum, & ne à Bavaris occupatum Cæsari Rudolfo traderetur, Bohemiæ Rex Episcopum Olmutzensem, paulò ante miserat, verùm non diu post à *Ludovico* Rheni Palatino stratagemate capitur, quod fusius Annales Colmarienses p. 2. p. 43. apud Urstisium describunt h. modo: Dux Bavariæ senior (Ludovicus Rheni Palatinus) cum hæc audivisset, Rudolfum Imperatorem adiit, & hæc ipsi revelavit, dixit enim Regi Rudolfo: Domine, rogo, ut mihi 300. milites assignes, quod insidias Episcopo Olmutzensi in sylva disposui collocare, spero enim me ab ipsis aliquid habiturum, cui Rex: accipe, quod vis, & de istis ordina sapienter. Tunc Dux acceptis 300. *militibus Rheni, quibus præ aliis melius confidebat*, in sylva propè *Nuenborch* collocavit & occultavit, Episcopus autem insidias sibi positas intellexit, Bohemis civitatem custodiendam tradidit, occultè per devia aufugit, Dux autem in insidiis usque ad horam 9. permansit, & suos fame gravissimè punivit, tunc milites Duci dixêre, quid hic fame morimur, mittatur explorator ad cognoscendum civitatis statum & Episcopi, tunc Dux militi cuidam dixit: ad civitatem tanquam amicus subitò perge, & secreta, quæ poteris, investiga, explorator ad urbem veniens statum ejus exploravit, reversus dixit: Episcopum urbem Bohemis commisisse & ad propria remeasse, consternatus Dux militibus dixit: quid ergo faciemus? spe enim nostrâ frustrati sumus, tunc unus ex illis dixit: Domine viam nostram dirigamus ad civitatem, & amicos nos simulemus, forte recipient nos ut amicos, & sic poterimus capere urbem, Dux dixit, bonum consilium dedisti, post hæc unus ex sapientioribus dixit: Domine primò duo milites præmittantur, post eos 4., post quos 10., postea 40., & hi omnes amicos Regis Bohemiæ se protestentur, post hos exercitus subitò sequatur, appropinquantes primi clarâ voce cantarunt, Bohemi audientes vocem cantantium gaudio replebantur, suspicabantur autem, cives & amicos rediisse, pontes dimittuntur, portæ aperiuntur, ingredi liberè permittuntur, 4. sequentes itidem recipiuntur, 10. autem milites sequentes suspecti custodibus habebantur, portas aperire noluerunt, tunc decem hi Bohemis retulerunt, nos de vestris sumus & Episcopum Olmuzensem deduximus, tunc portæ apertæ eosque receperunt, hi 10. enim in porta permanserunt, custodes verbis fallacibus deceperunt, donec 40. sequentes ad mœnia quoque pervenerunt, 10. milites cum illos 40. adesse vidissent, custodes portæ evaginitatis gladiis invaserunt, & fugere de porta coegerunt, inde 40. milites portas violenter tenuerunt, & Ducem Bavariæ supervenientem liberè intrare permiserunt A. 1277. tunc Dux per præconem civibus nunciari jussit, nulli malum ex civibus in rebus aut corporibus inferetur, Bohemi tantùm in custodiam perducantur. huc usque Annales Colmarienses.

A *Imperator* post hæc *Viennam*, nemine resistente, progreditur. *Ottocarus* Rex in altera Danubii ripa persistebat, solutis pontibus, aquarumque diluvie impeditus copias trajicere nequibat. Vienna per 35. dies obsessa, *Rudolfus* Imperator pecuniâ & commeatu laborare cœpit, adeo ut Moguntinus *Wernerus* clam fugam adornaret, *Fridericus* Archi-Episc. Salisburg., *Henricus* Trident., *Bertholdus* Bambergens., *Leo* Ratisbonens., *Conradus* Frisingens., aliiq;
B Episcopi *omnia bona Ecclesiastica* Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ censent, denariosque Cæsari tribuunt. Hinc militibus stipendium solutum, & annona exercitui undique coemta est. Viennenses in angustias redacti, inducias aliquot dierum pacti, & nisi intra eos auxilium Ottocarus misisset, urbem Imperatori traderent. *Ottocarus* tandem vim hostium ulterius ferre non valens, ut quietè Bohemiam Moraviamque possideret, ultro offerenda ratus,
C quæ defendere non potuisset, *Ludovico Rheni Palatino* nostro cognato suo transigendi copiam cum Cæsare fecit, ejus suasu literas ad Cæsarem exaravit h. modo: *Serenissimo Domino suo Rudolfo Regi Rom. semper Augusto, Ottocarus Dei & illius gratia Bohemiæ Rex. &c.* quibus Imperatori aperit, se potestatem pacis cundi *Ludovico Palatino* Rheni Ducique Bavariæ consanguineo suo dedisse.

D Pax itaque facta, mediante *Ludovico Palatino* nostro, captivi restituti, Austria, Styria, Carinthia, Carniola, Histria, (quæ ex Margarethæ hæredis Austriacæ matrimonio sibi vendicaverat, ita ut ipso Rudolfo Imperatore longè potentior videretur) Imperio Cæsariq; reddita, & filia Cæsaris postea *Wenceslao*, Ottocari Regis filio desponsata fuit. *Ottocarus* R. trajecto Histro exquisitissimè ornatus in castra Cæsaris extra Viennam processit, ibiq; auro gemmis-
E que prænitescens, cum purpuratis suis regio luxu, Rudolfo Imp. (cui studio erat vestium contemnere splendorem, & superbas pomparum præstigias, eam enim consuetudinem curiosius tenuit adversus Ottocarum, insolentiam hominis exemplo suo tacitè castigaturus, v. Alb. Argent. & Lehman. Chr. Spir. l. 5. c. 109. p. 633.) cæruleâ tunicâ, Camelon dicta induto & in throno considenti genu posuit, & *aperto de industria* ejus *tabernaculo*, prostratus ad genua sui
F quondam Ministri (egerat enim quondam *Magistrum Aulæ Bohemicæ Rudolfus*) omnium oculis patuit; sicque in verba ejus juravit, ab eoque *Bohemiam Moraviamque* cum 36. signis ab Imperatore in fidem accepit. Hisce peractis Imperator cum *Ludovico Palatino* nostro *Viennam* vid. H. Steronis Annal. ad A. 1278., *Ottocarus* verò Bohemiam repetiit. Verùm haud diu in fide perstitit: ab uxore enim *Cunigundâ* (Russica Roscislai Bulgariæ Regis filia, quam
G repudiatâ Margarethâ contra leges duxerat, ipsa verò deinde A. 1285. adultero suo Zabislio Rosensi nupserat.) non ita benignè acceptus est, de qua ita Aventinus: *O me virum esse oportuit, inquit, ego scivissem uti armis, jam pridem Caruleus ille & sacrilegus Mendicus haud dubiè sensisset, quid valeant humeri, quidq; periculi foret servo & gregario militi cuidam contra Dominum rebellionem facere, Regemque suum temerario ausu armis lacessere. Ottocarus* itaque uxorius, im-
H probos quoque nactus consiliarios omnia, quæ cum Cæsare transegerat, rescindit, & collecto exercitu ex Bohemis, Polonis, Moravis, Saxonibus etiam auxiliaribus accitis, imò etiam *Henrici* Bav. Ducis copiis, quem denuò pecuniâ, blanditiis, promissionibus in suas pertraxerat partes, Austriam invadit.

Imperator dum hæc fiunt, dimisso exercitu A. 1278. Viennæ commorabatur, cognitâ Ottocari defectione, *Albertum*, *Hartmannum*, *Rudolfum*, filios suos cum copiis ad se properare jubet; *Ladislaum* quoque Hungariæ Regem evocat, postea superato Danubio obviam Ottocaro pergit, & atrocissimum diuque anceps prælium committitur A. 1278. 7. Kal. Sept. (alii 7. Kal. Nov.) juxta *Custendorf* in campo Lahæ. Rudolfus equo suo perempto, à milite quodam auro corrupto (prout tradunt Stéronis Annales & Lehman. in Chr. Spir. l. 5. c. 109. p. m. 633.) in alium equum subitò à *Bertholdo Capella* sublatus, certamen instaurat, acriusq; instat, tandem perfidum Bohemum vincit. *Captus Ottocarus* dum ad Cæsarem perducitur, à duobus fratribus Styriis *Merenbergicis* dictis, quorum tertium ipse interfici curaverat, 18. vulneribus occiditur, *corpus* inter 14000. cæsorum planè nudum repertum fuit (sepultum 1. in Znaim, 2dò Pragæ apud Franciscanos) Hic Ottocarus pessimæ mulieris instinctu malignâque periit. *Imperator* victor *Moraviam* occupat Bohemiamq; intrat, ubi *Otto* Marchio Brandenb. ex sorore Ottocari nepos *Brunoq;* Episc. Juliomont. Cæsari victori obviam supplices pergunt, veniam adolescenti *Wenceslao* impetrant; novumque fœdus percutitur inter Cæsarem & Reginam Bohemiæ, ita ut filia Cæsaris nomine *Jutha Wenceslao* Ottocari cæsi filio nubat, isque ut beneficium Cæsaris Bohemiam capessat. Nec unius fœdere cautum erat, ut *Rudolfus junior* Imperatoris filius *Agneti* sorori *Wenceslai* jungeretur & Austriacas possideret terras (desponsata ipsi erat in insulâ Danubii *Camberg* dicta An. 1278. in 8. vis S. Francisci, ut & supradicto Wenceslao *Jutha*, ducta autem hæc est An. 1286. Pragæ & postea ex partu defuncta 14. die post coronationem ejus.)

Imperator posteà regressus victricia signa Viennæ intulit, ibique per annum commoratus est. *Ludovicus* interim *Rheni Palatinus* noster A. 1279. 12. Kal. Sept. Ratisbonæ *Henrico* Episc. Ratisb. 3. Officia Sculteti, Pacis, & Cameræ, quæ antecessores ejus Bavariæ Duces in eadem urbe Ratisbonensi habuére, pro debito 150. librarum denariorum Ratisbonensium oppignoravit, prout testatur ejus Diploma infrà in Codice Diplomat. Palatino.

A. 1281. Imperator Viennâ relictâ Styriam, Carintham, Carniolam perlustrat, indeque vallem Anassi petit, & *Henrico* Bavariæ Duci, quod Bohemo suppetias tulerat, bellum indicit, finesque ejus ingreditur. Verùm *Henricus* viribus imparem se videns, internuncio *Ottone* & nuru *Catharinâ*, *Ludovico* quoque Palatino nostro, ejusque uxore *Mechtilde* Imperatoris filiâ deprecantibus, veniam tandem impetrat, & auxilium adversus Bohemos, qui rursus frænum mordere cœperunt, pollicetur, & regionem super Anassum sibi antea oppignoratum Valentiam, Lintzium, Styriam aliaque Imperatori reddit.

Eadem quoque tempestate *Imperatrix Anna* filia Alberti Comitis Hohenbergici ex familia Comitum ab Egisheim vitam cum morte commutat submersa enim fuit in Rheno A. 1281. 12. Kal. Oct. cum *Brisacum* navigio proficisceretur, sepulta Basileæ. Anno sequente Ludovicus Palatinus noster in Palatinatu fuit, inde Bopardiam profectus est, ut ex Diplomate ejusd. 1282. 10. Kal. Oct. apparet, quod vid. infra in Cod. Diplom. Palatino.

A. 1286. *Imperator* compositis rebus Austriacis commissisq; *Alberto* filio, cum in Austria jam 4. annis cum dimidio commoratus fuisset, cum *Ludo-*

A *vico Palatino* nostro 2dam in Bohemiam expeditionem suscepit ad sedandum tumultum ob nuptias Reginæ *Juthæ* filiæ, præsentibus Imperatore & *Ludovico Palatino*, A.1286.18.Januar.Pragæ celebratas, exortum (in illa festivitate nuptiali quotidie 100000. hominum convivio exceptos fuisse author est Dubravius Episc. Olmuzia Hist.Bohem.) finitâ expeditione Bohemicâ ad conventum Principum *Norimbergæ* habendum, cum *Palatino* nostro proficiB scitur. Eodem quoque anno *Palatinus Rheni* noster in *Lengenfeld* fuit, prout ex literis ejus docet Leodius de antiq.Heidelb.p.298.

Eodem anno Imperator oppidum *Luterburg* Episcopi *Spirens.* per aliquot septimanas obsidet, deinde concomitante *Ludovico Rheni Palatino* nostro, arma movet in *Eberhardum* Comitem *Würtenbergensem*, ob violatam Germaniæ pacem contumacius agentem & ferocius resistentem, *Stutgardiam*, C *Northingamque* ultra 20. septimanas obsidet & expugnat, mæniaque solo æquat, eodem fortunæ impetu Bitolingios, Valthusium, Rhemoseos involvit; Würtenbergicus tandem ad Imperatoris pedes provolutus gratiam obtinet. vid. Annal.Colmar.ad A.1286. Perdomito Würtenbergico, bellum

A.1288. in *Burgundiam* convertit, & cum Episcopus civesque Argentinenses Imperatori Kalendis Aprilis fidelitatem pacisque fœdera jurassent, *Co-* D *lumbariâ Bernam* circa Non.Junii pervenit, non diu pôst *Vesontionem* & *Montispeligardiam* circa Kalend.Julii obsidet v. Albert. Argent., Annal.Colmar., Gallorum etiam ditiones circa Brunnendrut per 3. septimanas vastat. *Burgundiâ* ad obsequium redactâ, Imperator *cum Palatino* nostro aliisque Aulæ purpuratis & Principibus Germaniam inferiorem Rhenumque petiit.

A.1289. *Catharina* Rudolfi Imper. filia, uxor *Ottonis Bavari* (qui Ludo- E vici Palatini nostri ex fratre Henrico Bavariæ Duce, nepos erat) obiit *ävan*. Hinc *Albertus* Imperatoris filius Austriæ Dux dotem sororis, & quicquid ad *Lintzium* usque protendebatur, Ottonique dabatur, incertum (ut Aventinus) an jussu Patris repetere cœpit, & simul *Henrico* Bavariæ Duci illa tutanti bellum indixit, qui *Brundusij* collectis copiis hostibus obviam conflicturus progreditur mense Octobri, & haud procul à castris *Alberti* vim vi F propulsurus *Cellam* obsidet. Dum hæc in Bavaria fiunt, *Otto* filius ejus *Austriam* vastat, *Neoburgum* obsidet: intercedentibus tandem Episcopis *Wichardo* Bathaviensi & *Henrico* Ratisbonensi, tota res etiam *Ludovico Rheni Palatino* nostro decidenda commissa est.

A. 1289. *Albertus* Austriæ Dux contra Hungaros, Austriæ Styriæq; fines G vastantes, arma convertit, non multò pôst *Fridericus Salisburg.* A. domum reversus moritur. Interea *Müldorffium* incertum forte fortunâne an fraude conflagrat: constanti tamen famâ dissipabatur, id dolo *Henrici* Ducis Bavariæ factum esse. Hinc *Rudolfus Salisburg.* Archi-Episc. *Henrici* ditiones hostiliter invadit easque igne ferroque vastat. Tandem *Henricus* Dux collectis undique copiis Archi-Episcopum finibus excedere cogit, & *Muldorf-* H *fium* in suam redigit potestatem. Mediante tamen Ludovico Palatino nostro induciæ factæ ad Kalend. Februarias. Dum hæc aguntur, mulier quædam *Monachij* Judæis infantem vendidit, quem punctim acubus necant, sanguinem capiunt, sed à Patre proprio accusata dignas crimine pœnas

pœnas

pœnas luit. Vulgus verò infantis corpore viso, ita crudeliter mille vulneribus A confosso, sævire cœpit, concurrit, omnibus Judæis mortem minatur, Aulici & Prætores *Ludovici Palatini* impetum furientis populi compescere, minis & verberibus repellere, sed frustra conantur, Judæos in Synagogam migrare jubent, quo cum Judæi fugissent, fit acrior tumultus, tandem ignem subjiciunt, & sic dies Veneris. 180. *Judæos* una cum eorum templo concrematos fuisse, Annales Bavariæ memorant, nemo prohibere neque Dux Palatinus B noster neque ejus Aulici Prætores poterant. Templum nunc *Christianum* eodem in loco apparet. Aventin. l. cit.

Eodem quoque Anno Imperator 8. Kal. Januarii conventum Principum egit *Augustæ*, & inprimis *Bavaris* diem dixit, ubi Bavarorum legati *Austriam*, *Styriam* & *Carinthiam* sibi reddi postulant, quas Regiones majores C sanguine suo acquisivissent, coloniasque Bavarorum suorum eo deduxissent; nunc injustè ipsis ablata esse. *Imperator* convocato Principū cætu, vota mentemque hac de re suam, ut aperiant, jubet quidque placeret fieri de hisce Provinciis: ubi consilii decreto *Austria Stiriaque Alberto* & *Rudolfo* filiis Imperatoris adjudicata, *Carinthia* verò & Carniola *Meinhardo* Tyrolio commissa fuit, *Ludovico juniore Ludovici* nostri Primogenito frustra oblo- D quente & intercedente & tandem in salutato Cæsare domum redeuntes, qui postea *Norimbergæ* in *hastiludio* à Cratone Comite ab Hohenlohe *lanceâ* vulneratus

A. 1290. Ut Andreas Presb. Ratisb. (alii, ut Chron. Austral. An. 1289. ponunt) decimo à vulnere die obiit, sepultus juxta matrem *Annam* in Monasterio Fürstenfeld. à Patre ejus condito, uxorem habuit *Annam Friderici* E Lotharingiæ Ducis filiam, quæ mariti consuetudine non amplius 22. diebus usa, tristis ad Parentes in Lotharingiam rediit. v. Andr. Ratisb. Chr. Ducum Bav. Aventin. l. cit. Eadem quoque tempestate *Ludovicus Palatinus* noster; *Meinhardus* Tyrolius, *Albertus* Austriacus affines fœdera faciunt.

A. 1291. 3. Non. febr., *Henricus* Bavariæ Dux *Ludovici Palatini* frater *Burckhusii* obiit, sepultus *Landshutæ* in Saligenthal, testamentoque cavit, ne F filiis terras dividere liceret, *Stephanum* & *Ludovicum* Ottoni fratri natu majori audientes esse statuit. Annal. l. 7., post 5. menses Imperator *Rudolfus* itidem è vivis excessit, senio enim confectus hesticâ laborare cœpit. v. Cuspin. in vita ejus, quâ & obiit, paulò ante mortem ejus Erfordiâ Francofurtum profecturus dixit: *Eamus Spiram ad Reges antecessores nostros*: quam urbem tamen vivus non attigit, magnitudine enim morbi superatus, Ger- G mersheimii in Palatinatu Rheni animam exhalavit Idibus Julii ætatis 73-2-18. d. præsente *Ludovico Rheni Palatino* nostro ejusque uxore *Mechthilde*, ut & sorore *Jutha* sepultus est Spiræ ad majores ejus, præsente *Ludovico Rheni Palatino* nostro aliisq; Imperii Principibus, defuncto itaque Imperatore *Palatinus Rheni* noster *Imperii Vicarius* & Interrex Rempublicam moderatus est in hoc 6. mensium interregno, usque ad 8. Id. Januar. 1292., quo die *Adolfus Nassovius* in Imperatorem electus est *Francofurti*. H

Palatinus noster tempore interregni in partibus Rheni morabatur, Bavariam *Rudolfo* primogenito filio administrandam committebat, qui cum ad *Augustanos* aliosque vicinos, ut se Patremque suum ut Interreges & Vicarios

 recogno-

A recognoscunt, imperata facerent, postularet, Augustani verò illud detrectantes, *Henricum* Præfectum Burgionum, Veterem Bavarorum inimicum contra omne jus in urbem (Palatini enim Rheni ratione Ducatus *Bavariæ urbis & diœceseos Augustanæ advocati erant*) reciperent, eique urbem contra Rudolfum Bavarum Rhenique Palatinum commendarent, injuriâ hac lacessitus, arcem ad Lycum in Alpibus ad coercendos Augustanos exstruxit,
B cives verò ex urbe erumpentes arcem destruunt & profligatis iis, quos Rudolfus ibidem collocaverat, solo æquant. *Rudolfus* militibus donativum distribuens urbem *Augustanam* invadere meditatur: Verùm Patrueles *Otto, Stephanus* & *Ludovicus* ei bellum nisi solo *Palatini Rheni cognomine* contentus, titulum Bavariæ nomini suo adjungere imposterum desistat, indicunt. Hic quid ageret coactus, inducias cum Episcopo Augustano civibusque ad Pa-
C tris adventum usque paciscitur.

Ludovicus Rheni *Palatinus* Duxque Bavariæ, cognito hoc, quantâ potuit celeritate in Bavariam contendit, ejusque adventu territi adversarii ab inceptis, desistunt: *Nepotibus Regionum divisionem, non autem dignitatis factam fuisse* respondet, ideoque se, uti hactenus illi & ipse consueverit, utrumque titulum retenturum, nepotibus frustra obloquentibus. Pacem deniq; cum Au-
D gustanis eorumq; Episcopo *Wolfrado* confirmat; captivi dimittuntur, & ne novum castrum juxta fauces exstrueretur, cavetur. *Ludovico Palatino* & Bavariæ Duci juxta morem Veterum conceditur, ut Vicarii & Advocati munere Augustæ persungatur: *Otto* verò & Patruo *Ludovico Palatino* nostro *ob titulum Ducis Bavariæ, & fratri conjugis* suæ, *Alberto* Austriaco propter dotem, quam præripere conabatur, infestus erat. Verùm *Ludovico Palatino* viri-
E bus impar in Albertum bello Hungarico implicitum & à suis (quod indigenas Suevos flocci faceret, peregrinos eis præferret) desertum, omnem belli impetum convertit, Styriam invadit cum Conrado Salisburgensi Archi-Epis.

Albertus cognito hoc cum *Andrea* Hungariæ Rege contrahit, filiamque *Agnetem* ei despondet. Deinde collectis copiis contra Ottonem ivit, 600. ru-
F sticos, qui viam sibi per nives aperiant, præmittit: ita de improviso adoritur *Ottonem* Bavarum, & ejus belli socium *Conradum* Archi-Epis. eosque in fugam convertit, insuper hostium castra invadit, & spoliat, deinde per Alpes Styriæ & Noricorum Oenobrigam ad soccrum *Meinhardum* Tyrolensem (cujus filiam *Elisabetham*, ex *Elisabethâ* Rheni Palatinâ prognatam, An. 1274. in uxorem duxerat, quæ postea A. 1298. in 8. S. Mart. Norimbergæ in Reginâ
G coronata & A. 1314. defuncta est) penetrat, oppidumque noctu, die Sabbathi in Paschate incendio vastat. Successu lætus Monachium ad sororem Electricem Rhenique Palatinam *Mechtildem* divertit, post *Fürstenfeldium* Augustamque Vindelicorum progreditur, ubi haud aliter quam Cæsareæ Majestatis destinatus Successor excipitur. v. Avent. l. 7. dum hæc in Bav. fiunt

H A. 1292. Mense Decemb. Imperii *Electores Francofurti* conveniunt pro eligendo novo Rege, *Alberto* in partibus Rheni subsistente & eventum comitiorum præstolante. *Wenceslaus* Bohemiæ Rex, *Otto Stephanus* & *Ludovicus* Bavariæ Duces fratres, *Conradus* Salisburgensis Archi-Epis. aliique literis *Albertum* apud Conventum Electorum criminantur ejusque avaritiam, ini-

iniquitatem, sævitiam commemorant. *Gerhardus II.* Archi-Episcopus *Moguntinus*, Epsteinius ex Elisabethâ Nassovicâ genitus, qui authoritate præ cæteris pollebat, calliditate insignis, jus suffragandi fraude ademptum cæteris in sese transtulit, atque hâc ratione *Adolfum* cognatum suum Nassoviæ Comitem, filium Walrabi Comitis Nassov. in Wisbaden & Adelheidis filiæ Dieterici Comitis Cattimelibocensis in Imperatorem elegit, solo *Ludovico Rheni Palatino* nostro, qui *Alberti* Cæsaris filii partibus studebat, frustra renitente. B
Idque non alia intentione à Moguntino factum fuisse eventus docuit, nisi ut *ipse* cum cæteris Archi-Episcopis Imperii res soli administrarent, Callidus enim Archi-Episcopus hic plurimorum Principum animos variis artibus sibi devinciebat, ita ut deinde etiam ipse *Adolfus* Imperator ob multis in rebus perpetratam tyrannidem (inprimis in illis 40. præcipuæ nobilitatis viris, quos Fribergâ frustra obsessâ tandem tamen proditione captâ compre- C
hendi omnesque securi percuti jusserat) violentiam, sordes, avaritiam omnibus ferè Germaniæ Principibus exosus, ejusdem Archi-Episcopi consilio Imperio iterum exutus, & *Albertus Austriacus* in Regni solium substitutus fuerit,. Verum & hunc sibi postea in quibusdam adversantem aggressus est Archi-Episcopus, Cæsarique juxta Rhenum existenti *cornu venatorium* à collo dependens ostendit: *in hoc*, inquit, *complures gesto Imperatores, eoque* D
dicto abiit. v. Avent. l. 7.

Ludovicus autem *Palatinus* noster tandem id, quod necesse erat, invitus cedit & Electioni subscribit, quo facto in Bavariam ad supprimendos nepotum suorum conatus secessit. Interea *Adolfus* Kal. Maji. (vel, ut Cuspinian. & Megizer 8. Id. Januar.) electus, *navigio Coloniam Aggrippinam* cum Ele- E
ctoribus reliquis descendit, inde *Aquisgranum* deductus 8. Kal. Jul. die S. Johannis, ut Northof in Chron. Marcan. commemorat, *à Sigefrido* Coloniensi Archi-Episcopo coronatus est una cum uxore *Imaginâ*, filia *Gerlaci* Comitis Lintburgensis ad Lahnum. Verùm cum *arcem Fürstenbergiam* haud procul ab oppido *Bacharach*, quod *Ludovico* Rheni *Palatino* parebat, prætervehuntur, præsidiarii nihil minus, quàm Cæsarem hic esse rati, ut navigantes F
appellant, vectigal & portorium solvant, postulant. His detrectantibus *Fürstenbergenses* navem sagittis petunt, & quendam in latere Cæsaris sedentem sauciant. Cognito autem hic Cæsarem vehi, territi iram Cæsaris suppliciter deprecantur, errorem & inscitiam excusant, veniam petunt, & impetrâssent, nisi *Moguntinus* restitisset Cæsarique persuasisset, *Palatinum Rheni* in G
necem Cæsaris conspirâsse, ideoque, suis Fürstenbergensibus mandâsse, ut sagittis Adolfum R. prætereuntem interficerent.

Ludovicus Palatinus, re exploratâ, velociter *Oetingensem* & *Norimbergensem* Præfectos *Coloniam Agrippinam* ad Cæsarem, ad suam innocentiam manifestandam misit. Verùm his neque admissis neque auditis, *Palatinus Rheni* proscribitur instinctu Archi-Episcoporum, *qui reliquias Veteris Palatinatus* H
Rheni jam animis invaserunt atque inter se diviserunt. Penes hos enim summum Curiæ momentum tum temporis erat: *Adolfus Nassovius* non nisi *nomen Regis* gerebat, ipsi verò omnia administrabant. Unde etiam Adolfus *sacrificulorum Rex* dicebatur. *Palatinus Rheni* de his omnibus certior factus urbes, oppida & Castra in Palatinatu (in quo hoc etiam anno nova auri minera juxta Heidelbergam detecta fuerant vid. Annal. Colmar) novis præsidiis

A diis firmat, amicis suis innocentiam suam literis exponit, ab iisdem literas recommendatitias ad Cæsarem exorat, cum *Alberto* Austriæ Duce Episcopo Argentinensi aliisque fœdus init. Quibus auxiliis fretus, inimicos suos meliùs de se sentire suamque excusationem recipere coëgit: Et quamvis postea *Augustâ Vindel.* in Comitiis Principum publicè juramento se purgaverit, tamen ex supradictorum Archi-Episcoporum in terras Palatinas inhiantium inci-
B tatione Cæsar tam hostile concepit odium, ut etiam *Palatinus*, quamdiu in vivis esset, illi placari nunquam potuerit, interim Palatinus in iisdem Comitiis jurato promittit, se paci publicæ sedulo operam navaturum. Itaque dum Anno sequenti

A. 1293. Cæsar Sueviam perlustrat, & *Norimbergæ* Kalendis Maji Principum conventum agit, *Ludovicus Palatinus* cum filio *Rudolfo* in quinquage-
C nalibus *Lintzium* se confert, & Principes cognatos & affines, ut huc ad colloquium venirent, literis exorat. Quo cum venissent *Wenceslaus* Bohemiæ Rex, *Albertus* Austriæ Dux, *Conradus* Salisburgensis Archi-Epis., *Otto*, *Stephanus* & *Ludovicus* Bavariæ Duces nepotes, omnem movit lapidem, ut eos in gratiam redigeret, orat, pollicetur, minatur, irascitur: sed frustra. *Ille* enim sibi sua ablata, *hic* se sua tutaturum clamabat. Palatinus verò cum cognovisset o-
D mnem operam frustra adhibitam, ad sua ut redeat, abitum disponit. Verùm exorante eum *Elisabethâ* uxore, *Alberti* Austriaci suâ ex sorore nepte, ne discederet abhinc, antequam cognatos reconciliâsset, paruit dicto, convocatis igitur denuò Principibus consanguineis, eos gravi oratione alloquitur, cujus tenorem Aventin. l. 7. ita exponit: *Vulgo dici solet, ubi pax & concordia fit, Deum habitare, ibi inferos & ipsum Diabolum esse ubi bellum in-*
E *vidia, odium, seditio, ira, cædes, incendia, latrocinia, pauperum compilationes grassantur, ministri igitur Dei Opt. Max. an stygiæ furiæ esse vultis? si non patres Patriæ & boni Pastores quid aliud, obsecro, quàm immanes Tyranni, crudelissimi latrones estis? nihil aliud profectò regna absque concordia bonis sunt, quàm publica gentium latrocinia, cives optimos, agricolas insontissimos, pauperes, viduas, pupillos miserrimos, propter quos tutandos à Deo O. M. terris Rectores*
F *dati estis, non solùm contemnitis, non auditis, atque avaris injustisque pratoribus, lictorum rapacitati, sacrificulorum avaræ superstitioni præda esse sinitis, sed insuper novis tributis belli atteritis, compilatis, ipsi enim otio, voluptatibus, lasciviæ dediti, luxuriâ dissoluti, genio alieno periculo indulgetis, ut unus vestiatur, tot egeni spoliandi sunt, vetus dictum: quicquid delirant* Reges *plectuntur Achivi. Principes de alieno corio ludere, atque periculo pauperum pugnare solent,*
G *ideò verissimum esse planè confirmamus, quod de Nobis vulgò dici solet: Aulam nimirum inferos esse, virtutem, pietatem ab ædibus nostris longè exulare (unde Lucanus, exeat ex Aula, qui velit esse pius) virtus & summa potestas non coeunt. Cur insontes & pauperes luant vestra scelera? cur vos non exeditis, qua intricastis? si libet, singulari certamine depugnate, quid in miseros isthac faba cuditur? lictores, prætores, apparitores & hi, qui scriptum faciunt, veluti hirun-*
H *dines exsugunt, miseros rapiunt, defraudant, auferunt, & superat hæc omnia rapacitas sacerdotum, qui sub magna pietatis specie divites, inopes, compilant, nec præsidii quicquam populo in Principibus est. Quæ vos dementia, quis furor cepit? sanguine & affinitate conjunctissimi invicem sævitis, in vestra viscera ferrum*

rum convertitis; hinc proverbium nactum crediderim, potentes potenter tormenta passuros, & insolentem & rarissimum esse civem in illa æterna & cælesti patria, qui cæteris dominatur. Ego quidem do fidem sic vobis (nisi caveretis) futurum. Proinde si quid peccatum, ut homines sumus, si quid invicem maleficii datum acceptumve est, invicem condonate atque in gratiam redite. Ego & Henricus Episcopus Ratisbonens. verus animarum pastor, nulli sacerdotum, pietate, sapientiâ secundus arbitri sumus uni verbis juxta aquè sanguine, affinitate, amicitia conjuratissimi sumus, &c. A B

Dum hæc *Palatinus* dixisset, omnes commoti Palatinum nostrum & dictum Henricum pacis arbitros receperunt: Sicque pax sancita est, captivi dimissi, gratiæ Deo actæ. Non multo post *Ludovicus Rheni Palatinus* à Cæsare *Adolfo* ad Rhenum evocatus est, propace itidem firmanda inter *illum* & *Albertum* Austriacum. Res enim inchoata non penitus perfecta erat, in Palatinatum itaque Rhenanum profectus & *Heidelbergam* cum veniret, subito morbo corripitur, genitalia intumuère, cumque præ pudore diu languorem tegeret, & nimis serò postea medicinam adhiberet, viribus paulatim deficientibus jam de salute desperaret, annulum pronubum *uxori Mechtildi*, quæ tunc *Monachii* in Bavaria versabatur, misit, eam vivere atque valere & conjugii memorem esse jussit, sicque paulò pòst obiit *Heidelbergæ in Veteri arce in eodem cubiculo, in quo natus erat,* C D

A. 1295. Kal. febr., ut Rebdorf. in Annal. B. Henr., Stero in Annal. ad A. 1295., Eberhard. Altah. in Annal. ad A. 1295. apud Canisium in Lect. Antiq. t. 1. pag. 330., D. Blondel. plen. assert Geneal. Franciçæ p. 238., Andreas Presb. Ratisb. in Chron. D. Bav., Avent. l. 7., Adelreitzin Ann. Bav., (& non A. 1285. ut Freherus in Orig. P. p. 112.) ætatis A. 66. [illegible] 13. d., regiminis 41. A. sepultus *Fürstenfeldii* in Monasterio à se condito, ubi pridie Id. februar. filii & omnes ferè Bavariæ Episopi & Proceres justa funeri persolvére. Testamento quoque cavisse scribitur, ne *hæredes extra ordinem & modum Monachos & subditos suos tributis onerent.* Præterea formâ erat eximiâ & staturâ, in adolescentia effusè liberalis, *in senectute* ad rem paulo attentior; Magnanimus, justus, clemens & benignus in subditos, laudis avarus, pacis studiosus, in templo singularis pietatis exemplar exstitit, quantum Bavariam æquè ac Palatinatum nostrũ Rhenanum novis accessionibus adauxerit, supra c. 2. fusius dictum fuit, ejusq; tempore 14. Monasteria & templa in Bavaria condita esse reperio, inquit *Aventinus* l. 7. Porrò *Ludovico Palatino* nostro duo peculiaria & rara in laudem fuisse *Lipsius* & *Freherus* in not. ad Andreæ Ratisb. Chron. Bav. testantur, PRIUS, quod in ea dignitate probitas & sapientia ejus pariter sic enituit, ut in caligine summâ temporum, & desperatione Germaniæ solus à Collegio jus acceperit eligendi Imperatorem & per eum res labentes aut lapsas restituendi, fecit prudens nescio an felicius consilium: cum ejus voce & renunciatione Rudolfus I. ex Habsburgensi Comite sceptra Imperii suscepit, & fataliter deinceps ad posteros transmisit: ALTERUM, quod eadem providentia rebus suis & genti privatum decus intulit, ductâ in uxorem *Mechtilde* ejusdem Imperatoris filia, è quâ mixtione & velut insitione omnes istæ stirpes Palatinorum & Bojorum Principum fructicarunt. hucusque Freherus. Tres autem uxores Palatinus noster matrimonio sibi junxerat. E F G H

A 1. *Mariam*, Henrici cognomento Magnanimi, Brabantiæ Ducis & Mariæ natæ Philippi Imperatoris filiam, ductam A. 1254., atq; hanc ob *adulterii* commissi suspicionem decollari fecerat *Werdæ* ad Dannubium 1256. 1. Febr., sep. ibidem in *Monasterio S. Crucis*, ex quâ nullam sobolem sustulit.

2. *Annam* Conradi Glogoviensis & Silesiæ Ducis filiam, ductam A. 1260., ut testatur Chron. Augustense, denatam 1268., sepultam *Fürstenfeldii*, ex quâ B natus ipsi est *Ludovicus*, postea in *hasti ludio* An. 1290. *Norimbergæ* celebrato, vulneratus periit, & alii liberi in infantia denati.

3. *Mechtildem* Rudolfi I. Imp. filiam, ductam An. 1273. mense Novembre *Aquisgrani*, & in Austria (Viennæ) A. 1303. mense. Octob. ex animi ægritudine denatam, sep. *Fürstenfeldii* juxta Marit. v. Adelreitz. ex qua sequentes liberi nati sunt.

C 1. *Rudolfus* cognomine *Balbus* & Exul. natus. 1274. 4., Octob. (Monachii) Patris in Officio Palatii & *Palatinatu Rhenano* Successor. Uxorem hic duxerat *eodem anno*, quo Pater vitam cum morte commutaverat, id est, An. 1295. 2. Sept. *Mechtildem*, filiam *Adolfi* Imperatoris ex *Imaginâ* filiâ Gerlaci Com. Lintburgensis ad Lanum, nuptæ die S. Ægidii *Norimbergæ*, Sponsalia verò *Ulmæ* celebratæ sunt, teste Rebdorfio in Annal. 3., Eberhardo Altah. in An-D nal. apud Canisium in Lect. Antiq. t. 1. p 330. Blondel. Geneal. Franc. p. 238. Mœrore tandem obiit exul in Anglia A. 1319, 11. Aug. Sep. ibidem.

2. *Mechtildis* n. . . . . Uxor *Ottonis* cognomento Strenui, Ducis *Luneburgens.*, ducta A. , . . . , ob 1319. in Vigil. Palmar. Lunæburgi, sepulta ibidem juxta maritum.

3. *Agnes* (Aventino, aliis verò Anna) n. . . . . Uxor *Rudolfi* filii Al-E berti II. Electoris Saxoniæ, ut Henningesius & Reusneri in Genealog., alii eam Henrici March. Brandenburgici uxorem faciunt, defuncta A. . . . . . .

4. N. Monialis Ulmæ N. . . . . obiit A. . . . .

5. *Ludovicus* Imperator, natus Monachii A. 1287. in autumno. Electus in Imperatorem *Francofurti* A. 1314. 20. Octob., Coron. *Aquisgrani* 1314. die S. Cathar. f. 25. Nov., *Mediolani* 1327. 31. Maji, *Romæ* 1328. 25. Januar., & ite-F rum 22. Maji f. die Pentecostes à Nicolao Antipapa, *obiit veneno* à *Johannâ* Alberti Austriæ Ducis viduâ ipsi propinato, quod cum per Vomitum rejicere frustra tentâsset in venationem abiit, ut agitato & incalescente corpore, venenum superaretur, ibi dum ursum insequi vellet, subitò *vertigine capitis* correptus, equo delapsus in gremio alicuj' rustici animam efflavit A. 1347. 11. Octob. in prato juxta pagum Buch & cœnobium Fürstenfeld, corpus pri-G mò deportatum in Monasterium Undersdorf, inde Monachium, ubi ad S. Mar. Virg. sep. est, v. ex Arensbeckii Chron. Bav., Rebdorfio, Crantzii Sax. 22. 31., aliisque Herwartum ab Hohenburg in Ludovico contra Bzovium defenso p. 972., adde Chappeavill. de gestis Epis. Leod. p. 496., *Uxores duas* habuit 1. *Beatricem* Henrici 6. Ducis Geogoviensis filiam, A. 1323. Monachii denatam ibique sepultam, 2. *Margaretham*, Wilhelmi Hollandiæ & Zelan-H diæ Comitis filiam, cum quâ A. 1324. *Coloniæ Agrippinæ* nuptias celebraverat, ob. 1361. m. Jun. in Hollandia, sep. Valentianis.

INDEX

CODEX DIPLOMATICUS PALATINUS

SEU

Imperatorum æquè ac primorum & antiquissimorum

COMITUM PALATINORUM AD RHENUM

Diplomata, Historiam Palatinam bona ex parte illustrantia & confirmantia.

COLLECTA ET NOTIS ILLUSTRATA

Operâ & studio

CAROLI LUDOVICI TOLNERI



FRANCOFURTI AD MOENUM,
Impensis FRIDERICI KNOCHII, Bibliop.
M DCC.

I.

Donatio Willisvvindæ ejusque filii Cancronis Comitis Rhenensis, facta Monasterio Laurishamensi A. 763.



Nnno duodecimo regnante Domno nostro (a) *Pipino Rege* sub die IV. id. Julii. Ego *Willisvvinda* Deo Sacrata & filius meus (b) *Cancor Comes* pro Dei intuitu,
A vel pro animæ nostræ remedio seu & pro æterna retributione, ut non inveniat in nobis ultrix flamma, quod devoret, sed Domini pietas, quod coronet, ideoque nos in Dei nomine donamus ad sacro sanctam *Ecclesiam sancti Petri* seu ceterorum Sanctorum, quæ est constructa in loco nuncupato (c) *Lauresham in pago Rhenensi* super fluvium *Wisgoz*, quam nos propter nomen Domini à novo ædificamus, ubi præest vir venerabilis *Ruodgangus Archi-Episcopus* & Abbas, donatumque in perpetuum esse volumus & promtissima voluntate confirmamus: hoc est, villam nostram in pago Wormatiense, in loco qui dicitur *Hagenheim* super fluvium *Salasiam*, quæ mihi de parte genitoris mei nomine *Adelbel-*
B *mi* legibus obvenit, & undecunque tam de alode, quàm de comparato, seu de quolibet adtractu ad nos noscitur pervenisse, cum integritate sua, terris, domibus, ædificiis, campis, pratis, vineis, silvis, aquis aquarumque decursibus, farinariis, litis, libertis, conlibertis, mancipiis, mobilibus & immobilibus, peculio utriusque sexus tam majore, quàm minore genere & vel ætate, quidquid

(a) *Pipinus* Rex filius Caroli Martelli Majoris Domus, ex Majore Domus Rex Franciæ electus & coronatus à S. Bonifacio Archi Episc. Mogunt. An. 751. 1 May. Suessionibus, Anno seq: Kalendis Martii Anno I. regni Vermeriæ diploma dedit, uti supra in Hist. Pal. ex Mabillone l. de re dipl. 6. p. 491 ostensum. Secun-
C dò coronatus est una cum 2. filiis Carolomanno & Carolo à Stephano Papa in monast. S. Dion. A. 753. 28. Jul. Donatio itaq; Williavvindæ facta A. 763. & non A. 764.

(b) *Cancor Comes* Rhenensis circa Wormatiam & Heidelbergam longè lateque regnasse scribitur. Et sunt qui autumant, eum vel S. Ruperti Epis. Wormat. & Salisburg. Comitis Rhenensis A. 718. 27 Mart. defuncti Consanguineum, vel eodem ex stemmate Comitum Rhenens. oriundum, ejusdem S. Ruperti vel ex fratre vel sorore nepotem fuisse, de quo tamen nihil certi statuere licet.

(c) *Lauresham in pago Rhenensi*, hic Francis Rhinichgovve & Riniegovve, bona ex parte in strata Montana situs, ita ut hodie pleræque villæ istius Pagi in præfectura s. Burgraviatu Starckenburgensi positæ, ipsaque præfectura, annotante Frehero nostro, nil nisi vetus ille pagus Rhenensis esse videatur, diversus tamen i. ab eo Rhingovve dicto, qui est in Rhætia. 2. ab eo Rhingovve nuncupato, qui ex adverso Moguntiæ & Bingii ad dextram Rheni ripam est, atque hunc pagum *Obrincum* (quasi Ober Rinckau) dictum fuisse veteribus B. Herold. l. de Stat. Legion. in Vet. Germ. c. 25. Serrarius rer. Mog. l. 1. c. 32. aliique contra Ptolomæum ostendere conantur. Prioris verò villæ hæ sunt:

Aldenmunster insul. in qua Monasterium Lauresham ex-
D structum fuit.

Aldolfesbach, forsan hodie Alsbach juxta oppid. Svvingenberg.

Basinesheim, Bunsineshcim super fluv. Liutra, hodie Bensheim.

Betthenheim. Babestat. Birstat. Birckenovva, hod. Bircfenau.

Bibenstat super fluv. Wisgoz, hodie Bibles.

Bickenbach, Bikenbach, quondam Baronia, hodie juris
E Landgravii Hasso Dormstad. & Comitum ab Erpach.

Comlen, Dornheim, Eccondorph, Elmaresbach.

Ersfelden s. Ehrfelden.

Eberstatt, Heberstat.

Franckenfeld forsan hod. Franckenstein arx.

Frigbodesdorphe, Gaulago, Gunnenbach.

Gernesheim, Kevenesheim, Gernsheshaim, hodiè Gernsheim.

Geravvu, villa juxta Triburiam antiquâ, hodie tractus terrarum in Comitatus Catimelibocensis parte anteriori, das Gerauwer Ländlein.

Hemingesbach, hod. Hemspach, Hephenheim, h. Heppenheim an der Bergstraß.

cujus marchæ descriptio antiqua hæc est.

Descriptio Marchæ sive terminus silvæ, quæ pertinet ad Hephenheim, in pago Rhenensi, sicut semper ex tempore antiquo Ducibus & Regibus ad eandem villam tenebatur; usque dum eam Carolus Imperator tradidit ad S. Nazarium pro remedio animæ suæ.

Inprimis incipit à loco, qui dicitur *Steinvortovve*, ubi Gernesheim marca adjungitur ad Hephenheim marcam. Inde ad *Langvvata*. Inde in *Ginnesloch*. Inde in Woladam. Inde ad *Adolvesbach*. Inde in Felisberck. De Felisberck in Rennoga. Inde in Wintercasten. Inde in mediam Arezgreste. Inde in *Walinebourc*. Deinde in
F Summitatem Hildegeresbrunno. Inde in Burgunthard. De Burgunthard in Eicheshart, ubi Rado Domini Regis missus fecit tumulum i. cumulum in confinio silvæ quæ ad Michlinstat pertinet. De illo tumulo in Ulisbrunnen. Inde in Molchart, ubi alius tumulus est factus. Deinde in Linthbrunnen, ubi est tertius tumulus. Inde in Albvvinesneida, usque in Moresbeick in fl. Necker, *ubi Lutra rivulus intrat in Necker*: Deinde tendit per longum Neker & pervenit ad locum, *ubi Ulvena fluv. intrat in Necker*. Deinde juxta Ulvenam usque in
G Franconodal summitatem, obi Steinhaha rivulus incipit manare. Deinde ad pendentem Rocham. Inde in *Gunnerbach* summitatem. Et sic per totam silvam in Longum usque in medium Katesbeick. Inde in stratam publicam, quæ ducit de pago Lobodonense. Et sic pervenit in Wisgoz: & sic per longum Wisgoz usque ad Lauresham. Inde iterum in Steinfortovva. Hanc villam cum Silva habuerunt in beneficio *Wegenlenzo pater Warini* & post eum Warinus Comes filius ejus in ministerium habuit ad opus regis & post eum Bongolfus Co-
H mes, quousque eam Carolus Rex S. Nazario tradidit. Iste *Warinus* ex præcepto Caroli R. A. XXVII. regni ejus, mediante mense Augusto placitum in eadem *Silva* ad tumulum, qui dicitur *Walinebourg* habuit & cum illustrium virorum judicio & testimonio terminum & divisionem ejus faciens, eam à silva, quæ pertinet ad Moynecgovve, & ab omnibus circumpositis Marchis, sub certis & designatis limitibus disterminavit, quarum limitum hæc sunt vocabula: Steinfurt, *Ginnesloch*, Walodam, *Adolfesbach*, Felisberck, Wintescasto, Gelicheberga, Arezgreste, *Walchenburg*, Burggunthart, Eicheneshart, Heldegeresbrunno, Mi.abatt, Linthbrunno, Cravvinbergk, Albvvinesneita, M.uratsberk, Gamenesbach, Igilesbuch, Rennolfessol usque in Ulvena quæ influit in Neckar. Ab Ulvena usque in Franconodal. Ad petrã in Kasenovva Ad Petrã ad Hirselauděn Loubvvisa. Marlacha, Muia, Agârorh. Infra hos limites juxta decursum fl. Wisgoz, qui ex duobus fontibus scatet, secus duos rivulos videl. Manuldescella & Kiechgisesbura, sitæ sunt hæ villæ: Furte, Rintbach, Mollenbach, Birckenovva, Winenheim, Hemmingesbach, Lutenbach, Hephenheim, Besinsheim, Urbach, Lauresham, Bibistat. Huic determinationi hi testes interfuerunt: De Lobodengovve. Dietprecht, Erpolt, Engilbrecht, Lentad, Ilenbrecht, Reginbrecht, Hettine. Hadebrecht, Bubo, Erckenbrecht, Nanthoch, Helmbrecht. De Wingartciba: Adelbodo, Snelhart, Waldrich, Bodolot, Albrich, Dragebodo, Gebehart, Moat. De Moyniegovve & Rinecgovve: Rupertus Comes, Gerhart, Wolfhart, Rado, Lambodo, Tiedo, Rugger, Warher, Beinung, Duodo, Hereman, Heterat, Regenher, German, Wachmunt, Rudolf, Ugo.

Terminatio Ecclesiæ in Heppenheim facta sub Carolo M. Saxo incisa adhuc ibidem exstat in æde parochiali.

Hæc est terminatio istius Ecclesiæ, Gadeto, Ruodhardes-

Donatio Willisvvindæ ejusque filii Cancronis Comitis Rhenensis facta Monasterio Laureshaimensi.

diei aut nominari potest, re inexquisita cum omni supellectile sicut à nobis moderno tempore possideri dinoscitur, donamus, tradimus atque transfundimus: ita ut ab hac die jam dictus Dominus(c) *Ruodgangus*, vel sui monachi, qui ibidem in ipso monasterio habitare videntur, vel successores eorum habeant, teneant, atque possideant & quicquid exinde facere pro opportunitate loci ipsius voluerint, liberam & firmissimam in omnibus habeant potestatem. A Si quis verò, quod futurum esse non credimus, si nos ipsi vel aliquis de heredibus vel proheredibus nostris, seu quælibet ulla extranea persona, vel quicunque contra hoc testamentum, quod nos spontanea voluntate fieri decrevimus, venire temptaverit, aut id infringere voluerit: ante tribunal Christi in die judicii rationem cum ipso S. Petro deducat, & insuper inferat partibus ipsorum monachorum una cum partibus fisci auri libras quinque, Argenti pondera decem, & quod repetit, hoc B omnino evindicare non valeat, sed præsens donatio testamenti hujus omni tempore firma & inviolata permaneat, stipulatione subnixa. Actum (d) *Lauresham* publicè sub die & tempore dicto supra. Signum † *Willisvvinda* Deo sacratæ & signum † *Cancronis Comitis* filii ejus, qui hoc testamentum fieri & firmari rogaverunt. Signum *Heimerici* filii Cancronis. Ego *Autmadus* Treverorum Episcopus subscripsi. Ego *Albericus* Episcopus, Ego *Johannes* Episcopus. Ego in Dei nomine Helmericus notarius ex jussu Domini Ruodgangi Archi Episcopi cartam hanc scripsi diemque & tempus, ut supra, designavi.

(c) *Ruodgangus* Archi Episcopus. Metens, Consanguineus, Cancronis Comitis Rhen. cui Willisvvinda & Cancor Monasterium instituendum commendarunt, sed hic Ecclesiasticis & regalibus occupatus negotiis fratri suo Gundelando Laurishaim. commisit & ita secundus Abbas factus est, fertur & Ruodgangum Gorziense monasterium fundasse.

Heralfosheim & Husum villæ in Basinsheimer marca.

(1) *Langundun*, hodie Langen, cujus terminationem veterem vid. infra.

Lobeim. Lieberesbach. Locheim super: & infer.

Liutbershusen, hod. Leutbershausen/ *Langvvata* hod. Langvvaden.

Laurisham monast: in Comitatu Gebehardi & Burcardi Advocati. Ubi Nazarius, cujus natalis 12. Junii celebratur, in corpore quiescit.

Onculav.

Pisinheim. s. Pisinhanno marca. (*Ricimago.*

Phungestat. hod. Pfungstatt. *Rourtheim.* seu *Rotheim.*

detsloch. Anzen Hafal. Hagenbuocha. Super. montem: Eminesbere usquead Cilevvaldesdorp. Sul. Keselberg Roreusolon. a Hurnenecga. usque. ad. Scheubach. à Scenbach, usque. Razenhagan. à Razeohagan, usque. ad. parvum. Ludeovvlscoz. à Ludcovviscoz. usque. ad Mitdeleebrun. Richmannesten. usque. Albenesbach. unà. Albenesbach. Huc. Altera. Illuc. Fronerut. Stenzenlos. usque Scelmenedal. Megenzeurut. Sulzbach. usque. ad. medium. fretum. Wagedentor. Bluenmbuohel. Hadellenbac. Herdengesrunno. Snellengiezo. usque. In. medium. Wisgoz. &. in. medietate. Wisgoz. usque ad. Gaderen. hec. terminatio. facta. est. Anno. Dom Incarnationis DCCCV. à. Magno. Carolo Romanor. Imperatore.

(1) Terminatio antiqua villæ Langundun.

Incipit à loco, qui dicitur Rodesbach. deinde super medium Stafuleshart, inde ad Lobhensoune, inde (a) *Ginnesheimerreine*, inde ad *Drieshlabun*, inde ad Bucheivvege, inde ad Spiten, Dilingermarca, inde super Rosseshart. inde super Cubereshare, inde super Overnda (hod. offendal.) inde iterum in Rodesbach &c. Hæc. nom. virorum, qui juraverunt presente *Ruthardo* Comite & misso Regis Ludovici junioris, quod secundum Conscriptionem istorum locorum semper eadem silva pertinet ad Langunga, & ita habuit eam in beneficium quidam vir nomine *Folerat*, & post eum *Osther*, donec sub ipso Osthero servo Regis de Triburen eandem silvam per vim. intraverunt, & sibi eam deinceps, vindicare cœperunt. Isti sunt qui juraverunt: Rodoch, Lintumvvarc, Gozalach, Ratger Liubuart. Beinber, Adelhelm, Godehelm, Berchtone, Drasemund. Illi sunt, qui audiverunt; Ruthardus Comes, Ci-

a. Forsan Gernesheim.

(d) *Lauresham* Monasterium in Insula Aldenmünster extructum A. 763. quod postea Fridericus 2. Imp. cum omnibus pertinentiis A 1232. Sigefrido Archi-Epis. C Moguntinensi donavit, dato super hoc diplomate, quam donationem postea Gregorius 9. Pontif. Rom. ad instantiam Archi Episcopi confirmavit. v. Trithem. Chron. Hirs.

Scarra.

Seheim villa. hodie præfectura minor Comitum Erpacensium. D

Steine juxta Rhenum in comitatu Cunradi Ducis.

(2) *Suainheim, Sueinheim*, hodie Schvvanheim juxta oppidum Bensheim. *Suarzahah* fluv. *Sulzbach.*

Triburia villa Regia. *Thornheim.*

Virnunheim, Virnheim de qua infra.

Wadrinheim, Waterheim in comitatu Udonis, ad fluv. Wisgoz.

Wisgoz, Wischoz fluv. hodie Weschnitz. E

Zullenstein, villa in ripa & portu Rheni fluminis

levvart, Gernant, Rambert. Herivvic. Hildebalt, Adelhung. Riuart. item Gernant, Adelhelm, Ruotvvic, Alcvvin, Willefrit & alii.

(2) *Notitia* de inquisitione veteris Marchæ Hurfelder in qua villa, quæ dicitur Suenheim, sita est.

In A. XLIII. regni Domini nostri gloriosis: Imperatoris Caroli Mag. publico apud eundũ Principem habito placito, facta est inquisitio. De Sueinheim si per Drictum F Gallis par droict. deberet adtingere ad villã Hurfeldo Marcã quam ipse Dominus & semper nominandus Carolus dedit in Elcemosyna ad partem S. Nazarii. Hæc sunt nomina testium, qui in ipso placito fuerunt. *Heimericus* Comes. Dominæ nost. *Willisvvinda filius*. Widrat, Franco, Folcrat, Erbivvart, Benno, Friderich, Erasst, Iremiulf, Waltheri, Heirung. Ibi fuerunt etiam missi D. Regis Guntramnus & Heritardus Cancellar. & Scabini & testes hi: Guntramnus Comes, Altraat, Theodo, Zeino, G Frickio, Geslelia, Sigofrit, Adalman Herirat, Rado, Rutger. Riphvvin, *Stabal* filius Massæ, Welafrid, Hucbert, Willehelm. Hi omnes attestati sunt, quod absque omni ambiguitate per drictum in Elemosyna D. Regis ad partem S. Naz. villa Sueinheim cum adjacentiis suis attingere deberet, eo quod infra marcam Hurfeldun ipsa villa Suenh. sita est. Igitur in illo die Lucæ (quem nos dicimus 2. feriam) proximo, qui fuit VIII. id: Jun. venerunt Missi D. Regis Richardus & Guntramnus Comes jam dictam villam Sueinh. cum præfatis scabinis & testibus & similiter omnes consona voce sicut prius in placito dixerunt: ac sic præcepto Regali testificatio illorum confirmata est. H

Adelmus Comes Rhen. ob . . . .
Ux: N. . . . .

Ropertus Comes Rhenens: ob: . . . .
Ux: Willisvvinda f. Adelhelmi Com.
Ob: in cœnob. Mogunt: A. I

Heimericus Com. Rhen. Cancor Comes Rhenens. ob. . . . sep. in Mon. Laurish. Turinebertus Comes Rhen. ob. .
Ux Angila f. . . . . . . Ux. N. . . . . .

* Ejusdem forsan mentio in Annal. Fuld. ad A. 810 ubi Heinr. vocatur. * Heimericus Comes Rhen. ob: . . . Ux. N. . . . . . . Rurpertus Comes Rhen. ob. . .

II.

Donationis literæ Cancronis Comitis Rhenensis factæ Monasterio Laureshaimensi A. 770.

EGo in Dei nomine (a) *Cancor* & *Angila* conjux mea cogitantes casum humanæ fragilitatis,
qualiter peccata nostra possimus minuere (donante Domino) & ad æterna gaudia perveni-
A te, idcirco pro animæ nostræ remedio, ut Dominus Jesus Christus veniem de peccatis nostris tri-
buere dignetur, donamus, tradimus vel confirmamus ad *Monasterium Sancti Petri*, quod appella-
tur *Lauresham*, seu ad Sanctum Nazarium, qui ibidem in corpore requiescit, vel ad illam congre-
gationem Monachorum, quæ ibidem conversari videtur, ubi vir venerabilis *Gundelandus* Abbas
præesse videtur, donamusque in perpetuum esse volumus, & promtissimâ voluntate confirme-
mus; hoc est terram & sylvam, quæ est in illa marcha (b) de *Birstat*, seu in ipso fine: de illo ru-
bero, qui est de Ecclesia Sancti Nazarii ad partem meridianam inter partem Sancti Petri per *Agi-
losum* & suos consortes pro signo incisa: & inde ad partem Orientalem usque in fluvium (c) *Wis-*
B *goz*, ubi marcha de *Basinsheim* conjungit: & de ipso rubero ad partem Aquilonis, sicut *ipsa inci-
sio arborum* in ipsa die facta fuit, quæ vulgo Lachus appelletur sive divisio: & sic *ad illam ligneam
crucem*, quæ est posita juxta illam viam, quæ venit de *Birstat*, & inde ad partem Aquilonis: Sicut
ille incisio arborum seu lachus in ipsa die facta fuit, usque ad illum monticulum, qui quasi termi-
nus apparet: & inde per ipsam incisionem arborum seu lachum usque in certum *Wisgoz*, ubi mar-
cha de *Basinsheim* conjungit: quicquid infra illam incisionem arborum seu lachum sive divisio-
nem, usque ad marcham de (d) *Basinsheim, de dote Angila*, vel de qualibet parte nostra ibidem vi-
detur esse portio sive possessio vel dominatio, tam terris, quàm sylvis, campis, pratis, pascuis,
C aquis aquarumque decursibus omnia & ex omnibus totum & ad integrum ad jam dictum Mona-
sterium, sive ad Sanctum Nazarium à die præsente donamus, tradimus atque transfundimus in Dei
nomine perpetualiter possidendum: ita ut ab hac die ipsi Monachi vel successores eorum ha-
beant, teneant atque possideant, & neque nos neque ullus de heredibus nostris, neque ulla oppo-
sita extranea persona de ipsa terra vel de ipsa sylva ullo unquam tempore ipsos monachos vel succes-
sores eorum ejicere nec contradicere possit, nec ullam inquietudinem vel calumniam generare
præsumat, sed ad jam dictum monasterium omni tempore proficiat in augmentis, si quis verò, (quod
D futurum esse minimè credimus) si nos ipsi aut alius de heredibus nostris seu qualibet ulla extranea
opposita persona contra hanc donationem à nobis factam venire tentaverit aut eam infringere vel
immutare voluerit, caveat ne iram Dei omnipotentis acquirat & insuper inferat una cum socio
fisco auri libras III. argenti pondo V. multum sustineat, & quod repetit evindicare non valeat;
sed præsens donatio ista omni tempore firma & inviolabilis permaneat, stipulatione subnixa. A-
ctum in monasterio Laureshem publicè, sub die Kalend. Junii, anno secundo regnantibus glo-
riosissimis regibus Karolo & Karlomanno. Signum *Cancronis* Comitis & *Angila* conjugis ejus,
E qui hanc donationem fieri & firmari rogaverunt. Signum *Thurincberti* fratris ipsius Cancronis
& *Heimerici* filii sui, & aliorum. Ego Guario lector hanc donationem scripsi.

(a) *Cancor.* Comes Pagi Rhenensis, qui sub Pipino R. circa *Wormatiam* & *Heidelbergam* longè lateque regnâsse legitur apud Freher: Orig. P. p. 2. p. 115. ex Leodio. verùm fallitur Hub. Leodius & cum eo Auctor MSti Bi-
F pontini de Rheni Palatinis, Rittershusius apud Imhof. notit. Proc. Blar. à Geiersberg de Elect. Pal. p. 276. Pareus Hist. Pal. p. 151. alii statuentes, *Cancronem* hunc primum Palatinorum Rheni Satorem extitisse, hi enim, cum legerent, Comitem hunc Rhenensem Monasterium *Laureshaim* in Insula *Aldenmunster* dicta in eodem tractu, 4. Heidelbergâ distans milliaribus, fundâsse deque suo
G dotâsse, (quod postea *Rutgangus* Episc. Metens. B Nazario, allatis Româ ejus reliquiis, præsente *Carolo Magno* teste Frehero nostro, consecravit, qui non solùm illud variis prædiis, bonis privilegiisque adauxit, sed & alii insequentibus temporibus * *Principes Comites* aliique omnium ordinum homines per totum Rheni tractum ad infimam usque Germaniam habitantes, locum hunc velut in Meditullio Regni Franc. positum, admirabili studio quasi certatim locupletarunt, ut etiam cum magno Epi-
H scopatu vel Principatu, integra enim Strata Montana ad illud antiquitus spectabat, conferri potuerit) in eam inducti sunt sententiam, ut eundem Cancronem inter primos Palatinorum Rheni auctores habendum putarint, Verùm diversissima sunt, *Pagus Rheni* (antiquis Francis Rinegowe dictus) & *Palatinatus Rheni. seu ad Rhenum*, Cancor enim ejusque posteri non nisi simpliciter Comites erant Pagi Rhenens. At Palatinos nostros illustriorem certè celsioremque Originem, imò & ampliorem ab
I omni antiquitate ditionem, Pipinorum Majorum Domus (à quibus Rheni Palatinos descendisse supra diximus,) hæreditatem latissimè ad utramque Rheni ripam se extendentem habuisse & præter Comitivæ Palatii dignitatem, quæ jura Principis continet, ab ipsis etiam Rheni ostiis in infima Germania, quâ se in mare exonerat, ad ejus ferè fontes usque longè lateque imperâsse rectè Freherus noster l. c. p. 2. c. 3. p. 43. cum aliis Palatinarum rerum scriptoribus docet.

(b) *Birstat.* Villa Pagi Rhenens. juxta monasterium Laureshaimense.

(c) *Wisgoz.* fluv. hodiè Weschnitz, qui juxta Weinheim è montibus erumpens apud Stetum in Ducatu quondam Conradi D. Francon. infra Wormatiam Rheno miscetur.

* *Principes.* Sic Ludovicus 2. Rex Germ. anno Regni ejus 6. Ecclesiam in *Sechenheim* ad Nicrum in pago Lobodengovv, item *Langen* in Pago Rhenensi, & *Ludovicus* 3. Rex Germ. A. 882. prædium seu locum in *Aberinsburg* hodie *Heiligenberg*, cum pertinentiis in pago Lobdengovv tradidit: Carolus Crassus Imp. A. 884. prædium suum in *Alabesheim* in pago Wormat. in Comitatu Walonis, *Arnulfus Imp.* res proprietatis suæ in *Roxheim* in pago Wormat. & *Insulam Sigenvvart* in ripa Rheni & *Santhoven* in pago Lobodunensi Sigolfo Præpos. Laurish. & ejus filius *Ludovicus* 4. *Imp.* etiam res quasdam proprietatis suæ in pago Lobodun. eidem Monasterio dedit. Sic *Hatto* Archi-Episc. Mogunt. qui Monasterio Abbatis vice præerat, commutationem prædiorum cum *Reginbodone* fecit, teste Chronico Lauresh. dans ei de partibus S. Nazarii in pago Glemisgovve in villa f. Marca Hirslanda & in Decingon & in Gerengon, in Comit. Gozberti Com. & in pago *Enrichgovve* in villa & Marcha *Audinesheim* in Comitatu *Walahi* Com. accepit ab eo Curtem Dominicatam, quam illa à Rege obtinuerat, nomine *Virnunheim* in pago Lobodun, in Comitatu Liutfridi Com. cum pertinentiis, Ludovico Imp., precibus Hattonis, traditionem postea confirmante. Sic *Werinhernus* Comes prædia sua in *Bibiflot. f. Bibles* & *Wattenheim*,

III.
Caroli Magni Diploma, quo Monasterium Laureshamense in defensionem suam suscepit A. 776. A

KArolus Dei gratia Rex Franenrum vir illustris omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus vestriaque junioribus atque missis nostris, discurrentibus: Quicquid pro opportunitate ecclesiarum vel quiete servorum Dei erexerimus, hoc nobis procul dubio, Domino adjuvante, ad æternam beatitudinem proficere confidimus. Igitur dum vestræ solertiæ notum est, qualiter bonæ recordationia Domnus *Ruotgangus* archiepiscopus in monasterio, quod vocatur Lauresham, quod ei per traditionem *Willesvvinda* & *Cancrini* obvenerat, monachorum turmam non modicam propter servitium omnipotentis Dei coadunavit, ubi ob integram devotionem Sanctum corpus Beatissimi Nazarii recondidit, supra quod etiam *Gundelandum* monasterii abbatem atque hære- B
dem in eodem sancto loco post se visus est reliquisse, sed postea dum præfatus Gundelandus abbas cerneret ipsiua Sancti loci immiouere periculum atque vereretur, ne desolatio propter intentionem iniquorum hominum & ipsis monachis fieret, ad nostram visus est accessisse præsentiam, qui & ipsum monasterium in manu nostra tradidit, etiam & secum omnem congregationem suam in *Mundeburdem* & defensionem nostram plenina commendavit. Quem noa gratulanti animo tam propter mercedis augmentum, quam & pro eodem grege salvando visi fuimus percepisse. Petiit etiam memoratus abbas suique monachi talem à nobia auctoritatem, ut quoties- C
cunque Abbatem jam dicti monasterii ex hoc contigerit seculo migrare ad Dominum, inter se quem dignum honoris hojua invenerint, unanimiter ex semetipsia eligere deberent. Quorum petitionem ob amorem Dei & nostræ mercedis cumulum nequivimus denegare: sed ita præstitisse vel in omnibus confirmasse cognoscite. Præcipientes enim jubemua, quia cognoscimus, quod ipsa congregatio sub recto ordine vivere & in regula Sancti Benedicti conversare desiderat, & nostro quidem permisso semper super se ex ipsa congregatione, quæ Deo acceptabilis est, eligere valeant Abbatem, quatenus inter ipsum gregem, * quia boni ibidem congregati in unum præstare, nequis ex adverso eum diripiendum adveniat, sed de proprio semper gaudere patrono D
valeant: quia nolumus, ut per aliquam occasionem ipsi monachi, quos Domnua *Ruadgangus* etiam & *Gundelandus* ad opus Dei exercendum congregaverunt, ullo unquam tempore exinde alienari aut dispersi, nec ipsi nec successores eorum esse debeant: sed sicut in testamento illius donationis, quam per *Willesvvindam* & *Cancrinum* adepti sunt, continetur, ita in omnibus circa ipsam congregationem sit servatum, ut valeant regulam S. Benedicti perpetualiter, sicut ordo edocet, & corporia fragilitas permittit, custodire, & sub nostra (ut diximus) mundeburdo vel defensione in ipso monasterio quietè vivere vel residere. Præterea hanc præceptionem nostram eis dedimus, per quam omnino jubemus, ut nullus quialibet de Episcoporum personia, in cujus paro- E
chia ipsum monasterium fundatum esse cernitur, aut de cæteris hominibus, quis jam dictum *Gundelandum* Abbatem vel Monachos ex ipso monasterio, & homines, qui ad eos justè & rationabiliter spectare videntur, inquietare aut contingere, vel contra rationis ordinem facere præsumat, sed semper valeant sub nostra defensione, seu sub heredibus nostris omni tempore, ut diximus, quieti residere, & ea quæ illis propter nomen Domini concessimus, benè semper in omnibua perfrui: quatenus decet & Abbatem vel Monachos ex ipso monasterio pro nobis & nostra subsequente progenie seu gente Francorum Domini misericordiam attentius deprecari. Et ut hæc autoritas firmior habeatur, vel per tempora melius servetur, manu propria subter firmavimus & de anoulo nostro sigillari jussimus. Signum Karoli gloriosissimi Regis. Witiguvvo F
recognovi.

IV.
Aliud Karoli Mag. Regis Diploma datum Gundelando Abbati Laureshamensi.

KArolus Dei gratia Rex Francorum vir illustris. Veniens ad nos Haristallio Palatio vir venerabilis *Gundelandus* Abba de Monasterio Lauresham, ubi sanctua Nazarius Martyr in corpore requiescit, nobis innotuit eo, quod homo aliquia nomine *Heimricus* de ipso Monasterio calumnias generare voluisset, dum diceret, quod *suus Pater Cancor* eum de ipso monasterio ve- G

heim, in pago Rhen. sita super fluv. Wisgoz, & villam *Zulestein* in ripa Rheni, quæ à Ludovico 2. Cog. German. Rege, & prædium in *Winenheim* (hod. Weinheim) quod ab ejusdem Ludovici Reg. filio Lud. 3. R. Germ. dono acceperat, in monasterium Laureshaimense, ubi etiam postea sepultus fuit, transmisit, ejusdem *Werinheri* frater & ex parte successor *Conradus I. Imp.* Dux Franconiæ prædia quoque sua in jam memorata Villa *Wattenheim* & *Virnheim* in pago Rhenensi in Comitatu *Udonis* Com. eidem monasterio tradidit, uti infra ex diplomate ejus manifestum fiet. uxor quoque ejus *Cunigundis* Richardis uxoris Caroli Crassi Imp. ex fratre Erchangero Comite neptis, ut recte Brondel. in Geneal. Franc, locum proprietatis suæ *Gingen*, item prædia sua in villis *Niuwenheim* juxta Heidelbergam, *Stratzheim*, & *Westheim* eidem monasterio, in quo etiam ipsa anno nescio quo, 7. id. febr. sepulta fuit. In hoc quoque monasterio *Conradum* cog. *Sapientem* Lothar. & Francon. Ducem supradicti *Werinheri* filium A. 955. in prælio contra Hungaros cæsum, juxta patrem in Ecclesia Varia dicta, sepultum fuisse autumo, & non, ut Witichindus, Wormatiæ, quia ibidem sepulchrum ejus nullibi invenire potuit, uti H Münsterus in Cosmograph. docet.

(d) *Basinsheim*. Basinesheim & Buosinesheim villa in Strata Montana sup. fluv. Liutra in pago Rhenensi hodie *Bensheim* diœceseos Moguntinensis.

stitum dimisisset. Et ipse *Gundelandus* præsens adstabat, & causam in omnibus denegabat,
dum diceret, quod *avia ipsius Heimerici* nomine *Willisvvinda* vel genitor suus *Cancor Germano suo
Domino Ruodgango* Archi-Episcopo tradidisset vel confirmasset, & talem Cartam nobis exinde
protulit ad relegendum. Tunc ipse *Heimricus* ante nos taliter fuit professus, quod de hac cau-
sa, vel de ipso monasterio superius nominato, in antea nunquam tempore debeat calumniam ge-
nerare; sed per festucam ante nos exinde dixit exitum. Tunc nos una cum fidelibus nostris id
A est *Hagino, Rothlando, Wichingo, Frodegario* Comitibus: nec non & vassis nostris *Theoderico, Ber-
tholdo Alburino, Frodberto, Gunthmaro*, taliter visi sumus judicâsse, ut de hac causa omni tempo-
re ipse abbas habeat evindicatum atque elitigatum; & sit illis inpostmodum ex hac re sublata
causatio.

vid. Chronicon Laurescham.

V.

Ludovici Pii Imp. donatio facta Einhardo Caroli Magni quondam Secretario.

B IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Ludovicus divina ordinante provi-
dentia Imperator Augustus. Imperatoris Celsitudini moris est fideliter sibi famulantes donis
multiplicibus atque honoribus ingentibus honorari atque sublimare, proinde nos in morem Pa-
rentum nostrorum Regum videlicet prædecessorum nostrorum sequentes, libuit celsitudini no-
stræ fidelem quendam nostrum nomine *Einhardum* de quibusdam rebus proprietatis nostræ ho-
norare, atque in sui juris potestatem liberalitatis nostræ gratia conferre: nec immeritò, quippe
cum & fidelitatis obsequio & obedientiæ devotione hoc apud serenitatem nostram dignè merea-
tur adipisci, qui totis jussibus usquequaque nostro servitii jussionibus nostris fideliter parere stu-
C det. Inde noverit experientia atque utilitas omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quàm
& futurorum, quia concessimus eidem fideli nostro *Einhardo* nec non & conjugi suæ *Imma*, in
partibus Germaniæ locum, qui vocatur (a) *Michlinstat* in sylva, quæ vocatur *Odenevvald*, in cu-
jus medio est Basilica lignea modica constructa, de qua in omnem partem quaqua versus pertinent
ad eundem locum inter campum & sylvam *Leuga dua*, id est *rasta una*. Intra cujus mensuræ
circumflexum manent præsenti tempore servi nostri proprii XIIII. cum uxoribus suis & filiis.
D Præter hos sunt in eodem loco inter masculos & fœminas mancipia XL. Hunc locum cum termi-
nis suis sub integritate & mancipiis suis, nec non & *villam* (b) *Mulenheim*, quæ est in pago *Moy-
negovve*, sita super ripam fluminis *Moyni*, quæ quondam (c) *Drogonis Comitis* possessio fuit, &
habet Basilicam parvam muro factam, in qua villa sunt mansi XIX. & servi præsenti tempore
manentes cum uxoribus & liberis numero XIII. seu & in *altera villa eodem vocabulo* super eun-
dem fluvium, quæ *inferior Mulinheim* vocatur, in qua sunt mansi IV. & servi manentes totidem
cum uxoribus & parvulis, qui pertinent ad superius dictam villam *hanc*, id est *superiorem Mu-
linheim* cum appenditiis suis & mancipiis propriis ad eam pertinentibus. Et hæc omnia supra
E scripta, cum Ecclesiis villaribus, domibus, mancipiis, sylvis, terris, pratis, pascuis, aquis aquarum-
que decursibus, cultum & incultum cum omnibus adjacentiis & appenditiis totum & ad inte-
grum, prædicto fideli nostro *Einhardo* & conjugi ejus *Imma* in proprium per hanc nostræ dona-
tionis auctoritatem concessimus: ita videlicet, ut quicquid ab hodierna die in futurum de prædi-
ctis rebus & locis, vel de his, quæ ad eos pertinent, jure hæreditario facere voluerint, in omnibus
potiantur arbitrio faciendi & nullus quislibet ex fidelibus S. Dei Ecclesiæ & nostris, de præscri-
F ptis rebus memorato fideli nostro & conjugi suæ à nobis concessis aliquid abstrahere aut minue-
re tentet: sed liceat eis ipsas res quietè habere & possidere, & cui voluerint jure hæreditario re-
linquere. Et ut hæc autoritas largitionis nostræ per curricula annorum inviolabilem atque in-
convulsam perpetuo obtineat firmitatem, & à fidelibus nostris tam præsentibus, quàm futuris,
seu etiam à successoribus nostris à nobis facta verius certiusque credatur, eam manupropria sub-
ter firmavimus & annuli nostri impressione signare jussimus. Helisachar recognovi. Data III.
Iduum Januar. Anno Christo propitio primo Imperii Domini Ludovici piissimi Imperatoris Au-
G gusti, Indictione VII. Actum Aquisgrani Palatio Regio in Dei nomine feliciter, Amen.

vid. Chron: Laureshaimense.

VI.

Donatio Einhardi facta Monasterio Laureshamensi.

DOminus ac Redemptor noster corporaliter in terris conversatus homines variis peccatorum
sordibus inquinatos admonere dignatus est dicens: Date Elemosynam, & ecce omnia mun-
H da sunt vobis. Et iterum: facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, qui eos recipient in æter-
na taber-

(a) Michlinstat in Ottonis sylva in Pago Plumgovve. Villa antiquissima incertæ originis, hodie Michelstatt.

(b) *Mulenheim* villa antiquiss. superior & inferior ad Mœnum fl. è quibus prædiis Einhardus postea Cœnobium exstruxit idque *Salegenstat* vocant v. Freher Orig. Pal. c. 6. p. 20. (de cujus loci appellatione nomineque fa-
I bula circumfertur) eodem modo, quo in posteris temporibus Monasterium à *Ludmilla* Rheni Palatina Ducissa Bav. Landshutæ in Bavaria exstructum, *Saligenthal* nuncupatum fuit, prout rerum Bavar. Scriptores docent vid. supr. Hist. Palat.

(c) *Drogonis Comitis*, scil. Palat. Ducis postea Burgund. & Campan. febre A. 708. m. Jun. denati & sep. Metis: filius fuit *Pipini Crassi* s. *Heristallii* Majoris Domus, uxorem habuit *Adaltrudem* filiam *Waratonis Majoris Domus* & Ansfredis de quo V. & Fecher. l. c. p. 159. Pithæi Diss. de Palatin. Campan.

na tabernacula. Idcirco nos, in ipsius Dei omnipotentis & ista jubentis nomine (a) *Einhardus*
& *Imma* simul de salute animarum nostrarum cogitantes, & de abolendis peccatis nostris bea-
tæque ac perpetuæ vitæ præmia consequendis pari devotione tractantes, hoc testamentum face-
re decrevimus, per quod spontanea & integra voluntate donamus, quod ab hodierna die dona-
tum esse volumus, id est *cellam* nostri juris vocabulo *Michlenstat* sitam inpago Plumgovve, in A
sylva, quæ dicitur *Odenevvald* super fluvium *Mimilingum*, quam nobis gloriosissimus Princeps
Domnus *Ludovicus Imperator* largissima liberalitate concessit, & de jure suo in nostrum jus so-
lenni donatione transtulit, ac præcepti sui auctoritate in proprietatem nobis confirmavit. Hanc,
ut diximus, cellam sub integritate cum omnibus appenditiis & terminis suis & cum omnibus ad
se pertinentibus, id est Basilicis, Domibus cæterisque ædificiis, terris, pratis, sylvis, campis, pa-
scuis, aquis aquarumque decursibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus ac
se ipsas moventibus, mancipiis diversi sexus & ætatis numero centum donamus & tradimus ad Ba-
silicam S. Monasterium venerandi Martyris Christi Nazarii, quod vocatur *Lauresham*, & est B
constructum in pago Rhenense, in ripa fluminis, quod dicitur *Wisgoz*, ubi tempore præsenti vir
venerabilis *Adalungus Abba* Deo servientis congregationis pastor & rector esse cognoscitur. Ea
videlicet ratione memoratam donationem atque traditionem facientes, ut quamdiu in hac mor-
talitate divina jussione vixerimus, habeamus prædictam cellam in nostra potestate & sub nostra
ordinatione, absque ullius personæ aut potestatis contradictione vel impedimento, tam simul
quàm sigillatim per successionem, si uno superstite alter à nobis ante decesserit. (b) *Filios quoque*
si nos habere contigerit, unus ex eis in eadem possessione nobis jure precario succedat. Post obi-
tum verò nostrum memorata cella cum omni integritate ad prænominatum venerabile Monaste- C
rium absque ullius contradictione recipiatur, & in ejus potestate atque Dominio perpetuo per-
maneat. Et si aliquis contra hoc nostræ donationis testamentum refutare voluerit, aut illud
convellere atque evacuare tentaverit, primitus Christum & Sanctum Nazarium nefandis ausibus
suis contrarium sentiat, & insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti prædicti ve-
nerabilis Monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram unam, Argenti pondo XII. Et hoc
testamentum atque hæc donatio nostra firma & inviolata permaneat. Et si quocunque tempore
à quolibet homine aliud instrumentum in nostro nomine prolatum fuerit, quod huic nostro te-
stamento contrarium sit, indicium datorum anterius vel posterius habens, etiamsi manu nostra vi-
deatur vel dicatur esse firmatum, vacuum & inane remaneat, & nullum effectum obtineat, sed, ut D
prædiximus, hæc donatio nostra perenni stabilitate firma & inviolabilis perseveret, stipulatione
subnixa. Et ut hoc testamentum juxta legis consuetudinem integram firmitatem accipiat, pro-
priæ manus subscriptione illud firmare decrevimus & idoneorum testium, qui ipsam viderunt, si-
gnaculis roborari fecimus. Facta donatio in Laureshamo Monasterio II. id. Septembr. Anno VI.
regni Domni nostri Ludovici gloriosissimi Imperatoris in Dei nomine feliciter. Ego Einhardus
peccator & donator recognovi & manu propria subscripsi. Ego *Imma* consensi & subscripsi.
Signum *Rabangarii*, signum *Warbotonis*, sign. *Wolfberti*, & aliorum. Ego *Hirmimarus* diaco-
nus & *notarius Imperialis*, rogante Einhardo, hoc testamentum scripsi & subscripsi. E

VII.

Einhardi descriptio Marchæ pertinentis ad Michlinstat.

QVoniam sunt quidam, qui fastu seculari turgentes & semetipsos amantes à Christi fidelibus
sacris Ecclesiis seu Monasteriis contradita invadunt, aut ut sibi hereditario jure retineant,
aut mundali baltheo in beneficio dividant: Ego *Einhardus* ne in his, quæ de regia manu *Ludo-* F
vici Imperatoris in loco *Michlenstat* contraxi, manus iniquorum prævaleant, advertat obsecro
fidelium tam præsentium quàm sequentium memoria, qualiter in unum sint collecta quibusve
expressa vocabulis. Postquam enim locum prænominatum Laureshamensium dominationi sub-
jugare disposui, ascitis, quibus notum fuerat, terminum & vocabula locorum diligenter investi-
gavi & recenti memoria notarium meum *Lutherum* exprimere literis jussi, ea videlicet circum-
spectione, quia multorum monasteriorum eis prædia conjunguntur, & diversorum Dominorum
beneficia circumquaque terminantur. Hæc igitur terminorum loca & locorum vocabula de-
signantur hoc modo: dum à *monte Momenhart* incipiunt, & totum eundem montem usque ad G
Plateam comprehendunt: à *Platea* usque ad *duplicem Quercum*, inde inter *Vlenbuoch* & *Rumphes-*
husen ad quercum: de quercu in *fluvium Bramaha* per hujus descensum in *Willinebach* per hujus
ascensum usque ad *lapideum rivulum*: inde ad (a) *Wilineburch* per unam partem intro per alte-
ram foras: inde in ripam *Enterum*. Per hujus descensum ad *Langenvirst*, ubi Langenvirst scin-
ditur: super Langenvirst ad *Breitensol*: inde per *Eichendal* in *flumen Vrdella*: per hujus ascen-
sum in *Vinsterbuch*: inde ad *Phaphenstein* Einhardi: à Phaphenstein supra *Richgeressneiten*: inde
ad verticem *Clophendales* ad Clophenbeck: inde in *Cunigesbrunnen*: per hujus descensum in *Mi-*
melingen:

(a) *Einhardus*, aliis Egenhardus dictus, Caroli Magni fuit Secretarius & gener, cujus ipse vitam descripsit ut & Annales Francor, quos exhibet And. du Chesne in Script. Franc. Tandem Abbas factus in Monast. Saligenstat à se condito, ubi & A. 843. (alii A. 848. ponunt) defunctus & sepultus fuit, uxorem habuit Emmam Caroli Magni filiam naturalem, de qua Historiola circumfertur & describitur à Lehmanno in Chron. Spir. & Leodio apud Freher. Orig. Pal. p. 156. Lipsio in Monit. Polit. l. 1. c. 12. H

(b) *Filios si nos habere contigerit.* Ab ejusdem Einhardi posteris Comites ab Erbach & Michlinstat familiam suam deducere solent; saltem ex hisce verbis Einhardum adhuc Ao. 6. regni Ludovici filiis caruisse liquet.

melingen : per hujus ascensum ad *Manegoldescellam* : ab hac in fluvium *Mosaha* : per hujus a-
A censum in *Geroldesbrunnen* : inde in *Ellenbogen* in flumen *Branbach*: per ejus descensum in *Mi-
melingen* : ex qua ad quercum inter *Graschapht* & *Munital* : inde iternm ad montem Momen-
hart.

vid. Chron. Lauresham.

VIII.

Donatio Lotharii Imp. facta Ansfrido Comiti Palatii.

IN nomine omnipotentis Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, Lotharius divina præveniente Cle-
mentia Rex. Dignum est ut regalis celsitudo procerum suorum petitionibus tanto libentius
annuat, & annuendo ad effectum perducat, quando eos viderit ac noverit in suis obsequiis per-
B stare efficaces. Idcirco magnitudo noverit omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ ac nostrorum
præsentium videlicet ac futurorum industria, quia Hucbertus Abbas nostram deprecatus est ma-
gnitudinem, ut cuidam fideli Comiti Palatii nostro Aosfridu nomine aliquantum ex rebus ju-
ris nostri, quas ipse jure beneficiario detinet, ad proprium concederemus, ac per præceptum no-
strum largiremur. Cujus precibus libenter ob utrorumque sincerissimam devotionem & famu-
latum adquiescentes hos eminentiæ nostræ apices fieri decrevimus, per quos memorato Ansfri-
do *in pago* (a) *Hattuariensi*, & in villa quæ vocatur *Geizefurt*, super fluvium Nerse, mansos qua-
tuor cum omnibus suis appenditiis terris scil. cultis & incultis, sylvis, pratis, pascuis, aquis
C aquarumve decursibus, exitibus & regressibus, nec non & mancipiis utriusque sexus ibidem aspi-
cientibus : seu etiam & in pago Laumensi in villa Sodeja super fluvium Geldione, mansum u-
num cum omnibus ad se pertinentibus, terris scil. cultis & incultis, silvis, prata, pascuis, aquis
aquarumve decursibus, exitibus & regressibus, nec non ab mancipiis utriusque sexus ibidem per-
tinentibus, ei ad proprium tribuimus, & de jure nostro in jus & dominationem ipsius perenni-
ter mansurum transfundimus: quatenus per hanc nostram authoritatem potissimam habeat ex
eisdem rebus vel mancipiis faciendi licentiam, quicquid elegerit vel voluerit, sicut & de reliquis
proprietatis suæ rebus, remota cujuslibet inquietudine vel contrarietate : ita tamen ut nusquam
à nostra discedat fidelitate. Et ut hæc nostræ largitatis auctoritas firmior habeatur, & per futu-
D ra tempora melius conservetur, manu propria subter eam firmavimus & annuli nostri impressio-
ne assignari jussimus. Signum Lotharii gloriosi regis. Hrothmundus notarius recognovi. Data
V. Idus Novembris, Anno Christo propitio Imperii Domini Lotharii piissimi Regis primo, indi-
ctione IIII. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter, Amen.

vid. Freheri Orig. Palat.

IX.

Donatio Ansfridi Palatii Comitis in Geizefurt.

E SI aliquid ex facultatibus nostris ad loca sanctorum condonamus, hoc nobis procul dubio in
æterna retributione profuturum esse confidimus. Idcirco ego in Dei nomine Ansfrid Dei
gratia Comes, cogitans de timore Dei vel futura retributione pro remedio animæ meæ, seu Do-
minorum meorum, per quos ad me res pervenisse dinoscitur, dono per hoc testamentum ad san-
ctum Dei martyrem Nazarium, qui requiescit in corpore in pago Renense in monasterio cogno-
mento Lauresham, sito super fluvium Wisgoz, ubi moderno tempore vir venerabilis Theotro-
hus Abbas regulariter præesse videtur, & veneranda congregatio monachorum die noctuque Do-
mino Deo deservire videtur, donatumque in perpetuum esse volo & promptissima voluntate
confirmo, hoc est trado res proprietatis meæ in pago Hattuaria, in Odenheimero marca, in villa,
F quæ

(a) *Wilineburch*. Diversum procul dubio ab illa *Civi-tate Wilinaburch* & *Wilineburch*, cujus Witechindus & Regino mentionem fecerè in Annal., quæque sedes quondam fuit *Conradi Comitis Franconiæ & Hassiæ*, Patris *Conradi. I. Imp.* & *Eberhardi Comitis Palatii* nostri, D. Francon. ubi & ipse Conradus senior jam memoratus ab Heberto Comite Francon Bambergensi A. 905. 27. Febr. juxta Frizlariam occisus ab uxore & filiis sepultus est, teste Witichindo, Reginone. & nihil aliud est, quam
G ipsum *Weilburgum* hodiernum Nassovicum, ut cum Urspergensi rectè cl. Meibomius diss. de Iemens. c. 5. observavit de quo supra in Hist. Palat. c. 2. dictum fuit. Ad Hassiam quondam spectabat illud Wilineburch s. Weileneburch. Weilenburch contractè hodiè *Weilburg*, castrum ad Lanam, ubi amnis die Weil/ se in Lanam exonerat, à quo rivulo nomen obtinuit. Falluntur autem illi, qui sub veterum *Wilineburch*, castrum *Limburg* in agro Wormat. post Carolum Mag demum a Duce quo-
H dam Francon. (Eberhardo forsan Conradi. I. Imp. patruo) exstructum, & postea à *Conrado* 2. Imp. Cog. Salico. D. Francon. in monasterium versum subintelligendum esse putant. diploma in sua Civitate quondam dedit *Conradus* 2. *Imp.* (qui cum fratre suo Eberhardo Palatino hic proculdubio natus & educatus fuit) A. 914. 7. id. Jul. quod vid. in Chron. Joh. a Lerden l. 7. c. 10. Diversum inquam, procul dubio est illud *Wilineburch* sive Castrum sive Burgum, quod *Einhardus* modo describit, ab illo cujus Witichindus & Regino meminere. Supra ad Willisvvindæ literas in descriptione Marchæ & Sylvæ, quæ antiquitus ad Heppenheim in Strata Montana pertinuit, à Carolo Magno traditæ mentio fit alicujus *Wilineburg*, *Walinebeng* & *Walebinbeng*, in sylva Ottonis. Est & aliud castrum in eadem sylva nomine *Willenburg* hodie Willenberg nunc dirutum juxta Amorbach, & vel per hoc vel per illud Einhardi Wilineburch subintelligendum esse autumo. Certum interim hoc *Einhardi* sive Castrum sive Burgum *Wilineburch* ab *Henrico* 2. *Sancto* Imp. *Wilineburg* (& rivulum Wilinebach, ab eodem Imperatore *Wilenebach*) vocatum, illudque jam suo tempore destructum fuisse, idem Imperator in privilegio Abbati Laureshamensi de Banno & forestis in Ottonewald A. 1012. concesso testatur, quod vid. infra.

(a) *In pago Hattuariensi* inter Rhenum & Mosam habitabant Hattuarii seu Attuarii.
De Ausfrido Comite Palat. v. & Aimon: l. 5. p. 495.

quæ dicitur Geizefurt, quæsita est supra fluvium Nersa, hoc est mansum indominicatum cum ædificiis atque omnibus utensilibus habentem hobas tres, hobas serviles XVIIII. & silvam, in quam mittere possumus mille porcos perfectè saginari, & eandem sylvam determinat ab oriente fluvius Lusgochesbach usque in Nerschinam, & à Nerschina usque in Nersam, & à Nersa usque ad A
sylvam campumque, qui dividit Odehaimero marcam, & quicquid in eadem marca villave habeo proprietatis, exceptis tribus hobis, unam quam habet *Wolfbraht*, & in eandem sylvam debet mittere porcos X. alteram habet *Thadolf*, tertiam *Sygebinus* & etiam debet mittere in sylvam uterque porcos X, & nullam aliam utilitatem, sive ad exstirpandum, sive in cæsura ligni, unusquisque autem de servis ipsis de sua huba debet mittere in sylvam porcos V. Hæc omnia superius comprehensa in ea ratione ad sanctum Dei martyrem N. trado, quatenus has easdem res ad dies vitæ meæ habeam: & quicquid ad præfatum monasterium pertinet in loco vel villa quæ di- B
citur (a) *Gannida*, tam de quæsitis quàm de inquisitis, seu in quibuscunque ibidem locis aut terris consistant res præfati martyris Christi, quæ hactenus servierunt præfatu monasterio, de vineisquoque ad carradas quatuor Spondeo quoque meipsum in censum annis singulis in festivitate Sancti Martini coria bovina ad opus fratrum quadraginta persolvere. Hæc omnia ut diximus sub integritate cum omnibus appenditiis & terminis suis & cum omnibus ad se pertinentibus, id est Basilica, domibus, cæterisque ædificiis, terris, pratis, campis, sylvis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus, ac seipsas moventibus, vel quicquid potest aut non potest, mancipiis diversi sexus & ætatis numero LXIV. Hæc verò omnia superius denominata à die præsente de jure meo in jus & Dominium sancti N. rectorumque ipsius monasterii dono trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter possidendum: eâ C
videlicet ratione donationem memoratam atque traditionem faciens, ut quamdiu in hac mortalitate divina jussione Vixero, habeam prædictas res in mea potestate & sub mea ordinatione, absque ullius personæ aut potestatis contradictione vel impedimento, tam ipsam hæreditatem à me traditam, quàm illam quam ab eodem monasterio præcariam accepi. Post obitum verò meum utræque memoratæ res cum omni integritate ad prænominatum venerabile monasterium absque ullius contradictione recipiantur & in ejus potestate atque dominio permaneant, fratribus specialiter ad sustentaculum & nulli unquam in beneficium detur. Quod si factum fuerit, hæredes mei illud inde abstrahere licentiam habeant atque inter se dispertiri: excepto si major utilitas eidem monasterio per præstariam acquiri possit. Et si aliquis contra hoc nostræ devotionis D
testamentum resultare voluerit, atque illud convellere aut evacuare tentaverit, primitus Christum & sanctum ejus martyrem Nazarium nefandis ausibus suis contrarium sentiat, & insuper fisco distringente multam de rebus propriis parti prædicti monasterii coactus exsolvat, auri videlicet libram unam, argenti pondo XII. & nec sic quod conatus repetere, evindicare possit; sed hæc donatio omni tempore firma & stabilis permaneat, stipulatione subnixa. Actum publicè in monasterio Lauresham, anno incarnationis, Dominicæ DCCCLXII. regni Ludovici Regis XXVI. sub die III. Non Octob. Signum Ansfridi Comitis Palatii. Signum Fridolohi, Signum Ruodleichi, & aliorum. Ego Walthere indignus presbyter & monachus hoc testamentum scripsi diemque ex tempus ut supra notavi.

vid. apud Freher. in Orig. Pal.

X. E

Alia Donatio ejusdem Ansfridi Comitis Palatii in Pago Darnau.

EGgo in nomine Ansfridus gratia Dei Comes, dono per hoc testamentum ad sanctum Dei Martyrem Nazarium, ut supra, quicquid habeo proprietatis in pago Darnau, in marca vel villa Sodoja, quæ sita est super fluvium *Geldoin* in Comitatu *Giselberti*, hoc est hubam indominicatam unam, serviles VIIII. & Silvam in qua saginari possunt porci C. quam determinat ab oriente res *Liutberti*, ad austrum fluit Sambra, ad occidentem res sancti *Lamberti*, ad aquilonem item F
res *Liutberti*, cum mancipiis XXXIX. Hæc omnia in ea ratione ad sanctum Dei martyrem N. trado, quatenus has easdem res ego & *Hildivvardus* filius meus ad dies vitæ nostræ habeamus: insuper quicquid ad præfatum monasterium pertinet in villa & marca, quæ dicitur *Baldanis*, & in censum annis singulis in festo Sancti Martini solidos tres fratrum usui persolvamus. Post obitum vero nostram utreque memoratæ res. . . . . . ut supra Actum loco, tempore, & die, quo supra.

XI. G

Præstaria ejusdem Ansfridi Comitis Palatii.

DIligendo in Christo filio sanctæ Dei Ecclesiæ, Ansfrido venerando Comitio Palatii, Thiottochus gratia Dei humilis abbas. Honorabilis tua fuit petitio, & fratrum nostrorum decrevit benevolentia, ut res proprietatis tuæ in Geizefurt, pro elemosyna tua & dominorum regum *Lotharii* & *Ludovici* à te *Sancto Nazario* traditas, simulque res nostras ad *Gannita* pertinentes, rem quoque proprietatis tuæ in *Villa Sodoia* similiter traditam, cum rebus sancti Nazarii in *Villa* H
Baldanis, quæ in utroque testamento tuo plenius continentur inscripta, tibi & filio tuo *Heldevvardo*

(b) Crumbenbach hodie Crumbach, in sylva Ottonis ad Præfecturam minorem Lorbach (rectius Laurbach) quæ sub est majori Mosbacensi, spectans. (b) Gannida, hodie Gent, Latinè Gandavum.

b

vvardo ad dies vitæ vestræ beneficiaremus. Quod quia rationabile fuit, perfecimus & hanc
A (a) *præstariam* vobis conscribi jussimus: ut quamdiu vixeritis, utrasque res absque omoi inquietudine teneatis & excolatis & nihil exinde minuere aut deteriorare, sed potius augmentare & meliorare in omnibus studeatis; & singulis annis ab recordationem in festo S. Martini de primo beneficio XL. Coria bovioa, de secundo tres solidos solvere non negligatis. Post obitum verò vestrum utræque res melioratæ & auctæ ad Sanctum Nazarium revertantur. Data præstaria die & tempore, quo supra.

vid. Freheri Orig. Pal.

XII.

B *Donatio Ludovvici 3. Regis Germaniæ facta Walthero Abbati Laurishaimensi super Aberinesburg. A. 882.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. HLudovvicus divina faveote gratia Rex. Notum esse volumus omnibus sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque, præsentibus scilicet & futuris qualiter nos ob amorem Domini nostri Jesu Christi, & pro anima pii genitoris nostri, & pro mercedis nostræ augmento quasdam res proprietatis nostræ concedimus ad monasterium dictum
C Lauresham, quod est constructum io honore Sancti Nazarii venerabilis martyris Christi, cui nunc venerabilis abba *Waltherus* præest; hoc est in pago nuncupato (b) *Lobodengovve* locum quendem, qui nominatur (c) *Aberinesburg*, sicut ipsom carissimæ conjogi nostræ (d) *Liutgardæ* huc usque *præstitam* habebamus; & quicquid ad ipsum locum jure ac legitimè pertinere videtur, cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, viis & inviis, accessibus. Hæc ergo omnia jam dicto Abbati præfatum monasterium & fratribus ibidem Domino famulantibus in proprietatem & dominationem perpetuam condonavimus, & jussimus eis fieri hoc nostræ auctoritatis præceptum, per quod volumus firmiterque præcipimus, ut de his omnibus nunc & deinceps omni tempore liberam habeant po-
D testatem faciendi quicquid eis placuerit: quatenus eos pro nobis *conjuge proleque nostra*, misericordiam Domini melius exorare delectet. Et ut hæc oostræ concessionis auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris melius credatur & diligentius observetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus.

Arnolfus Cancellarius ad vicem Loitberti archicapellani recognovi & subscripsi. Data XV. Kalend. Februarii aono Dominicæ incarnationis DCCCLXXXII. Indictione X. Anno VI. HLudovvici Serenissimi Regis. Actum Franconofurt palatio Regio io Dei nomine feliciter, Amen.

(a) *Præstariam*, Id est beneficium, feudum, Lehen.
E (b) Lobodengovve pagus Francis, Romanis verò Lobodunensis à Lobodunoburgo Ausonii versibus celebrato, hic dictus, cujus villæ hæ sunt:
(c) Aberinesburg, hodie Heiligenberg à Burgo s. Castello ibid. à Romanis exstructo dictum. de quo infra
Aberinesburg Abrinsberg, & Ebrensberg id est, mons Abrahæ.
Aphapalaha villa in Comitatu Conradi Ducis.
Bergeheim Bergheim juxta Heidelbergam, ubi hodie non nisi Molendinum superest.
F Blanckenstat villa.
Boteresheim, Buteacsheim.
Birckenovva hod. Birckenau,
Clopphenheim, Clopheim,
Chiricheim Ciricheim, hodie Kircheim.
Cilolvesheim hodie Cilvesheim,
Ditzenbach, Dornheim, Dorrisheim,
Dochsenheim hodie Dossenheim,
Divvelenheim super fluv. Suarzaha.
G Edingon. Eddingen, Edingen,
Eppilenheim Ebbelenheim.
Elbelenheim hod. Eppelenheim.
Godenovva.
Govvinbetch. in Bergeheimer marca, hodie Gömberg.
Grainesheim, Granesheim, Grenesheim.
Hantscuesheim.
Heriimuntesheim.
Heidolfesheim, hodie Heidelsheim,
Hego. Hillenberg. s. Hillenbach.
Hiltdibrandeshusum.
Hirtzberg. Hostat.
H Hohemartim. hod. Hohenart.
Hophovva villa. Obsovva. s. Oppavv.
Husa. Husen. vilen,
Lobodo. Loboduna, Lobodunum.
Husonio. Francis. Lobædenburg,
Lobotenburg. Lobdeburg. hodie Ladenburg ad Nic.
Leimheim. Leinheim. Leymen.
Lutenbach hod. Lautenbach.
Lieberesbach.
Marchoresheim, Mercklingen.
Mannenheim. Manninheim. Manheim.
Milhusen.
Nvvenheim, ubi Freheri tempore antiquitatis Rom. Columellæ, aræ, Saxa Cineraria & statua Mercurii è vinetis effossa sunt. hod. Newenheim.
Nivvenhofen in Confinio Hantscuesheim.
Nutzoheim. Nuzlohen. Nußloch.
Offtersheim. Obsfavva seu Oppavv.
Rorbach. incolæ aram è ruderibus veteris arcis inter Kircheim & Rorbach arando inveniebant inscriptam: Mercurio Timonia Vitruo, quæ in arcem Heidelberg. translata, muro inserta fuit.
Rimbach.
Rutondum.
Sahssenheim major minorque groß und klein Saxeim. in Comitatu Megingaudi.
Scarra villa ad Rhenum.
Scriezesheim Scrizzesheim hodie Schriesheim.
Sidrenheim.
Sigenheim, Sikkenheim.
Siochenheim Seckenheim. à victoria sic dicta.
Sigiricheshelm.
Steinnaha.
Steinbach.
Stratheim.
Suaboheim, Svvabcaheim. à quo propè adjacet Suabeckara ad ripam Nicri, cujus rudera adhuc conspiciuntur. Item Schwabenwäldlein
Suezzingen super fluv. Suarzaha.
Sunthove villa hodie Sandhove,
Thiedangesvvilre,
Trutolfesheim. Uffhusen,

Vitenheim,

XIII.

Caroli Crassi Imp. Donationis diploma facta Monasterio Laurishaimensi A. 884. A

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si locis Deo dicatis ex nostris rebus pro Dei amore, & semedio animæ nostræ & parentum nostrorum aliquid conferimus & necessitates servorum Dei assidue sibi famulantium nostro sublevamus juvamine, id procul dubio & nobis ad æternam vitam feliciter obtinendam & parentum nostrorum animabus ad veniam consequendam profuturum liquido credimus. Qua B de causa omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostrorumque præsentium scilicet & futurorum, comperiat mansuetudo, qualiter nos ob amorem Dei & remissionem peccatorum nostrorum, atque pro remedio animarum piæ recordationis genitoris nostri (a) *HLudovvici*, nec non & Karissimi fratris nostri (b) *HLudovvici*, gloriosissimorum Regum, ad monasterium, quod vocatur *Laureshaim*, ubi *S. Nazarius* corpore requiescit, & *præfati Reges humati* (c) *habentur*, exspectantes

Vitenheim, Wittenheim ad Necarum.
Virnheim, Vernuuheim, Virniheim, Firnheim, in Comitatu Liutgeri Comitis.
Ulvensheim hodie Ilvesheim.
Walahastat, Walestat villa superior & infer. in Comitatu Wernharii Com.
Waldorf. Waltdolpheshuson.
Westheim. Wibilingen.

Aliquando eadem villarum nomina sub diversis pagis reperiri ut *Scarram, Virnheim, VVattenheim* ex diplomatis patet. ratio istius esse potest, vel quod plures ejusdem nominis villæ fuerint in diversis pagis, ut *Wattenheim* est in pago Rhenensi s. Rhinichgovve ad fluv. Weschnitz juxta Northeim & Wormat. aliud *VVattenheim* reperio in alio pago Rinckgovve (veterum Obrinco) qui situs est juxta Moguntiam & Bingium ad dextram Rheni ripam haud procul à monasterio *Erbach*, vel quod eadem villa forte in finibus posita pluribus pagis annumerari potuerit, uti hodieque sæpius lites de finibus exortas deprehendemus. Sic terminationem villæ Virnheim s. Virnunheim ex antiquis documentis docuit Freherus noster in Orig. Palat. p. 2. p. 72.

Conscriptio Marchæ & sylvæ, quæ pertinet ad *Virnunheim* in pago Rinicgovve, sicut eam *Chunradus Rex* ad manum suam habuit & per *Liutfridum* Comitem suum cæterosque suos fideles limitibus, collibus, vallibus, lapidibus, tumulis, viis, interdistingvere jussit, sicut infra habetur.

Ab oriente incipit à petra, quæ stat in Aldaha, & sic vadit ad vallum, ubi confinium est *Liutheresbusen*, & *Hemsesheim*. Deinde ad furnum calcis. Deinde per medium *Michilinrith*. Deinde per medium *Rhinesvvisen*. Deinde ad

Weziloch, Wezzinloch hod Wisenloch. cujus castrum Rheni Palatini inhabitabant.
Winenheim, Windoheim, Windenheim, villa hodie C Weinheim, cui imminet Castrum Windeck.
Zozenbach.
Hanc villarum notitiam diligentiâ Freheri nostri nunquam satis laudandi annotatam reperio in Orig. Pal. p. 2 c. 7.

ad sol. quod est in confinio *Strazheim* & *Virnunheim*. Deinde ad agrũ Regis. Deinde ad *Steinbruvege*. Deinde ad *lapidem* qui stat in *vier*, qui dicitur *Geberts*. Deinde ad tumulum s. cumulum hodieque der Kümel Deinde ad *publicam stratam*. Deinde ad lapidem, qui dividit piceum nemus ab altero. Deinde ad *Hohenvvarte*. Deinde D ad lapidem, qui stat in via, quæ pergit ad *Lorsam*. Et sic in *Aldaha*, ut supra dictum est.

(d) *Luitgardis*. Filia fuit *Ludolfi* Ducis Saxoniæ ex *Oda*, & Henrici 1. Imp. amita. *Ludovicus* 2. Cogn. Germanicus Rex filium suum *Ludovicum* A. 869. contra Sorabos sibi rebellantes misit, quibus secunda vice prælio victis, Rex victor in Saxonia aliquamdiu moratus est, atque hac occasione desponsata sibi ibidem fuit *Luitgardis*, & paulo pòst nuptias eum eadem celebravit in *castro Aschaffenburg* A. 869. v. Gobelin Cosmodrom æt. 6 c. 42. & E ex eod. Meibomium, adde Crantz Metrop. l. 2 c. 13. & sane errant Aventinus, Cuspinianus, Peucerus, Reusnerus, Naucierus aliique quando *eandem Luitgardem Ludovico* 4. Imperatori Arnolfi Imp. filio *uxorem* adscribunt, natus est hic A. 893. quo tempore *Luitgardis* jam 24. annos in matrimonio vixerat cum Ludovico 3 Rege Germ., ex qua unicum filium nomine *Ludovicum* susceperat, qui Ratisbonæ de fenestra Palatii lapsus, fractis cervicibus puer extinctus est A. 880. Regino.

(a) *HLudovvici* 2. Cognomento *Germanici* seu, ut Hincmarus Epis. Rhemens. in Epist. apud Masson: in Annal. Francic. p. 164. & Frodoardus in vita Fulconis, *Trans Rhenensi*. Rex Germaniæ. Filius erat Ludovici pii Imperatoris. Francofurti A. 876. 5. Kal. sept. febre denatus ætatis 70. maritus *Emma* Hispanicæ, A. 876. 11. Kal. April. Ratisbonæ Paralysi defunctæ.

(b) *HLudvvici* 3. filius erat Ludovici Regis Germaniæ, & Emmæ. Francofurti ad Mœnum A. 882. 13. Kal. Febr. postquam 4. septimanas decubuisset, defunctus, relicta uxore Luitgarde Ludolfi Saxoniæ Ducis filia, Henrici 1. Imp. amitâ, quã A. 969. in Castro Aschaffenburg matrimonio sibi junxerat v. Meibom. in not. ad Witichind.

(c) *Præfati Reges humati habentur*. Qua de re Freherus in Orig. Pal. p. 2. c. 6. p. 66. Extant, inquit, omnino in hanc diem ex Regum monumenta, licet anepigrapha: unum retro altare majus, cui applicatum & contiguum est, habens descensum in cryptam, in qua marmor ingens prophyreticum pulcherrimum, minime vulgare sepulchrum abundè comprobet: alterum in media navi (quæ vocatur) templi columellis suis impositum, nec ineleganti fabrica antiquitatem suam referens. Quæ quidem duo Ludovicorum illorum Regum esse non dubito. Est ibidem etiam tumulatus *Hugo* Dux Ludovici illius 3. filius naturalis, à Normannis in prælio (in Sylva Carbonaria in loco Thimoum dicto) A. 879. commisso cæsus,

cæsus, Reginone teste. v. & Annal. Fuldens. In idem F Monasterium *Thassilonem* Bav. Ducem aliquoties Imperatori rebellantem *Vitlonis* Bav. Ducis A. 765. 15. Kal. Febr. defuncti, & cum uxore in Ostershofen Bavariæ quondam regiâ sepulti filium ex Hiltrude Pipini R. Regis sorore, natum anno eodem, quo Carolus Magnus id est. A. 742. & A. 788. rebellionis, perfidiæ, fœderis cum hostibus Ecclesiæ convictum, Moguntiæ Principum sententiâ ad mortem condemnatum, cum filio *Theodone* tertio genito detrusit *Carolus Magnus*, ad quæ nefanda crimina uxor ejus *Luitburgis*, *Desiderii Longobardorum Regis* filia superba, imperiosa, crudelis & avara mulier instigaverat, ita ut postea scelera justumque Principum judi- G cium lacrymis deprecari necesse habuerit, (eodem modo, quo Ottocarus Boh. Rex ab uxore Cunigunda, & Fridericus 5. Palat. Boh. Rex ab uxore Angla aliique uxorii in similem perniciem summamque ignominiam perducti vitam finière miserabiliter) *Luitburgis* itidem in monasterium detrusa *Thassilo* maritus in dicto monasterio, nescio quo anno, vitam finiit, cui tale fuit positum monumentum

Conditur hac foveâ, quem pie Christe bea.
Tassilo Dux primum, post Rex, monachus sed ad imum H
Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

ſpectantes diem reſurrectionis, ubi *Gerbardus* Abba & rector ejusdem monaſterii eſſe videtur; quasdam res juris noſtri, in jus & proprietatem perpetuo poſſidendum conceſſimus, videlicet in
A *Comitatu Wormatienſi* ad villam, quæ dicitur *Alesheim, curtem indominicatam*, ſicut ad Imperatorem pertinet, cum manſis, ædificiis, utriusque ſexus mancipiis, terris, pratis, vineis, ſylvis, cultis & incultis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, viis & inviis, & adjacentiis, finibus & omnia ad ſe jure legitimo pertinentia. Eo ſcilicet rationis tenore, ut perpetuo monachis ibidem Deo famulantibus in uſibus deputentur, atque indeficiens luminaria exinde in Eccleſia, ubi præfati viri requieſcunt, habeatur; & nulli præfatæ res in beneficium tradantur, ſed ita auxiliante Deo permaneant ad uſus fratrum & luminariam inextinctam, veluti prælibando ſtatuimus. Unde & hoc noſtræ auctoritatis præceptum fieri juſſimus per quod decernimus atque jubemus, ut
B nec noſtris, nec ſucceſſorum noſtrorum temporibus ullus habeat poteſtatem, ex ſupra ſcriptis rebus aliquid minuere, ſubtrahere vel immutare: ſed ita inviolabiliter permaneant, veluti prælibavimus. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & per futura tempora verius à cunctis credatur & diligentius obſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus & annulo noſtræ impreſſionis juſſimus ſigillari. Karolus Imperator Auguſtus, Segoinus notarius ad vicem Luitvvardi Archicancellarii recognovi, & ſubſcripſi. Datæ III. id. Junii Anno ab incarnatione Domini DCCCLXXXIV. Indictione II. Anno verò regni Domini Karoli Auguſti VIII. Imperii autem IV. Actum Wormatiæ in Dei nomine feliciter, Amen.

C Ex Archivo Palatino. Freherus in Orig. Pal. p. a. p. 64. c. 6.

XIV.

Donatio Grimoldi & Gernivvæ, in Hantſcuesheim. A. 891.

EGo in Dei nomine Heriger, pro remedio animæ Grimuldi & Gernivvæ, trado ad ſanctum Nazarium martyrem, qui requieſcit in corpore in pago Renenſe in monaſterio, quod nuncupatur *Laureſham*, vel ad illam congregationem monachorum, quæ ibidem ſub venerabili viro Gerharto abbate deſervire videtur, donatumque in perpetuum fore volo & promtiſſima volun-
D tate confirmo, hoc eſt rem quam habuerunt in pago Lobedonenſe in *villa vel Marca* nuncupata Hantſcuesheim, id eſt aream unam & molendinum & vineam, & quicquid legitimè & jure ad villam videtur pertinere: eâ verò ratione, ut ad Baſilice, quæ ſtructa eſt in monte nominato Abrabæ mons, in honore ſancti Michaelis Archangeli, ſervitium conſter. Hæc omnia ſuperius comprehenſa à die præſente de jure meo in jus & dominium ſancti N. Dono, trado, atque transfundo in Dei nomine perpetualiter ad poſſidendum, ita ut ab hac die jure habeatis habendi, donandi, commutandi, vel quicquid exinde facere volueritis, liberam ac firmisſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Et hæc donatio omni tempore firma & ſtabilis permaneat, ſtipula-
E tione ſubnixa. Actum in Monaſterio Laureſham, ſub die VI. idus Januarii *Anno* id eſt A. Chriſti 891. IIII. regnante Arnolfo rege. Signum Gerhardi abbatis & Herigeri. qui hanc traditionem fieri & firmari rogavit. Signum Huſi pr. & mo. Signum Engilberti & aliorum. Ego itaque Chaxo indignus ſubdiaconus & mo. hanc traditionem depinxi, diemque & tempus, ut ſupra, notavi.

XV.

Donatio Ruotsvvindæ facta Cœnobio S. Michaelis in Abrinsberg ſ. Heiligenberg. A. 891.

F EGo in Chriſti nomine Ruotsvvind, pro remedio animæ meæ trado *ad aulam ſancti Archangeli Michaelis*, quæ conſtructa eſt *in pago Lobodunenſe* in monte, qui vocatur, *mons Abraha*, ſuper quem venerabilis *Gerhardus* abbas poteſtatem habet, donatosque in perpetuum eſſe volo, in *Ebbelenheimero marca* jurnales X. & dimidium, & IIII. ad monaſterium *S. Nazarii* martyris Chriſti tradidi in Dei nomine perenniter poſſidendos, ſtipulatione ſubnixa. Actum publicè *in Cacumine montis Abrahæ* XV. Kal. Januarii. Signum Gerhardi Abbatis & Ruotsvvindæ, qui hanc traditionem fieri & firmari rogaverunt. Signum Huſi Presbyteri, Geraldi, Walamari. regnante Arnolfo Rege IIII. regni ejus.

Vid. Freheri Orig. Palat.

G

XVI.

Donationis Diploma Conradi I. Regis datum monaſterio S. Michaelis in Aberinesburg. A. 912.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis (a) Cunradus divina ordinante providentia Rex. Quicquid Dei ſervorum exhortatione locis divinis cultibus aptatis devota mente conferimus, in extremo examinis die centuplicatum à ſummo judice nobis repræſentari absque dubio confidimus. Idcirco omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque fidelibus præſentibus & futuris notum
H eſſe

(a) *Cunradus*. Eberhardi Comitis Palatii frater & Conradi Franconiæ & Haſſiæ Comitis filius. Rex electus A. 911. m. Dec. coronatus eſt Aquisgrani 912, & A. 919. 23. Dec. febre defunctus Quedlinburgi, ſepultus eſt *Wilinaburgi juxta patrem*.

esse volumus, qualiter nostræ pro mercedis augmento ac parentum in elemosyna meorum, atque pro quotondam fidelium nostrorum *Thiedelachi* episcopi nec non & (b) *Erkangers Comitis* ac cæterorum, *Erdolfi* & *Folnandi* rogatu, quasdam tea proprietatis nostræ concedimus ad (cc) A
sanctum locum Aberinesburg dictum, qui est constructus in bonore sancti Michaelis Archangeli omnipotentis. Hoc est quicquid *Folcmar* proprietatis visus fuit habere in marcha & *in villa* (d) *Hanscuhesheim* nuncupata. VI. Hubas serviles; & hoc totum *Sigolfo nostro* quoque Monacho abbatia sui licentia ad dies vitæ suæ sibi in proprium habere nostra concedo potestate. Hoc est *in pago Lobotungovve* : in Comitatu (c) *Luitfridi Comitis*, & quicquid ad ipsum locum jure & legitimè pertinere videtur; cum domibus, ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, silvis, cultis & incultis, aquis aquarumve decursibus, viis & inviis, accessibus & adjacentiis, finibus, exitibus ac regressibus. Hæc ergo omnia jam dicto monacho ad prælatum locum, B
ac post ipsius de hac vita discessum, fratribus in monasterio *Lauresham* Domino sanctoque Nazario famulantibus, in proprietatem & dominationem perpetuam condonamus, & jussimos eis fieri hoc nostræ authoritatis præceptum, per quod volumus, firmiterque præcipimus, ut de his omnibus nunc & deinceps omni tempore liberam habeant potestatem faciendi quicquid eis placuerit: quatenus eos pro nobis misericordiam Domini melius exorare delectet. Et ut hæc nostræ concessionis auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus nostris melius credatur & diligentius observetur, manu propria subter eam firmavimus & annuli nostri impressione assignari jussimus. Signum Chunradi serenissimi Regis. C

Wodelfridus cancellarius ad vicem Pilegrini Archicapellani recognovi. Data X. Kal. Septembris in monte *Abirinesburg*. Anno Dominicæ incarnat. DCCCCXII. Indictione XIII. Anno I. regni Chunradi gloriosissimi regis. Actum ad Triburiam palatio regio feliciter, Amen.

XVII.

Præceptum Ottonis. I. Imper. de Mercato in Wezinloch. A. 965.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Otto divina auxiliante clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum industria, D
qualiter nos ob mercedem retributionis divinæ, intervento dilectæ conjugis nostræ *Adelheida*, venerabili abbati *Gerbodoni* fideli nostro, qui cœnobio sancti Nazarii *in Lauresham* præesse videtur, in quadam ejusdem cœnobii *villa* (a) *Wezsnloch* nominata, in *Comitatu Cunradi* Comitis, *mercatum*, id est forum marche, *publicum* fieri concessimus; & quicquid thelonei lucris vel alia aliqua utilitate exinde proventurum esse videtur, *ad servitium sancti Michaelis in Abramesberg*, (b) seu sancti Nazarii in Lauresham, Imperatoriæ nostræ largitatis munificentia donavimus. Et ut hoc auctoritatis nostræ donum sive præceptum stabile ac inconcussum permaneat, hanc cartã conscribi & anuli nostri impressione signari jussimus. Signum Domini Ottonis magni E
& invictissimi Imperatoris Augusti. *Ludolfus* Cancellarius ad vicem (c) *Brunonis* Archi-capellani recognovi.

(b) *Erkangeri Comitis.* Socer hic vel affinis fuit ipsius Regis Conradi, cujus genealogiam hic apponamus.

Erkangerus f. Erchangerus Comes . . . . . ob. 864. . . .
Ux: N. . . . .

Erkangerus Comes. ob: 864. . . . . Richardis ux. Caroli Crassi Imper. D. . .
Ux: N. . . . . ob: in Virg. Monasterio in Andlam A.

Erkangerus. Comes. D. Suev: jussu Conradi I. decollatus 916. 12. Kal. feb. In villa Aldingen. sep. . . . . Ux: N.	Bertholdus D. Aleman. jussu Conradi Regis una cum fratre & Luitfrido Comite decollatus 916 12 Kal. Febr. Ux. Bertha. f.	Cunigundis ux. 1. Luitboldi Ducis Bav. Orient. 2 Conradi. 1 Regis. Ducta circa. A. 913. ob. A. . 7 idus. febr. sep. in Monast. Lauresham. F

Adalbertus Comes N. . . . ob. 964 . . . .
Ux. N. . . . . . .

(cc.) *Ad Sanctum Locum Aberinesburg.* de quo infra ad diploma Henrici 4. Imp. de A. 1103.

(d) *Hanscuesheim villa* in pago Lobodunensi hodiè Hentschheim in Strata Montana juxta Heidelbergam.

(e) *Luitfridi Comitis.* Ejusdem mentio facta est supra ad diploma Ludovici 3 Reg. Germ. num autem hic cum Bertholdo, & Erkangero Alemanniæ invasoribus A. 916. decollatus. & *Ermengardis uxoris Lotharii Imp.* ex fratre *Luitfrido* a. Comite *in Neckergavv* & *Suntgavv* nepos fuerit, dubio adhuc hæreo. v. supra Geneal. c. 5. G

(a) *Wezinloch* Wezloch & Wezzenloch villa in pago Greichgovv in Comitatu Megingandi filii Cunonis Comitis v. Freher. Orig. P. p. 1 p. 14. c. 4 hodiè Wißenloch. Locus hic conditorem Wezonem vel Wezilonem aliquem antiquitus habuisse videtur, quomodo ad monast. S Mich. in Heiligenberg / vel ad monasterium Laureshaim. pervenerit, non satis constat. Interim Rheni Palatinos villam hanc à Frid. 2. Imp. (eod. temp. quo etiam Sigefrido A. Mogunt. Laureshaim Monast. traditum fuit) Obtinuisse supra in Hist. Pal. c. 2. diximus, partem tamen castri Wezinlochensis, quæ adhuc ad Dominos de Winsperg spectabat: Ludovicus Palatinus A. 1277. venditionis titulo acquisivit, uti infra ex diplomate manifestum fiet.

(b) *Abramesberg.* & in diplomate Henrici 2. Imp. *Mons Abraha*, Carolinorum tempore *Aberinesburg*, à Burgo s. Castro, sic dictus, quod Romani exstruxerunt in eodem monte quã de re infra pl. ad diploma Henrici 4. Imp. de A. 1103 atque hunc montem angularem ad Nicri dextram *Pyrmontem* illum apud *Marcellinum* (Ortelii thesaur.) non absurdè conjectant aliqui, neque vox *Abrinsberg*, judicante Frehero l. c. p. 2. c 5. p. 15. prorsus abludit.

(c) *Brunonis* frater hic fuit Imperatoris Ottonis 1. H
Archi-Episcopus Coloniensis natus A. 925. & A. 965. 11. Oct. Rhemis febre defunctus, sepultus Coloniæ ad S. Pantaleonem.

recognovi. Data II. Non. May Anno incarnationis Dominicæ DCCCCLXV. Iodictione VIII.
A anno regni Domini Ottonis XXX. Imperii verò IIII. Actum Herestein palatio, in Die nomine felicitet, Amen.

v. Freher. Orig. Pal. & Meibom. in Diplomatibus Ottooum Impp.

XVIII.

Diploma Henrici 2. Cogn. Sancti Imp. quo 1023. possessiones Monasterii S. Michaelis in Monte S. Abrahæ s. Heiligenberg confirmat.

B

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus secundus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si venerabilia ecclesiarum Dei loca alicujus commodi utilitate ad laudem Dei stabilire, confirmare ac sublimare studuerimus; oobis id ad animæ remedium, regnique nostri statum profuturum esse minimè dubitamus. Quapropter noverit omnium Christi fidelium nostrorumque oniversitas, qualiter *Reginbaldus* Laureahamensis Ecclesiæ venerabilis abbas nostram adieus serenitatem omni à nobis studio postulavit, quatenus sub nostræ confirmationis atque immunitatis auctoritate liceret sibi sub *Sancti Michaelis* archangeli, & omnium sopernorum civium honore, monasterium ordinare *in monte sancti Abrahe* pretitulato
C nomine, sito *in pago Lobotengowe*, in Comitatu verò *Heinrici* Comitis. Rogavit etiam nos eidem monasterio confirmare, ad usum fratrum ibidem *sub regula Sancti Benedicti* servientium, loca cum pertinentiis suis his nominibus designata: (d) *Furde*. (e) *Eressam, Wezzenloch*, in (f) *Wibelinga, IIII.* mansos, (g) *Scrizesheim*. io *Paphenhoven*, onam ecclesiam cum IIII. mansis, io (a) *Pergeheim* VIII. mansos, in (b) *Nivvenheim* VIII. mansos, in (c) *Hanscuesheim* VII. maosos, in (d) *Cilulvesheim* III. mansos. Cujus petitioni, qoia rationabilis atque religioni dedita videbatur, aurem libentissimè accommodavimus, atqoe eidem ecclesiæ ab ipso concessa per hanc nostram Imperialem paginam concedimus atque confirmavimus. Ioterdicendo itaque interdici-
D mus, ot nullus abhinc abbas eidem monasterio de prænominatis locis aliquid auferre, & ad suos usus conferre, sive *alicui militi* in beneficium dare præsumat. Si autem hoc (quod absit) fecerit, Dei omnipoteotis offensam, & sancti Michaelis archangeli omniumque superrorum civium inprimis incurrat, & ut banni nostri transgressor suri optimi libras centum ad Cameram nostram persolvat. Et ut hæc nostræ ingenuitatis auctoritas stabilis & inconvulsa omni posthioc permaneat tempore, hoc præceptum inde coolcriptom maou propria confirmantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signom Domini Heinrici Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti. *Gualterus* Cancellarius vice *Aribonis* Archicancellarii recognovi. Data Idus Decembris. Indictione VI. Anno Domioicæ iocarnationis MXXIII. anno verò Domini Heinrici secundi regnantis XXIII. Imperii autem X. Actum io Tribuvia regia villa.
E

(d) *Furde*. Furte villa in Ottonis sylva, haud procul ab oppido Lindenfels.

(e) *Eressam*. forsan hodiernum Reussem, juxta villam Furte, vel alia villula hodiè Etzam dicta ad præfecturam Lindenfels spectans.

(f) *Wibelinga* hodiè Wibelingen ad Nicrum juxta Heidelbergam in pago Lobodunensi sita villa, in qua
F supra memoratus (in diplom. Ottonis I) Gerbodo Abbas Laureshamensis (qui electus A. 948. & A. 970. defunctus est) Ecclesiam exstruxit, & domum lapideam in Michlenstatt ædificavit. v. Chron. Laureshaim.

(g) *Scrizesheim* & Scrizzesheim villa bodie Schriesheim / in pago Lobodunensi, quam una cum adjacente castro *Stralenburg* Rheni Palatini A. 1347. emtionis titulo à *Sigefrido Domino in Stralenberg* acquisiverunt, de quo supra in Hist. Palat. c. 2. dictum fuit.

(a) *Pergeheim*, l. Bergheim. Villam hanc Heidelbergæ vicinam & Carolinis jam temporibus exstantem una
G cum vicinis villis *Nivvenheim*, *Hanschuesheim*, Schriesheim aliisque ad antiquam *Cometiam Stalbubel* (de q. v. *Freher*, c. 10. p. 100. p 2.) spectasse atque *feudi titulo* ad Palatinos Rheni pervenisse credibile est. Certum interim *Rupertum* Electorem *eam* A. 1392. *Heidelbergensi civitati* s. Burgoangustia tum finibus incluso & suburbio ejus (quod hodiè Spirense vocatur) adjunxisse, & jussis immigrare colonis Bergheimensibus casasque suas in nova illa pomæria, non tamen sine privilegiis
H & materiarum suppeditatione transferentibus. *Novam Civitatem* (Neustatt) eam appellasse, prout ex Archivis Palatinis docet Freher. in Orig. P. c. 10. p 104. p. 2. sicque Veteri limite sublato murisque in unam contractis, omnia in unum corpus coaluisse, nomenque veteris villæ Bergheim in oblivionem abiisse (nisi quod molendinum, die alte Bergheimer Mühl / illud adhuc retineat) *Ecclesiam etiam Parochialem Bergheimensem* decimis aliisque proventibus dotatam ad Heidelbergensem civitatem translatam fuisse Hermannus ab Eppingen in Obs Pract. l 11. tit. ult. §. 13. memorat.

(b) *Nivvenheim* villa à regione Heidelbergæ. in pago Lobodunensi hodiè Neuenheim / ubi Freheri tempore Complures antiquitates Romanæ columnellæ, saxa literata, sed non amplius legenda, aræ, & inter hæc Mercurii statua effossa sunt, teste Frehero lib. cit. p. 2. c. 7 p. 77.

(c) *Hanscuesheim*. Villa in pago Lobodunensi, hodiè Handschuchsheim & Hendersheim. I. Leucâ distans ab Heidelberga, locum hunc antiquissimum & jam ante 900. annos Historicis notum antiquissimæ etiam familiæ *Nobiles ab Handschuchsheim* inhabitabant, quorum ultimus nomine *Fridericus* Heidelbergæ in foro An. 1600. 11. Dec. ab aliquo, gladio doloso percussus obiit. Ecclesiam quoque istius loci Abbas quidam Laureshaimensis An. 1053. exstruxit.

(d) *Cilulfesheim*. S. Cilolvesheim, hodie Cilvesheim & Ilvesheim ad Nicrum in pago Lobodunensi villa, quo anno quave occasione ad Rheni Palatinos pervenerit, non satis constat, dubiusque hæreo, num ad antiquam Cometiam Stalbühel ad Palatinos feudi titulo delapsam spectaverit?

XIX. A

Ugo Abbas Laureshamensis præfatum quoque monasterium sua donatione sublimavit & hoc modo confirmavit.

UGo Dei gratia abbas Laureshamensis, Sanctæ Dei Ecclesiæ profectui tanto diligentius procurare debemus, quanto in cœlesti curia excelsius sublimari cupimus. Ecce in *Hanscuesheim* ob æternæ retributionis mercedem *iura constitutionum, quæ ad nostrum servitium pertinent,* sine ulla interdictione, fratrum nostrorum petitione, in præsentia primatum nostrorum ad servitium Sancti Michaelis archangeli constituimus, quatenus inibi regularem disciplinam juxta B fratrum sancti Nazarii consuetudinem ejusdemque loci constitutiones ad plenum firmaremus. Et ne hanc constitutionem successorum nostrorum injustitia vel inclementia subvertat, hanc cartam fecimus scribi & legaliter confirmari. Anno autem incarnationis Dominicæ MXXVI. Indict. VII. Regnante Imp. Henrico II. acta sunt hæc feliciter, Amen.

Vid. Freheri orig. Palat.

XX. C

De Montis Abrinsberg fundatione & dotatione per Anshelmum Abb. Laureshaim.

NOtum esse volumus omnibus in Christo fidelibus, tam præsentibus quàm futuris, qualiter ego Anshelmus Dei gratia Laureshamensis Ecclesiæ abbas cum omnium fratrum & ministerialium, cæterarumque amicorum nostrorum consilio & auxilio *cellam novam in monte Abrinsberg*, scilicet in Ecclesia Sancti Stephani protomartyris ab (a) *Arnoldo præposito* prius fundata construximus, & quomodo fratribus ibidem Deo famulantibus stipendia circumquaque accumulavi- D mus & quam partem montis & ejus silvæ eidem monasterio deputavimus. In præsentia enim (b) *Bertolfi Advocati senioris* & totius familiæ *in Hantscuhesheim* nos concedebamus, & confirmatione banni & incessione populi terminum ejusdem loci hoc modo prætitulavimus. Ab origine *fontis*, qui dicitur (c) *Heminusbach*, per collem ad utriusque montis medietatem penè dirigentem summum: à summo usque deorsum in amnem, qui dicitur (d) *Dagrisbach*; & exinde quis via publica circumflectitur usque ad *collem*, qui dicitur (e) *Hohenbubel*, & sic in ascensum ejusdem collis per illum locum, qui cognominatus *Lar*, per latera montis usque ad *vineam*, quæ vocatur *Busendal*, & ita in ascensum per summitatem ejusdem vineæ usque ad originem prioris fontis, id est *Heminusbach* tendit. E In hac verò determinatione disposuimus cum *Tietperto* Monacho & *Gerlacho* converso cæterisque fratribus tunc tempore ibidem degentibus, ut in radice montis vinearum jugera metiremur, ea videlicet ratione, ut quot jugera tot solidi prælato Ecclesiæ in festo Sancti Remigii persolverentur. Sed quoniam ad cameram nostram mons totus & silva pertinuit, decimationem vinearum sive frugum aliorum absque omni contradictione clericorum vel laicorum ad eandem ecclesiam præsentari constituimus. Interdiximus etiam quod nullus hominum, sive majoris sit natu, sive minoris, audeat in determinatione illa quicquam sibi usurpare, neque in terra neque in vineis, neque in arboribus, neque in lapidibus, neque in ulla utilitatis causa, præter hoc quod à magistro loci vel à fratribus hereditario jure possit appetere. Ad con- G firmandam autem hanc institutionem & Ecclesiæ nostræ honorem fecimus, hanc cartam conscribi & sigilli nostri impressione insigniri. Et ut posteris nostris fidelibus firmius & stabilius videatur, domini nostri Heinrici Imperatoris clementiam imploravimus, ut in defensionem potentiæ suæ eandem cellam susciperet, & omnia, quæ vel à nobis concessa vel adepta, sive ab aliis fidelibus adquirenda, singulas donationes in suis locis prænotatas, propria manu, regnique banno & sigilli ejus munitione coram principibus confirmaret. Si quis autem hæc annihilare, vel sibimet quicquam sibi usurpare, vel minuere studuerit, iram Dei & omnium sanctorum se habere sciat, pro præsumtione autem delicti imperando dijudicamus, ut si liber est, X. talenta; si ministeria- F lis, V. talenta, si ex familia, totam substantiam ad cameram nostram persolvat. Nomina testium hæc sunt: De monachis Geroldus, Berengerus, Hartmannus, Godebertus, Libelinus, Zundeboldus, Trutwinus, Tretbertus. De militibus *Bertholfus Comes*, Gerhardus, Rifridus, Gerlacus, Ernoth. de servicotibus Heribertus Salemannus, Tietericus, Hildebertus, Arnoldus, de familia, Willo, Haimo

(a) *Arnoldo.* Ab aliis Reginaldus dictus, postea Abbas, electus, hic Ecclesiam S. Michael. à Gerhardo Abb. Laurish. conditam, nova exstructâ cellâ in monasterium commutavit, aliam cellam in excelsiore montis Sancti jugo fundavit Anselmus Abbas.

(b) *Bertolfi Advocati senioris.* Infra inter testes subter notatos *Comes* appellatur, quis ille? vel cujusnam familiæ fuerit? non satis constat.

(c) *Heimmnisbach.* S. Heimspach. in Strata montana.

(d) *Dagrisbach.* Rivulus hodie Dorspach.

(e) *Hohenbühel.* Collis hic positus videtur inter Schrießheim/ Hendschuchsheim & Neuenheim. Circa hæc quoque loca certus quondam terrarum tractus ad oppidum Ladenburg usque se extendens *Cometia Stalbühel* nomine (quam una cum castro & Burgo Heidelberg ut feudum ab Episcopo Wormatiensi Rheni Palatinos recognovisse ex literis feudalibus infra videbimus.) hodieque *Stalberg* incolis notus est, referente Frehero Orig. H Pal. c. 10. p. 2. p. 100. neque etiam vox *Hohenbühel* ab illa *Stalbühel* prorsus abludit.

A Haimo Razecho & alii quamplurimi. Anno Dom. incarnationis MXCIV. Indictione II. regnante (f) *Henrico III. Imp.* sunt hæc acta & *in monte Abrinsberg* conscripta feliciter, Amen.

XXI.

Ejusdem Anshelmi Abbatis donatio pensionum ad idem Monasterium in Abrinsberg.

B Notum sit omnibus in Christo fidelibus, qualiter ego *Anshelmus* sanctæ Laurishamensis ecclesiæ licet indignus abbas, cum *Zundeboldo præposito Abrinesbergensi*, manu *advocati Bertholfi* aream & vineas in (a) *Scriezesheim* (b) *hobarius* atque *curtariis*, præterea quæ jam in servitio habuerunt, sub annua & determinata pensione jure hæreditario contradidi eisque concessi; ut cum aliquis hobariorum obierit, hæres ejus tantùm quinque solidos Wormatiensis monetæ supradicti loci præposito, & unciam ejus villico tribuat, ac hæreditatem suam possideat. Persolvere autem debent hobarii unam curradam vini & XXX. malter siliginis; curtarii verò IV. amas vini & XX. malter siliginis, nostræ autem constitutionis novi hæredes XXV. urnas vini XVIII. malter siliginis & unum tritici, quæ simul sunt duæ carradæ vini & dimidia, Malder LXXI. C Præterea hubarii solvunt villico præpositi in festo Sancti Martini VI. uncias, & de molendinis solvuntur VI. unciæ. Porro in (c) *Hetenesheim* & in (d) *Cilolvesheim* persolvuntur LXV. malter tritici: Sed VIII. Malter tritici in Cilolvesheim dedimus, in concambium *pro molendino in Scriezesheim*, quod pertinebat (e) *ad Alden Münster*. In (f) *Wibelingen* de area & vineis in festo sancti Lucæ persolvuntur LIII. malter tritici: De tribus mansis XXX. malder tritici, ex aliis autē bonis XXIV. malder tritici, quæ simul sunt XVI. malder tritici in *Wibelingen*. *In* (g) *Nivvenheim* solvuntur XV. malter tritici, XVIII. siliginis. *De* (h) *Rorbach* solvuntur XXXVI. malter siliginis, II. malder leguminum, & X. unciæ. *De* (i) *Etingen* in festo sancti Remigii I. libra argenti. *De* (k) *Wezenloch* in festo sancti Remigii persolvuntur duo talenta & dimidiū de curtibus: in festo au-D tem sancti Martini & in Pascha de hubariis tria talenta persolvenda sunt. *De monte* (l) *autem ubi argentum foditur*, I. Marca, & *de* (m) *mercato* XX. Marcæ. De molendino verò XXVI. malder tritici. In festo sancti Martini *de* (n) *Blanckestat* persolvitur census VI. unciæ & dimidia. In festo sancti Remigii persolvitur census *de* (o) *Bergeheim* XXXIV. unciæ. in Pascha ibidem XXXI. unciæ. *De Hanscuhesheim* in festo sancti Remigii hic census persolvitur; De XII. hubariis pro servitio & reditu solvuntur VIII. Libræ, de dimidiis verò hobariis & molendinariis & aliis curtariis. VIII. talenta & XIII. solidi, carrada verò vini & duæ urnæ. Item in festo sancti Martini persolvuntur VIII. unciæ, præter IV. denarios. Ipso die *de Etingen* VIII. unciæ. Summa igitur totius E census est LIV. talenta, V. unciæ & VI. denarii: Siliginis LXXXVIII. Malder; Vini IV. Carradæ & dimidia & duæ urnæ.

Item descriptio hubarum, & pensionum *ad curiam* (p) *Furde* pertinentium.

In vico (q) *Columbach* sunt XI. hubæ, quarum X. qualibet annuatim persolvit in festo S. Michaelis XV. nummos, in festo verò Sancti Martini de singulis solvuntur XX. denarii, itemque X ova & unus pullus in Pascha: undecima verò huba villicationi adtinet, quatenus inde VIII. parapsides, VIII. *Staups.* * Unum mortarium in natali Domini XL. quoque scutellæ

(f) *Henrico III. Imp.* Hic aliàs Henricus IV. Impera-F tor vocatur Henricus enim I. cogn. anceps. Imp. eo, quod Coronam. Romanam à Pontifice suscipere recusasset, à Pontificiis inter Imperatores non numeratur. Interim Henricus II. cogn. Sanctus (quem Pontificii primum vocant) in diplomati de Anno 1023. datum Abbati Laurisheim. suprà ut & infrà in diplom. ejusdem anni datum Abbati S. Maximi Trev. aliisque quamplurimis seipsum *secundum* nominavit.

(a) *Scriezesheim.* Villa in pago Lobodunensi, hodie Schrießheim.

G (b) *Hobarius atque Curtariis.* Hobarii iidem qui mansionarii & Mansuarii id est villici Mansos (qui a mediæ ætatis Scriptoribus Hobæ, Hubæ & Hurbæ dicebantur, hodieque ein Huffe Lands) incolentes agrosque exercentes. Et mansus seu Mansum id est Hoba, Huba nihil aliud est quam prædium, quo quis manere suamque familiam alere potest.

(c) *Hetenesheim.* In pago Lobodunensi juxta oppidum Ladenburg. Juris Palatini ad Centenam Schrisheimen-H sem spectans hodie Heddeßheim.

(d) *Cilolvesheim.* Villa juxta Ladenburgum in pago Lobodunensi hodiè Ilveßheim.

(e) *Aldenmünster.* Id est monasterium Laureshami quod situm erat juxta fluv. Wisgoz *in Insula Aldenmünster* nuncupata in pago Rhenensi de hoc interpretandus est locus Veteris Scriptoris de vita Caroli M. *Et interrogavit Tassilonem, quid agere vellet. ille verò postulavit licentiam sibi tonsurandi & in monasterium introeundi. Similiter filius ejus Theodo judicatus est: & ambo facti sunt monachi in Olto monasterio.* vid. apud Pithœum in Script. Fr. p. 253.

(f) *Wibelingen.* Villula juxta Heidelbergam in pago Lobodunensi.

(g) *Nivvenheim* S. Neuwenheim è Regione Heidelbergæ. de qua supra dict. ad Centenam Schrisheimensem spectans.

(h) *Rorbach.* In pago Lobodunensi, I. Leucâ distans ab oppido Heidelberg. ad Centenam Kirchheimensem pertinet.

(i) *Etingen* ad Nicrum in pago Lobodun. *K. Wezenloch* de quo supra dictum.

(l) *De monte ubi argentum foditur.* Procul dubio in vicinia *oppidi Wezenloch* S. Wießloch. Notandum, quod jam circa A. 1090. detectæ fuerint argenti fodinæ, plures deinde auri, argenti aliorumque metallorum fodinas in Palatinatu Rh. repertas fuisse, patet ex diplomate *Frid. II. Imp.* dat. Norimbergæ 1229. quo omne genus Metalli in auro & argento aliisque *Ludovico Palatino Rh.* in feudum concessit, quod vid. infra.

(m) *Mercato* id est foro Marck in Wezinloch.

(n) Blanckestat. In pago Lododunensi, villa juris hodie Palatini ad Centenam Kircheimensem spectans.

(o) *Bergeheim* de qua supra dictum.

(p) *Furde curia.* in Ottonis sylva Weinheimio aliquot Leucis distans.

(q) *Columbach* hodiè Colmbach in sylva Ottonis.

* Id est scyphi.

tellæ in Pascha fratribus à villico ministientur. *In* (r) *Crumbenbach* X. hubæ singulæ solven-
tes XV. denarios in festo S. Michaelis, & X. ova & unum pullum in Pascha. Item mansus unus A
persolvens XII. denarios in die Sancti Martini. In (a) *Branbach superiori* III. hubæ singulæ den:
XV. in die S. Michaelis, in Pascha X. ova & pullum. *In* (b) *inferiori Branbach* IIII. mansi per-
solvunt villico II. uncias. *In vico* (c) *Wisgoz* VII. hubæ singulæ solventes XV. denarios in festo
S. Michaelis, in Pascha X. ova & unum pullum. *In Krechlenbach* VIII. hubæ solvunt singulæ
XII. denarios in festo S. Michaelis, in Pascha X. ova & pullum. *Ad* (d) *Varenbach* VI. hubæ sin-
gulæ XX. denarios in festo S. Michaelis, in Pascha verò X. ova & vullum. *Ad Furden* XI. hubæ
singulæ solventes XXX. nummos in festo S. Michaelis, in Pascha X. ova & pullum, insuper XII.
Camisilia, quorum unum villico assignatur. *In vico Aldenlehter* IIII. hubæ singulæ V. denar: in B
festo S. Michaelis, in Pascha verò X. ova & pullum. Redemtio verò operum, quæ ex his hubis
principali curia in; Furden tribus in anno mensibus, videlicet Februario, Majo & Septembri jure
exhibentur, talis est; *In Varenbach* VI. hubæ solvunt his singulis mensibus singulæ VI. Denar.
In Furde XI. hubæ singulæ III. Denar: *In Crumbenbach* X. hubæ duæ simul III. denar. *In Branbach*
III. hubæ similiter. *In Wisgoz* VII. hubæ similiter. In Inferiori Branbach III. hubæ, IIII. denarios. *In*
(h) *Creklenbach* VIII. hubæ singulæ I. denar. *In Aldenlehter* IIII. hubæ similiter. Duæ verò par-
tes omnium decimarum *ad Ecclesiam Furde* aspicientium sunt in manu præpositi *praeter* (e) *Salicas*
Decimas, quæ respiciunt *Laurensem portarium*, & præter *decimas in* (f) *Erlebach*, *qua ad villicationem*
in Furde pertinent: ex quibus idem villicus fratribus *in Abrinsberg* uno anno Caldariam, altero C
patellam in festo omnium sanctorum exhibeat. Hæc quoque ad villicationem pertinent, videlicet
anno decimale fœnum in *Colnnbach*, *Wisgoz*, *Branbach* (g) *Steinbach* (i) *Aldenlether*. Item *Mo-*
lendinum in Wisgoz, solvens duos solidos, cum huba sua quæ solvit XV. denar. & tota ipsius
hubæ decima. Item *in Branbach* II. unciæ, *in Aldenlehter* II. solidi cum huba. Item Capitales
census familiæ *ad Furden* pertinentis & siquid *in suppellectili morientium* solidum aut minus va-
let: nam quæ majoris pretii sunt, præposito deputantur. In hæreditatum quoque susceptione
de V. solidis villicus accipit unciam, de XXX. Denariis X. Denarios. Item *molendinum in Va-*
renbach solvens XXXIII. Denarios, & IV. mansi, qui conjunguntur, solvunt IIII. solidos, & areola D
una III. Denar. Item *in Furde* II. Solidos, item ibidem XVIII. Denarios. Bubo ex duobus Mansis
& prato, quod dicitur *Rutbrehtesbruel*, & de una Biunda XXX. denarios, & *de molendino in*
Furden V. uncias solvere debet.

Aliæ quoque possessiones & villulæ videlicet (k) *Ezzilsbach* (l) *Ersam* (m) *Ramesonna* ad
idem monasterium pertinent, *Wezzenloch* quoque, cum aliis, quæ memoriæ non occurrunt.

XXII.

Commutatio inter fratres Laurishamenses & fratres Sancti Stephani in Abrinsberg. E

SCiat universitas Christi fidelium tam præsentium quàm futurorum, qualiter ego *Diemo* Lau-
reshamensis Déi gratia Abbas, quorundam consilio & generali fratrum nostrorum consen-
su, quandam rerum nostrarum commutationem fecimus, quæ utilior videbatur & nobis & eccle-
siæ nostræ & fratribus. Majoris igitur ecclesiæ fratres, scil. *Laurisham*, vineam dederunt, quam
in villa Hanscnesheim habebant, illam scilicet, quæ vulgò vocatur *Dulvvingart*, quæ etiam per
manus ejusdem villici colebatur, & in servitium eorundem fratrum impendebatur. Econtrario F
fratres minoris ecclesiæ, quæ vocatur *Abrinsberg*, *ad S. Stephanum* V. hubas *in Villa* (a) *Sahssen-*
heim majore reddiderunt, XVI. videlicet uncias persolventes, quas *Dominus* (b) *Anshelmus* piæ
memoriæ abbas *ex proprio suo exemit*, & eidem ecclesiæ pro anima sua contradidit. Hoc autem
coram Domino testificamur, quod prædicta vinea, quando tradebatur, in tantum fuerat anni-
hilata & devastata, ut nec dimidia ama vini posset inde extorqueri. Adhoc etiam ne fratres nostri
defe-

(r) *Crumbenbach.* hod Crumbach. ad Præfecturam minorem Lorbach / (rectius Laurbach) quæ subest majori Mosbacensi, Spectans.

(a b) *In Branbach super. & infer.* forsan illa loca, quæ hodiè ab incolis Laugen Brambach & Kirchbrambach vocantur in Ottonis Sylva, in Præfectura Breûbergensi juris Erbacensis ad rivulum Branbach

(c) *In vico Wisgoz* hodie Weschnitz ad fontes rivuli Weschnitz, juxta oppidum Lindenfels in Sylva Ottonis.

(d) *In Varenbach* hodiè Farnbach villula s. pagus in Præfectura Lindenfels in Sylva Ottonis juris Palatini, vel alia in Præfectura Lorbach

(e) *Salicas Decimas.* Hunc locum allegavit Fr. Pithæus in notis ad leges Salicas. p. 133.

(f) *Erlebach.* in Sylva Ottonis in Præfectura Erbacensi, vel pagus ille in Præfect. Lindenfels.

(g) *Steinbach* in sylva Ottonis juris Erpacensis ad Præfecturam Michelbacensem Spectans, alias rivulus Lapideus dictus.

(h i) *Creklenbach & Aldenlether* loca in sylva Ottonis, quorum situs mihi adhuc est incognitus.

(k) *Ezzilsbach.* hodie forsan Etzabach in sylva Otto- G
nis ad Præfect. Lindenfels spectans.

(l) *Ersam.* in diplom. Henrici II. Imp. de An. 1023. supra vocatur Eressam. hodiè Erzam in sylva Ottonis ad eandem, ni fallor, Præfecturam Lindenfeldensem pertinens.

(m) *Ramesonna.* Villula in eadem sylvâ Ottonis ad quam autem regionem hodiè spectet, nondum mihi satis constat.

(a) *Sahssenheim majore.* Villa in Strata montana in
pago Lobodunensi Groß-Sassen ad differentiam alia- H
rum proximè adjacentium Hoch-Sassen & Lützel-Sassen quæ juris sunt Palatini & ad Centenam Schriesheimmensem spectant.

(b) *Anshelmus Abbas.* Hic monasterium in honorem S. Stephani in eodem Abrahæ monte Anno 1094. extruxit, uti supra ostensum, de hoc monasterio vid. & infra. ad diploma Henric. IV. de An. 1103.

defectum præbendæ sentiant, & ne villici quiddam querimoniæ amplius inferant, decimationis
A partem ex justitia nostra in monte, qui cognominatus est (c) *Mülenberg*, addidimus: quæ singulis annis quando minus est, plus quam carradam, quando autem majus, plusquam duas vel etiam tres persolvit. Quoniam verò decimatio ejusdem vineæ *ab antecessore nostro Geroldo* abbate fratribus, qui etiam sunt *in Abrinsberg in superiori monasterio*, prius beneficiata fuerat, ex alia, quæ ad mensam nostram adhuc pertinet *vinea*, scilicet (d) *Butenstal*, decimationem simili modo concambiom cum eisdem fratribus assensu eorum benigno extorquebamus, & ita omnia in unum contracta prænominatis fratribus (ut dictum est) dono donavimus. Ut hæc autem communtatio firma sit & inconvulsa, primùm confirmata est coram fratribus in capitolo, deinde apud præ-
B fatam *villam Hantscuesheim* coram advocato & universa familia in placito. Et quia commune fratrum fuerat consilium, & ex utraque parte utilitas, placuit eandem confirmationem literis per ordinem conscribi & sigillo sancti Nazarii insigniri. Hujus verò rei testes sunt *Diemo* abbas, & de monachis *Diemo* Camerarius, *Wezel præpositus*, *Burkardus* Decanus, *Erinbertus* portarius, *Marquardus*, *Gerlachus*, *Diemarus*, *Ludevvicus* ceterique per ordinem. De laicis autem (e) *Conradus advocatus*. De servientibus, Arnoldus, Rumhardus, Gernod Haribertus. De familia Hildebertus, Marcolfus, Anshelmus, Ebbo, Reginobodo, Item Marcolfus, Hildibertus, Bobbo, Diepoldus & alii plures. Acta sunt autem anno Dominicæ incarnationis MCXXX. regnante Lothario Ro-
C manorum Imperatore Augusto. Marquardus solo nomine monachus scripsit hæc feliciter, Amen.

Vid. apud Freher. in Orig. Palat.

XXIII.

Ottonis I. Imp. diploma, quo Kescelenheim Monasterium Virg. cum pertinentiis Ecclesiæ Magdeburgensi donatur.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente Clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium, quàm futurorum industria, quali-
D ter interventu dilectæ Conjugis nostræ *Adelheidis* & fidelis Archi-Episcopi nostri *Villihelmi* Monasterium Puellarum (a) *Kescelenheim* nominatum *in pago & Comitatu Meinefeld* situm, quod judicio Optimatum Francorum in nostrom Imperiale jus devenit, quum (b) *Cuonradus* & (c) *Eberhardus*, qui illud hactenus possidere visi sunt, *exheredes & inlegales sunt adjudicati*, pro remedio & absolutione delictorum nostrorum, pro statu quoque & incolumitate regni & Imperii nostri, filiisque & cognominis nostri carissimi Regis Ottonis, cum omnibus suis appendiciis seu pertinentiis vel utilitatibus tam in mancipiis, quàm ædificiis, vineis, pratis, pascuis, sylvis, aquis aquarumque decursibus, navigiis, piscationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus terris cul-
E tis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, quesitis & inquirendis, *Deo sanctoque Mauritio Magadaburg* perpetualiter serviturum nostra Imperiali munificentia liberaliter offerimus, & à nostro jure in perpetuum illius Ecclesiæ jus transfundimus & donamus, ut Archi-Episcopis ibi à nobis instituendis, suique successores omni contradictione remota inoffensè teneant & possideant, & suis, ut res Ecclesiasticas juxta libitum usibus adjungant. Et ut hoc autoritatis & liberalitatis nostræ donum eidem Ecclesiæ per successura tempora, firmum & stabile permaneat & à nobis Sanctæque Dei Ecclesiæ fidelibus verius credatur, cartam hanc conscribi, & anouli nostri impressione signari jussimus, quam & mano propria subtus firmavimus.

F

† Signum

(c) *Mülenberg* Mons, adhuc Provincialibus notus.

(d) *Butenstal.* Vinea hodieque incolis nota, aliàs etjam *Busendal* dicta, vid. supra Diplom. 20.

(e) *Conradus advocatus.* Duos Ecclesiam Laurishamensem advocatos quondam habuisse, majores & minores videlicet, colligere licet ex Chronico Laurisham. ad An. 1148. quo mentio fit *Conradi Palatini Rheni*, advocati Laurishaimensis & *Bertholdi Comitis* & advocati ejusdem
G Ecclesiæ (qui forsan Conradi advocati in hoc diplomate memorati filius, *Bertholfi* verò *Comitis* & Advocati supra in literis Anshelmi Abbatis de An. 1094. inter testes annotati nepos) de quibus vid. sup. in Hist. Palat. c. 25. ad An. 1146.

(a) *Kescelenheim* (Kesselnheim hodiè Kessel) Monasterium juxta oppidum Meyen in Pago s. Comitatu *Meyenfeld*, qui Reginoni Magolacensis & Meginensis à *Magniaco* metropoli hodiè Meyen adst. Nette sic dictus, v. Freher. Orig. Pal. c. 3 n. 13. 12., qui Comitatus Meyen-
H felde, ab *Eberhardo Palatii Comite*, Duce Franciæ & Provinciæ Rhenensis Possessore, ab Ottone I. postea ob excitatam Rebellionem proscripto, ad *Hermannum Bavarum* ejusque ex filio Hezilino nepotem, *Henricum Comitem Palat. Rheni Dominum de Lacu*, ab hoc ad ejus successores *Henricum* scil. *Com. Pal. Rheni Brunsvvicensem* pervenit, qui hunc Comitatum Meyenfeld Comitibus à Sponheim 650. marcis argenti An. 1197. 6. Kal. Junii oppignoravit, uti supra in Hist. Pal. c. 3. n. 13. ostensum fuit. In isto autem Pago hæ villæ antiquitus erant. *Alisentza*, *Berge*, (Berchem) *Cheracha*, (quod & Cheiri) *Chella*, *Erchin*, *Flommersheim*, (apud Aimon) *Trachjera*, *Hujenra u Aimcha*, *Kardana*, *Mertilacha*, *Moresdorf*, *Pilache*, *Seiffin*, *Kescelenheim* Monast. *Vankele* apud Mosellam, *Wiera*. &c. vid. Freher. loc. cit. p. 2. c. 9. & p. 2. p. 36. c. 2. ubi de Monasterio Mejefeld agit, & c. 3. p. 45. *Veteres Rheni Palatinos in eodem pago Meinefeld varia Monasteria fundâsse docet*, quibus annumerari potest *Monasterium ad Lacum*, cujus literas fundationis de An. 1093 vid. infra.

(b) *Cuonradus* seu Conradus Cogn. *Sapiens* Dux Lotharingiæ & postea Franconiæ, Wormatiæ Burgravius proscriptus An. 953. ob rebellionem cum *Luitolfo* Ottonis I. Imp. filio concitatam, gener eius Imperatoris, de quo vid. infra ad Diplom. seq. Genealogiam ejus vid. supra lit. A.

(c) *Eberhardus* Comes Palatii Dux Franciæ & Provinciæ Rhenensis verus Possessor, frater *Conradi* I. Imp. proscriptus An. 938. *ab Ottone I.* Imp. ob rebellionem, qui An. 939. adhuc durante à Cæsarianis juxta *Andernacum* interfectus est. Ejusdem quoque *Eberhardi* & *Conradi fratris ejus* (Imperatoris) mencio fit in diplomate Ottonis I. Imp. dat. Rinebachii A. 966. 6. Kal. Septemb., quo Ecclesiæ Magdeburgensi donat prædium, quod Conradus & Eberhardus fratres (Franconiæ Duces) habuerunt in villa *Spierdorf* in pago Spirensi (s. Spirichgevve), quid vid. apud Sagittar. in Antiq. Magdeburg. §. 89.

† Signum Domni Ottonis Magni & invictissimi Imperatoris Augusti.
Luitolfus Cancellarius ad vicem Willihelmi Archi Capellani notavi. Data VIIII.Kal. Sept. A
Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI.Indictione VIIII.Anno verò Imperii Domni Ottonis Imperatoris Augusti. V. Regni autem XXX. Actum Stratburgo in Dei nomine, Amen. Vid. apud Leuberum in Stapula Saxonica.

XXIV.

Donatio Ottonis I. Imp. facta Adelheidi conjugi An. 968.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente Clementia Imperator Augustus. Notum facimus omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, qu inter nos per interventum ac petitionem amantissimi filii nostri (a) *Ottonis Imperatoris* dilecte conjugi nostre (b) *Adelheidi Imperatrici*, regnorumque nostrorum consorti, in proprium donavimus juris regni nostri quasdam curtes, ita nuncupatas (c) *Hohfeldon* & (d) *Saramereshein*, *Suebhusum*, & (e) *Marinzavviler* atque (f) *Salise*, sitas in *Ehsazum* in *Comitatu* (g) *Hugonis Comitis*, cum Ecclesiis, curtibus, ædificiis, mancipiis, venationibus, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, molendinis, molendinorumque locis, exitibus, reditibus, quesitis & inquirendis; mobilibus & immobilibus rebus, omnibusque pertinentiis, que dici vel nominari possunt, ad præfatas curtes *Hohfeldon*, *Saramereshein*, *Suebhusum* & *Marinzavviler* atque *Salise* pertinentibus (ut jam prædiximus) nostre dilecte conjugi Adelheidæ Imperatrici, regnorumque nostrorum consorti, in integrum B C

(a) *Ottonis Imperatoris.* In aliis Ottonis. I. Diplomatibus de An. 968. & 970. Otto II. à Patre Coimperator appellatus fuit, post coronat. scil. Romanam, quam Romæ An 968. 25. Dec. à Pontifice Rom. obtinuit.

(b) *Adelheida.* Filia hæc erat *Rudolfi Regis Burg.* ex *Bertha* f. Burchardi Ducis Alemanniæ in Paterniaco sepultâ, & vidua *Lotharii Regis Ital.*, quæ secundò nupsit *Ottoni I.* Imp., nuptiæque An. 951. m. Octob. Papiæ celebratæ sunt, ex priori marito liberos suscepit I. *Emmam*, quæ A. 966. Lothario Regi Franciæ matrimonio juncta v. Frodoardi Hist. 2. *Irmengardem* monialem Monasterii S. Salvat. Lucensis, quæ An. . . 8 id. Augusti defuncta ibique sepulta fuit. V. Papenbroch. Act. Sanct. ad a. d. Maij. p. 67 62. 3. *Ernestum Suev. Ducem*, quem quidam addunt, de quo supra in Hist. Palat. c. 8. dictum fuit: Ex posteriori marito Ottone I. Imp. peperit 1. *Henricum* An. 952. natum in pueritia exstinctum. 2. *Brunonem* circa A. 954. natum. 3. *Ottonem* II. Imp. An. 955 Kal. Jan. in lucem editum. 4. *Mechtildem* Abbatissam Quedlinb. Electam 982. denatam 998. 6. Febr. febre. 5 *Ritheindam* Cunonis f. *Conradi Comitis Oeningensis Ducis Moraniæ* uxorem, de quo vid. Eccard. in Vita S Notkeri Abb. S. Galli apud Goldast. in Antiq. Aleman. t. 1. p. 2. c. 31. p. 244. non confundendus autem est, quod obiter saltem moneo, Cuno hic, *cum alio ejusdem nominis, genero* Ottonis I. Imp. qui à Scriptoribus cognomine *Sapiens* appellatur, hic ducta Imperatoris filia *Liutgarde* A. 947. in Ducem Franconiæ, Wormatiæ electus, tandem ab Hungaris in prælio An. 955. 10. Augusti in campis Lycatiis juxta Augustam Vindel. commisso cæsus fuit, cum enim faciem respirationis causa propter æstum galeâ apertâ nudasset, sagittâ ex adverso missa in gutture læsus periit. Tandem *Adelheidis* hæc Papiæ febre correpta Deo spiritum reddidit An. 1000. 16. Dec. sepulta in Monasterio Saletiensi a se condito V. Meibom. not. ad Witichind., Mabillonium in Act. Sanct. Ord. S. Bened in vita ejus. p. 889 Canisium in Lect. Antiq. t. 5 p. 409 399.

(c) *Hohfeldon.* hodie Hochfelt juxta Lichtenberg & Büschvviller, in Alsatia.

(d) *Saramereshein.* Forsan Germersheim, Germersheim. dubius tamen adhuc hæreo.

(e) *Marinzavviler* hodie Mertzvviler.

(f) *Salise.* Olim Salecio, ut in notitia Romani Imp., Saliso Antonino, Romanis etiam Salsa Rhenana ab aqua sic dicta, Franciæ deinde Reges, qui sæpè Conventus Principum hic habuere, Salesiam & Solossiam in literis nuncupabant Castrum situm in Elisatio, hodie Seltz der Adelheid Eigenthum dicitur, & præfectura est minor ad majorem Germersheimensem spectans, Adelheidis Imperatrix locum deinde hunc in urbis formam redegit, prout docet Herzog. in Chron. Alsat. t. 3. c. 18. & Author Topographiæ Alsatiæ p. 45., Monasterium Ord. S. Bened. ibidem in honorem S. Petri exstruxit, prædiisque dotavit, postea circa An. 1494 in Præpositura commutatum Nobilium Virg. in honor. S. Stephani (ubi & 12. Canonici & 10. Vicarii alebantur) & inter immediatos Imperii status receptum fuit, tandem in jus Palatinorum D Rheni a longo tempore Advocatiam ibidem exercentium devenit; qui introducta Religione reformata reditus bona ex parte in alios usus converterunt, partim in stipendiarios quosdam ad studia in Academiis prosequenda. Et ratione Dieses so genanten Adelheids Eigenthumbs hat Chur-Pfaltz 1. verschiedene Jura in der nah dabey gelegenen Herrschafft Fleckenstein / als den Zoll zu Röderen und andern Orthen. 2. Mag ein Herr deß Rheins / also daß von oberhalb Seltz an biß an die Schiff Mühlen bey Maintz keine Schiff- noch Fliegende- Brücken ohne Chur-Pfaltz expressen Consens können angelegt werden. Ab hoc denique monasterio E Carolus Ludovicus Princeps Elector filium suum naturalem ex Angla N. . . , genitum *Ludovicum*, *Dynastam de Salezione* nuncupari voluit, ut ex aureo nummo, quem vidi, A. 1660. cuso & admodum raro demonstrari potest, De fundatione verò supradicti Monasterii in vita Adelheidis ab Odilone Clun i ensi perscripta c 7 hæc verba leguntur: *Ante anno decimum circiter annum obitus sui in loco, qui dicitur SALSA urbem decrevit fieri sub libertate Romana, quam affectum postea ad perfectum perduxit effectum. In ipso etiam loco Monasterium à fundamentis miro opere condidit, & ad honorem Dei & Apostolorum Principis, tertio Imperante Ottone, videlicet nepote, in præsentiarum fecum astante 14 Kal. Decemb. (996.) augustissimè & devotissimè à Wideraldo* (Wideroldo) *Argentina Civitatis Episcopo consecrari jussit. Ipsum verò locum adeo ditavit & nobilitavit prædiis, ædificiis, auro & gemmis, vestibus preciosissimis, aliisque variis ornatum supellectilibus.* huc usque author. A Saletione ad Rheni F Niciique confluentes, id est, Manheimium usque Palatinum quoque Electorem jus auri Rhenensis fluvialis legendi inter majora Regalia usurpasse & variis in locis (ut in Rochesheim / bey Peterkaw / Grübelstein / Germersheim / Mittel-Grund / Pfeiffers-Grund / Unter- und Ober-Schersser / Gene-Grund / Wörder / Michelfelt / Rinterhecken / Jostenwerth / Hagenbach / Lemmerholt / Kragenwerth / Münchhausen / Kindelsgrund / Danhausen / Danhausergrün / Seltz) per redemtores aurilegulos exercuisse, suo adhuc tempore testatur Freherus in Orig. Pal. c. 17. p. 79. Hinc origo florenorum aureorum Rhenensium (Rheinische Goldgülden) repetenda est. vid. Freher. loc. cit. G H

(g) *Hugonis Comitis.* scil. Alsatiæ. Consanguineus *Luitfridi* 2. Comitis in Nortgau & Suntgau / cujus supra in Diplomate Conradi I. Imp. num 16. mentio facta. v. supra Genealogiam ejus in Hist. Palat. c. 6.

A regium donavimus, ut jure hereditario habeat, teneat, firmiterque possideat, habeatque potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, quicquid ei exinde placuerit faciendi, omnium hominum contradictione remotâ. Et ut hec nostre authoritatis donatio omni tempore firma stabilisq; permaneat, jussimus indè hoc presens preceptum conscribi. Quod ut verius credatur, & diligentius ab omnibus observetur, hoc preceptum manu propria subtus firmavimus, annulique nostri impressione sigillari fecimus.

Ruigerus Cancellarius ad vicem Hattonis Archi-præsulis & summi Capellani recognovi & subscripsi.

Data XVI. Kal. Decemb. Anno Dominice incarnationis DCCCCLXVIII. Indictione . . . .
B Anno regni Serenissimi Ottonis Regis XXXIII. Imperii feliciter sui VII. Actum Aterno civitate, que sita est super fluvium, qui sic dicitur, in Christi nomine feliciter. Amen.

Vid. apud Freher. in Orig. Palat. p. 1. c. 16. p. 77.

XXV.

Privilegium Alexandri 3. Pontificis Romani.

C ALexander (a) episcopus servus servorum Dei, dilecto filio *Sigebardo abbati* monasterii S. Nazarii Lauri̇shamensi ejusq; fratribus tam præsentibus quàm futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nobis decet libenti concedere & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii nostri justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri & nostra protectione suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus. Inprimis quidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Domini & *beati Benedicti* regulam in vestro monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæ-
D cunque bona idem monasterium in præsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo præscriptum monasterium constructum est cum omnibus pertinentiis suis vetus monasterium cum pertinentiis suis, *Abrinesberg* cum pertinentiis suis, *Michelstat* cum pertinentiis suis, Capellam cum pertinentiis suis. Sanè novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumtibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino à vobis decimas vel primitias exigere præsu-
E mat. Liceat quoque vobis clericos & laicos è seculo fugientes, liberos, & absolutos recipere ad conversionem, & in vestro monasterio absque contradictione qualibet retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit de eodem loco absque licentia abbatis sui nisi obtentu arctioris religionis discedere: discedentem verò sine communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis & excommunicatis, suppressa voce divina officia celebrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati, vel interdicti sunt nullus obsistat: Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à qui-
F bus mortuorum corpora assumunt. Adhæc vobis ex benignitate sedis Apostolicæ indulgemus, ut sine damno vicinarum Ecclesiarum cellas in locis vestris, vel oratoria construendi cum assensu diocesani Episcopi licentiam habeatis. Prohibemus insuper, ne tu fili Abbas, vel alius, possessiones, decimas, oblationes, seu alia bona ipsius monasterii ad mensam abbatis sive ad victualia fratrum, justitias obædientiarum, aut ad præposituras pertinentia inbeneficiare, vendere, locare, vel alio modo quolibet sine communi fratrum consensu vel majoris vel sanioris partis alienare præsumat: quod si factum fuerit, juribus carere sancimus. Præposituras cellarum vestrarum & obædientias monasterii tantum monachis Capituli vestri sapientibus viris, salvis earum re-
G bus, statuimus committendas. *Advocatis* etiam ipsius monasterii sub interminatione anathematis prohibemus, ne cuiquam liceat in possessionibus ipsius monasterii *castella* vel *munitiones alias* construere, familiamque sive colonos ecclesiæ novis & indebitis exactionibus fatigare, vel Abbati injustitiis ecclesiæ requirendis seu obtinendis ausu temerario contraire. Obeunte verò te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum monasterium temere perturbare, aut
H ejus possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; Sed omnia integra & illibata serventur eorum, quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis Apostolicæ auctoritate, sub cujus jure & patrocinio

(a) *Alexander* 3 Papa, antea dictus Rolandus & filius fuit Ranuci Senensis, natus Senis in Ital., Electus Papa Romæ. 1159. 7 Sept. Coron. ibid. 20. Sept., successit Hadriano 4. 1159 1. Sept. Ana, niæ defuncto, & ex Musca, ut fertur, guttur ejus involante suffocato. Obiit An. 1181. 25. August. Romæ, Hic Episcopum dedit urbi Alexandriæ, quæ in ejus honorem exstructa fuit ad fluv. Tar. atque hanc milites Friderici. I. in odium Pontificis Alexandriam Stramineam das stroherne Alexandrie vocârunt.

cinio consistunt. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitu- A tionis paginam sciens contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere deperpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemtoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen. Ego Alexander Catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi. Ego *Hu-* B *baldus* (a) *Hostiensis Episcopus.* Ego *Conradus* Salzburgensis ecclesiæ humilis minister & Sabinensis Episcopus, &c. Data Lateranis per manum Alberti S. Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis Cancellarii VII. idus Aprilis, Indictione XII. Incarnationis Dominicæ Anno MCLXXIX, Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Anno ejus XX.

XXVI.

Henrici II. Imp. Donatio de banno forestis in Otenevvalt facto monasterio Laureshamensi. Anno 1012.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Rex. Si no- C stræ pietatis autem maximè in Ecclesiasticis rebus augendis præbemus petitionibus nostrorum fidelium, divinæ pietatis super nos respectum magis inde credimus affuturum, eosque circa nos sagaciores serviendo efficimus ac devotiores. Quapropter omnium tam præsentium quàm futurorum noscat industria, quod *Bobbo Sancti Laureshamensis cœnobii abbas* nostræ celsitudinis adiit culmen, sibi suæque ecclesiæ in honore Sanctorum Martyrum consecratæ, *Naboris & Nazarii*, exorans forestem, bannumque sylvarum concedi. Cui pium præbentes assensum, forestem cum banno concessimus, ab Aquilone *in Cuathchun* tendentem, & inde sursum in longitudine in Orientalem scilicet plagam per medium *saltam Nobbenhuson* dictum, & inde se habentem ad ri- D vum, qui dicitur *Branbach*, usque *ad arborem* * *Lachbuocha* dictam, inde verò in meridionalem plagam *ad Lutram*, atque inde deorsum usque *in fluvium Neckar* dictum. Inde autem usque ad *villam Nivveahcim*, hinc verò deorsum *ad villam* (a) *Bikinbach* dictam, istine autem ad aliam *villam* (b) *Richinbach* vocatam, & sic quidem per deorsum usque *ad locum* (c) *Cunthichun* primitus dictum: ea rationis tenore, ut ipse prædictus abbas sibique succedentes in perpetuum habeant atque possideant, nullusque in ea sine ipsius licentia *venandi aut capiendi aliquid* potestatem habeat. Hæc ergò quo firmius atque inconvulsius per futura tempora possint persistere, propria manu firmantes insigniri jussimus sigilli nostri impressione. Signum Domini secundi Hen- E rici Regis invictissimi. Guntherus Cancellarius vice Erchambaldi archi capellani recognovi. Data IV. Id. Maji. Indict. X. anno Dominicæ Incarnationis MXII. anno vero Domni secundi Heinrici regnantis X. Actum Bavenberg feliciter, Amen.

Item de terminis ejusdem forestis.

Si quis verò scire desiderat evidentius, quorsum tendat forestis bannus in *Selva Ottenevvalt*, Laureshamensi ecclesiæ regia auctoritate concessus; subdeterminata loca vallium, montium, saltuum, rivulorum, fluminum, arborum diligenter consideret. Tenet namque bannum in loco, qui dicitur *Gervvinc.* inde *ad montem Malscum.* Inde extenditur *ad Velisberg.* Deinde ad F (d) *Betenkiricha*, postea ad (e) *Luddera.* Deinde ad (f) *Wintercasto.* De hinc *in Lutenbaha.* Inde in (g) *Eberbach.* Post in (h) *Gaspenza.* Inde in (i) *Abbatisbach.* Deinde *ultra* (k) *Cuningesbach.* Post in (l) *Birkanhart*, tunc in (m) *Kincicha.* Deinde ultra *fluvium* (n) *Mimininngaba*: post *in* (o) *Widelabach.* Deinde *in Branbach.* tunc in *Aranbach*, inde *in Wallendenbrunno.* Deinde *ad magnam quercum*, deinde per descensum *Bremaha*, per (p) *Wilonobach* ascensum, & per *destructam* (q) *Wilonoburg.* Inde in fluvium *Enteraha*, tunc per ejus descensum in flumen *Nekar.* Inde per

(a) *Hubaldus Hostiensis Epis.* Etiam Hubaldus Allucingoli dictus, ex nobili familia oriundus, natus Lucæ, Alexandro 3. P. Rom. successit in sede Apost., & Lucius 3. dictus. Electus 1181. 29. Aug. Coron. 30. Aug. atque idem hic Hubaldus fuit, quem Alexander. 3 P. ad Fridericum I. Imp. misit, cumque ad pacem permovit. Tandem animam exhalavit Veronæ 1185. 25. Nov. Sep. ibidem in Ecclesia Cathedrali cum hoc Epitaphio:

LVCA dedit tibi Lucem, LVCI, Pontificatum
OSTIA, Papatum ROMA, VERONA mori.
Immò VERONA dedit tibi Lucis gaudia, ROMA
Exilium, curas OSTIA, LVCA mori.

(a) *Bikinbach* villa in Strata Montana, pertinet hodiè ad Comites ab Erbach, & ad Præfecturam Schem.

(b) *Richinbach*, villa hodie Reichenbach ad Comites ab Erbach spectans, subest Præfecturæ Reichenberg.

(c) *Cunthichun* forsan hodiernum Küntzig. vel Kunnich haud procul ab arce Urabergh in sylva Ottonis

(d) *Betenkiricha.* hodie Bendenkirch, juxta oppidum Zvvingenberg in Strata Montana.

* I. fagi terminalis.

(e) *Luddera.* hodiè Laudera, pagus in sylva Ottonis haud procul ab Oppido Bensheim. G

(f) *Wintercasto* forsan hodiè Gastern & Gadern, ut in Mappis, proximè adjacet pago Laudern.

(g) *Eberbach*, juxta Castrum Reichenberg in sylva Ottonis.

(h) *Gaspenza*, hodiè Gerpentz.

(i) *Abbatisbach.* forsan hodiè Balsbach.

(k) *Cuningesbach* hodiè Künnich ad fluviolum qui se exonerat in fluv. Mimlingen.

(l) *Birkunhart.* hodiè Berghart uti in mappis, in sylva Ottonis, juxta Küntzig. H

(m) *Kincicha.* hodiè Küntzig juxta arcam Utberg.

(n) Mimininngaba id est fluv. Mimilingen, ut in literis Einhardi, & Mimilingum ut in Diplomate Caroli Mag.

(o) *Widelabach*, hodiè Wibelsbach juxta oppidum Neustättlein in sylva Ottonis.

(p q) *Wilonobach & Wilonoburg* de his jam supra ad Einhardi Diploma dictum fuit.

A descensum Nekar usque *Nuinheim*. Inde in plateam montium, & per hanc usque ad supradictum locum *Getvvinc*. Quisquis igitur in his locis vel infra hoc terminos quippiam venationis seu piscationis absque licentia Laureshamensis abbatis exercere præsumerit, sciat se ipsi Abbati compositurum Imperialem bannum.

Vid. apud Freher. in Origin. Palat.

XXVII.

Diploma Henrici 2. *Cogn. Sancti Imp. Dat. Harichoni Abbati S.Maximin.*
B
Trevirens. 1023.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Quamvis ab Ecclesiasticis institutionibus & à paternis præjudiciis nulli sit licitum deviare, nostri tamen juris est & præ cæteris id solum & speciali, ut unde fideles nostri infra regnum nostrum gravantur, aut unde Ecclesiæ Dei detrimentum majus quàm commodum patiuntur, in melius debeamus commutare: Idcirco fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum solertiæ notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia S. Johan. & S. Maximini, quæ in suburbio Treviorum sita est, ubi Haricho Abbas præesse videtur, quasdam (a *Curtes*, C *Villas* & *Possessiones* scil. Sexcentos quinquaginta sex (b) *Mansos*, ut verius computari potuit, à præfato Abbate in beneficium accepimus & his fidelibus nostris (c) *Ezzoni* videlicet *Palatino Comiti* & (d) *Henrico Duci*, nec non (e) *Ottoni Comiti* eâ conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam senio confectus, commodè nobis domi militiæque servire non poterat, *ipsi & here-*

(a) *Curtes, Villas.* Quibus procul dubio Castrum *Cobhein*, *Clotten aliaque loca ad Mosellam*, quæ postea ad *Henricum Comitem Palat. Rheni Dominum de Laco*, ejusD que privignum, hæredem & in Palatinatum Rh. Successorem *Sigefridum* & hujus filium *Wilhelmum* successionis jure transmissa sunt, subintelligenda veniunt.

(b) *Mansos.* Mansus est terra, quæ bigis aratur. vid. Freher. diss. de Expeditione Roman. Caroli Crass Imperatoris, & Sprenger. in Fontib. Jur. Publ. p.1093.

(c) *Ezzoni Palatino Comiti.* Scilicet Rheni. Hermanni Bavari Comitis Palatini Rheni filius, Arnulfi Cogn. Mali Bavariæ Ducis nepos, consanguineus & patruelis Bertholdi Schirensis Bavariæ Palatini, uti supra in Hist. E Palatina ostensum fuit. Notandum præterea in hoc Diplomata I. quòd Ezo Palatinus noster ratione dignitatis supremæ & à Rege proximæ, rectè præponatur Duci scil. Bavariæ Henrico (Sigafridi Lucemburgici Comitis filio) hactenus à Scriptoribus perperam pro Rheni Palatino habito uti supra ostensum. 2. quòd vocabulum *Rheni*, ut & illud *Saxonia*, *Bavaria*, *Suevia*, in diplomatibus aliisque antiquis documentis rarissimè adjiciatur, uti ex quamplurimis Imperatorum Diplomatibus ostendi potest. Sic apud Bavaros Otto I. ejusque posteri & F Otto V. s. Major in diplom. & à Scriptoribus coævis, non nisi Palatini Schirenses, deinde Wittelsbachii vocantur. Uti patet ex Dipl. Frid. I. Imp. dat. in obsidione Roboreti in Ital. A 1174. 14. Jun. v. Ital. Sacr. Item in alio de Anno 1156 15. Kal. Jul., in alio dat. Ratisbonæ 1156 15. Kal. Octob., in alio Dat. apud Marengam in Ital. de An. 1159. 15. Kal. Mart. v. Ital. sacr., in alio de An. 1161. ante portas Mediolan. tempore vastationis apud Gebvvold. I. de Septemvir. c. 10. p.164 adde Radevic. in alio de A. 1164. Item de A.1166, 1167., 1169. item in alio de A.1129. G 7.Kal. Jun. in Stokchs. teste Ottone Comite Palatino (scil. Bav.) v. Hund. Metrop. Salisb t.3. p. 460. item in alio de A.1171. 1173. Idem observatur *in Saxonia Palatinis*. Ita in cartha transactionis de A. 1111. Henricum 5 Imp. inter & Papam ex parte Imperatoris juravit Fridericus Comes Palatinus (scil. Saxoniæ. v. Nic. Cisnerinorat. de Ottone 3 p 41) v. Baronii Annal. ad A.1111., Sigon. de Rep. Ital. p.248 adde Lambert. Schafnab. qui ad A.1059. Fridericum, Friderici I. Com. Palatini Saxoniæ filium non nisi simpliciter Palatinum Comitem vocat, idem feH cit auctor Chronici Hildesheim ad A 1115. 1120. & Dedo Comes Palatinus (scil Saxon.) vocatur a Lamb. Schafnab. ad 1056. appellantur & Comites Palatini *de Sommerseburg*. v. Chronic. Pegav. aa edit. Reineccii p.336. & diploma Friderici I. Imp. dat. Goslariæ 1157. Kal. Jan., in aliis de A.1072.1062.1051.1041 1049.1110 1128. 1135. 1138. 1153. 1165 1166. 1169. 1170. aliisque non nisi simpliciter Comites Palatini vocantur, adde Otton. Frising. Chron. l 6.c.35., Trithem. Chron. Hirs. t.1. p.353. ad A.1112., Ursperg. ad An.1112.. Massen. in Annal. Trevir. ad A. h., Cluver. Hist. Univers. in Henr 4. p.426., Chron. Slav. l.207., Arnold. Lubec. Chronic & Helmodi Chron. & lib. de fundat. monasterii Gozecens. ad A. 1072. 1062. 1063. *de Suevia Palatinis* idem dicendum est, qui sæpissimè à Scriptoribus & in Diplomatibus non nisi simpliciter *Comites Palatini de Tubingen*. in quâ urbe plerumque sedem posuêre, appellantur, uti manifestum est ex Chr. Weingarth. de Guelphis apud Canisium in Lect. Antiq., ex Trithemii Chron. Hirs. ad An. 1215 ex passim in seq., ex Naucleri Chron., ubi fusius de Hugone Palat. Tubing., item ex alio diplom. Dat. Constantiæ 1162. 8. Kal. Dec. ubi mentio fit Friderici Com. Palat. de Tubingen. item ex alio de An.1176 1179. aliisque innumeris luca meridiano clarius ostendi posset.

Idem observatur *in Rheni Palatinis* nostris. *Sic Ezo* jam memoratus Rheni Palatinus passim in diplomatibus non nisi Comes Palatinus vocatus, qui A. 1035. obiit, verùm ejusdem fratris Henrici filius etiam *Henricus* dictus, *se ipsum Comitem Palatinum Rheni & Dominum de Laco* scripsit, uti ex literis ejus, quas vidi, Original. & Sigillo. supra in Hist. Palat. ostensum fuit. Sic *Wilhelmus Sigefridi* filius in diplomatibus Impp. de Anno 1131. 8. Kal. Maji, de An. 1183. 3. id. April. & 4. id. April. & 5. id. April. ejusd. Anni., de A.1135 16. Kal. Apr. de A. 1134. 7. Maji, de A.1193. 4. Maji aliisque seq. v. infra, non nisi Comes Palatinus vocatur, se ipsum verò, uti supra in Hist. Palat. est ostensum Comitem Palatinum de Reno vocavit in sigillo ejus. Sic *Hermannus* ejusdem Wilhelmi successor à Dodechenoad 1155. 1156 aliisque coævis non nisi simpliciter *Comes Palatinus*, ab Ottone verò Frising. & in plerisque Imperatorum diplomatibus de A. 1144., 1145, 1146. 3. Kal. Jan. & prid Non Jan. ejusdem anni, in alio de A.1147. 1153. 4 Kal. Jan., 1156 15. Kal. Jul. & in alio d. 15. Kal. Octob. ejusdem anni, (quo obiit;) quæ vid. infra, constanter *Comes Palatinus RHENI* appellatur, idem dicendum de *Conrado Palat.* ejusdem Hermanni successore, quamvis hic à Gobelino Cosm. æt. 6. c. 60 aliisque non nisi *Comes Palatinus* vocetur, in Impp. tamen diplomatibus semper *Rheni* cognomine insignitur, ut in illis de A.1157. apud Zillesium in defensione Abb. S Maxim. Trevir. item de An.1158. 1159. 1166. 1174. 1180, 1182, aliisque, imò se ipsum *Comitem Palat. Rheni* scripsit, uti manifestum ex ejusdem literis dat. in Castro Stalekun 1190. quas cum aliis vide infra.

(d) *Henrico Duci.* Id est Bavariæ Sigafridi Com. I. Luxemburg. & Hadvvichæ filio. vid. supra in Hist. Palat c 1.

(e) *Ottoni Comiti.* Quo nomine Ezonis S Erenfridi Rheni Palatini filium, Patrisque A. 1035. in Palatinatu Rh. successorem intellige.

hæredes , *qui hæc beneficia habent, pro eodem Abbate suisque successoribus* (f) *Curiam Regalem pe-*
tant, & in expeditionem eant : Abbas verò suique successores à Curia Regia & ab omni expedi- A
tione omnino sint liberi, nisi in Moguntinensem seu Metensem aut Coloniensem Civitatem, ad
generale concilium aut colloquium aliqua necessitate cogente fuerint invitati, & ne animæ no-
stræ inde detrimentum patiamur, si ea, quæ à fidelibus Christi eidem sacratissimo loco tradita
sunt, aut collata, nos injusti videamur auferre servitium, quod nobis & quibusdam prædecesso-
ribus nostris in secundo semper anno ab eadem Abbatia traditum est, & pro timore Dei & vene-
ratione S. Johan. & S. Maximini, & ob interventum *Aribonis* Moguntiacensis & *Pilegrimi* Co-
loniensis & *Popponis* Trevirensis venerabilium Archi-Episcoporum aliorumque fidelium no- B
strorum Deo sanctoque Johanni & B. Maximino cunctisque post eos ibi Abbatibus in perpe-
tuum indulgendo ignovimus & ignoscendo indulsimus, & ne quis successorum nostrorum Re-
gum vel Imperatorum idem servitium in periculum animæ nostræ ac suæ inde ulterius exigat,
nisi eadem bona quæ nos non tam in nostrum, quàm in eorum servitium inde distraximus & ex
integro reddat, aut restituat, nostra Imperiali authoritate constituendo præcipimus, & præci-
piendo confirmamus. Jubemus etiam & interdicimus Præfato Abbati suisque successoribus in
perpetuum, ne de reliquis curtibus, Ecclesiis ac possessionibus, quæ ad peculiarem præbendam
fratrum Deo ibi famulantium à nostris prædecessoribus Regibus aut Imperatoribus *Dagoberto*
scil. *Pipino*, *Carolo*, *Ludovico*, *Arnulfo*, item *Carolo*, *Ziendiboldo*, nec non à *tribus Ottonibus* in no- C
stra usque tempora & per Nos etiam delegata sunt & concessa, alicui de majoribus, sive liberis
hominibus aut alterius Ecclesiæ, aut alienæ familiæ, quibuslibet servitoribus quicquam benefi-
ciare vel ab eorum jure quoque modo abalienare præsumant, hoc est in his locis: *Suabheim*, *He-*
finesheim, *Bricinheim*, *Evertsheim*, *Weldinstein*, *Albacha*, *Cozolvesheim*, *Bingen*, *Holtzhusa*, *Apula*
Alsontia, *Sceringesfelt*, *Hukinesheim*, *Bukenheim*, *Soemera*, *Manweldal*, *Narheim*, *Folcmaresbach*,
Luesderroch, *Gracho*, *Decima*, *Vallis cum suis pertinentibus Rathertsdorf*, *Bicendorf*, *Meisbrath*,
Ebeno, *Arnolfesberg*, *Lieznich*, *Okisheim*, *Rivenacha*, *Loavia*, *Windingen*, *Lukisfingen*, & in pago
Sallingouue, *Dincriche*, *Luolkurt*, *Bisangis*, & in civitate *Metensi* & circum circa, *Domos*, vineas, D
agros & areolas, & in his locis *Diedenhoven*, *Wilare*, *Bessiaco*, *Lucelenkiricha*, *Tavena*, *Druch-*
delinga, *Wurmeringa*, *Meroldsvilla*, *Wimereskircha*, *Straza*, *Crufta*, *Seranna*, *Marchidith*, *Krisbo*,
Billich, *Curmeringen*, *Brunnacha*, *Hallevillers*: insuper etiam (*) *Drachere*, locus, qui vocatur
Gamerethusen, nec non in pago *Einriche*, locus alius vocabulo *Prichina* cum omnibus ad se justè &
legaliter pertinentibus vel aspicientibus rebus: has duas curtes ad sagimen & ad femoralia, man-
telas etiam & mensalia fratrum, nec non ad infirmorum curam & debilium & ad susceptionem
hospitum, nec non ad recreationem pauperum & peregrinorum, sicut antecessores nostri consti-
tuerunt, ita & nos specialiter constituimus atque firmamus, & ut ex his locis & Ecclesiis nullus
Abbas, nulla alia persona sive magna sive parva alicui libero aut alieno homini, ut antea diximus E
aliquid beneficiare, vel à præbenda fratrum quoquo modo abalienare præsumat firmissimè præ-
cepimus, sed liceat inde Abbati suisque successoribus luminaria Ecclesiæ restaurare, ædificia re-
cuperare, & quæ necessaria tantummodo fratribus sunt, procurare, de Ecclesiis verò & de omni-
bus per totam Abbatiam Salicis decimationibus nulli omnino beneficium aliquod concedi per-
mittimus, sed in usus hospitum, pauperum & peregrinorum perpetualiter constituimus atque
sancimus: constituimus præterea hoc & hac nostra Imperiali authoritate firmamus, ut si quis for-
tasse illorum, aut filii filiorum suorum, quibus bona & possessiones S. Maximini beneficamus
sine hærede fuerit defunctus, beneficium vel quicquid ab eodem loco habere visus est, sub jus & F
Dominium præfatorum Sanctorum & Abbatis & fratrum ipsius monasterii redeat & transeat, &
ad amplificandum congregationem, nec non ad regale servitium, quantum Abbas inde sine de-
trimento aliarum rerum Ecclesiæ benè perficere possit, atque omni contradictione permaneat.
Insuper etiam concedimus atque præcipimus, ut idem Abbas suique successores potestatem ha-
beant *Advocatias* omnes Monasterii sui, cui velint, dandi, justo judicio tollendi, & ut Ad-
vocati nullum post se ponere audeant, qui vocetur proadvocatus, nullumque placitum præ-
ter tria jure debita in Abbatia tenere præsumant, nec cuiquam illorum liceat aliqua violentia
homines gravare, aut vi paraveredos eorum aut pecora tollere, vel quicquam super officiales G
aut ministros sive mansionarios, seu omnia jura Abbatis constituere. Et ut hoc nostræ authoritatis
præceptum inde conscriptum firmum & stabile semper permaneat, non solùm hoc manu pro-
pria firmavimus, & sigilli nostri impressione muniri jussimus, verùm etiam ut firmiori authori-
tate polleret Beatissimi Patris nostri Dom. videl. Benedicti Sedis Apostolicæ Præsulis privilegium
inde conscriptum & Apostol. authoritate roboratum præfato Cœnobio obtinere meruimus, ut
si, quod absit, aliquis successorum nostrorum Regum vel Imperatorum Diabolica aviditate cor-
ruptus quicquam de his, quæ præfati sæpè monasterii fratribus ad quietem illorum constitui-
mus, imminuere tentaverit, Abbas, qui tunc ibi præesse videbitur, ac fratres libere Apostol. H
sedem, cui idem locus sacratissimus sub antiquis temporibus *Constantini Imper.* & *Helenæ Matris*
addictus esse dignoscitur, fiducialiter appellent, & ad eam quasi filii ad Matrem confugiant, ut ab
ea,

(f) ***Curiam Regalem petant & in expeditionem eant.*** Inde ratio peti potest, cur ab antiquioribus scriptoribus de Priscorum Comitum Palatin. Rheni sede nulla ferè facta fuerit mentio, de quo jam dudum per multi conquesti sunt, Curiam enim Imperatorum petere & in expeditiones ire *Ezo hic ejusque hæredes* necesse habuerunt, & raro domi in sede sua (castro scil. Tonaburg) se continere potuerunt, de quo in Hist. Palat. c. 1. fusius dictum fuit.

ea,ficut diguom eft, fulciti, aur ea, quæ inde abftulimus bona fua recipiant, ant quod nos pro tan
A ris bonis & poffeffiouibus S. Joh. & S. Maxim. inde Abbarum ad qoietiiudmem illorum ordina
vimus atque firmavimos, Apoftolica aothoritate roborati obiinere prævaleant.

Signum Domiui Heurici Regis invictiffimi Imperatoris Aogufti.

Gualtherus Cancellarius vice Aribonis Archi-Capellani recognovi. Data IV. idus Decemb.
Indict. Sexta Anno Dominicæ Incaroationis MXXIII. Auno verò Domini *Secundi* Henrici re
gnantis vigefimo tertio, Imperii autem Decimo. Actum in Triburia Regia villa Palatio publico in
Dei nomine Amen.

Vid. apud Nic. Zillefium io defenfione Abbatiæ S. Maximin. Trevir.

B

XXVIII.

Diploma Henrici ejusd. Imp. quo regalia & bona Ecclefiæ Romanæ confirmavit A. 1014.

IN nomine Domini Dei Omniporentis Patris, Filii & Spiritus Sancti: Ego Heoricus Dei gratia
Imperator Auguftus fpondeo atque promitto per hoc pactom confirmationis noftræ, *tibi beato*
Petro Principi Apoftolorum & *Clavigero Calorum*, & per te vicario tuo *Domno Benedicto* fummo
C Pontifici & univerfali Papæ, ficut à prædeceffloribus veftris usque nunc io poteftate veftra & di-
tione tenuiftis & difpofuiftis, Civitatem Romanam com Ducatu fuo & fuburbanis atque viculis
omnibus & territoriis ejus montanis & maritimis litoribus atque portubus feu cunctis Civitati-
bus, Caftellis, oppidis, ac viculis Tufciæ partibus, id eft *portum centum cellas, Ceram, Bledam,*
Maturianum, Sutrium, Nepem, Caftellum Gallicenfe, Orthem, Polimartium, Ameriam, Tudam, Pe-
rufiam cum tribus infulis fuis id eft *majorem & minorem Pulvenfim* & *Lacu, Narviam* & *Utricu-*
lum, cum omuibus finibus & territoriis ad fupradictas civitates pertinentibus; nec non & *Exar-*
chatum Ravennatem fub integritate cum urbibus, civitatibus, oppidis & Caftellis, quæ piæ re-
D cordat; *Dominus Pipinus* & Dominus *Carolus* & Dom. *Ludovicus*, *Otto*, & itidem *Otto* filius ejus
Prædeceffores videlicet noftri B. Petro Apoft. & Prædeceffloribus veftris jam dudum per donationis
paginam contulerunt, hoc eft *Civitatem Ravennam* & *Æmiliam, Bobiam Cefenam, Forum populi, Fo-*
rumjulii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, Adrianis atq; *Gabellum* cum omni-
bus finibus territotiisque Iufolis terra marique ad fuprad. Civitates pertinentibus: fimul & *Pen-*
tapolim videl. *Ariminum, Penfaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Aufemum, Humanam, Efim,*
Forum Sempronii, montem Feltri, Urbinum & *territorium Salvenfe, Callem, Luceolis* & *Engubium*
eum omnibus finibus & territoriis ad easd. Civitates pertinentibus: Eodem modo *territorium*
E *Sabinenfe*, ficut à prædictis Imperatoribus antecefforibus noftris B. Petro Apoft. per donationis
fcriptum conceffum eft fub integritate & in partibus *Tufcia*, *Longobard.*, *Caftellum Felicitatis,*
Urbem veterem, Balneum Regis Ferrente, Viterbium, Orthem, Martam, Bledam, Tufcanam, Sua-
nam, Populonium, *Roffelles*, in fuburbanis atque viculis & omnibus territoriis, & maritimis op-
pidis f. finibus omnibus. Itemque *Almuftum* Inf. *Corfica* in *Suriano*, deinde *in montem Bardonis,*
deinde in *Berito*, exinde in *Parma*, deinde in *Regium*, eainde in *Mantua*, atque in *monte Silicis*
atque Provincia *Venetiarum* & *Iftria*, nec non & cunctum *Spoletanum Ducatum* f. Beneventanom
una cum *Ecclefia S. Chriftina* pofitæ prope Papiam justa Padum IIII. milliario. Item in partibus
Campania Sora, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum Capuam, nec non & Patrimonium ad Pote-
F ftatem & ditionem veftram pertinentia, ficut & *Patrimonium Beneventanum* & Neapolitanum
atque *Patrimonia Calabria* fuperior. & inferioris. De *Civitate* autem *Neapolitana* cum Caftellis &
Territoriis & finibus & infulis fibi pertinentibos, ficut ad easdem afpicere videntur: nec non
Patrimonium Sicilia, fi Deus noftris illud tradiderit manibus. Simili modo *Civitatem Caietanam*
& fundum cum omnibus earum pertinentiis. Super boc confirmamus vobis *Fundenfe Monafte-*
rium & Abbatis ejus confecrationem, atque omnia monafteria, urbes & villas, quas in ultra-
montanis partibus S. Petrus habere dignofcitur atque *Aterna, Vumsteringa*, five Uvilmbacb, quæ
à S. Petri Ecclefia per Cooveotionis Paginam Epifcopo noftro Babenbergenfi Collatæ funt: pro
G quibus fæpe dictæ Ecclefiæ S. Petri transferibimus, concedimus & confirmamus omnem illam
terram, quæ inter *Narniam* & inter omnem vel *Spoletum* ex regni noftri parte babuimus. Sub tui-
tione præterea S. Petri & veftra veftrorumque fucceflorum prætaxatum Epifcopum Bambergen-
fem offerimus, unde fub penfionis noftræ *Equum unum Album phaleratum* ex ejusd. loci Epifco-
po nos annualiter fuſcepturos fancimus. Offerimus infuper, firmamus & corroboramus tibi B. Pe-
tro ac Vicario tuo Dumno Benedicto & fucceflforibus ejus prout bonæ memoriæ Papæ Johanni
fuisque fucceflforibus io prædeceflforibus noftris Ottonibus factum eft, Civitates & oppida cum
pifcatiis fuis *Reatem, Arniternum, Furconium, Nerfiam, Baluam*, & *Marfiam* & alibi *Civitatem Te-*
ramnem, cum pertinentiis fuis: Has omnes fupradictas Provincias, urbes, civitates, oppida, atque
H Caftella, viculos atque territoria fimulque patrimonia pro ftatu regni noftri, cunctoque Chri-
ftianorum populo confervando jam dictæ Ecclefiæ tuæ B. Petre Vicarioque tuo Benedicto & fuc-
cefforibus ejus usque in finem feculi eo modo confirmamus, ut in fuo detineant jure, principatu
atque ditione. Simili modo per huc noftræ delegationis pactum confirmamus *donationes, qua*
annuatim in Palatio Regis Longobardorum inferri folebant, five de *Tufcia* five de *Ducatu Spole-*
tano ficut io fupradictis donationibus continetur, & inter fanctæ memoriæ *Hadrianum* Pontifi-
cem

cem & Domnum *Carolum Imperatorem* convenit, quando idem Pontifex eid. de supradictis Du-
catibus id est Tuscano & Spoletano suæ authoritatis præceptum confirmavit, eo scil. modo, ut an- A
nis singulis prædictus Censusad partem Ecclesiæ S. Petri persolvatur *salva super eosdem Ducatus no-
stra in omnibus Dominatione & illorum ad nostram partem subjectione.* Cæterum sicut diximus
omnia suprascripta nomina ita ad vestram partem per hoc nostræ confirmationis pactum cor-
roboravimus, ut in vestro permaneat jure principatu atque ditione, & neque à nobis neque à suc-
cessoribus nostris per quodlibet Argumentum sive Machinationem in quacunque parte vestra
potestas imminuatur, aut à vobis inde aliquid subtrahatur, de supradictis verò Provinciis, urbi-
bus, Civitatibus, oppidis, castris, viculis, territoriis & Patrimoniis, nec non & pensionibus ac cen-
sibus, ita ut nec nos facturi simus, neque à quibuslibet ea facere volentibus consentiamus, sed po- B
tius omnia, quæ superius leguntur id est, Provinciæ, Civitates, Urbes, Castella oppida, terra,
patrimonia atque insulæ Censusque & pensiones ad partem Ecclesiæ B. Petri Apost. atque Ponti-
ficum in sacratissima sede illius residentium nos in quantum possumus, defensores esse tenea-
mur, ad hoc ut eam illi ditionem ad utendum atque disponendum firmiter valeant obtinere,
salvâ in omnibus potestate nostra posterorum nostrorum, secundum quod in pacto & constitu-
tione ac promissionis firmitate *Eugenii* Pontificis successorumque illius continetur ut omnis cle-
rus & universi populi Romani Nobilitas propter diversas necessitates & Pontificum irrationabi-
les erga populum sibi subjectum asperitates retundendas sacramento se obliget, quatenus fu- C
tura Pontificum Electio, quantum uniua cujusque intellectus fuerit, Canonicè & justè fiat, & ut
ille, qui ad hoc sanctum Regimen eligetur nemine consentiente consecratus fiat Pontifex prius-
quam talem in præsentia missorum nostrorum seu universæ generalitatis faciat promissionem pro
omnium satisfactione ac futura conservatione, qualem Domnus & Venerandus spiritualis Pater
noster *Leo* spontè fecisse dignoscitur. Præterea alia minora huic operi inserendum prævidimus,
videlicet ut in Electione Pontificum neque liber neque servus ad hoc venire præsumat, ut illis
Romanis, quos ad hanc Electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admisit con-
suetudo, aliquod faciat impedimentum, quod siquis contra hanc nostram institutionem venire
præsumserit, exilio tradatur. Insuper etiam, ut nullus missorum nostrorum cujuscunque impedi- D
tionis argumentum componere audeat in præfatam Electionem prohibemus: nam & hoc omni
modo instituere placuit, ut qui semel sub spirituali defensione Domni Apostolici sive nostra
fuerint suscepti impetrata justè utantur defensione. Quod siquis in quemquam illorum, qui hoc
promeruerunt, violare præsumpserit, sciat se periculum vitæ suæ esse incursurum. Illud etiam
confirmamus, ut Domno Apostolico justam in omnibus servent obedientiam seu Ducibus & ju-
dicibus suis ad faciendam justitiam. Huic enim institutioni hoc necessario annectendum esse per-
speximus, & missi Domni Apostolici seu nostri semper sint constituti, qui annuatim nobis re-
nunciare valeant, qualiter singuli Duces & judices populo justitiam faciant. Hanc Imperialem E
Constitutionem quando observent, qui missi, decernimus, ut primum cunctos clamores, qui
per negligentiam Ducum vel judicum fuerint invecti, ad notitiam Domni Apostolici deferant
& ipse unum è duobus eligat, aut statim per eosdem missos fiant necessitatea emenditæ, aut mis-
so nostro nobis renunciante, per nostros nuncios à nobis directos emendentur, hoc ut ob omni-
bus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ & vestris firmum esse credatur, propriæ manus signaculo &
nobilium optimatum nostrorum subscriptionibus pactum confirmationis nostræ roboravimus
& sigilli Impressione assignari jussimus. Sign. *Henrici* gloriosissimi Rom. Imperatoris Augusti.,
Sig. *Erkinbaldi Maguntini* Archi-Epis., Signum *Hereberti Colon.* Archi-Epis., Sign. *Roberti Tre-
ver.* Archi-Epis., Sign. *Thiederici*, Epis. Meteus. Ego *Eberhardus* Bamberg. Eccl. Episcopus Ro- F
manæ sedis subditus subscripsi, Ego *Mazelinus* Würceburgensis Episc. subscripsi, Ego *Vualterius*
Constantiens. Episc. subscripsi, Ego *Jodalricus* Curiens. Episc. subscripsi., Ego *Adelbertus* Basi-
liensis Episc. subscripsi, Ego *Hemo* Vuerdunens. Episc. subscr., Ego *Vualter* Heicastedens. Episc.
subscrip., Sign. *Richardi Fuldensis* Abb. sign. *Arnoldi* Herfeldens. Abb., sign. *Bruardi* Abbatis,
sign. *Gothofredi Ducis*, sign. *Beringardi Ducis*, sign. *Thiederici Ducis*, sign. *Simonis Comitis*. sign.
Welphonis Comitis, sign. *Cunonis* Comitis, sign. *Cunradi* Comitis, sign. *Ottonis* Comitis. sign. *A-
dilbartis* Comitis, sign. *Bobonis* Comitis, sign. *Frederici* Comitis signum (a) *Bezelini* Comitis, sign.
EZONIS COMITIS PALATINI, sign. *Friderici* Camerarii, signum *Ezonis in Ferrore* (scil in- G
ferroris) sign (*) *Hemizonis*. Pincernatii, sign. *Huzil*, Alimuobereger, Adilman, Adilbero, Ego
Vuicelinus Strazburgens. Episc. recognovi. Ryodbot. Flavanens. Abb.
Vid. diploma hoc apud Baronium. in Annal. Eccles. ad An. 1014 & Goldast. constit. Imper. t. 2. p. 229.

XXIX.

Privilegium Henrici III. Imperat. super Clotteno aliisque bonis in tractu Mosellano datis ad Monast. Bravviller.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum H
Impe-

(a) *Bezelini* vel forsan Heailin, cujus mentionem fecit Chorographus Saxo ad 1014. ex edit. Leibnitzii h. m. Henricus II. Imp. cùm Romæ Coronaretur, in Octavo autem die (post coronationem) inter Romanos & nostrates nascitur commotio in ponte Tiberino & utrinque plures occubuêre, nocte eos ad extremum dirimente: hujus rei auctores erant Germani tres, *Hug* scil. *Hecil* & *Erilin*, qui postea capti & in custodia detenti, è quibus unus in his partibus evasit, secundus ad Abbatem Fuldensem deductus, tertius in *Vuasenstene* Castello diu servatus est, huc usque auctor.

(*) *Helizonis Helmonis.*

A Imperator Augustus. Si locis Deo dicatis, quibus beneficia non conferimus, saltem ab aliis fidelibus Christi tradita confirmaverimus, divinitus nos procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium nostrorum tam præsentium quàm futurorum magnitudo comperiat, qualiter quædam Domina venerabilis Richeza nomine Regina quondam Poloniæ prædium suum Clotteno dictum cum aliis locis supernotatis id est, Cochenheimb / Ebre / Brembe / Asche / Maßbrich / Werruß Canebach / Wilre / Pulego / Condedo / Werle & Ryle / Enchriche / Lützenrode / Dreise & Ottingin/ cum mansis & mancipiis, & cum omni integritate ipsius in villis, in areis, in mansionibus, in vineis, & arpennis, in sylvis & in agris, in pratis & aquis aquarumque decursibus, & in pascuis, viis & inviis, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, quæsitis & inquirendis & cum
B omnibus appenditiis suis, absque ulla sui diminutione pro remedio animæ suæ, suique fratris bonæ memoriæ *Ottonis Ducis*, aliorumque parentum suorum in monasterio Browilerensi sepultorum libere & integre Deo sanctoque Nicolao ad prædictum monasterium per manum (a) *Henrici Palatini Comitis filii Patrui sui*, sub cujus nunc *mundeburnio* manebat, contradidit, terminum etiam & bannum ejusdem prædii sicut ipsa prius habuit à fluvio *Andrida* usque ad fluvium *Elza* ita constituit, ut nullus ibi aliquam potestatem habeat nisi Abbas ejusdem loci & villicus ejus, quem constituet. Quas etiam arpennas, id est, vineas quibusdam servientibus suis beneficiaverit, id est, *Roberto Præposito* duas, *Weringero de Salefeld* duas, *Sigebodoni de Odendorf* duas,
C *Sigefrido Pincernæ* tres, *Epponi de Altendorf* duas, & Cameram juxta Dominicalem curtem *Adelberto* fratri Winboldi duas, *Embrichoni de Gildesdorf* duas, Aufrido Clerico suo XIIII. mansos cum mancipiis suis ad Lutzenrode, & unum, quod dicitur *Scovvein* in Clotteno, Ernestoni fratri suo duos mansos cum mancipiis in *Dreise*, Wolferum etiam tradidit illum cum sua possessione, ea videlicet conditione, ut quamdiu vivant, Ecclesiæ bona s. beneficis habeant, post mortem verò illorum nullus hæredum suorum quicquam de his sibi quasi jure hæreditario vindicet aut possideat, sed in jus & Dominium S. Nicolai & Abbatis ipsius ac fratrum sibi servientium redeant, ut quod Abbas utilius sibi & fratribus inde judicaverit, faciat ac disponat. Homines
D etiam, quos dedit S. Nicolao, ita tradidit, ut nullus extraneas nisi forte liberas vel ex parte S. Petri Coloniæ ducat uxores. Si autem alienas acceperit uxores, omnis hæreditas eorum, & universa quæ possident, ad S. Nicolai cedant monasterium & nullus hæredum suorum in his quicquam habeat. Si verò ex potestate S. Petri Coloniæ uxores duxerint filii eorum iterum accipiant uxores ex potestate S. Nicolai, quod si non fecerint, omnis hæreditas eorum & omnia quæ possident ad S. Nicolai & Abbatis redeant Dominium. Eadem verò Abbas Tegeno prædicti monasterii idem ei prædium promisit, cui in beneficium, postquam ipse illud in suum redegerat Dominium, cui statim curtem Caneda & familiam quinque libras ibi solventem, quod fuit *Ellonis* beneficium ad *Gevverre*, tradidit; & VI. arpennas Clotteno, quæ fuerant *Sicconis* Comitis beneficium & duas
E mansiunculas, quas *Wecelinus* habuit, & in quibus habitavit. Tradidit etiam castrum suum *Cochemo Henrico Palatino Comiti filio Patrui sui* eâ scil. conditione, ut quamdiu viveret, super ipsum *Clotteno* defensor & Advocatus existeret, post obitum verò suum, si ipse hæredibus careret, proximus hæres Richezæ Reginæ advocatiam super eadem bona haberet, si verò & ipsi hæredes defuerint, *Coloniensis Archi-Episcopus* eandem advocatiam tribuat, cuicunque Abbas & fratres petierint; Sicconi verò Comiti, qui eandem advocatiam à Palatino Comite prædictâ Regina Richeza petente, suscepit tale servitium tribus tantùm temporibus anni sibi succedentibus advocatia constituit scilicet, ut ad unum quod placitum detur advocato modius unus tritici,
F & 'nous siliginis & solidi quinque levis monetæ, pro carne autem porce vel ovis quinque que solidi levis monetæ valentes & tantum vini detur, quantum ad istud servitium conveniat modii quinque avenæ, id est, ad duo placita modii decem avenæ. In natali verò Joh. Bapt., in prato, quod vocatur *Humut*, pabulum ei detur in graminis addito uno modio avenæ. At si villicus vel de ædificiis, vel de agricultura placitum ibidem habuerit, nullam inde partem vel justitiam quærat advocatus, similiter & de piscatio, quod vocatur *Budneck*. Hanc autem traditionem cum moneta & mercatu per manum *Henrici Comitis Palatini*, sub cujus tunc mundiburnio manebat, in præsentia nostra & Domini *Hermanni* sanctæ Ecclesiæ Coloniensis venerabilis & pii Archi-
G Episcopi multorumque Principum regni fecit. Quum Abbas Tegeno ejusdem Monasterii & *Sicco* præfatus Comes & advocatus ibidem susceperunt nostram Imperialem flagitantes Clementiam ut eadem bona Deo sanctoque Nicolao confirmaremus; & omnibus & bonis Abbatis & Patrum & familiæ de *Clotteno* & *Mesenich* per alveum Rheni sive insulæ, quotiescunque necessitas poposcerit, liberum ascensum & descensum sine aliquâ exactione thelonii traderemus, quorum petitioni annuentes chartam hanc inde conscribi, manuque propria, ut subtus videtur, corroborantes sigilli nostri impressione jussimus communiri. Quam si quis infringere tentaverit, ad primum iram Dei sanctique Petri simulque omnium sanctorum incurrat. Signum Domini Henrici tertii Regis invictissimi secundi Romanorum Imperatoris Augusti, Wintherieus Cancellarius vice
H Bardonis Archicancellarii recognovit. Dat. X. Kal. Augusti Indict. IV. Anno Domin. Incarnationis, MLI. Anno autem Henrici tertii Regis, secundi Imperatoris Ord. ejus XXIV. regni vero ejus XIII., Imperii V. Actum, *Comphyngen* feliciter Amen. Hujus rei testes sunt *Hermannus*, Archi-Episc. Coloniens. *Henricus Comes Palatinus*, *Sicco* Comes, *Starchri* Comes, *Gerardus*, *Beringerus*, *Gozwinus*, Rutgerus, Embrico, Eppo, Winboldus, Auffridus, &c.

XXX.

(a) *Henrici Palatini Comitis filii Patrui sui.* Erat hic Erenfridi Rheni Palatini ex fratre Hezelino s. Hezilone, id est, Henrico nepos, Dominus de Lacu, fundator monasterii ad Lacum.

XXX.

A

Privilegium Henrici III. Imperat. de prædio in Bruvviller & Sylva & aliis bonis propè Coloniam donatis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus: Notum esse volumus cunctis tam præsentibus, quàm futuris, qualiter *Erenfridus* beatæ memoriæ *Comes Palatinus*, una cum conjuge sua Domina *Mathilde* Abbatiam in loco, qui vocatur *Bruvvilre* construxerunt, quam secundum locum quod à Domino sibi erat inspiratum, compositam & ordinatam posuerunt, sub mundiburnio S. Petri Coloniæ scilicet ut Ab- B bas loci illius annis singulis trium Coloniensium monetæ denariorum pondus auri, qui linguâ vulgari mancus appellant, unum ad altare S. Petri persolvat pro censu, sicque monasterium illud in perpetuum cum universis appenditiis suis adeætera liberum sub tutela B. Petri Principis Apostolorum ab omni posteritate permaneret intactum; postea defunctis supradictis principibus filii eorum *Hermannus* scil. Charissimus noster sanctæ Coloniensis Ecclesiæ venerabilis, ac pius Archi-Episcopus, nec non sorores ejus Domina *Richeza* Poloniæ quondam Regina, ac Theophania Asnydensis Monasterii Abbatissa; Hi inquam Parentum suorum successores, edocti à legis peritis, irritari posse traditionem illam supradictam, monasterium cum omnibus eo pertinentibus in hæ- C reditarium sibi jus legibus postularunt, quibus loco & tempore concessis, Dominus *Hermannus* Archi-Episcopus cum advocato suo *Rutgero* nec non Domina *Richeza* cum advocato suo *Gerardo* in *Paderbrunnen*, Domina quoque Theophania in *Goselare* in meam venerunt præsentiam, legem de prædicto postulantes monasterio. Quibus in mea præsentia placito indicto, legibus discussis filii parentum suorum hæreditatem Principum obtinuere judicio. Sed mox amore & timore Dei commoti pro se suorumque parentum æterna memoria, eandem hæreditatem, præfatum scil. monasterium, cum omnibus aliis locis subternotatis & universis ad hoc pertinentibus, id est: *Lövenick, Vremyrsdorff, Künichsdorff, Dansvvilre, Glesene, Kirdorff, Sindere, Manstede* l. *Mannede, Rhindorff, Slenderhagen* cum omnibus appenditiis suis, hoc est, utriusque mancipiis D locis, ædificiis, terris cultis & in cultis viis & inviis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus, reditibus, quæsitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, Dominus Hermannus Archi-Episcopus & Domina Richeza in Puderbrunnon, Domina verò Theophania *paulo post* in Goslare rata ac perpetua traditione St. Petro Coloniæ in perpetuam proprietatem absque omni exceptione cum advocatis suis in manus *Christians* advocati sui, tam liberum ab omni servitute donando tradiderunt, quam propter Abbatem & fratres ejusdem loco nulli hominum in aliquo jure teneatur obnoxium. Terminum etiam ac bannum ejusdem prædii prædicto monasterio, sicut eorum pro- E genitores habuisse noscuntur, designantes à via, quæ dicitur Jacobsweg/ usque ad viam *Hespath*: rursumque à via Hespath ad viam Regiam, & à via Regia per cursum rivuli, qui dicitur *Vischbach*, usque trans fluvium, qui dicitur *Arnefe*, ita constituerunt, ut nullus ibidem aliquid juris vel potestatem habeat præter Abbatem ipsius loci, & villicum quemcunque statuerit. In eodem quoque prædio quatuor sylvas, quarum nomina sunt Widesshowe/ Hanepust / Asp / & B eidem monasterio cum omni sua integritate contulerunt, quarum duas, id est, Wiedehowe & Hanepuse illi solummodo familiæ Ecclesiæ, quæ censum solvit ad sublevamen concesserunt; ita tamen ut nullus extraneus aliquid juris in eis habeat; Porrò duas reliquas, id est, *Assi* & *Brom* F liberè & integrè ad cameram Abbatis constituerunt: cui etiam Abbati singulariter duas paludes, unam inter *Syntere* & *Glessene*, alteram circa fluvium *Arnese*, à sylva quercea usque ad pontem *Terre*, (*) tali jure tradiderunt, ut nemo in his præter Abbatem aliquam potestatem usurpare præsumat, neque aliquis ibi excepto Abbate & fratribus piscari audeat: prata quoque, quæ ipse Ezzo Comes Palatinus tunc habuit, vel Abbas vel fratres ejusdem loci acquirere potuerint, in illis terminis, qui vulgò dicuntur Coppelenwede / quorum terminorum duos Sancto Petro dedit, unum in *Thoneburgh*, alterum circa ripam Arnefe, tali eos pace habere decreverunt, ut nulli penitus quicquam juris inde facere compellantur. Sylva etiam, quæ præ magnitudine die Velle nuncupatur. Dominus Ezzo memoratus Comes Palatinus & frater ejus Co- G mes Ezelinus, dum communi utilitate possiderent eandem utilitatem partientes, ob remedium suarum animarum duobus cænobiis tradiderunt. Comes Palatinus suam quidem partem Sancto Nicolao in *Bravviler*, frater verò ejus suam Sancto Cornelio cum prædio *Berchem*, hanc utrobique legem statuentes, ut nullus in prædicta Sylva aliquid potestatis aut juris habeat præter supradictorum cænobiorum Patres & mansionarios illos, qui in bonis Ecclesiæ destructa resarcire & communire debebunt, vel quibus ipsi Abbates per misericordiam concesserint; nullus autem extraneorum in ea aliquid quasi per justitiam usurpandi licentiam habeat, præter illos tantùm, H quos prædicti Abbates in illam persolvendo sibi frumento consignaverint, qui vulgò dicuntur Wertlude/ eâ tamen conditione ut si ipsi homines aliquid contrarii admiserint, liceat ipsis Abbatibus eos inde expellere, & alios, quos voluerint, pro eis admittere; si quis autem absque eorum concessione aliquid in illa sylva præsumserit & forestarius Abbatis in *Bruvvilre* hoc deprehendens aliquid pro pignore detinuerit, utrique Abbates ex æquo partiuntur eâdem vicissitudine custoditâ, ex parte Abbatis S. Cornelii, si forestarius ipsius idem deprehenderit, simili modo partiendo

* Hodie Terre juxta Berchum.

tiendo, nec suis Advocatis inde aliquid dare, aut respondere tenebuntur. Venerabilis itaque Archi-
A Episc. Dominus *Hermannus* suæque sorores prænominatæ tam piam ac sanctam imitati devotio-
nem & factam ab eo traditionem approbantes, dictam sylvam cum suis utilitatibus præfato cœ-
nobio adjecerunt ea ratione, quod tam caminatæ Abbatis, quàm fratrum officinis, id est, coqui-
næ, pistrino, infirmorum domibus, vel ubicunque justa ordinatione fratrum necessitas postulave-
rit, usus necessarius in perpetuum inde perveniret. His itaque per omnia, perinde & distinctò per-
secutis & traditione legitima atque competente peracta, rituque legali Coloniensis Ecclesiæ pro-
prietate confirmatâ, ipsi qui tradiderant, nostram adivere clementiam, rogantes, ut eam loco præ-
dicto libertatis gratiam statueremus, quatenus ab omnium præsentium ac futurorum tam Ponti-
B ficum quàm Regum seu Imperatorum liber dominatum lætius tam pro nostra, quàm pro ipsorum
salute vacaret. Quod si etiam Abbas loci ad Dominum migraverit, id est, infra locum frater idoneus
electum à Monachis Archi-Episcopus Abbatem constituat; Si verò secum non invenerint, in alios
Archi-Episcopi monachos Patrem eligat monasterii, qui ab Archi-Episcopo ipsum ordinante
præficiatur. Archi-Episcopus quoque Abbatis consilio advocatum constituat, dummodo Abbas
idoneum velit, sub quo nequaquam alius fiat, quem secundum vocant advocatum, hanc eorum
petitionem justam ac piam agnoscentes, annuente simulque regnante Domino *Hermanno*, tunc
temporis in urbe sancta, pio ac venerabili Archi-Episcopo, qui & ipse traditionem fecerat, Advo-
C cato quoque Domus S. Petri Christiano præsente atque assentiente voluntati eorum præbuimus
assensum, loco illi scilicet Bruwillare prænominatam Abbatiæ libertatem statuentes, atque ut
rata & inconvulsa maneat in perpetuum, Chartam hanc libertatis ei conscribi, manuque propria,
ut subtus videtur, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri, quam si quis infrin-
gere tentaverit, ad primum iram Dei Sanctique Petri simulque omnium Sanctorum incurrat, sciat-
que se compositurum auri purissimi libras centum, nostræ Cameræ medietatem, Archi-Episco-
po alteram medietatem persolvat.

Signum uti supra.

D

XXXI.

Privilegium Henrici III. Imper. de prædio in Bruvvilre.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum
Imperator Augustus. Notum esse volumus præsentibus & futuris, quod charissimus noster
Hermannus Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ venerabilis ac pius Archi-Episcopus, nec non soror e-
jusdem Domina *Richeza Regina* quondam Poloniæ ad nostram accedentes præsentiam, Abba-
tiam in loco qui *Bruvvillare* dicitur à suis parentibus Domino *Erenfrido* scil. *Comite Palatino* &
E sua conjuge Domina *Mathilde* primum fundatam, dehinc post decessum eorum ad ipsos jure hæ-
reditario devolutam, ipsum etiam prædium *Bruvvilre* cum omnibus appenditiis suis, sicut ab
ipsis devotè Deo sanctoque Nicolao traditum ac pia dispensatione primum fuerat constitutum,
sibi in jus hæreditarium legibus postularunt. Quibus in mea præsentia placito indicto legibus di-
scussis filii Parentum hæreditatem justitiâ dictante præsentiam Principum obtinuerunt. Qui amo-
re & timore Dei commoti, pro se suorumq; parentum, fratrum & sororum in gremio ejusdem Ec-
clesiæ sepultorum, æternâ memoriâ dictum prædium Bruvvilre cum omnibus appenditiis suis &
cum omni integritate scil. in agris, pratis, aquis, pascuis, sylvis Deo ac piissimo Nicolao & fratri-
F bus ibidem Deo servientibus perpetuò possidendum, secundum definitionem ac liberam paren-
tum suorum traditionem pari devotione contulerunt. Terminum etiam & bannum ipsius præ-
dii, prædicto monasterio, sicut eorum progenitores habuisse noscuntur, designantes *à via*, quæ di-
citur *Zaiepsvveg*, usque ad *viam Hespach*, rursumque à via Smepach usque ad viam Regiam, & à
via Regia per cursum rivuli, qui dicitur *Vichsbach* usque trans fluvium, qui dicitur *Arnefe*, ita con-
stituerunt, ut nullus ibidem aliquid juris & potestatis habeat præter Abbatem ipsius loci, & vil-
licum ejus, quemcunque statuerit: pro abundanti quoque cautela B. Petro sanctæ Coloniensis Ec-
clesiæ advocato summo Patrono idem monasterium dictumque prædium in proprietatem, abs-
G que omni exceptione, in manus *Christiani Coloniensis Advocati* rata ac perpetua donatione tradi-
derunt, quatenus idem locus ab omnium præsentium & futurorum, tam Pontificum quàm Re-
gum seu Imperatorum liber Dominatum lætius tam pro nostra quàm pro illorum salute vacaret. Ve-
rùm quod plerumque accidit, servos Dei aut perfidorum violentiis opprimi injuriis, seu damnis
fatigati, cauto deliberationis moderamine constituerunt, ut Coloniensis Archi-Episcopus de
consilio & voluntate Abbatum dictæ Ecclesiæ advocatum præficiat, dummodo Abbas velit ido-
neum, post quem qui secundus dicitur Advocatus nullo modo subrogetur; de servitio etiam, quod
exhibendum erit hujusmodi Advocato sic ordinaverunt, scilicet, ut tribus anni temporibus,
quibus legitima placita observanda erunt, cum viginti equis Advocatus in locum veniat. & pri-
H mâ nocte quâ venerit, sequentique die servitium ei Abbas tribuat, ut tantùm sufficiat, dehinc ma-
nè scilicet tertia die prandium solummodo recipiat & recedat. Ipse quoque Advocatus caveat,
ne super statutum sibi servitium superfluum aliquid exigat vel requirat. Si verò plures secum ad-
duxerit, in Abbatum erit arbitrio, ipsis aliquid aut nihil dare; familia quoque ejusdem Ecclesiæ
observet placitum ejusdem Advocati *tribus anni temporibus* & non amplius. Quoties verò Ab-
bas vel suus Villicus apud Bruwilre vel quolibet in loco, infra terminos Abbatiæ placitum habere
volue-

voluerit, quod vulgariter Beding dicitur, id suæ sit potestatis nihilque in tali placito Advocatus
requirat aut vendicare præsumat: Hujus igitur constitutionis Paginam, quæ ad instantiam supra A
memorati Coloniensis Archi-Episcopi & suæ sororis Dominæ Richezæ Reginæ, in Nostra Pri-
morumque Regni præsentia justè & rationabiliter ordinata est, ut rata & inconvulsa in perpe-
tuum permaneat, manu propria, ut subtus videtur, corroborantes nostri sigilli impressione jussi-
mus insigniri. Quam si quis infringere tentaverit, Dei omnipotentis sanctique Petri & omnium
sanctorum incurrat iram, & ut violator nostræ constitutionis perdat Advocatiam illam, sciatque
se compositurum auri purissimi libras centum nostræ Cameræ medietatem, Archi-Episcopo alte-
ram medietatem, &c.

Signum uti supra. L.S. B

XXXII.

Testamentum Richezæ Reginæ Poloniæ, filiæ Erenfridi Comitis Palat. Rheni.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Sicut Religiosa & pia semper Parentum sollicitudo
quodam affectu dilectis filiis non solùm in temporalibus ad præsens, sed etiam de mansuris pro-
videre debet in futurum; Sic devota filiorum successio rationabilis parentum Deoque placita in-
stituta non tantùm debet inconvulsa custodire, verum ad instar servorum fidelium sibi creditum C
à Domino talentum geminando per opera misericordiæ & semper ad meliora proficiendo æternæ
retributionis præmium fiducialiter exspectare, inde est, quod Ego Richeza Poloniæ quondam
Regina, post decessum Patris mei Domini *Erenfridi* Illustrissimi *Comitis Palatini* & matris meæ
Deo Devotissimæ *Mathildis* Brauwillerensi Cænobio ab ipsis primùm fundato paternæ donatio-
nis intuitu debitam cupiens exhibere reverentiam; possessiones ad Ipsum prædium Brauwiller
pertinentes, cum villis, agris, mansis, mancipiis, sylvis, pratis, pascuis, molis, molendinis, aquis aqua-
rumq; decursibus, quæsitis & acquirendis in ipso termino constitutis; *Clotteno* etiam super Mosel-
lam cum suis appendiciis *Mesenich & Rile*, cum omni integritate (sicut pater meus ea jure proprie- D
tatis legitime & pacifice possederat, & jam dudum vivus & incolumis pro remedio animæ suæ &
matris meæ defunctæ præfato monasterio cum filiorum consensu liberè tradiderat; quemadmo-
dum in Privilegio Domini Piligrini venerabilis Coloniensis Archi-Episcopi continetur) hæc, in-
quam, Deo sanctoque Nicolao consignata secundum Patris mei constitutionem non solum rata &
inconvulsa custodire curavi, verùm etiam de meo Patrimonio adhuc mihi superstite Christum
faciens hæredem, ob sempiternam Parentum & fratrum meorum in gremio ejusdem Ecclesiæ
sepultorum meique memoriam, D. Nicolao Præfati Cænobii Patrono *arpennas 22. in Clotteno*
perpetua traditione adjeci, mihique in eodem loco post decessum meum, locum requietionis & E
sepulturæ destinando prævidi. Si quis autem hanc meæ constitutionis paginam infringere vel au-
su temerario violare præsumserit, iram Dei omnipotentis, & B. Petri Principis Apostolorum, S.
Nicolai & omnium sanctorum incurrat, & nisi maturè resipiscat, authoritate Patris & filii &
Spiritus Sancti perpetuo anathemati subjaceat. Verùm ne quis huic liberæ meæ traditioni in sua
simplici veritate derogare possit, in futurum contra perfidorum machinationes præsens scriptum
sigilli mei impressione munire & roborare curavimus, testibus idoneis qui hoc viderunt & audie-
runt, subter notatis, *Henricus Comes Palatinus*, *Ruotgerus* Advocatus, *Gerhardus* Comes *Gortru-
nus*, *Starckero*, *Sicco* Comes, *Ruotpertus* Capellanus, *Embrico*, *Eppo*, *Winboldus*, *Ansfridus*, Hen- F
no. Data 7. id. Septemb. Anno ab Incarnatione Domini Millesimo LI. Indict. 4. Regnante Hen-
rico tertio Romanorum Imperatore, &c. v. Gelenium in vindiciis B. Richezæ Reg.

XXXIII.

Diploma S. Annonis Archi-Episcopi Coloniensis.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Anno secundus divina præstante Misericordia Co-
loniensis Ecclesiæ Archi-Episcopus. Considerans ego, quod fecit mihi Dominus Magna, qui po- G
tens est, anxius factus sum pro eo, quod vix invenirem, quod retribuerem Domino pro omnibus,
quæ retribuit mihi. His curis æstuanti mihi, Divina pietas viam aperuit, qua pergens eo, quo
desideraveram attingere posse speraveram, scil. aut ampliando Ecclesiam dono Dei mihi commis-
sam, his, qui me præcesserunt, viris, toto pene orbe terrarum tum sanctitate, tum patrimonio,
tum generis claritate conspicuis (ut pace illorum dicam) me studiosius operantem parem illis fa-
ctum esse dicere non formidem. Inde occasione data Dominam *Richezam Reginam* super quibus-
dam prædiis *Salefeldt* videlic. & *Koburg* quatenus de his precariam consentiens ea S. Petro Colo-
niæ traderet, convenimus. Quod cum in aditu primo parum ad votum responderet, voluntas Dei H
fuit, ut non longo post tempore, quod quærebamus prosperum ac felicem haberet exitum. Unde
notum esse volumus cunctis tam futuris quàm præsentibus Domini Dei & S. Petri fidelibus, qua-
liter *Starckhare* quidam vir ingenuus & *Comes*, *Miles ipsius Reginæ*, præcepto atque petitione Do-
minæ suæ, *Saleveldе Castellum* cum omnibus & universis ad hoc pertinentibus terris & sylvis, fo-
restis atque piscationibus, pratis, pascuis & familiis & quicquid ipsa proprietate habere visa est,
exceptis servientibus, S. Petro Coloniæ ad usum Archi-Episcopi *Christiano Advocato* tradidit jure
perpetuo possidendum: eo videlicet tenore, ut ipsius prædii usum fructum Domina *Richeza*

osque in fineio vitæ suæ teneet; eâ quoque ratione ac firmissimo interdicto, ne unquam aliquis
A Archi-Episcoporum per concambium vel cuiquam in beneficium dando, *Saleveldt* vel ad hoc per-
tinentia è Dominatu suo faciat alienum, nisi forte quantum nos eum ejusdem Reginæ consilio
pro anima nostra nec non ipsius suorumque Parentum per monasteria Coloniæ distribuendum
ex ipso statuerimus sed & decimam vestimentorum sive ejusdem generis pannorum nec non &
Lodicum Mellis & Ceræ in usum *Monachorum in Brunvvilre* Regina disposuit. Nos quoque pro
devotione Christianissimæ Reginæ, non multa quidem à nobis quærenti, quantum tamen ipsa
proposuerat in precariam ejus concessimus, has videlicet villas Dominicatus nostri ei tradentes us-
que in finem vitæ suæ cum omni utilitate possidendas, *Gedtebach*, *Brikenheim*, *Wittolo*, *Moffen-*
B *dorff*, *Muotersheim*, *Blasiheim*, *Znovero:* insuper annis singulis *Centum Marcas argenti* de Ca-
mera nostra. Quæ omnia eo tenore facta sunt, ut siquis vel Rex vel Episcopus sive ipse ego, vel
aliquis successorum meorum, de his omnibus ei aliquid minuere vel aliquo modo mutare, nisi
ipsa petente tentaverit; Odium Dei & S. Petri incurrat, ipsaque sit potens *Saleveldt* & omnia ei
per continentia recipere eisque ut propriis uti. Tradidit quoque Domina Regina imo supradi-
ctus Comes *Starckhare*, servientes, quos supra excepimus omnes utriusque generis ad hæc præ-
dia pertinentes, præcepto ac petitione Dominæ suæ ad altare S. Petri sub censu duorum denariorum
annis singulis, quatenus ipsi & omnis posteritas eorum, sub eâ lege permaneant, quem omnes si-
C milem censum ad altare solvant. Illud quoque firma ratione constituens ut liberis . . . venato-
ribus sive cujuscunque generis hominibus ad hanc donationem pertinentibus, quæ suis tempo-
ribus jura & optimas consuetudines habuisse probare poterint. . . . Anno ab incarnatione Do-
mini nostri Jesu Christi (a) MLVII. indictione X. VII. Kal. Julii facta est hæc traditio in *Sale-*
velden secundum legem & ritum gentis illius; cujus rei testes sunt hi astantes quidem & videntes
traditionem: *Otto Comes*, *Ottlogh*, Wetego/ Romizo/ Herman ejusque filius Herman/ & iterum
Herman/ Rugehart/ Gerwardt/ Adelger & iterum Adelger/ Gunther/ Ratheor/ Manno/ Ruo-
dolf/ Herman/ Adolhart/ Gerart/ Ufiro/ Helmbolt/ Ruozelin/ Adelich/ Marlog/ Unicho/ Be-
D cho/ Babo/ Gadelher/ Starckhare. Quando Domina Regina stans in Domo S. Petri traditionem
hanc recognovit & *Strackhare Comes* ita ut in Salveldt tradidit, S. Petrum ita vestivit. Testis est
Coloniensis clerus & populus, tum hi, qui subter notavimus: Bertholt/ Sicco/ Ruotger/
Adolff/ Christian/ Ingram/ Bering/ Adelger/ Burghart/ Thirmar/ Herman/ Arnold/ Gothfrid/
Berrinig/ Sigebod/ Waltaw/ Ruy/ Gozwin/ Wecho/ Cuno/ Wigman/ Herman/ Herwardt/
Bertholdt.

XXXIV.

Diploma B. Richezæ Reginæ Poloniæ, Comitissæ Palatinæ Rheni de A. 1054.

E IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum esse volo tam præsentibus quàm futuris,
quod ego *Richeza Regina*, postquam frater meus B. Memoriæ *Otto Dux medietatem Brovvil-*
lerensis prædii, quæ annuente fratre nostro *Hermanno* Archi-Episcopo jam in usus nostros transie-
rat, pro anima sua, & pro parentum suorum ibidem pausantium æternæ memoriæ Deo sancto-
que Nicolao reconsignavit pro illo paulo pòst defuncto aliqua etiam de meo chartulæ huic indi-
ta, monasterio illi statui addere, velle habens bonum adhuc ampliora, si vitæ comes fuerit, con-
ferre; quod illic locum sepulturæ meæ juxta matrem meam elegi, Deo volente *Anffridum* vide-
licet clericum meum, cum 14. mansis ad *Lutzenrode*, & mancipiis suis & cum quatuor cariadis
F *Schetzvvins à Clottene*. Et insuper fratrem ejus *Arnold*, cum beneficio, quod habet *Dretse* id est,
22. Manios, cum mansia & mancipiis suis. *Ruotpertum Capellanum* meum, & *Embrichonem* mini-
strum meum, cum beneficiis suis, quæ post mortem eorum deputavi Ecclesiæ. Amborum verò
assidua petitione devicta voluntati eorum assensum præbui, ab hac eos donatione absolvi & pro
eorum commutatione alios subternotatos cum beneficiis suis ibidem consignavi. *Wolphardum*
scil. & cum suo & eo quod dedit *Adelgerus* filiæ suæ, uxori ejus plus 11. mensis; *Hazzonem* fratrem
ejus cum dimidio, *Unuconem ad Geldestorff* cum II. mansis & terra de *Selanden*, & molendino,
Wendeckam ad Aldendorf cum manso, *Wipertum* cum dimidia, *Ezzelinum de Wemersdorff* cum
G III, *Ezzelinum ad Mechletenheim* cum dimidia, *Ruotpertum & Azevvin* ad IIII. denariatas ceræ,
Stilonem clericum cum III. parte Ecclesiæ, *Ruboldus Rode*, *Vulfere* cum possessione sua; ea autem
ratione dedi eos, ut ipsi & omnis successio eorum, solvant singulis annis duas denariatas ceræ ad
Ecclesiam ipsam. Beneficia verò quæ habent, ut post mortem eorum non ad filios aut filias sed in
census redacta, statim in usus Deo illic servientium transeant, hoc modo ut per singulos annos in
anniversariis nostris de fratrum plena refectione nostra augmentetur memoria, & ut per circulum
anni saltem solennibus diebus ex ipso eorum exhibeatur cœna. Qui ergo de his aliquid commuta-
verit vel in usus alios, quam statui, transtulerit, ex eleemosyna mea peccatum grande se contraxis-
se noverit, quæ causa cum ad defensores Ecclesiæ pervenerit forte Deo volente irritaverit, &
H ipse perpetuæ maledictioni subjacebit. Subnecto quoque, quoniam jam dictus minister meus
Embricho post aliquot annos pœnitentia ductus possessionis suæ, quæ *Geldesdorff* dicitur, quam
ipse & uxor ejus *Doveranna*, me donante propriam habebant, post mortem eorum St. Nicolaum
hæredem

(a) In descriptione diplomatis hujus error irrepsit. pro anno enim 1057., legendus est annus præcedens 1056, illo enim anno indictio decima fuit. vid. apud Geleaium in Vindiciis B. Richezæ & Papenbroch in Actis Sanctor. tom. 9 Maij

hæredem instituerunt & à *Tegone* Abbate aliam ad *Budelichhove* , utramque jure precario haben- A
dam, quamdiu vixerint susceperunt, & mansum unum *ad Gelpenhove* solventem quinque solidos
& duos *castratos gallos* & modium tritici, in anniversariis suis singulis annis ad refectionem fra-
trum addiderunt ; possessiunculam etiam *Ottinge* dictam, quæ data est pro anima *Henrici Comi-
tis filii fratris mei Ludolfi* subjungo, monens, ut ex ea fiat memoria Charitatis & Eleemosynæ in
ejus anniversario, mansum quoque unum & 10. jugera ad *Mistelberge*, quæ *Ruotgerus Advo-
catus* minister Patris mei, pro anima sua dedit, & XV. jugera cum mansiuneulis XXIIII. dena-
riorum ad *Haperscozze*, quæ uxor ejus *Wazela* addidit, partemque terræ ad Bachtrendorff quem
Chuno de Dwtstitche Communem S. Nicolao & S. Hereberto obtulit, pro anima sua, ejus medie-
tatem *Eppo de Aldendorff* ab Abbate Ellone præstare impetravit sibi quamdiu viveret haben- B
dam. Nulli autem hæredum suorum, post mortem suam relinquendam, litterulis bis adjicio ut eo-
rum omni tempore non negligatur commemoratio sui. Quæ ne posteros lateant hanc chartul. m
sigillo nostro insignitam fieri jussi, & testibus subscriptis corroboratam fore censui *Henrico Co-
mite Palatino*, *Ruotgero* Advocato, *Gerardo* Comite, *Guosvvino*, *Storckero*, *Siccone Comite*, *Ruot-
perto* Capellano, *Emricone*, *Eppone*, &c. Datum VII. idus Septemb. Anno ab Incarnatione Domi-
ni MLIV. Indict. VII. regnante Henrico III. Romanorum Imperatore Augusto.

Vid. apud Æ. Gelenium in Vindiciis. B. Richezæ Reginæ Polon.

C

XXXV.

Pars Diplomatis S. Annonis Archi-Episcopi Coloniensis. de A. 1065.

HUic itaque Ecclesiæ in Dei nomine ædificatæ, contulimus de bonis Ecclesiæ Blisena, Wis-
sa, Unckela, Heimbach, Elincke, *Ulamersheim*, quod ipsius antecessoris mei (Hermanni)
prædium fuerat, & eidem Ecclesiæ ab eodem destinatum erat, & in pago Aquensi, quod de præ-
diis *Irmentrudis* acquisierat. *Valckenberg*, *Müntzen*, *Gymnich*, *Eperen*, *Wilre* cum omnibus appen-
ditiis suis, & quod per precarium à Domina *Richeza* Regina & cohæredibus ejus acquisivi *Meke-
denheim*, *Dieunmderode*, *Assela*, *Clotene*, & Ecclesiam Matricem in *Tremonia*, cum Deconia ei- D
dem Brucke, quod Sigehardus Cancellarius mihi dederat, & decimationem in Saxonia, quam ad
vestitum fratrum destinavimus. Ne quem verò moveat, quod injuriosè Clotene Monachis in
Brwiller abstulimus, volumus cunctis innotescere, quod pactum ipsa nobiscum fuerit & nos
postea cum Monachis fecerimus, ipsa quidem vivens monachis dederat *Kanada*, quod solvit
quinque libras, in qua re voluntas ejus plurimum valet. Mihi verò reliquum dedit, ut in quo-
cunque Monasterio sepeliretur, ejus Monasterii præfatum prædium esset. Sed cum ab *Abbate*
istius loci & *Palatino Comite* sæpius inquietaremur, pro nummo abrenunciationis Monachis de-
dimus VIII. arpennas vinearum in *Clotteno*, & quatuor in *Sigevvell* & Calicem aureum & gem- E
matum, qui *Lutzoni* Decano XXX. marcis oppignoratum fuerat. Prædium verò Clotteno Cano-
nicis S. Mariæ, ut ipsa petierat, tradidimus. Præter hæc ejusdem Ecclesiæ Præposito cum banno
dedimus Decaniam in *Zulpiaco*. Prænominata itaque omnia & cætera, quæcunque eidem Eccle-
siæ contulimus mobilia, sive immobilia statuimus secundum Apostolicam authoritatem, ut nul-
lus auferat, quem auferentem Apostolica sententia terribiliter damnat. Siquis ergo hujus no-
stræ traditionis & Apostolica authoritate confirmatæ corruptor violentus extiterit, vel frau-
dulenta Machinatione infringere voluerit abominationem Dei & Sanctorum omnium incurrat
& Gehennam æternaliter ibi mansurus ingrediatur, nisi velociter resipiscat. Anno Dominicæ in- F
carnationis MLXV. Indict. III. Anno Episcopatus D. Annonis VIIII. Actum Coloniæ IIII. Ca-
lendas Augusti.

Vid. apud Gelenium in Vindiciis B. Richezæ Reginæ Polon.

XXXVI.

Diploma B. Richezæ Reginæ Poloniæ Palatinæ Rheni ex Archivo Collegii S. Ursulæ Coloniensis.

G

IN memoriam & laudem Sanctæ & individuæ Trinitatis omniumque Sanctorum Dei. Quam-
plures Dei fidelium Ecclesias dedicari, se suisque rebus à Deo sibi collatis & præstitis effece-
runt, hoc autem vel ob amorem futurorum honorum seu metum infernalium tormentorum,
quibus condignè remunerandi, prout gesserunt, sive bonum sive malum, cum venerit, qui ven-
turus est judicare actus cujuscunque nostrûm ; Quod ego *Richeza* sæpius animo volvens & mu-
tua confabulatione, cum amicis meis differeos. insuper animata à Domino Archi-Episcopo *Pile-
grimo* cum essem ingenua, deliberavi esse ancilla, & sub tributo. Quia verò post pusillum facillimè
quocunque casu, obliviscimur, quod hodie factum fuerat, MSto petii fieri memoriale, quatenus
sic sit manifestum tam futuris quàm præsentibus Christi fidelibus, quomodo vel quo facto se in H
sub tributo. Ego enim Richeza alicujus cupida, cujus essem patrocinio, ab insurgentibus in me
feceram Archi-Episcopum *Pilegrimum Advocatum* feci omnibus, nullo excepto exclusove; *do-
nans me in urbe Colonia*, *ad Sanctas Virgines* suo consilio, eâ videlicet confessione, quatenus sin-
gulis annis persolverem *duas denarsatas ceræ*, & ut mei posteri sint ejusdem conditionis, post
obitum verò, id etiam statui, ut detur ad altare supradictarum Virginum *mea pretiosa vestis*, seu

meorum

meorum successorum, videlicet quæ fuerit elaborata nendo vel texendo, nec deinceps ulli famuli
A conditione subditi, sed nostri sumus liberi arbitrii: Ad hanc meam traditionem testes idonei
præsentes fuerunt, quorum subscripta tenentur nomina: Archi-Episcopus *Pilegrimus*, Comes (a)
Kathelo, frater ejus *Tdololphus* Præpositus. Qui verò huic Chartæ contradixerit, meam traditionem
infringere præsumserit Omnipotentis Dei Sanctarumque Virginum & omnium Sanctorum Dei
incurret maledictionem, nisi pœnitentiam egerit, Amen.

Vid. apud Æg. Gelenium in Vindiciis B. Richezæ Reginæ Polon. c. 9.

XXXVII.

B *Henrici Comitis Palatini Rheni Domini de Lacu litera fundationis Monasterii ad Lacum de A.* 1093.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Ego Henricus Comes Palatinus Reni & Dominus
de Lacu, ad muniendam quietem humilium Spiritu notum facio cunctis Christi nostrique fidelibus tam futuris, quàm præsentibus. Quod *cum absque liberis essem*, annuente & cooperante
uxore mea (a) *Adleide* pro remedio animæ meæ & æternæ vitæ consecutione in Patrimonio meo
scil. (b) *Lache*, in honorem Beatæ Dei genitricis Mariæ Sanctique Nicolei Monesterium regulæ
monasticæ cultoribus incolendum fundavi, propriisque bonis dotavi, sub præsentia & cognitione
C Domini *Hielberti* Venerabilis Treverorum Archi-Episcopi. Advocatum verò non alium quàm
meipsum, quamdiu vixero, huic Cœnobio constituo: post mortem verò meam, quem fratres
præfati monasterii, sive ex (c) *Privignis meis*, sive in Provincie, viribus & benignitate sed & subveniendi opportunitate magis idoneum providerint ejusdem Monasterii familiæ & possessionibus
præficiatur Advocatus, quod dicitur Dinckvaut. Si tamen hoc decretum & subscriptum se observaturum esse promiserit, videlicet si bona Ecclesiæ viriliter tueri & familiem ejus clementer &
humanè tractare voluerit. Noverit itaque omnino sibi observandum, ne Advocatiam vel conjugi
in dotem vel alicui in beneficium dare præsumat, nec alium pro se substituat, cum sciat in hujus honores
D se hæreditario jure non contingere, sed hanc provisionem pro remedio animæ suæ ad tutelam
monasterii, de manu Abbatis se suscipere. Præterea nec aliquando in bonis Ecclesiæ hospitando,
Ecclesiam vel familiam ejus, greves, nec injusta Servitia ab ea, neque violentas exactiones, quas
precaria vocant, aliquando exigat: in cujus Advocati negotio non alius Minister neque Vicarius
neque subadvocatus præerit, nisi qui villicus Abbatis fuerit. Nunquam ad publicum placitum
considebit, nisi à fratribus, si res ite poposcerit, invitatus fuerit. Cum invitatus venerit, serviatur ei,
quod & honori ejus sit congruum, & pati possit Ecclesia, ne vel sumtuum ejus vel Comitatus nimietate contristetur: ite verò agat, & tam pium, tam modestum temque benignum fratribus &
familiis eorum se exhibeat, ut dignus honore sui nominis existat, & pro officio fideliter administrato
E remunerationem à Christo, beate Maria intervenente suscipiat. Quod si timoris Dei oblitus,
quos fuvere debuerat, violenter oppresserit, & admonitus infra 6. hebdomadas non satisfecerit,
tandem Ecclesiastico anathemate percussus Advocatiam amittat, & eirum fratres potentia, modestia & defendendi possibilitate utilem & efficacem sibi eligant, qui sub prædicta conditione ipsam
Advocatiam edministraturus suscipiat. De cætero desidero, & quantum de mortuo vivens possum, firmiter statuo, *ut ubicunque in Provincia vita excessero, nusquam nisi in præfato monasterio
sepeliar.* Idem *de Advocatis omnibus* & *de* (d) *uxore mea fieri volo* & constituo. Ne autem quisquam hæredum meorum & successorum aliquam injuriam Domino Deo & B. Mariæ quandoque
F inferre intendat, de bonis à me huic monasterio collatis, ea nominatim supponi placuit, quæ &
Episcopali banno confirmari fecimus, scil. *Cruft* cum Ecclesia, *Bedendorf* & *Heymbach* & eorum
adjacentia *Belle*, *Reide*, *Alckane*, *Willenburg*. Hæc, inquam, B. Mariæ tredidi cum omnibus appenditiis, id est, *cum utriusque sexus mancipiis*, ædificiis, areie, exitibus & reditibus, agris quæsitis &
inquirendis, pratis, pescuis, viis & inviis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, vineis, vinetis, sylvis atque cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit. Acta sunt hæc A. Incarnationis Domini Millesimo, nonagesimo tertio, Indictione prima, regnante Serenissimo Imperatore *Henrico tertio*, Anno autem regni ejus tricessimo octavo, Ponti-
G ficatus verò Domini (e) *Hielberti* Treverorum Archi-Episcopi quarto decimo. Ut autem hæc
nostre traditio firma & inviolabilis in perpetuum permaneat, cartbam hinc inde conscriptam sigilli

(a) *Kathelo Comes.* Ejusdem mentio fit in Brovveri Annalibus Trevir. ad A. 1047. p. 645. ubi tradit: *Popponem Archi-Episc. Trevirensem curtem Brunsfeldicam à Kadelaeo Comite & Irmgarde conjuge ejus are quæsivisse.* Ejusdem & alibi p. 665. mentio fit, nomen autem à *Gozhelonis* nomine, (quod Gothofridum denotat) apud Lotharingos illis temporibus usitatum, non multum di-
H screpat, uti notat Gelenius lib. cit. c. 9.

(a) *Adleide.* Filia hæc fuit Othonis Orlamundani Marchionis Thuringiæ & Adelheidis. vid. Chiflet. & Blondel. Geneal. Fr. p. 272. & tab. 36 primùm in matrimonio vixit cum Henrico 2. Com. Brab. Lovaniensi, quo defuncto, nupsit Henrico Palat. nostro.

(b) *Lache.* Ab hoc castro & Dominio ad pagum *Meyenfeld* spectante, *Henricus Palatinus*, quod ibid inhabitaverit, *Henricus de Lache & Lacu* dictus fuit, cujus etiam meminere *Bruno* in Hist. Belli Sax. p. 148. 149. apud Freher. t. I. Script. Germ. & Author Chronici Magdeburg. apud Meibom. t. e p. 315. vid. sup. in Hist. Palat.

(c) *Privignis meis.* id est, *Henrico III.* C. Brab. Lovan. *Gothofrido* I. Barb. D. Brab. Loth. A. 1140. denato & *Sigefrido* Rheni Palatino nostro.

(d) *Uxore mea. Adelheide*, quam non in hoc, sed in Monasterio Epternacensi sepultam esse, mihi, cùm nuper Monasterium ad Lacum perlustrarem, istius loci Monachi testati sunt.

(e) *Hielberti.* qui aliàs Engelbertus & Egilbertus dictus, An. 1078. 6. id. Jan Electus, & An. 1101. Non. Sept. defunctus fuit.

gilli nostri impressione insigniri fecimus. Hujus Constitutionis testes sunt: Dominus meus *Hiel-
bertus* Trever. Archi-Episc., *Sigefridus Privignus meus*, *Henricus Dux de Lembergh*, *Wilhelmus* A
Comes *de Lutzelenburg*, cognati mei, *Walramus*, & frater ejus *Volcko Comites de Arlo*, *Dudo Comes
de Luremburg*, *Hermannus* Comes *de Vievenburg*, *Meffridus Comes de Wiede* & frater ejus Rich-
winus de Kempenich, Burchardus de Oelbruck, & frater ejus Henricus, Reinboldus de Issenburg,
Wolkoldus de Broel. &c.

XXXVIII.

Sigefridi Comitis Palatini Rheni literæ fundationis Monasterii ad Lacum. B

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Sifridus gratia Dei Comes Palatinus, notum
esse volo fidelibus, qualiter & à quibus Ecclesia, quæ vocatur lacus, constructa sit, & libertati
tradita. Prædecessor & Dominus meus *Henricus Comes Palatinus*, exhortante uxore sua (a) *Adel-
heide matre mea*, prædictam Ecclesiam ædificare cupiens, fundamentum ejus tantummodo po-
suit, & jam morte imminente, sicut bonorum suorum, ita hujus quoque laboris Ecclesiæ scilicet
perficiendæ hæredem me instituit. Quod primum quidem utpote juvenis neglexi, postmodum
verò pœnitentia ductus, quod neglexeram, devotissimè corrigere studui. Itaque Castellum Ec-
clesiæ vicinum quieti Fratrum prospiciens destruxi, & bona ad ipsum prius pertinentia Fratri- C
bus ibi Deo & Beatæ Mariæ famulantibus tradidi, ipsumque locum cum omnibus appenditiis
suis *Haffligenensis Cœnobii Abbati & successoribus* suis perpetuo regendum tradidi, eâ videlicet
consideratione, ut quia *uterque locus in* (b) *allodio meo* situs erat, unius ejusdemq; Abbatis guber-
naretur providentia. Cùm verò præsens Abbas vel successores sui vocante Domino de sæculo
transierint, aliqui fratrum, qui apud Lacum ad hoc idonei erunt, ad communia Abbatis electio-
nem *Haffligenium* occurrant: nisi forte aliquis vel scandali vel perturbationis imminentis metus
obstiterit, propter quem adventum ipsorum conventus Haffligeniensis expectare non possit.
Quod si hæc vel alia quælibet rationabilis causa impedierit, propter quam ad communem ele- D
ctionem non accurrerint, quemcunque Haffligenienses Patres boni testimonii zelo Dei secun-
dum Canonicam & privilegii sui institutionem elegerint, hunc & ipsi debita convenératione tan-
quam Patrem Spiritualem suscipiant, & ipse utrique loco sicut & prædecessor suus gubernando
præsideat. Si autem aliquando in ovile Christi peccatis exigentibus aliquis non dico Abbas, sed
Tyrannus, quod absit, symoniacè & per secularem potentiam violenter subintroierit: illum nul-
latenus suscipiant, illi subjectionem nullam exhibeant. Quin imò quotquot ex fratribus de con-
ventu Haffligeniensi invasoris illius pestiferam communionem declinantes ad eos confugerint,
cum gaudio suscipiant: & pro faculitate loci tanquam propria viscera foveant, donec propitiatio E
divina gregem suum respiciat, ac idoneum pastorem ei provideat: *Advocatum* verò non alium
quam (c) *Meipsum*, quamdiu vivero, Ecclesiæ constituo. Me autem defuncto, *cuicunque* (d) *fi-
liorum meorum*, vel imposterum cuicunque *hæredum meorum* bona mea lacum circum jacentia ob-
venerint, hunc Advocatum sibi fratres assumant: si tamen decretum à me constitutum & hîc
subscriptum observaturum se esse promiserit, si bona Ecclesiæ viriliter tueri & familiam ejus
clementer & humanè tractare voluerit. Noverit itaque omnimodo sibi observandum, *ne advoca-
tiam vel conjugi suæ in dotem*, vel alicui in beneficium dare præsumat: ne alium pro se substituat,
ne aliquando in bonis Ecclesiæ hospitando, Ecclesiam vel familiam gravet, ne servitia ab eo, ne F
injustas exactiones, quas precarias vocant, aliquando exigat. De placitis autem ad Advocatum ju-
re pertinentibus, *ubi Abbas duos nummos acceperit, tertius eius erit*; in quo tamen suscipiendo vel
in alio quolibet negotio cum familia Ecclesiæ peragendo nullus alius Minister Advocati, neque
Vicarius neque subadvocatus præerit, nisi ille solummodo, qui Villicus Abbatis fuerit, ad placi-
tum autem nunquam veniet, nunquam consedebit: nisi à fratribus, si res ita poposcerit, invita-
tus fuerit, cum verò invitatus venerit, subscriptum tantum servitium à fratribus habebit duo
maldre ad panem vespere & unum mane, ad pabulum equorum decem maldre hyeme, quinque
æstate; duos porcos, quinque solidorum vespere, unum triginta denariorum manè, hamam vini G
vesperè, dimidiam mane. Ita autem agat, & tam pium tam modestum, tamque benignum, fratri-
bus & familiæ se exhibeat; ut & honore nominis sui dignus existat, & pro officio fideliter admi-
nistrato æternam à Christo remunerationem Beatâ Mariâ interveniente suscipiat. Quod si timo-
ris Dei oblitus, quos fovere debuerat, violenter oppresserit, & admonitus infra sex hebdomadas
non satisfecerit, tandem apostolico anathemate percussus Advocatiam amittat, & de propinquis
ejus idoneum sibi fratres eligant, qui sub prædicta conditione eam administraturus suscipiat. Præ-
terea desidero, & quantum demortuo vivens possum, firmiter statuo, *ut ubicunque in Provincia
vita* H

(a) *Adelheide Matre mea.* Hæc antea in Matrimonio vixerat cum *Henrico II*, Comite Brabantiæ, Lovaniensi, atque ex eo procreavit *Henricum III* Comitem Brab. Lovan., *Gothofredum I.* Cog. Barbatum Ducem Brabant & Lothar., *Ragnerum* Monachum Hafflagemensem & *Sigefridum* Rheni Palatinum nostrum.

(b) *Allodio meo. Hafflagenium* itaque Monasterium à Patre vel fratre Henrico fundatum, aliquot milliaribus distans Bruxellis, situm erat in illo territorio, quod ad Sigefridum Rheni Palatinum nostrum antiquitus spectabat.

(c) *Me ipsum.* Sigefridus itaque Rheni Palatinus Advocatus exstitit Monasterio ad Lacum juxta Constitutionem vitrici ejus Henrici Comitis Palatini Rheni.

(d) *Cuicunque filiorum meorum.* Id est, Wilhelmo, qui Patri Sigefrido in Palatinatu Rheni successit, & An. 1140. obiit. patet exinde etiam, Sigefridum Palat. plures præter Wilhelmum filios habuisse, quos vel in pueritia vel juventute extinctos fuisse judico.

vita excessero, nusquam nisi in eadem (a) *Ecclesia sepeliar. Idem de* (b) *uxore mea & (c) filiis* A *nostris & de Advocatis omnibus* & advocatorum proximis fieri maximè volo & constituo. Nè autem quisquam hæredum vel successorum meorum aliquam injuriam Domino Deo & Beatæ Mariæ quandoque inferre intendat, de bonis *à Domino meo Henrico Palatino Comite*, & à me quoque sibi collatis ea nominatim supponi mihi placuit. Ipse quidem tradidit, & Episcoporum atque electorum sacerdotum banno confirmari fecit. *Kruft* cum Ecclesia, *Bella, Reide, Alkene, Willeberg*. Ego verò donationem ejus confirmando renovavi, & insuper quatuor milites de *Crath*, *Hoverhoffe & Mylem de Brabant addidi*, & banno similiter & probatis testibus confirmavi. Hæc inquam Beatæ Mariæ tradidimus cum omnibus appenditiis suis, id est, cum utriusque sexus mancipiis, B ædificiis, areis, exitibus & reditibus, agris quæsitis & inquirendis, pratis, pascuis, viis & inviis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, vineis, vinetis, sylvis & cum omni utilitate quæ ullo modo inde provenire poterit. Ut autem hæc nostra traditio firma & inviolabilis in perpetuum permaneat, hanc chartam inde conscriptam nostri sigilli impressione insigniri fecimus. Postremo ut nullum scrupulum dimittam determinandum est, quid ei in venatione concessimus, tam Abbas quam Advocatus sibi venari poterunt. Hujus rei testes sunt: *Hermannus Comes de Verneburg*, & Ratto de eodem Castello. *Marfridus Comes* & frater ejus *Richvvinus, Burchardus de Oreburg, Folcoldus de Brule*, & filius ejus *Warnerus, Embrico, Reinoldus, Berno de Thu-* C *re, Emmicho de Puisterdorff.* (d)

XXXIX.

Diploma Heinrici IV. Imp. quo bona cellæ S. Stephani juxta Monasterium S. Michaelis in monte Abrinsberg hodie Heiligenberg (è regione Heidelbergæ) ab Anselmo Abbate Laurishaimensi exstructæ confirmat, dat. Spiræ. An. 1103. 4. Non. Martii.

D IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quàm præsentibus, qualiter quidam Abbas Laurish. nomine *Anselmus* quandam cellam in monte (e) *Ebrensberg* in honorem Dei & S. Stephani construxit, & quibus potuit bonis ditavit, donans videlicet

(a) *In eadem Ecclesia* Sigefridus Rheni Palatinus noster An. 1113 Wahrenstedii in Saxonia ab *Hoyero Comite Mansfeldensi* occisus, non in hac Ecclesia ad Lacum, ipsis E etiam istius Loci Monachis fatentibus, sepultus est, causam istius ignoro, credibile tamen est, eum, ut dictum in Saxonia cæsum ab uxore Gertrude ejusque Matre Gertrude, Henrici Comitis Northeim uxore, Brunsvvigæ in Monasterio S. Ægidii se noviter exstructo sepultum fuisse.

(b) *Uxore mea.* Gertrude scil., quæ quo anno, quo in loco denata & sepulta sit? ex antiquitate Historica nondum exploratum habeo, saltem ipsi etiam istius loci Monachi idipsum ignorant.

(c) *E filiis nostris.* Quorum forsan aliqui in juventute F extincti in eodem Monasterio sepulti sunt. Hoc interim certum est. *Wilhelmum* Sigefridi filium non in hoc, sed in *Monasterio Sprenkersbacensi*, sepultum fuisse, cujus monumentum nuper inspexi.

(d) Literas has Sigefridi Originales una cum sigillo antiquissimo nuper in dicto Monasterio perlegi mirum tamen, quod in iisdem, neque annum, neque locum, ubi exaratæ fuerint, observare potuerim.

(e) *S. Abrinsberg* mons Abrahæ hodiè Heiligenberg in pago Lobodunensi situs, Donatione Lud. 3 R. Rom. Ger- G man. cogno Germanici ad Monaster. Laurishaimense pervenit, prout testatur Chron. Laurishaimense apud Freher. ex Editione h. m. An. 882. Lud. 3. Germaniæ Rex locum seu Prædium suum in Abrinesburg in Pago Lobodengovve prius conjugi suæ Luitgardi præstitum (ut loquitur f. geliehen) & quidquid adipsum locum jure & legitimè pertinere videtur, cum domibus ædificiis, mancipiis, vineis, campis, agris, pratis, pascuis, sylvis aliisque pertinentiis, Walthero Abbati Laurish. donavit. Postquam Gerhardus Abbas Laur. ibidem Basilicam H in honorem S. Michaelis Archangeli exstruxit. Reginaldus postea Abbas de concessione Henrici II. Imp. in Monasterium commutavit ordinis S. Bened, monachosque ibidem congregavit. Tandem Anselmus Abbas in posteriore & excelsiore montis jugo aliam cellam S. Stephano Mart. factam ejusdem Imperatoris Henrici concessione & Alexandri III. Papæ confirmatione fundavit & dotavit. Quas Conradus I. Rex, Otto I. Imp, Henricus II. & III. Variis donationibus latifundiis, reditibus & vectigali mercatus Wezzinlochensis, prædicti etiam Abbates collatis de suo donariis aliique quam plurimi fideles elemosynis suis adauxerunt & locupletarunt. Fuitque, ut Freher. l. c., inter Monast. Laurishaimense & Abrinsbergense, quæ inter matrem & filiam necessitudo, & illud *Ecclesia major S. Nazarii*, hoc autem *Ecclesia minor S. Stephani* vocari solebat, ut ex diplomatibus patet. Cum ergo mons ipse jam ante (nescio à qua re) omnium fidelium Patri Abrahæ sacer vel esset vel diceretur, & in eo 2. essent cellæ, prior S. Michaelis Archangeli (à quo montis illa pars etiamnum nomen der S. Michelsberg retinuit) posterior S. Stephani & Laurentii titulo consecrata; utraque monachis conversis, eremitis inhabitata & paulatim accursu hominum tam accolarum quam exterorum frequentata, contributionibusque fidelium exculta & locupletata; factum est ut locus ille, quantum præcelso vertice sublimis & longe conspicuus, tantum etiam religione clarus & venerabilis esse cœperit. Quem ut Conradus I. Rex in literis donationis suæ *Sanctum locum* vocat; ita ob eadem causa tandem omisso & desueto paulatim proprio suo nomine montem sanctum (qui perperam à Leodio, Irenico l. 2. p. 396., Heroldo aliisq; mons omnium sanctorum vocatur) vel per ἐξοχὴν, ævo illo superstitioso, à populo habitum dictumque fuit. His accedat locus Joh. Trithemii in Chr. Hirs. p. 77. circa An. 1068. qui de Friderico XI. Abbate Hirsaugiensi fratrum invidia indignè habito & deposito ita scribit: *Interea adveniens, Abbas Monasterii S. Nazarii Laurissensis, cum innocentis viri dejectionem cognovisset, cujus vitam & mores sanctissimos dudum antea noverat, ingemuit, quem inter Lupos velut agnum diutius manere non sustinens, ut magna cum pietate secum abduxit & in monte Archangeli Michaelis, qui Abrinsberg (& Ebrensberg) dicitur, collocavit ac de necessariis, quamdiu vixit, copiosa miseratione providit. In eodem verò monte usque ad mortem permansit, orationibus cæterisq; piæ conversationis studiis intentus, tantoque liberius contemplationi & quieti mentis dedit operam, quanto ab omni cura & tumultu secularium occupationum fuerat remotus. Denique non multis postea annis evolutis Domino vocante infirmari incœpit, & sancto*

licet io villa, quæ dicitur Leimheim novem jugera vinearum, io villa quæ dicitur Rorbach 5. ju- A
gera vinearum, io villa, quæ dicitur (a) *Bergeheim* 3. jugera Vinearum, in vill., quæ dicitur (b) *Nivvenheim* 6. jugera Vinearum, in villa, quæ dicitur (c) *Hanscuoheim* 20. jugera Vinearum, in villa quæ dicitur (d) *Leutershusen* 2. jugera Vinearum, in villa, quæ vocatur (e) *Sabssenheim* 2. jugera vinearum, in villa, quæ vocatur (f) *Winenheim* 9. Jugera vinearum, in villa, quæ vocatur (g) *Bertholdesheim* 10. hubæ, in villa, quæ vocatur (h) *Ulvensheim* 4. hubæ, in villa, quæ vocatur (i) *Etingen*, 4. hubæ, in villa, quæ vocatur Heuscuhesheim 5. Hubæ, in villa, quæ vocatur (k) *Hetenesheim* 4. hubæ, in villa *Wibelingen* 1. huba, in *Strazheim* uus, in *Leimheim* una, in *Gueßa* una, in *Cunigge* una, in *Butinga* una, in Wioenheim una, io Sahssenheim 6. hubæ, quam nos cellam, ut in defensionem susciperemus, rogavit, sed antequā hoc fieret, viam universæ carnis intravit quo defun- B
cto successor illius Abbas Geroldus similiter nostrā Clementiam adiit, & pro eadem cella in nostram tutelam suscipienda rogavit, cujus petitioni acquiescentes, pro amore Dei & remedio animæ nostræ & Avi nostri Conradi & Patris nostri Heurici Imperatoris & aviæ nostræ Gisalæ & conjugis nostræ Berthæ Imperatricis pro stabilitate Regni & Imperii nostri & filii nostri Regis Heurici ac petitione regni Principum videlicet Brunonis Trevirensis, Friderici Coloniensis Archi-Episcoporum, Johannis Spirensis, Burchardi Monasteriensis, Adelberonis Metensis, Albuini Merseburgensis, Cunonis Argentoreosis, Episcoporum, Stephani Wizeburgensis Abbatis (l) FRIDERICI, SIGEFRIDI PALATINORUM COMITUM & aliorum fidelium nostrorum C
prædictam Cellam cum universis bonis, quæ jam acquisita sunt, vel acquirenda sunt, cum omnibus appenditiis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, exitibus & reditibus, viis & invius, quæsitis, & inquirendis & cum omni utilitate, quæ vel dici vel nominari poterit, in nostræ defensionis *Mundiburdium* suscepimus eâ ratione, ut oullus successorum nostrorum Imperator vel Rex, Episcopus, Abbas, Dux vel Marchio vel Comes vel aliqua persona magna vel parva hanc eandem Cellam io aliquo molestare vel inquietare vel inde aliquid auferre præsumat. Sed monachi ibidem Deo servientes bonis præfatis quæsitis vel inquirendis liberè utantur, & ut hæc nostra defensionis munitio firma & inconvulsa omni ævo permaneat, hanc cartham inde conscriptam D
&(ut infra videtur) propria manu nostra corroboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Actum 4. Non. Martii Anno ab Incarnatione Domini MCIII. indictione II regnante Henrico IV. Imperatore Romanorum semper Augusto, Anno 49. Imperante autem 18. Actum Spiræ in Christi nomine ad salutiferam memoriam Henrici III Roman. Imp. Aug. feliciter Amen.

Vid. Chr. Laurisb. & Helwigii Antiquitatis Laurishaim.

XL.

Literæ Wilhemi Comitis Palatini Rheni & Nemoris. E

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum esse cupimus tam præsentibus, quàm futuris, Christi fidelibus, quod ego Willehelmus Dei gratia (a) *Palatinus Comes* recognans ex pluribus, quæ mihi ex superabundanti eadem gratia Deus io præsenti vita contulit, qualiter de futuræ vitæ bonis mihi aliquid compararem pauperum spiritum, qoi in hoc seculo nihil habere cupiunt, ut Christum lucrifaciant, manutenere, & aliquid de meis ad consolationem & sustentationem eis dare decrevi, ut ipsi me in æterois recipiant tabernaculis recompensatione utique felici, itaque Canonicis regularibus B. Mar. de (b) *Sprinkersbach*, qui in familiari quadem charitare juncti F

& sancto in pace fine quievit. Quo mortuo catena ferrea ad nudam carnem ejus inventa est, quam multis annis creditur non sine dolore (quod cicatrices carnibus infixæ monstrare poterant) in occulto portasse. Sepultus est in eodem loco, non sine opinione sanctitatis: super cujus tumulum nocturnis horis lumina emissa (ut multi testabantur) visa sunt & signo divinitus ostensa. Ecce sanctitatem loci super Abrahamum, Michaelem, Stephanum & Laurentium, etiam per hunc indigitem auctam. Sed banc habet, reformata divino beneficio religione sub Principibus nostris, superstitionem illam & dementationem hominum primò remisisse; tum & mendicabulum ipsum, mali fomitem, *pulvere pyrio* totum disjectum & confusum. in id tantum super esse, ut fidem Historiæ dictisque nostris cadavere ruinisque suis facere possit, hæc Freherus io orig. Pal.

(a) *Bergheim* antiquissima & temporibus Carolinis jam exstans villa a navigio auctuario **Berck** sic dicta. quam Rupertus Sen. Com. Pal. Rhen. & Elect. circa An. 1381 suburbio Heidelbergensi adjecit. hodie nil nisi molendinum Berghelmense superest.

(b) *Nivvenheim* hodie **Neuenheim** è regione Heidel.

(c) *Hanscuosheim.* Alias Handschuchsheim hodiè **Hendesheim** prope Heidelbergam.

(d) *Leittershusen* hodie **Leutershausen**.

(e) *Sabssenheim* hodie **Sassheim**.

(f) *Winenheim* hodie **Weinheim**. Opid ad Strat. Mont.

(g) *Bertholdesheim* hodie. . . . .

(h) *Vivensheim* hodie Ilbesheim.

(i) *Edingen* ad Nicrum.

(k) *Hetenesheim* hodie Hettesheim. Pleraque quondam ad ditissimum Cœnobium Laurishaimense, nunc partim ad Palatinatum Rhen. partim ad Archi-Episcopatum Moguntinensem spectantia Loca.

(l) *Friderici Sigefridi Comitum Palatinorum*, quorum ILLE Suoniæ Comes Palatinus fuit, & qui item filius Alberti Comitis Summerseburgici An. 1120. defunctus. G
HIC Comes Palatinus Rheni, filius Henrici II. Comitis Lovaniensis & Brabant *Henrici Comitis Pal. Rh Domini de Lacu* in Palatinatu Rhen. & officio Palatii successor & Privignus, A. 1113. defunctus. quo secundò patet vocabula *Saxoniæ & Rheni* in antiquissimis Impp diplomatibus rarissime adjici, ut jam supra monuimus eorundem meminit Trithem. in Chronic. Hirs. ad An 1112. p 353.

(a) *Palatinus Comes.* Quo confirmantur ea, quæ supra ad Henrici II. Imp. diploma de An. 1023. dicta sunt, vo- H
cabulum scil. *Rheni* in diplomatibus vetustioribus rarius apponi, cum tamen certo certius sit. Wilhelmum hunc Rheni Palatinum exstitisse, quod inter alia etiam clarissimè apparet ex ejusdem Sigillo hisce donationis literis appenso, in quo hæc verba legi WILLEHELM' COMES PALATIN' DE RENO. vid. supra in Hist. Palat. c. 9. vid. & seq. diploma.

(b) *Sprinkirsbach* Monasterium à rivulo Sprinkirsbach

A juncti semper fuerunt; quippe quorum opinio veluti bonus Christi odor latè spargitur, pro eorum devotione ac benevolentia benefacere & respondere eorum charitati congruum duxi quatenus ad ea, quæ si commoda à me petebant sine contradictione, assensum eis præberem, ergo proposito animo concessi prædictæ Ecclesiæ & fratribus ibidem Deo servientibus quendam partem *nemoris Contel* ipsi loco adjacentem, quæ his terminis concluditur, in longitudine à fonte *Elvenrucbsburnen* usque ad agros supra nominatæ Ecclesiæ procedens, in latitudine ex transversâ à *rivulo Sprenkirsbach* usque ad *rivulum Vilersbach* cum sylvis, agris & omnibus suis appendiciis, præterea fundos tres scilicet curtes antedictorum fratrum ab omni placito & exactione advocati sive villici vel aliquorum officialium ab hinc in omne tempus absolvimus, ut nulli quicquam nisi
B Abbati soli & fratribus habeant respondere, quorum una sita est in *Villa* (c) *Crove*, ubi etiam Capella fundata & consecrata est, aliæ, duæ in *Villa* (d) *Rile*, una itidem juxta Ecclesiam locata, altera in extremo villæ, superius ubi mansio prædictorum fratrum frequentior existit. Super hæc etiam *teloneum in castro meo* (e) *Cuchemo* eis remisi, ut quicquid naves eorum deferunt vel afferunt, quod utilitatibus vel necessitatibus eorum competat, cum omni quiete eant & redeant & à nemine gravedinis sentiant, igitur ut hæc, suprascripta, hæc traditio nostra firma & stabilita, tranquilla & quieta existat super altare B. Mariæ, in supra nominato loco (f) *Manu propria* ante taxata dedi, & testamento hujus cartæ (g) *Sigillo nostro* signatæ confirmavi, quatenus siquis pravo ingenio aliquid
C de supradictis immutare tentaverit, maledictione æternâ damnetur; hujus rei testes sunt: *Wernerus* Præpositus *de Carbene*, *Everwinus* sacerdos *de Crôve*, *Henricus de Clotteno* liberi: *Fridericus Comes de Viena*, *Wericus de Arlon*. Ministeriales: *Richardus de Duna*, & filii ejus *Henricus* & fratres ejus *de Ulmena*, Karsilius de Carpena, *Eppo de Cuchemo*. *Rudolfus* & filius *Meinhardus*. Hoc autem factum est Anno Dominicæ incarnationis MCXXXVI. Indictione XIIII. regnante Lothario Romanorum Imperatore Augusto regni ejus Ao. XI. Imperii IIII. Pontificatus Alberonis venerabilis Trevirorum Archi-Episc. An. V.

Ex Archivo Abbatiæ Sprenckirsbacensis.

D

XLI.

Privilegium Conradi III. Imp., quo facultates & Possessiones Monasterii Sprinckirsbacensis A. 1144. confirmat.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia Romanorum Rex secundus. Justitiæ definitio est constantem & perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod sibi jure competit, quam eum omne hominum genus colere semper & exercere
E oporteat, præcipuè tamen Regiæ dignitati convenit, talem animi habitum immutabiliter induere & eam humanæ societatis portionem singulari protectionis gratia defensare, quæ spreta mundi hujus proprietaria possessione elegit sub Regulari instituto communem vitam ducendo terram viventium possidere, proinde fidelibus tam futuræ quàm præsentis ætatis notum esse volumus, quod veniens ad nos Richardus venerabilis Abbas Monasterii *Springersbach* dicti, quod Monasterium mater ejusdem Abbatis *Benigna* nomine in propria hæreditatis suæ possessione ædificare cœpit, & ad Trevirensem Episcopatum *ex consensu Sigefridi Palatini Comitis*, cujus ministerialis erat, sine ulla census vel hujuslibet generis pensione contulit, à nostra Serenitate interventu Domini *Wibaldi* venerabilis Stabulensis Ecclesiæ abbatis obtinuit, quatenus idem Monasterium cum
F suis pertinentiis sub nostræ & omnium successorum nostrorum Regum videlicet seu Imperatorum ditione ac speciali protectione accipere & collatas ibidem possessiones Regiæ Majestatis authoritate confirmare atque authentica præcepti nostri pagina communire dignaremur: Quorum piam ac religiosam petitionem clementer admittentes eundē locum Springirsbach cum suo ambitu acceptis limitibus sub Regiæ sublimitatis manu ac defensione in omne tempus stabilimus, ita scilicet, ut nullus Archi-Episc., nullus Episcopus, nullus Dux, aut Comes seu Vice Comes, nulla Ecclesiasticæ secularisve dignitatis persona eundem locum hospitationibus aut exactionibus, sive aliquo prorsus incommodo inquietare vel molestare præsumat, sed pace perpetua & omnimoda libertate ad ser-
G viendum Deo perenniter ejusdem loci habitatores fruantor. Quod eo à nobis etiam præter regni excel-

bach præter labente sic dictum duabus circiter leucis ab oppido Trarbach & Mont Royal distans, fundatum est An. 1121. a *Benigna Comitissa de Spanheim* uxore *Ritgeri* Ministerialis *Sigefridi Comitis Palatini Rheni* variis deinde donationibus divitiisque auctum & Locupleratum est a *Wilhelmo Rheni Palatino* nostro, Canonicos regular. habens nobilitate claros 10. quibus hodieque lau-
H dabiliter præest Abbas. Th Roest dictus ab Entzenbroch.

(c) *Crove villa*. hodie Kroeff ad Mosellam juxta Mont Royal.

(d) *Rile villa* ad Mosellam hodie Reil. cujus mentio facta in Hist. Pal. c. 3. & supra in Testamento Richezæ Palatinæ Rheni Reginæ Poloniæ An. 1051 condito quo ipsa Clottenum ad Mosellam cum suis appendiciis Rile & Mesenich monasterio Brovvillerensi se tradidisse testatur.

(e) *In Castro meo Cuchemo*. S. Cochemo ad Mosellam quod una cum oppido adjacente in nupero bello à Gallis crudeliter exustum fuit. Atque in hoc castro *Sigefridum* ejusque filius *Wilhelmus* Rheni Palatini, post destructum *Castrum ad Lacum*, de quo supra c. 12. ad An. 1112. dictum, domicilium sedemque ordinariam posuisse videntur; quod Henricus Comes Pal. Rheni. Dominus de Laco quondam à Richeza Palatina acceperat, narrante diplomate Henrici III. Imp. de An 1051 supra citato.

(f) *Manu propria*. Literas has Wilhelmi originales elegantiori quidem calamo, sed continuis abbreviaturis, ut loquuntur, exaratas deprehendi, quarum principium in Hist. Pal c. 9. exhibui.

(g) *Sigillo nostro*. quod 4. circiter digitorum largum non ceræ, sed aliæ ex terra bolove mixtæ flavei coloris materiæ impressum erat.

excellentiam firmioris rationis constantia statuitur, quod *defuncto* bonæ memoriæ (a) *Wilhelmo* A
Palatino Comite, omnia ejus allodia justis modis in regni proprietatem jure devenerunt. Eam ergo partem *Nemoris Contel* præfato Monasterio adjacentis, quam prædictus *Wilhelmus Palatinus Comes* ibidem contulit, id est, in longitudine *à fonte Elverichesbrunnen* usque ad agros supra nominatæ Ecclesiæ pertingentem, in latitudine autem ex transverso *à rivulo Springirsbach* usque ad rivulum *Vilersbach*, cum sylvis, agris & omnibus utilitatibus acquisitis vel acquirendis, memoratæ Ecclesiæ confirmamus. Præterea *fundos tres, quos sæpedictus Palatinus manuscripto suo*, ab omni placito sive servitio & exactione advocatorum vel villici, aut publicorum officialium penitus emancipavit: scilicet Curtem unam in villa *Crovia*, cum Capella, quæ ibidem ædificata est, & alias duas in villa *Rile*, una juxta Ecclesiam, altera in extremo villæ sita, sub plenæ libertatis, ut præscriptum B
est, immunitate & ab omni hominum dominio & inquietatione absolvimus. Insuper thelonium, quod in (b) *castello Cochmâ* eadem constitutione præfatis fratribus remissum est, eis perpetua donatione remittimus, ut naves jam sæpe dicto Monasterio pertinentes, & res fratrum, vel victualia vehentes, nullum in descensu vel ascensu fluminis seu ripæ thelonium, aut publicam sive privatam pensionem persolvant. Porrò universa quæ eidem venerabili loco hactenus votis fidelium contradita vel deinceps justis modis tradenda sunt, pari defensionis & patrocinii Privilegio communimus, agros videlicet, quos *prædictus Palatinus* in mortis suæ articulo pro animæ suæ remedio largitus est *in villa Bagnuel* dicta, in descensu usque ad agros Ecclesiæ, vineas & agros *in villa Crovia*, C
vineas in Rassa; In *Travendrarbach* curtem unam, agros, vineas, prata. In *Enkerka* vineas. In *Borga* curtem, vineas, & agros, in solitudine super Mosellam, quæ dicitur *Molun* agros, vineas cum exitibus & ingressibus suis; In *Rila* vineas & agros. In *Pordreka* curtem unam, vineas & agros. In *Bresthal*; In *Kemetam* vineas; In *Speta* domum & vineas; In *Biscovesalven* vineas, *Apud Sanctam Aldegundem* domum & vineas. In *Bremba*. In *Nogera* vineas. In *Clotena* domum, agros & vineas. In *Ukebach* domum cum vineis, agris, pratis. In *Witelika* domum, agros, prata & vineas. In *Nivigento* vineas. In *Alflo* curtem, agros, molendina duo, sylvas, prata. In *Gramerode* curtem agros & prata, & molendinum unum & sylvam. In loco *Scheita* curtem cum agris, pratis. In loco *Hussa* D
curtem cum agris & pratis. In *Dochuvvilere* curtem, agros & prata. In *Hunneredorf* mansos persolventes XIII. solidos Coloniensium Denariorum & molendinum unum. In *Rora* curtem agros & prata. In *Lozzebura* curtem, agros & prata. In loco *Sumunt* curtem & agros. In loco *Wervvus* domum, agros & prata. In *Orbingâ* quæ ibidem possidere videntur. Hæc omnia, quæ supra scripta sunt, & cuncta quæ postmodum legitimis rationibus fratres supradicti Monsterii Springirtb. acquirere quarumcunque personarum donatione cum juris suffragio poterunt in nostrum videlicet Regum & Imperat. patrocinium in omne tempus accipimus, nec liceat alicujus conditionis personæ in villis vel locis, ubi possessiones habuerint introitus vel exitus interdicere nec aquam vel sylvam communem, vel pascua sive publicum rerum usum ullatenus prohibere, nec transitum, E
nec pontaticum ab ipsis, vel ab ipsorum rebus exigere, sed Regiæ tuitionis beneficio, quietam eis vitam cum omni libertatis prærogativâ liceat agere. Et ut hæc omni deinceps tempore rata & inconcussa permaneant, hanc chartam inde conscriptam, sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque propria, ut infra apparet, corroboravimus, & testes, qui præsentes aderant subternotari fecimus, quorum nomina hæc sunt: *Hermannus Palatinus Comes Reni*, *Adelbertus* March. de Saxonia, *Gevehardus* Com. de Sulcebach, *Gotefridus* Com. de Sponheim, (c) *Otto Com. de Rhinecka*, ejusque consanguinei *Otto & Udalricus* de Ahra, *Hermannus* Com. de Verneburch, Robertus de Lutenborch, Reinholdus de Isenborch, Ministeriales Regni, Henricus de Ulmena, & frater ejus F
Rodolfus, Johannes de Neutersborch & frater ejus Wernerus, Johannes de Luernacha, Johannes de Cochma, Garsilius, Nicolaus de Carpena, Conradus de Bopardia & alii quam plures

(L. S.) Signum Domini Conradi Romanorum Regis secundi. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archi-Episcopi & Archicancellarii recognovi. Anno Domin. Incarnat. MCXLIIII. Indict. VI. regnante Conrado Romanorum Rege secundo, Anno vero regni ejus VI. Data apud Cochmam Kalend. Augusti in Christo feliciter. Amen.

Ex Archivo Monasterii Sprinkirsbach.

XLII.

G

Henrici VI. Imp. diploma, quo Monasterii Sprinckersbacensis possessiones confirmavit A. 1193.

HEnricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperatoriæ Majestatis à Deo nobis creditum est officium, ut quod suum est unicuique in jure suo conservemus & quæcunque prædecessores nostri divi Reges atque Imperatores Ecclesiis contulerunt & collatæ confirmarunt, in robur perpetuitatis renovemus, & authoritate nostra confirmemus. Eapropter Imperatoriæ pietatis animum ad Ecclesiam de *Springersbach* clementer advertentes, privi-

 legium, H

(a) *Defuncto Wilhelmo Com. Palat.*, videlicet absque liberis. videsis ea, quæ supra in Hist Palat. de hoc Wilh. dicta sunt.

(b) *In Castello Cochma*, quod in Potestate quondam *Erenfridi Com. Palatini Rheni erat*, deinde filiis ejus absque prole defunctis ad *Richezam* Erenfridi filiam pervenit, quæ illud consanguineo suo Henrico Palatino Rheni Domino de Lacu An. 1051. tradidit, uti supra ex Henrici III. Imp. diplomate de An. 1051. vidimus, qui denique illud ad privignum suum *Sigefridum* & hic ad filium *Wilhelmum* transmisit.

(c) *Otto Comes de Rhinecka* vid. ea, quæ supra in Hist. Palat. nostra in c. 2. diximus,

legium, quod prædecessor noster felicis memoriæ Rex *Conradus* eidem Ecclesiæ contulit, refor-
A mamus & authoritate nostra sibi confirmamus. Quod ut evidentius innotescat, divinæ retributio-
nis intuitu & affectuoso venerabilis ejus loci *Abbatis Asalonis* interventu seriatim subscribendum
censuimus, cujus forma hæc est & continentia. Justitiæ definitio est, constantem & perpetuam ha-
bere voluntatem tribuendi unicuique, quod sibi competit: quam cum omne hominum genus co-
lere semper, & exercere oporteat, præcipuè tamen regiæ dignitati convenit, talem animi habitum
immutabiliter induere, & eam humanæ Societatis portionem singulari protectionis gratia defen-
sare, quæ spreta mundi hujus proprietatis possessione elegit, sub regulari instituto, communem
vitam ducendo terram viventium possidere. Proinde fidelium nostrorū tam futuræ, quàm præsen-
B tis ætatis industriæ notum esse volumus, quod veniens ad nos *Richardus* venerabilis *Abbas mo-
nasterii Springiersbach* dicti, quod monasterium *mater ejusdem Abbatis Benigna* nomine & *præ-
sentis Abbatis Gothofredi avia* in propria hæreditatis suæ possessione ædificare cœpit, & ad Tre-
virensem Episcopatum ex consensu *SIGEFRIDI PALATINI COMITIS*, cujus ministerialis erat,
sine ullo census vel cujuslibet generis pensione contulit, à nostra serenitate, interventu Domini
Wibaldi venerabilis *Stabulensis Ecclesiæ Abbatis* obtinuit, quatenus idem monasterium cum suis
pertinentiis sub nostra & omnium successorum nostrorum Regum videlicet seu Imperatorum
defensione & speciali protectione accipere, & collatas ibidem possessiones Regiæ Majestatis au-
thoritate confirmare, atque authentica præcepti nostri pagina communire dignaremur: Quorum
C piam ac religiosam petitionem clementer admittentes, eundem locum *Springiersbach*, cum suo
ambitu acceptis limitibus sub regiæ sublimitatis manu & defensione in omne tempus stabilimus: ita
scilicet, ut nullus Archi-Episcopus, nullus Episcopus, nullus Dux, aut Comes aute vice Comes,
nulla Ecclesiasticæ secularisque dignitatis Persona eundem locum hospitationibus, vel exactioni-
bus sive aliquo prorsus incommodo inquietare, vel molestare præsumat, sed pace perpetua &
commoda libertate, ad serviendum Deo perenniter, ejusdem loci habitatores fruantur, quod eo
à nobis etiam præter Regni excellentiam firmioris rationis constantia statuitur, quod defuncto
bonæ memoriæ *WILHELMO PALATINO COMITE omnia ejus allodia justis modis in regni
D proprietatem jure devenerunt*; Eam igitur partem *Nemoris Contel*, præfato Monasterio adjacentis,
quam prædictus *Wilhelmus Palatinus Comes* ibidem contulit, id est, in longitudine à *fonte Elve-
richsbornen* usque ad agros supra nominatæ Ecclesiæ pertingentem, in latitudine autem, ex trans-
verso *à rivulo Springirsbach* usque ad *rivulum Wilerisbach*, cum sylvis, agris & omnibus utilitati-
bus acquisitis vel acquirendis memoratæ Ecclesiæ confirmamus; prætetea fundos tres, quos sæpè
dictus Palatinus manuscripto suo ab omni placito, seu servitio & exactione advocatorum vel vil-
lici, aut publicorum officialium emancipavit, scilicet *curtem unam in villa Crovia cum capella*,
quæ ibidem ædificata est, & alias duas in *villa Rila*, unam juxta Ecclesiam, alteram in extremo
E villæ sitam, sub plenæ libertatis, ut præscriptum est, immunitate ab omnium hominum Domi-
nio, & inquietatione absolvimus. Insuper theloninm quod in *castello Cochema* eadem constitutio-
ne præfatis fratribus remissum est, & perpetuâ donatione remittimus, ut naves jam sæpè dicto
monasterio pertinentes, & res fratrum, vel victualia vehentes, nullum in descensu vel ascensu flu-
minis seu ripæ theloninm aut publicam, seu privatam pensionem persolvant. Porrò universa
quæ eidem venerabili loco hactenus votis fidelium contradita, vel deinceps justis modis traden-
da sunt, pari defensionis & patrocinii privilegio communimus, *agros* videlicet, quos prædictus
Palatinus in (a) *mortis suæ articulo* pro animæ suæ remedio largitus est *in villa* (b) *Baingmiil* dicta
in descensu usque ad agros Ecclesiæ: *vineas & agros in villa Crove*, *vineas in Rubach, in* (c) *Tra-
F ven Drorbach curtem unam, agros, vineas, & prata*; In solitudine super molellam in loco, qui di-
citur *Molun*, *agros*, *vineas* cum exitibus & ingressibus suis, *in* (d) *Reila* vineas & agros, *in* (e)
Pondreka curtem unam, vineas & agros *in Bredahll, in Kemeta vineas*, *in Speia* domum & vineas,
apud (f) *Sanctam Aldegundam*, domum & vineas, *in* (g) *Vlkebach* domum & agros, *in* (h) *Wit-
lich* domum & agros & vineas, *in* (i) *Alflo* curtem, agros, *Molendina duo*, sylvas, prata; *In Im-
menrode* curtem, agros, prata, molendinum unum & sylvam. *In Winkela* curtem, agros, prata,
molendinum unum & sylvam. *In loco Scheyda* curtem cum agris & pratis. *In loco Hussa* curtem cum
agris & prata & alia plura. *In Dochwyhe* curtem, agros & prata. *In Hunresdorff* mansos persol-
G ventes tredecim solidos Coloniensium denariorum, & molendinum unum. *In Rorâ* curtem
agros & prata. *In Lützeburâ* curtem, agros & prata. *In loco Summunt* curtem, & agros. *In loco
Wervvis* domum, agros & prata. *In Oringâ*, quæ ibidem possidere videntur. Adhæc, ut Ecclesia
in Keimetam à piæ recordationis *Adalberone* Archi-Episcopo Trevirensi contradita prædictæ
Eccle-

(a) *Palatinus in mortis suæ articulo*, id est, Wilhelmus videtur in castro suo Cocheimensi animam suam exhalasse, quamvis ipsi Sprenkirsbacenses ignorent ubinam
H locorum Wilhelmus Palatinus secundarius Monasterii Sprenck. fundator & dotator defunctus fuerit?

(b) *Baingmiil*, forsan hodiernum Boingberg, haud procul à Monasterio Spreneckersbach, supra in Diplom. Conradi III. *Bognuel*.

(c) *Travem Drorbach*, seu Traben Trarbach à regione oppidi Trarbach ad Mosellam.

(d) *Reila* ad Mosellam unicâ tantum leucâ à fortalitio mont Royal distans.

(e) *Pondreka* hodiè Punderich ad Mosellam villa juxta oppidulum Cellam.

(f) *Apud Sanctam Aldegundam* villa ad Mosellam haud procul a monasterio Spreneckersbach.

(g) *Vlkebach* hodie Olkenbacb ad fluv. Alve leucâ distans à monasterio Spreneckersbach.

(h) *Witlich* oppidulum & Præfectura ad fluv. Leseram.

(i) *Alflo*. hodie Alflen in Præfectura Ulmensi juris Trevirensis.

Ecclesiæ robur firmum & inconvulsum obtineat, Imperialis nostræ sanctionis paginâ eidem tra-
ditioni authoritatem adhibemus. Præter hæc etiam Imperiali authoritate confirmamus eidem A
Ecclesiæ in *Cunigsberg* curtem unam & molendinum unum. *In Stegnenach* curtem unam. *In Sa-
devviltze* curtem unam. *In Wolmerode & Wagnenhusen*, curtem unam. *In Drucesbergh* curtem
unam. *In Sprencke* curtem unam. *In Struna & Schesdevveiler* agros, prata & mancipia. *In Mile-
chen* curtem unam, & molendinum unum. *In Hunteim* census, quos ibi possidere noscuntur. Hæc
omnia, quæ supra scripta sunt, & cuncta, quæ postmodum legitimis rationibus fratres sæpedicti
Monasterii Springiersbach acquirere quarumcunque personarum donationibus, cum juris suffra-
gio poterunt, in nostrum videlicet Regum & Imperatorum patrocinium in omne tempus accipi-
mus; nec liceat alicujus conditionis personæ, in villis vel locis, ubi possessiones habuerint, introi- B
tus vel exitus eis interdicere, non aquam, vel sylvam communem, vel pascua sive publicum rerum
usum ullatenus prohibere, non transitum, non pontaticum, ab ipsis, vel ipsorum rebus exigere,
sed sub Imperatoriæ tuitionis beneficio quietam eis vitam cum omni libertatis prærogativa li-
ceat agere. Et ut hæc omni deinceps tempore rata & inconcussa permaneant, hanc cartam inde con-
scriptam sigilli nostri impressione insigniri jussimus, & testes, qui præsentes aderant, subterno-
tari fecimus, quorum nomina hæc sunt: *Joannes* Trevirensis Archi-Episcopus, *Bertramus* Me-
tensis Episcopus, *Henricus* Wormatiensis Episcopus, *Conradus* Decanus-Aquensis, *Wilhelmus*
Decanus Trevitensis. *Conradus Comes Palatinus de Rheno*, *Albertus* Comes de *Dagsborch*, *Gerhar-* C
dus Comes *de Loy*. *Emmicho* Comes *de Lininque*, *Theodoricus* Comes *de Hofstade*, *Ulricus* Co-
mes *de Nurbergh*, *Gerhardus* Comes *de Are*, *Robertus de Dourne*, *Cuno de Miucenbergh*, *Mar-
quardus Dapifer*, *Sigefridus Mareschallus*, *Hermannus de Samiatze*, *Henricus de Dune*, *Frideri-
cus de Merla*, *Fulchnandus de Leya*, *Garsius & Nicolaus de Arrar*. *Rudolphus de Ponte* & alii quam
plures.

Signum Domini Henrici sexti, Romanorum Imperatoris invictissimi. Acta sunt hæc Anno
Dominicæ incarnationis Millesimo, centesimo, nonagesimo tertio. Indictione undecim., regnante
Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo, anno regni ejus vigesimo quarto, D
Imperii verò tertio. Datum *apud Bopardiam* quarto Kal. Maji.

Ex Archivo Monasterii Sprenckirsbacensis.

LXIII.

Diploma Lotharii Imperatoris dat. Treveris 1131. 8. Kal. Maji Abbatiæ Epternacensi.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Lotharius 3. Dei gratia Romanorum Rex. Cum ve- E
nissemus Epternacum implorandi gratia S. Clementis Willibrodi Patrocinia, notum factum
est nobis Antecessorem nostrum Imperatorem Henricum concessisse Epternacensi Abbati & suis
fratribus libera potestate uti navium cursu & recursu per Alveum fluminis, quod dicitur Sura
judiciario jure Principum suæ Imperiali annotatarum Dominationi, sed rectorum incuria & æmulo-
rum perfidia frequenter impeditum. Quod nos ægre ferentes volumus renovare & salutis nostræ
gratia Regalis sigilli nostri impressione confirmare. Et quia experti sumus rei veritatem à majo-
ribus natu Trevericæ sedis testimonium perhibentibus rogatu & auxilio conjugis nostræ (a) *Richinzæ*
Reginæ & Episcopi Megingori de Merseburg & (b) Comitis *Conradi qui præest eidem Abbatiæ*, F
mittimus nuncios nostros ad terminandam & dilatandam Marcam seu navalem viam in Alveo
supradicti fluminis 24. pedum latitudinis, hoc est, *Gerardum de Castello Ratich & cum eo majo-*
res de Abbatia, nec non *Ludowigum* primorem Treviorum & cum eo meliores de Civitate, quos
ipse elegerit. Huic Negotio interfuêre *Stephanus* Metens., *Henricus* Tullens., *Megingotus* Merse-
burg Episc. *Gerardus* S. Maximini in suburbio Trevir., *Lanfridus* Prumens., *Wicboldus* Stabu-
lens. Abbates. ex Laicis, *Wilhelmus Comes Palatinus* (c) *Conradus Comes de Lucelemburg*, (d)
Otto Comes de Rinecke, fraterque suus *Hermannus Comes de Salmis*, *Rignoldus* Comes de Mont-
zum, *Gerlacus* Comes fraterque suus Imecho, *Meinhardus* Comes de Spanheim, *Bernhardus* de
Struonstaden, *Adolphus de Saphenberg*. Ex Ministerialibus *Trevirensibus Lodowigus Palatii custos*, G
item Ludewigus, *Henricus*, & cæteri plures ex clero quàm ex Laicis de Epternaco *Cuono*, Wine-
cherc, Dodefried, Ravanger.- Signum Domini Lotharii Dei gratia Rom. Regis invictissimi.
Teitmarus ad vicem Adelberti Archicancellarii recognovit. Datum 8. Kalend. Maji. Anno incar-
nationis Domini 1131. indict. 9. Anno vero regni Domini Lotharii 3. Dei gratia Rom. Regis sere-
nissimi. &c. Actum Treveris feliciter Amen.

Vid. And. du Chesne Hist. Genealog. Domus Lucemburg. p. 35.

XLIV.

(a) Richildæ in aliis Diplom. vocatur *Richeza* Richen-
za & Richsa ut & ab authoribus coævis f. fuit Henr.
Crassi Comes Northeimii ex Gertrude filia Ecberti I.
March. Saxoniæ Domini Brunsvvigæ d. 1113.... Marito
Brunsvvigâ & Northeimium dotis loco attulit. Ob. 1141.

(b) Conradus hic I. Com. 4. Lucemb. & Advocatus
fuit Abb. Epternacens. ut & majores ejus Atavus Sigefri-
dus Comes I. Lucemb. fuit Advocatus S. Max. Trevir.

(c) De quo vid. supra in Hist. Palatio. c. 1.

(d) Conradus jam dictus Comes 4. Lucemb., f. Gisel- H
berti Com. 3. Lucemburg., nepos Friderici Com 2. Lux.,
abnepos Sigefridi Com. I. Lucemburgici. Obiit Conra-
dus hic in itinere Hierosolymitano 1086. 20. Aug. sep.
Lucemburgi in Eccles. S. Mariæ à se 1083. condita.

XLIV.

A *Diploma Conradi III. Imperatoris dat. Coloniæ 1138. 3. id. April. Odoni Abbati S. Remigij Rhemens.*

IN Nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Conradus divina favente Clementia Romanorum Rex.
Si venerabilium & Religiosorum virorum justis petitionibus aurem benignitatis clementer ac-
comodamus, si servorum Dei quieti & utilitatibus piam providentiam impendimus; ei nimirum
placere non diffidimus, cujus & Nomen & vicem in terris gerimus. Quo circa noverit fidelium
nostrorum tam futurorum quàm præsentium industria, qualiter Dominus Odo Venerabilis Ab-
bas S. Rhemigii Confessoris & Francorum Apostoli, quod est in regno Francorum Regis nostram
B adiens Regalem præsentiam petiit nostro Privilegio confirmari ad Præfatum monasterium Pos-
sessiones quasdam in regno nostro quondam à Gloriosa *Regina Francorum* (a) *Gerberga* prædicto
Cœnobio legitimè contraditas & à Divæ memoriæ 1mo Othone itemque Othone 2do per Privi-
legii donationem in perpetuum confirmatas. Nos itaque ad petitionem tam nostrorum fidelium
quàm antedicti Religiosi Abbatis & fratrum ipsius supra nominato Monasterio S. Remigii omnes
Possessiones, quas hactenus in regno nostro habuit, confirmamus, & præsentis authoritate privile-
gii nostro Regio banno corroboramus scil. *Marsnam* cum fisco & omnibus appendiciis videlicet
Herta, Cluma, Litra, Angledura, quæ ad eam pertinent: Nec non in Pago Volago Coslam cum
C omnibus appendiciis suis, id est: Bechehem, Glana, Capella, Pettem, Cembach atque montes sancti
Remigii. Et si quæ adhuc per Dei misericordiam justis modis in regno nostro acquirent, ut ipse
Abbas & Monachi per omnia succedentia tempora liberam potestatem habeant præscriptas villas
cum omni integritate & appenditiis ipsarum ordinandi, fruendi & disponendi sine ullius personæ
contradictione. Hoc quoque posteritatem nostram latere nolumus, quod Dux Gothofredus de
Lovania ne multis annis Littam, quæ ad Marsnam pertinet, invaserat & omnem ipsius fructum
fratribus sæpedicti monasterii violenter abstulerat, donec Dei timore & nostra commonitione
perterritus eandem villam Abbati & fratribus in nostra præsentia refutavit, & firmis securitati-
D bus à se & à filiis suis Gothofredo atque Henrico datis se aut hæredes suos nullam deinceps inva-
sionem & injustitiam illaturos firmiter repromisit & proprio scripto confirmavit: sanè juxta con-
stitutionem & præceptum Augustæ recordationis *Attavi nostri Henrici filii quondam Conradi
suavis memoriæ Imperatoris* statuimus & statuendo immobiliter sancimus, ut tam in prænominatis
quam in omnibus in Regno nostro B. Remigii prædiis, nullus judex vel advocatus vel Comes ali-
quid exigendi habeat potestatem, nisi quantum Abbas vel Monachi ejusd. Cœnobii dederint vel
permiserint. Et ut hæc regiæ nostræ Confirmationis authoritas habilis & inconvulsa permaneat,
hanc cartam inde conscribi manuque propriâ, ut infra videtur, corroborantes sigilli nostri jussimus
impressione insigniri, testesque subnotari præcepimus, quorum nomina hæc sunt. Teduinus
E Sanctæ Ruphinæ Cardinalis Episcopus, & Apostolicæ Sedis Legatus, Arnoldus Colon. Archi-
Episc., Albero Trevir. Archi-Epis. Embrico Werceburg. Episc., Albero Leod. Episc., Andreas
Trajectens. Episc., Wibaldus Abbas Stabul. (b) *Wilhelmus Comes Palatinus.* (c) *Walerannus* Dux,
Henricus filius ejus, Gothofredus Comes Namurcensis, (d) *Henricus* filius ejus (e) *Otto Comes de
Rinecc*, Theodoricus judex Aquensis, Rogerius frater ejus.

Signum

(a) Gerberga filia Henr. I. Imp. nupsit 1ò Giselberto D. Lotharingiæ A. 929. 2dò Lud. R. Franc. 940. ob. 984 5. Maji . . . . sep. ad S. Remigium.

F (b) Filius fuit Sigefridi Com. Pal. Rh. & Gertrudis filiæ Henrici Crassi Com. Northeimii. Wilhelmus Patre 1113 defuncto infra 3 Annorum erat, ideoque tutor & Administrator Palatinatus ab Henrico V. constitutus Gothofredus Comes de Calve Palatinus Tubingensis, usque dum ad ætatem perveniret. Ob. tandem 1142. . . . sepultus in Monast. Sprenckirsbacensi Diœces. Trevir.

(c) *Walramus* cogn. Paganus filius Henrici II. cogn. Exducis D. Limb. & Lothar. ob. Walramus 1140. & filius

G circa A. 1139

(d) *Henricus* cogn. Cæcus C. Namur. & t. Comes Lucemburg. ex hac familia, ratione matris Ermensindæ fil. Conradi I. Com. 4. Lucemburg. quæ mortuo nepote Conrado II. C. Lucemb. ex fratre Wilhelmo ipsa Ducatus Luxemb hæres facta, sic Henricus hic ratione Ducatus Lucemb Advocatus quoque factus Monasterii S. Maximini Trevir. de quo v. Zillesium Defens. S. Maxim. ob. senex 1188 d., . . . sep. Floreffiæ.

(e) Otto hic f. Hermanni Com. Salmens. Electi Regis

H Rom. contra Henricum IV., nepos Giselberti Com. 3. Lucemb., vocatur hic tantum *Comes de Rinecc* ut & in aliis Impp Diplom S. de A. 1138 4. id. Apr. apud And. du Chesne & Miræum Diplom. Belg. l. 2. c. 40., & de A. 1135., & d. Anno 1146 3. Kal. Jan. & de A. 1131. 8. Kal. Maji quæ vid. apud And. du Chesne Hist. Luxemb. p. 35. Sic & Ritteishus in Exeg. Hist. eum quoq; nuncupat tantùm Comitem de Rhineck, p. 142 quamvis alii perperam eundem appellent *Comitem Palatinum de Rhenecke* ut Mar. Scotus, Com. Pal. de Reyneche ut Gerb. de Leyde Chron. c. 13, Com. Pal. de Rhynegge ut Beka & Heda de Episc. Ultraj. Videtur autem Ottonem hunc ex Palatina (f. forsan Henr. cogn. Furiosi Com. Palat. de quo v. Hist. meam Palat.) genitum esse & titulum hunc Com. Palat. post obitum Wilhelmi Com. Palat. demum assumsisse, unde etiam ab Hermanno successore Wilhelmi ab Imp. Conrado circa An. 1145. legitimè in Comitem Palat. Rheni Electo ipsi controversia mota videtur, hinc bellum & rixæ de quo vid. Kyriand. Ann. Trev. ad A. 1148 & Mass. 1. 2. p 52. idque etiam inde colligi licet, ex Diplom scil. Conradi Imp. d. A. 1144. apud Massen. Ann. Trev. l. 14. p. 7., 64. ad A. 1142. quo omnia Wilhelmi ultimi C. Palat. bona ad Imp justis modis devoluta esse Imp. testatur, quia feudũ erat rectum s. masculinum, Ottonem autem hunc ad summam senectutem pervenisse ex Dipl. Conradi Imper. dat. Ecclesiæ Cambrec. 1146. patet, inquit A. du Chesne l. c. p 44., ubi & Otto cum filio Ottone testes adducuntur, ita ejusdem Ottonis filii Hermanni Regis meminit Kyriander l. c. And. du Chesne, l. c. ignorat uxorem ejus, alii verò ut Paol. Hachenberg., in Heroico Panegyr. tit. Tubantus redivivus edit. Steinheimii 1063. & Imhof. notit. Imp. l. 9. c. 10 ipsi uxorem Gertrudem f. Johan. Comitis Tubantiæ s. Bentheimii adscribunt indeq; primum Comitem Bentheimii factum, filium habuit Ottonem Com. Pal. de Bentheim, ut Gerb. de Leyd. c. 15., vel Comitem Nicomagi sororium Theodorici Com. Holland., ut Heda de Episc. Ultraj. eum appellat, & hic captus 1138. ab Heriberto Episc. Ultraj. & paulo post ab Hermanno Comite de Stalecke postea in Comitem Palat. Rhen Electo A. 1139. occisus est, ut A. du Chesne, l. c. p. 44.

Signum Dmi Conradi invictissimi Regis. Ego Arnoldus Cancellarius vice summi Cancellarii Moguntini scripsi & subscripsi. Anno Dominicæ Incarnationis 1138. indict. prima, data Coloniæ 3. id. April. A

Vid. apud And. du Chesne in Genealog. Lucemb.

XLV.

Diploma Conradi III. Imp. dat. Coloniæ 1138. 4. *id. April. Ecclesiæ Aquens.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia Romanorum Rex secundus. Quoniam divina ordinatio Romani regni solium per Electionem Principum sua Misericordia nos conscendere voluit Parentum nostrorum & Prædecessorum Catholicorum B Principum munificentiam & mores imitari pro viribus nostris Dei authoritate decrevimus & quicquid salubriter ad cultum Dei ampliandum pro remedio animæ nostræ statuerunt & in Privilegiis firmatum reliquerunt inviolabiliter servare & renovare statuimus. Notum igitur facimus cunctis Christi nostrisque fidelibus tam præsentibus quam futuris, qualiter prædium illud, quod est in Harve, quod Avus noster Henricus III. Rom. Imp. ob interventum filii sui Henrici Sanct. Dei Genetricis Mariæ Ecclesiæ Aquisgrani sub Privilegio donaverat, deinde idem filius ejus Henricus IV. Imp. sua authoritate & Privilegio firmaverat, eidem Ecclesiæ Sanctæ Dei Genetricis Mariæ ob remedium animæ nostræ Parentumque nostrorum restituimus & regia authoritate nostrâ C juxta tenorem suorum Privilegiorum roboramus cum omnibus appenditiis, hoc est Mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, pasenis, pratis, campis, sylvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, exitibus & reditibus, quæsitis & acquirendis & cum omni utilitate, quæ inde quolibet modo provenire poterit, firmamus quoque prædictæ Aquensis Ecclesiæ tres advocatias videlicet super prædictum Prædium Harve & sup. 2. loca Loncins & Mandrevelt, quæ pertinent ad præfatam S. Mariæ Ecclesiam Aquensem, ea ratione, ut quilibet ejusdem Ecclesiæ Præpositus easdem tres advocatias liberè & absolutè teneat, & pro utilitate ipsius Ecclesiæ & fratrum ibidem Deo famulantium consilio, cui velint, D negent, tribuant, similiter præfatum Prædium Harve ob utilitatem suam & fratrum quicunq; ibi præpositus fuerit, consilio fratrum disponat. Hoc diligenter observato singulis Annis, ut in Exequiis Avi nostri Henrici III Imp. ad refectionem fratrum libra una de supradicta Curte persolvatur. Ut autem hoc inviolabiliter per omnem successionem temporum observetur, hanc chartam inde conscriptam & nostrâ manu corroboratam Impressione sigilli nostri signari jussimus nec non & testes annotari sub, quorum præsentia hæc acta & firmata sunt, fecimus, quorum nomina hæc sunt: Tedwinus S. Rufinæ Episcopus Cardinalis, Apostolicæ sedis legatus, Arnoldus Colon. Archi-Episc., Albero Trevir. Archi-Episc., Embrico Wirceburg. Episc., Albero Leod. Episc., E Andreas Trajectens. Episc, Wernerus Monaster Episc., Odo Osenburgens. Episc., Rudolphus Halberstad. Episc. *Wilhelmus Comes Palatinus*, Walramus Dux, Henricus ejus filius (a) *Gothofredus Comes Namurcensis*, Arnoldus Com. de Cleve, Arnoldus Com. de Los. Signum Domini Conradi Regis Rom. invictissimi. Data 4. id. April. indict. I. Anno Dominicæ Incarnationis. Millesimo centesimo trigesimo octavo, regnante Conrado Rom. Rege secundo, Anno I. regni ejus. Actum Coloniæ in Christo feliciter. Amen. vid. Miræum Donat Belg. l. 1. c. 59.

Vid. A. du Chesne Hist. Lucemb.

XLVI. F

Diploma Conradi III. d. Coloniæ 1138. 5. *id April. Ecclesiæ Ultrajectensi. v. apud Miræum Donat. Belg. & Hedam de Episc. ultraj.*

COnradus divina largiente Clementia Rom. Rex secundus &c. Notum esse volumus cunctis fidelibus, qualiter Comitatum quendam Frisiæ Oestergewe & Westergowe S. Martino ad Ecclesiam Trajectensem monitu & petitione Venerabilis & fidelis nostri Andreæ ejus sedis Episcopi justè resignavimus, quem injustè eidem Ecclesiæ ablatum pro certo comperimus. Dederat sanè prædictum Comitatum Trajectensi Ecclesiæ Henricus IV. Imperator, tum pro remedio animæ suæ tum propter amorem Conradi ejusdem sedis Episc., quod donum filius ejus Henricus V. Imperator iterando renovavit. Nunc igitur, quia aliquamdiu sub Prædecessore nostro Lothario Imperatore prædicta Ecclesia suo jure & prædicto Comitatu caruit, ulterius eam suo jure carere nolumus, utque antiquæ donationis & nostræ resignationis auctoritas inconvulsa permaneat, hujus attestationis paginam conscribi jussimus, & testes subnotari præcepimus, quorum nomina hæc sunt: Thuwinus S. Rufinæ Episc., Cardinalis & Apostolicæ sedis legatus, Arnoldus Colon. Archi-Episc., Albero Trevir. Archi-Episc. Embrico Wirzeburg. Episc., Albero Leod, Wernerus G Mo- H

(a) De quo Miræus dipl. Belg. l. 1. c. 70. Albertum C. Nam. maritum Ermengardis filiæ Caroli D. Lotharingiæ Namurcum dotale possedisse legit ante An. 1000 hujus Alberti filius Albertus II. Collegium Canon S. Alb. ibidem A. 1046 instituit, qui A. 1043 in bello apud Ribbovium à Gothofredo D. Loth. occisus est, eumque fuisse, qui Ducatum Loth. Mosel. ab Henrico III. accepit. cui successit Gerhardus, hic reliquit Albertum III., & hujus Alberti III. filius fuit Gothofridus hic C. Namur. Mariti Ermensindis filiæ Conradi I. Com. 4. Lucemb. & ex ea procreavit Henricum Cæcum Com. Namur. & Luxemb., Adelam & Isabellam. Namurcum veteribus Nametodurum, primam ejus mentionem invenio apud Sigebertum in A. 989. Inter Pipinum, inquit, & Gislemarum filium Warathonis apud Namurcum Castrum pugna committitur.

A Monasteriens., Udo Osoabrugens., Stephanus Meiens., Nicolaus Cameracens. Episcopus, Walramus Dux, *Wilhelmus Comes Palatinus*, Gothofredus Com. Namurcens., Henricus Com. de Zutphen, Arnoldus Com. de Cleve, Adolphus Com. de Saffenbergh. Adolphus Com. de Castro, Conradus Com de Bonna, Arnoldus Com de Loen, Conradus de Hagen, Rothgerus de Duria & alii quam plures. Signum Conradi Roman. Reg. secundi Ego Arnoldus Cancellarius recognovi & recensui vice Archi-Cancellarii Mogunt. Data 5. id. April, indict. I. An. Dominicæ Incarnationis 1138. regnante Conrado Rege Rom. II. Anno regni ejus I. Actum Coloniæ in Christo feliciter Amen.

B

XLVII.

Lotharii Imper. Diploma de An. 1135.

LOtharius divina favente Clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Sicut Imperialis est authoritas superbos dejicere, contumacibus contraire, sic ejus magnificentiæ & decoris est humiles & devotos beneficiis attollere scriptorum authoritate corroborare. Unde notum esse volumus cunctis præsentis futurisque temporis fidelibus, qualiter venerabilis Abbas Cœnobii S. Johannis Apost. Evangelistæ, quod est situm in castro Madelhardesdorf, nomine *Epp. Ducem* C *Bavariæ Hainricum* adiit & de fundo suæ ditionis dominicalem curtem Stainkirchen dictam, monasterio vicinam sibi in concambium dari postulavit, eadem verò curtis erat Ottonis Ratisbonensis Præfecti beneficium, cujus consensu factum est concambium. Dux itaque Hainricus prædicti Abbatis Epponis precibus & voluntati annuens cum consilio aliorum Imperii nostri fidelium idem concambium concessit & fecit tradens monasterio S. Johannis Evang. Dominialem curtem Stainkirchen sitam cum molendino & omnibus suis pertinentiis quæsitis & inquirendis, cultis & incultis, pratis, pascuis, sgris, aquarumque decursibus & recipient in jus justæ communicationis quicquid Ecclesia prædicta habuit in villa Ciutharsdorff dicta & prædium quoddam Chotb dictum. Hoc itaque concambium coram fidelibus nostris factum, præfatus Dux Hainricus conces- D sit & fecit & scripti nostri auctoritate corroborari postulavit. Cujus petitioni annuentes concambium idem confirmamus & in perpetuum inconvulsum manere Imperiali auctoritate detinentes præsentis scripti decreto corroboravimus & ut ab omnibus imposterum melius cognoscatur & credatur, sigilli nostri impressione signavimus. Huic rei interfuerunt Dietwinus Cardinal. Episcopus de Titulo S. Rufine, Adalbertus Mogunt. Archi-Episcopus, Chunradus Saltzburgens. Archi-Episcopus, Bruno Coloniensis Archi-Episcopus, Chunradus Magdeburgens. Archi-Episc., Adalbertus Trevirens. Archi-Episc., Adalberto Hamburgens. Archi-Episc., Wido Bisuntinus Archi-Episc., Otto Babenberg Episc., Hainricus Ratisbonens. Episc., Riegemarus Pataviens. E Episc., Gebhardus Eystetens. Episc., Embrico Wirtzeburgens. Epis, Heinricus Dux Bavariæ, Dietpoldus Marchio, Adalbertus Marchio, Heinricus Marchio, *WILHELMUS PALATINUS, FRIDERICUS PALATINUS, OTTO PALATINUS*, Udalricus Dux filius Engelberti Ducis. Data Anno Dominicæ incarnationis M C. tricesimo quinto, indictione III. XVI. Kal. April. Anno ordinationis Domini Lotharii Regis tertii X. Imperii verò II. Actum Babenbergæ feliciter Amen. v. apud Hund. in Metrop. Salisburg. t. 3. p. 46c.

Aliud diploma Lotharii Imperatoris, dat. Quitelinchurc An. 1134. 7. Maji, quo Imperator negotiatoribus Civitatis Quitelingeburg. privilegia ipsis ab antecessoribus ejus concessa con- F firmavit,: Testibus *Adelberto, Chonrado, Henrico* Marchionibus, *Friderico* (Saxoniæ) & *Wilhelmo* (Rheni) *Comitibus Palatinis*, *Ottone Comite de Rhinecke*, &c. quod vid. apud Maderum in Antiquit. Brunswic. p. 230.

XLVIII.

Diploma Conradi III. Imp. d. Trajecti 1145. 15. *Kal. Nov. Ecclesiæ Ultraject.*

COnradus divina favente Clementiâ Rex Roman. 3. Nobis apud Trajectum residentibus fidelis noster Hardbertus Episc. ejusd. Loci *Conradus frater noster* Præpositus, Decanus & Capitulum majoris Ecclesiæ dictæ civitatis ad nostram præsentiam venerunt supplicantes, &c. Nos igi- G tur attendentes nos & Antecessores nostros Reges & Impp. in dicta Ecclesia à fundatione ejus inter Canonicos primum locum obtinere & ob dicti Hardberti Episc. fidele servitium & devotionem frequentem, quâ nostram Regalem Excellentiam & conjugem nostram Gertrudem Reginam per aliquod tempus in ipsa Civitate commorantem honoravit; &c. Testes, qui præsentes aderant, subternotari fecimus, quorum nomina hæc sunt: Anselmus Havelberg., Albero Leodiens., Wernerus Monasteriens., Nicolaus Cameracens., Odo Ossenbrugens. Episcopi., Walramus Dux, (a) *Wilhelmus*

(a) Hic nota Errorem *Miræi* in Donat Belg. l. 2. c. 46. H *Heda* de Epis Ultraject. p. 310. & ex eo *Gelenius* in Auctuar. Hist. S. Engelberti Archi Episc. Colon p. 298. aliorumque in Diplomate hoc Wilhelmum Comitem Palatinum loco Wilhelmi Comitis Ghotensis ponentium. Certissimum enim est, Wilhelmum nostrum Comitem Palatinum jam dudum A. scil. 1142. defunctum fuisse v. Hist. nostram Palatinam, Error etiam ex alio scil. Diplomate ejusd. Imperatoris eodem Anno, loco & die eidemque Ecclesiæ Traject. dato clarius patet, ubi iidem testes producuntur inter quos & *Wilhelmus Comes Ghotensis* & *Conradus* Ecclesiæ Traj. Præpositus frater noster etc. integrum a. Diploma. vid. apud Hedam lib cit p. 312. Procul dubio idem ille cujus meminit Chappeavillius de gest. Episc Leod. t. 2. p. 76. ex Brustemio, ubi scribitur circa An. 1134. Leodii fuisse Canonicos Ecclesiæ S. Lamberti 9. (al. 21.) Regum filios. 14. Ducum, 29 Comitum, 7. Baronum & inter hos etiam *Conradum filium Ducis Sueviæ* Præpositum Huyensem. v. et. Chron. Mag. Belgicum & Mersæi Catalogum Episc. Leodiens.

mus Comes Palatinus, Henricus Comes de Zutphano, Arnoldus Com. de Clivo, Adolphus Com. de A
Monte, Henricus Com. de Gelre, Conradus frater noster Præpositus, Emmo Præpositus S. Bonifa-
cii, Conradus Tielens. Præpos., Lambertus S. Petri Præpos., Gothofredus de Reuen, Alardus de
Megene, Otto Præpos. Traject., Egbertus de Amsterlo, Bertholdus de Altenseel, Jacobus de Sa-
tersloe. Signum Conradi Roman. Regis III. Ego Arnoldus Cancellarius vice Henr. Moguntin.
Archi-Episc. & Archi-Cancellarii recognovi Anno Domin. Incarnat. 1145. indict. 8. 15. Kal. No-
vemb. regnante Conrado Rom. Rege tertio, Anno verò regni ejus octavo, data apud Trajectum in
Christo feliciter. Amen.

Vid. Hedam de Episc. Ultraject. p. 310. & Miræum in Donat. Belg. l. 2. c. 46. B

XLIX.

Diploma Conradi III. Imperatoris dat. in Curia Soldensi apud Vilisburg 1140. . . Episc. Astensi.

CONradus divina favente Clementia Romanorum Rex secundus fidelibus suis Civibus Astensi-
bus in perpetuum, &c. Sacra officii nostri ratio nos admonet omnibus in regni nostri spatioso
ambitu constitutis, qui nostræ obediunt jussioni æquitate propositâ jus suum conservare &
à pravorum hominum violentâ invasione protegere: Eos enim attentius confovendos arbitra-
mur ac propensiore liberalitate donandos, qui debito fidelitatis nobis arctius obligati in nostro C
regnique servitio cura pervigili continuo mancipantur: Eapropter vobis Astensibus ob fidei no-
stræ studium & obsequii propositum præsertim petitionem dilectæ conjugis nostræ Gertrudis
Reginæ & Friderici fratris nostri Ducis Sueviæ authoritatis nostræ Regali Munificentia jus facien-
di Monetam in Civitate Astensi donamus ad honorem & decorem Civitatis & usum Civium
omnino profuturum, Et sicut à Principe largitiones beneficiorum exuberant, sic etiam populi de-
bitum est, ut mandato Principis fideliter & affectuosè obtemperet, decernimus ergo per præsen-
tis Privilegii paginam ut liceat vobis hominibus nostris Astensibus hâc nostrâ concessione nunc &
in posterum liberè uti. Si quis autem hujus præcepti nostri seriem violare tentaverit, centum li- D
bras auri purissimi componat, quarum partem dimidiam Cameræ nostræ, reliquam verò præfatis
Astensibus persolvat: huic nostræ concessioni testes idoneos adhibuimus, quorum nomina hæc
sunt: Adelbertus Moguntinus Archi-Episc., Adalbero Trevir. Archi-Ep., Arnoldus Colon. Archi-
Ep. Finbtito Vertiburgens. Episc., (a) *Otto* Frisingens. Episc., Henricus Ratisbon. Episc., Frederi-
cus Dux Suevorum, (b) *Henricus* Comes Palatinus, Conradus Dux Carinth., Adelbertus Dux Sa-
xoniæ, Thiepoldus Marchio, Hermannus Marchio, Arnoldus Comes de Cleva, Adolfus Comes de
Monte, Adelbertus Com. de Levestur. (c) *Hermannus Comes de Stalechur*, Ebrardus Com. de Su-
lethbac, Gothofredus Castellanus de Horembergh. E

V. d. Ital. Sacram p. 516.

Signum - Domini Conradi II. Roman. Regis invictissimi. - Ego Arnoldus Cancellarius vice
Alberti Mogunt. Archi-Cancellarii recognovi Anno Dominicæ Incarnationis 1140. Indict. 3. re-
gnante Conrado Rom. Rege secundo Anno 2do, regni ejus quarto.

L.

Diploma Conradi III. dat. Magdeburgi 1145. . . . . Hartvvico Comite de Dithmarsia. F

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Chunradus divinâ favente Clementia Romanorum
Rex 2dus. Principalis Excellentiæ providentiam decet, ut ea, quæ à Rectoribus Ecclesiarum, de
sacris earum possessionibus vel ordinationibus aut commutationibus sub nostro conspectu, sive ex
Judicio

(a) *Otto Fris. Episc.* Historicus qui varia scripsit. & A. 1158. 11 Kal. Nov. obiit, frater fuit uterinus Conradi Imp. & filius Leopoldi March. Austr. ejus MSta in Bibliothec. Jenens. & Viennæ in Monast. Scotorum teste Cuspiniano asservantur, successit huic in Episcopatu Frisingensi Getoldus, & huic A. . . Conradus Tolznerus.

(b) *Henricus Comes Palat.* utrum hic Rheni vel alius Comes Palatinus fuerit? non mihi satis constat, neque etiam fratrem Wilhelmi Comitis Palat. Rheni fuisse indè conjicio, quod idem Imp. Conradus in diplomate de A. 1144. apud Masen. in Annal. Trevir. l. 14. p. 764. ad 1142. testetur, Wilhelmum hunc A. 1142 defunctum ultimum ex hac familia Comitem Palatinum fuisse, sicque omnia Wilhelmi hujus filii Sigefridi Allodia justis modis ad regnum devoluta est.

(c) *Hermannus Comes de Stalechur* (rectius Staleckun, ubi r. loco n. vitio amanuensium irrepsisse puto, ita enim Conradus Comes Pal. Rheni Hermanni hujus successor literas subscripsit. dat. in Castro nostro Staleckun (quod est Baccharense, aliàs *Stalecka*, *Stalecke* dictum) 1190. Kal April. vid. Freher. Orig. Palat. p. 89.) idem ille Hermannus Comes fuit arcis Stalecke viciniquè territorii Dominus, antequam à Conrado Imp. Defuncto scil. A. 1142. Wilhelmo ultimo Com. Pal. Rh. in Comitem Palatinum electus & confirmatus fuisset, quod factum Coloniæ A. 1143. v. Arumæum ad A. B. disc. 3. th. 17. disc. 2. th. 27. Porro idem ille Hermannus fuit, qui Ottonem Comitem de Rhinecke, filium Hermanni Regis Rom. G
Electi contra Henricum IV. circa A. 1130. dolendâ morte interfecit, de quo Heda de Episc. Ultraject. p. m 306. Chr. Mag. Belg. Pistorii p. 166. And. du Chesne in Hist. Genealog. Domus Luxemb. in probat. p. 44. 45. Idem ille Hermannus, qui ut Kyriand. Ann. Trev. l. 11. p. 123 ad An. 1148. & Masenius Ann Trev. t. 2. p. 50. Castrum Tris in diœces. Trevir. Ottoni Com. de Rhinecke filio Ottonis supradicti eripuit, Ottonem v. illud castrum, Adalberoni Archi-Episc. Trev. 1148. recuperandum reliquisse, con- H
sentiente Gertrude, uxore Ottonis, testantur supradicti scriptores. hinc grave bellum inter Archi-Ep. & Hermannum hunc Com. Pal. exortum fuit: Idem ille Hermannus ob cædem Ottonis, ut videtur, excommunicatus, cujus meminit Chr. Montis Sereni apud Meibom op. p. 18. ad A. 1145 idem denique Hermannus, qui A. 1156. obiit, quique in uxorem habuit Conradi Imp. neptem ex sorore Luitgarda ex Conradi Magni & Pii March. Misniæ & Landspergæ nomine Gertrudem. de quo supra in Hist. Palat.

Judicio sive ex partium consensu fuerint tenaciori scriptorum memoriæ contradantur, ne postera
A ætas rerum gestarum ignara aliquo errore sive dissensione fatigetur. Quocirca notum esse volu-
mus tam futuræ quam præsenti hujusmodi industriæ, quod vir venerabilis Fridericus Sanctæ Mag-
deburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopus pacta quædam & conventiones in nostra & Principum no-
strorum Præsentiâ contraxit cum Hartwico præclaro Ecclesiæ suæ Canonico ejusque matri Ri-
chardæ Marchionissæ quas utrinque authoritate nostrâ regâ roborari & Principum nostrorum,
qui aderant, testimonio stipulari petierunt: Siquidem prædictus sublimis Clericus una cum præ-
fata Matre sua contulit eidem Archi-Episcopo & Magdeburgensi Ecclesiæ Possessiones suas, quas
de Patrimonio suo hæreditaria successione acceperat, quarum nomina hæc sunt: Jerichowa cum
B suis pertinentiis, Linin cum suis appenditiis, Wranckenstein cum suis attinentiis, Eriebasleve
cum suis pertinentiis. Has itaque denominatas Possessiones & non alias retentu tamen Ministe-
rialium, qui ad eas pertinent, omnibus vitæ suæ tam per obsides quam per securitatem Sacramenti
obsequio tali conditionis tenore prædictus nobilis Clericus Hartwicus cum matre suâ una contu-
lit Magdeburgensi Ecclesiæ, ut quia inclitus Carnalis frater Rudolphus Comes à suis hominibus
in Comitatu Dithmarensium impiè interemtus fuerat, & ei tota Paternæ Domus Possessio hæredi-
tario jure competebat, à cujus ingressu & usu prædicti sicarii sui germani interfectores prohibe-
bant, deberet eum prænominatus Archi-Episcopus per bonam fidem usque ad efficaciam obtinen-
C di adjuvare non solum de Prædicto Comitatu Dithmaringensium, sed etiam de Comitatu Nort-
landiæ & possessionibus, quæ fuerant Comitis Friderici & Dominæ Idæ, de omnibus, quæ in sua
potestate habebat, & de omnibus aliis, de quibus eidem sublimi Clerico justa actio ex Legum ra-
tione competebat: Insuper duas Curtes Witelam & Goganheim cum omnibus appendiciis præ-
fatus Archi-Episcopus sæpe dicto Clerico & Matri suæ dedit, hâc interjecta rationis Constantiâ ut
non ex jure beneficii easdem Curtas teneant, sed reditibus earum ad usus suos, quoad usque vixe-
rint, filius post matrem, seu mater post filium absque omni impedimento ex jure Privilegii possi-
deant. Interim autem quæcunque bona in præfatis curtis à beneficiali jure in libertatem cesse-
rint, in usus suos redigant & quietâ possessione obtineant. Præter hæc etiam idem Archi-Episco-
D pus contulit prænominato nobili Clerico de mensâ sua reditus 40 librarum juxta prædictam con-
ditionis legem, ut non beneficiali jure teneat, sed ad usus suos accipiat: Ad hæc quoque benefi-
cium 100. Marcarum, quod primum de manu cujusdam Principis vel cujusquam Nobilis vacave-
rit, idem Archi-Episc. ad usus ejusdem Clerici dimittere firma stabilitate promisit, ita videlicet ut
filium sororis suæ Adelbertum earundem 100. Marcarum sibi legitimum hæredem relinquat. Su-
per hæc omnia idem Archi-Episcopus data fide inviolabili Conditionis lege promisit, Canonici
sui tam pro eo, quam pro Ecclesia sua adhibita fide indubitanter spoponderunt, Ministeriales sui
jurejurando firmârunt, quod hæc omnia, quæ prædicta esse noscuntur, bonâ fide & absque omni
E malo ingenio idem Archi-Episcopus deberet observare, & pro retinendis ad usum & Dominium
ejusd. Nobilis Clerici prænotatis possessionibus tanquam pro suis & Ecclesiæ suæ rebus inviolare:
statutum etiam est, ut si prætaxatus Archi-Episcopus eundem præcelsum Clericum adjuvare non
posset vel nollet tota ad ipsum & ad hæredes suos collatæ Possessionis integritas reverteretur, con-
ditionem vero in omni contractu valere sacra Imperialis scripta indubitati juris esse testantur. Et
ut hæc ab omnibus sic disposita & constituta esse noscantur, Præsentis scripti paginam fieri &
nostra Imaginis signo roborari mandavimus & nomina quorundam Excellentium personarum, quæ
huic contractui interfuerunt, subternotari fecimus: Rudulfus Halberstad. Episc., Anselmus Ha-
velbergensis Episc., Wikerus Brandenburg. Episc., Buggo Wormat. Episc., Wibaldus Stabulens.
F Abbas. Henricus Dux Saxoniæ (a) *Henricus Comes Palatinus de Rheno* Adalbertus Marchio, Hen-
ricus Comes de Wincebirch, (b) Fredericus Palatinus Comes, Adolfus Comes de Schovvenburg,
Ernestus Com. de Hohenburg, Hluduicus Com. de Lara, Sibodo de Scattuelde, Hludevvicus de
Wipera, Hogerus de Manesvelt, Esico de Burmeusteden, Walterus de Arnestede, Otto de Hilges-
leve, F. de Salizvviteleu, & frater ejus Wulradus, H. de Boivvidel & fratres ejus Helmoldus &
Woltadus.
Signum Conradi II Regis Rom. invictissimi Anno Dominicæ Incarnat. 1145 Indict. 8. re-
gnante Chunrado Rom. Rege 2do. Anno verò regni ejus 8 Actum Magdeburgh. in Christo feli-
G citer. Amen. Vid. Lindenbrog Script. Sept. p. 177.

LI. *Di-*

(a) Malè hic à Lindenbrogio & Goldasto Const. t. 3. p. 329. Henric⁹ pro Hermanno ponitur, nullus enim tum temporis Comes Palatinus Rheni fuit, qui nomen *Henrici* gesserit, sed ultimus ex familia Palatina Wilhelmus fuit, cujus omnia bona & allodia justis modis ad Imp. devoluta esse restatur ipse Conradus Imp. in diplomate
H de A. 1144 de quo v. Massen. Ann. Trev. l. 14. p. 764. ad A. 1142., quo Wichel. obiit. Rectius *Hermannus* vocatur, uti ex quam plurimis Impp diplom. patet, qui *Hermannus* antea *Comes* de Stalecke dictus, in locum VVilhelmi circa A 1144. vel 1145. Coloniæ à Conrado Imp. in Comitem Pal. Rheni Electus & confirmatus est, v. Arumæum ad A B. disc. 3 th 17. dil. 2. th 27. ejusdem Comitis de Stalecka *Hermanni* meminit Chron Montis Sereni apud Meibom. p. 18. ad hunc Annum, eum scil. hoc Anno cum Imperatore Magdeburgum venisse, neptemque Imp ex sorore Luitgarda ux. Conradi March. Misniæ & Landspergæ nomine Gertrudem in uxorem habuisse. Eundem quoque cum Lindenbrogio errorem errarunt illi, qui in Diplom. Frid. I. Imp. d. Ratisbonæ 1156. 15 Kal. Oct. Hermannum hunc male Henricum vocant, ut Andreas Presb. Ratisb. Chr. Bav., Spenerus Op. Herald. p. 669., Miræus Don. Belg. l. 1. c. 52. Sic & passim Pezell. in Mellif. Hist p. 3 in Frid. I. eundem Hermannum nostrum perperam Henricum vocat. Obiit u. Hermannus hic Comes Pal. Rh. 1156 ἄτεκνος & Successorem habuit Conradum Ducem Sueviæ Comitem Bipontinum, fratrem Friderici I Imp.

(b) *Fridericus Palatinus Comes.* Scil. Saxoniæ, de quo supra ad Diploma 1023. dictum.

LI.

Diploma Conradi III. Imp. dat. Ecclesiæ Cameracensi A. 1146. 3. Kal. Januar. Aquisgrani. A

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente clementia Roma-
norum Rex secundus. Prædecessorum debet privilegia conservare, qui sua vult à
successoribus instituta servari: Et quia Regiæ Majestatis est, justis petitionibus aures
misericordiæ porrigere & fidelium regni necessitatibus affectu debito subvenire dilecti no-
stri Nicolai venerabilis Cameracensis Episcopi precibus annuentes collata Ecclesiæ suæ B
à prædecessoribus nostris privilegia pietatis intuitu dignum duximus confirmare; ut quod præce-
dentium Imperatorum & Regum, Pipini, Caroli Magni, Ludovici, Arnulfi & Ottonis Ecclesiæ Ca-
meracensi dedit & confirmavit authoritas, nostro roboraretur auxilio & regiæ nostræ auth oritatis
munimine fulciretur & ratum & inconvulsum omni futuro imposterum tempore perduraret. Au-
thoritatis itaque nostræ præcepto jura & honorem Cameracensi Ecclesiæ roborantes subsignatas
possessiones præfatæ sedi Cameracensi ad honorem & utilitatem præfati Episcopi & successorum
suorum irrefragabiliter assignavimus Civitatem scil. quæ Cameraÿ nuncupatur cum justitiis, di-
strictibus, moneta, molendinis tam in Civitate quam extra, aquis aquarumque decursibus, Ecclesiis,
villis, quæ hactenus Episcopali possessionis exstitisse constat: Abbatiam etiam Gaugerici, Comita- C
tum totius terræ Cameracensis, Castellaniam quoque Casaturas & hominia, quæ de feodo Episcopi
esse constat: adhæc novum Castellum cum justitiis, districtibus, moneta, molendinis, aquis, casatis
forastum etiam tendens in longitudine à Sanasionis monte usque ad illum locum, ubi 2. Helpræ
cadunt in Sambram, in latitudine à villa, quæ dicitur Basis, & loco qui vocatur Gorgunes, ita ut
Sambra decurrit, & 2. Helpræ usque ad ulteriorem ulterioris Helpræ ripam, decernimus ergo &
regia authoritate præcipimus, ut nullus Judex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in Ec-
clesias aut loca vel agros, seu reliquas denominatas possessiones prædictæ Ecclesiæ, quas moderno
tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem regni nostri justè & legaliter tenet & D
possidet memorata Ecclesia vel ea quæ deinceps à Catholicis viris collata fuerint Ecclesiæ ad causas
exigendas aut feoda aut mansiones vel paratas faciendas aut fidei jussores tollendas, aut homines
ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quam servos super terram ipsius commanentes aliquatenus astrin-
gendos vel villas redibitiones aut illicitas occasiones inquirendas nostris & futuris temporibus in-
gredi audeat vel ea, quæ supra memorata sunt penitus exigere præsumat. Porro ad exterminandas
æmulorum & malevolorum suggestiones, conservandos etiam honoris & regni nostri fines, præ-
fato Episcopo & successoribus suis interventu charissimæ conjugis nostræ Gertrudis Reginæ &
Regalis Munificentiæ benignitate concedimus, ut in nostra & successorum nostrorum tam Regum E
quam Impp. manu & tuitione nullo Duce Comite, Principe seu quolibet majori minorive persona
intercedente . . . irrefragabiliter permaneant. Ut Clerus & o do in servitio Dei roboretur Prio-
cipum quoque & populi fidelitas nobis & Regno nostro inviolabilis conservetur. Præterea no-
vam illam consuetudinem quæ vulgò *Gavena* dicitur, quam solet Comes Flandrensis exigere, præ-
dicto fideli nostro Nicolao Episc., Civitati, Ecclesiæ, & territorio Cameracensi ex Regalis auctori-
tatis beneficio remittimus, statuentes ut nullo imposterum tempore liceat Flandrensi, vel cuilibet
alii Comiti sæculari ve pecuniæ ad prædictam consuetudinem manum mittere vel Ecclesiæ Came-
racenii pacem super injustis vexationibus fatigare sed liceat præfato Præsuli suisque successoribus
res prædictæ Ecclesiæ cum cellulis & rebus vel hominibus sibi legaliter subjectis sub immunitatis F
nostræ defensione quieto ordine possidere & nostro fideliter patere regno atque pro stabilitate
nostra vel totius regni à Deo nobis collati vel conservandi una cum clero & populo sibi subjecto
liberè Dei misericordiam exorare, & quicquid exinde fiscus noster exigere poterat ad luminaria
ipsius Ecclesiæ continuanda perpetualiter concessimus adhibendum. Præterea constituimus, ut
nullus successorum nostrorum Regum s. Imperatorum, ut nullus Dux vel Comes aut Vicarius seu
quislibet ex judiciaria potestate nostram vel antecessorum nostrorum Regum & Impp. authorita-
tem violare præsumat; quod si quisquam ausu temerario nostram aut prædecessorum nostrorum
authoritatem infringere tentaverit, causis regalibus sit obnoxius & insuper ter mille libras auri G
purissimi componat, dimidietatem fisco nostro & reliquam partem præfatæ Ecclesiæ Cameracensi:
ut autem hæc ab omnibus credantur & omni deinceps tempore rata & inconvulsa conserventur,
hanc inde chartam scribi & sigilli nostri impressione insigniri jussimus, manuque nostra, ut infra
apparet, corroboravimus, hujus rei testes sunt: Arnulfus Coloniens. Archi-Episc., Henricus Leo-
diens. Episc., Wernerus Monast. Episc., Ordelerius Basiliens. Episc., Philippus Osembrugens.
Episc, Albero Verdunens. Episc., Anselmus Havelenburg. Episc, Wibaldus Stabulensis Abbas,
Gothofredus Prumiens. Abb., Lambertus Verdin. Abb., Anno Andensis Abb., *Hermannus Co-
mes Palatinus de Rheno*, Henricus de Limburg & frater ejus Comes Waleranus de Arlon, Ot-
to Comes de Rinecka & filius ejus Otto, Ludovicus Comes de Los, Adolfus Comes de Monte, H
Hugo Comes de Dagesburg, Otto Comes de Ravensperg, Otto Comes de Duraz, Henricus
Com. de Gelren, Herman. Com. de Cuich, Rubertus Comes de Lurenburg, Albertus Comes
de Wornevich, Wihel. Com. de Juliaco, Henricus Com. de Catzeneleobogh, Marquardus de
Grunbach.

f 3 (L.S.)

(L.S.) Signum Dom. Conradi Rom. Regis II. Ego Arnoldus Cancellarius Vice Henrici
A Moguntinens. Ecclesiæ Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Anno Dominicæ Incarnationis MCXLVI. indict. VIII. 3. Kal. Januar. regnante Coorado Rom. Rege secundo Anno regni ejus VIII. data Aquisgrani in Palatio Regio. Amen.

Vid. apud And. du Chesne in Hist. Genealog. Domus Lucemb. & Miræum in Donat. Belg.

Idem Privilegium Conradi Imp. ex fratre nepos Fridericus I. Imp. confirmavit Diplomate dat. Treveris IV. Kalend. Januar. 1153. præsentibus testibus Arnoldo Archi-Episc. Colon. Hillino Archi-Episc. Trevir., Stephano Metensi Episc., Conrado Wormat. Episc., Henrico Leod. Episc., Philippo Osenburgens. Episc. Wibaldo Stabulens. Abb., Henrico D. Saxon., Mathæo D.
B Loth., Gothofredo D. Lovan., Welphone D. Spoleti Marchione Tusciæ, Rectore Sardiniæ, *Hermanno Palatino de Rheno*, Ottone Palatino de Wintelinesbach, Palatino Frederico de Sumenborch. (Summerseborch) Theodor. Com. de Flandria, Henrico Com. de Namurco. &c. vid. apud Miræum in Dipl. Belg l. c. 1. 39.

LII.

Diploma Conradi III. Imp. dat. Spiræ 1146. prid. Non. Jan. Monasterio
C *S. Maximin. Trevir.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus Divina favente Clementia Romanorum Rex secundus tam præsentibus quàm futuris in perpetuum. Omnipotens Dei gratia, quæ nos ad Regiæ potestatis sublimavit officium ex debito compellit subditarum nationum & Ecclesiarum Dei jura tueri & servare, quæ aut abolitione temporis sunt sublata memoriæ aut seculari potentia sunt ablata injuriosè, ea propter querelam dilecti nostri Alberonis Venerabilis Trevirorum Archi-Episcopi, quam in præsentia nostra & in conspectu Principum sæpè & multum deposuit inclinati ejus justis precibus ex consilio recepimus scil. de Abbatia S. Maximini, quæ
D olim de bonis Treverensis Ecclesiæ à B. Hildolpho Regia Potestate, ut erat querimonia Archi-Episcopi à prædicta Ecclesia est subtracta. Timens itaque extremi judicii examen, ne propter hoc apparerem reus in conspectu Domini, cum totum esset in manu nostra Abbatia scil. & Advocatia, propter animæ meæ & prædecessorum meorum salutem, Trevirensi Ecclesiæ & Archi Episcopo resignavi & reddidi Abbatiam. Postea vero successu temporis Advocatiam quæsivit & obtinuit à *Nobis Henricus Comes Namurcensis*, qui non contentus Advocatiâ longo tempore certavit cum Archi-Episcopo de Abbatiâ. Cum vero hinc inde totus Episcopatus rapinis, incendiis, homicidiis destrueretur & Comes & tota terra sua à Romanâ & Trevirensi Ecclesiâ Anathematis sententia
E teneretur, & beneficia sua prædicto Comiti à Nobis & ab Archi-Episcopo essent legitimè abjudicata, ut tanta cessaret malitia, ad Præsentiam nostram ex *Consilio Principum* pars utraque Spiram est advocata. Illinc itaque Divinâ operante Clementia per Nos & per Principes nostros & per Dominum *Abbatem Claravallensem* inter eos hoc modo pax est reformata, Comes per omnia satisfaciens Archi-Episcopo rejuravit ei fidelitatem & *Werpivit* in Præsentia omnium, qui affuerunt, Abbatiam & omnem abstipulavit de eâ Calumniam, & sic ab Archi-Episcopo absolutionem recepit, & beneficium suum excepto *Castro Manderscheidt* & ad illud pertinentia. Juravit etiam Comes, quod nunquam *Roulmont* firmaret, nec aliam refirmare juraret, nec Archi-Episcopi diebus nec suorum temporibus et si in aliquo contra eum faceret, quod infra 18. septimanas e-
F mendare non vellet, suam terram in Manum Archi-Episc. reddidit, ita ut beneficiati de illa terra de Manu Archi-Episcopi liberè deinceps reciperent beneficia sua, ut autem hæc pactio irrefragabiliter servetur & rata permaneat, hanc chartam inde conscriptam & manu nostra roboratam impressione sigilli nostri jussimus signari, nec non & testes, sub quorum præsentia hæc acta sunt & firmata fecimus annotari, quorum nomina hæc sunt: Hermannus Constantiens. Episc., Ordicius Basiliens. Episc., Waltherus Lauffonens. Episc., Burchardus Argentin. Episc., Bocco Wormat. Episc., Guntherus Spir. Episc., Anselmus Havelbergens. Episc., Dominus Bernhardus Clarevallens. Abbas, Frideling Augiens. Abb., Benedictus Witemberg. Abb. N. . . . Abb.
G Morbacens., Magister Otto præpositus Guspenberg., Gerlandus Horeffiens., Gothofredus Major S. Petri præpos., Conradus S. Paulini præpos., Arnoldus Mguntinus Camerarius, Ludovicus præpos. S. Petri (a) *Fridericus* Dux Suevorum, Conradus D. Burgund. (b) *Hermannus Palatinus Comes de Rheno*, Henricus Comes de Arlo, Udalricus Com de Lenceburg, & Warnherus frater ejus. Ecklebertus Comes de Spira (c) *Conradus Com. de Kirberg*, Gerlacus Comes de Veldentza, Ludovicus Comes de Moguntia, Emicho Com. de Leiningen (d) *Robertus Comes de Lucemburg*, Simon Comes de Sarbruck, Reimboldus Comes de Isemburg, Cuno de Malberg. de Lucelenburg

H (a) Cognomento Cocles, frater Conradi Imperatoris & Pater Conradi Rheni Palatini nostri.

(b) *Hermannus Comes Palatinus* Rheni. Electus à Conrado Imp., defuncto Wilhelmo ultimo Com. Pal. Rh., antea Comes de Staleake dictus, de quo vid. supra in Hist. Palat.

(c) Qui An. 1156. Cum Hermanno Com. Palat. canem portare coactus fuit Wormatiæ, de quo v. Hist. meam Palat. in Herm. Palatino.

(d) Malè hic Comes de *Lucemburg* vocatur, ratio quia tum temp. nullus extitit Comes Lucemburgicus, qui nomen Roberti gesserit. Rectius itaque Lutemburg scribitur, quod fuit arx Nassovicorum Comitum juxta arcem Schaumburg antiquissimam & idem ille Robertus fuit, qui cum Frid. I. Imp. postea in Syriam profectus est, ubi etiam An. 1189. mortuus & sepultus est, veteres etiam loco Lucemburg scripsêre Lücelenburg.

burg Adelinus, Anselmus, Wilhelmus, Jacobus, Conradus *de Dalchem*, - - Signum Domini Conradi Romanorom Regis secundi. A

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archi-Episcopi *Archi-Cancellarii* recognovi. Data pridie Non. Januar. Anno Dominicæ Incarnationis 1146. regnante Conrado Rom. Rege secundo Anno regni ejus 9. Actum Spiræ in Christo feliciter. Amen.

Vid. Nicol. Zillesium in defensione Abbatiæ S. Maxim. Trevir.

LIII.

Diploma Conradi III. Imp. d Nuimago. 1147. 16. Kal. Nov. Abbati Werthinens. B

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente Clementia Romanorom Rex. Notum sit omnibus Christianæ Religionis & Romani Imperii fidelibus quod (a) *Werthinense Monasterium in propria B. Luidgeri hæreditate* constructum exemplo Antecessorum nostrorum Regum videlicet & Impp. sub nostra tuitione suscipientes cum omnibus ad se pertinentibus plenissimæ Immunitatis securitate perfrui decernendo jubemus omnia quæ pie ordinata sunt &c. Et nos quoque eadem pietate concedimus & corroboramus, & si quæ evulsa sunt, in pristinum statum reformamus, unde & illud quod piæ memoriæ Conrados I. Imp. R. Aug. de Navigio Rheni in (b) *Ruram* fluvium usque ad Monasterium religioso Abbati Geroldo concessit, Nos venera- C bili Abbati Lamberto suisque in perpetuum successoribus recognovimus & omnia obstacula per Violentiam imposita *misso tum temporis Comite Hermanus* eradicari jussimus, & de cætero liberum esse iter Navigii non solum usque ad Monasterium, sed & ulterius, si commodum suis utilitatibus & Ecclesiæ suæ perspexerit, judicio Principum regni posito Banno præcepimus, & *supradicto Comiti* (Hermanno) (c) *ad cujus Comitatum pertinet*, hoc inviolatum conservare ad Ecclesiæ B. Luidgeri utilitatem & nostrum honorem injunximus, quod ut perpetuum & inconvulsum omnibus seculis ad gloriam Dei & nostram salutem permaneat manu propriâ roborantes sigilli nostri impressione confirmari jussimus, hujus rei testes sunt: Arnoldus Colonienf. Archi. Episc., D Wernerus Monaster Episc., (d) *Henricus Com. de Gelre*, (e) *Henricus Com. de Limburg.*, Adolphus Ecclesiæ advocatus, Eberhardus filius ejus, (f) *Rupertus Comes de Luremburg*, Gothofridus & Hermannus de Kücke.

Signum Conradi II. Imp. R. R.-- Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Archi-Episc. Moguntini & Archi-Cancellarii recognovi dat. 16. Kal. Novembr. Anno Dominicæ Incarnationis 1147. Indict. 10. regnante Conrado Romanorum Rege secoodo An. regni ejus 10. Actum Nuimago feliciter Amen.

Plura alia acquisivit jure emptionis Monasterio S. Luidgeri Abbas Lambertus inter cætera (g) *Curtem Angeren* cum attinentiis sylvarum aquarum &c. in præsentia & placito *Domini Hermanni* E

(a) Situm in introitu Westphaliæ in finibus Comitatus Marcani & Archi-Episcopatus Coloniensis ad Ruram, fundatum An. 809. à S. Luidgero Frisio primo Episc. Monasteriensi, Caroli Magni Concionatore Aulico Bucel. verò vult Monasterium hoc à S. Hildegrino Episcopo Halberst. fratre S. Luidgeri A. 790 fuisse fundatum, qui etiam A. 927. cum fratre S. Luidgero ibidem sepultus jacet, ex hoc Monast. S. Petri & Pauli excrevit postea urbs Werthenensis, quam exstruxit & in civitatis formam redegit Wilhelmus Abb. 42. An. 1317. Abbas Status Imp est. und ist in collecta Imperiali vulgò Römer-Monat mit 2. zu Roß und 6. zu Fuß belegt v. pl. Braun Stadt-Buch p. 3. Zeil. topog. Westph. p. 70.

(b) *Ruram fluvium.* Qui juxta Duysburgum se Rheno immiscet.

(c) Hic Nota errorem Æg. Gelenii in auctuario Hist. S. Engelberti Archi-Episc., Colon. p. 302. aliorum, statuentium Veteres Palatinos Ezzonem scil. id est, Erenfridum ejusque Patrem Hermannum Comites Palatinos Rheni nihil quicquam terrarum trans Rhenum possedisse, sed quicquid terrarum ibidem fuerit, ad Comitatum Montensem pertinuisse, quàm falsum autem id sit, præsens Imperatoris diploma docet, constat enim non solùm ex hoc Imperatoris diplomate, veteres Palatinos totum hunc tractum circa opp. Werden & *illam* circa *curtem Angerem* quem cum omnibus suis pertinentiis Abbati Lamberto vendidisse Hermannum nostrum C. Pal. docet Bucelin. l. c., Sed & ex Hist. & vita S. Annonis Archi Episc., Colon. totam illam provinciam circa Castrum Sigeburg Henricum Cog. furiosum Comitem Palat. Abb. Ezzonis supradicti ex filio Ludolfo nepotem, qui cum S. Annone gravissimum bellum gessit, & tandem ob cædem uxoris in Epternacense Monasterium detrusus, obiit, plenissimo olim jure possedisse. de quo supra in Hist. mea *Palat.*

(d) *Henricus Com. de Gelre*, fuit Comes Nassovius & filius Gerhardi Comitis Nassov. & 2di Com. Geldriæ ex Hadevvige filia Florentii 2. Cog. Crassi Com. Holland. & Zeland.. *Henricus* fundator monasterii Bethlehem prope Dôtecum, Frid. I. militavit contra Mediol. ob. 1162 sep. in Monasterio Tercampen.

(e) *Henricus 4. Com. de Limburg* & Arlon. qui ob. admodum senex 1221. R. . . . sep. in monasterio ad F Rodam Ducis filius fuit Henrici 3. D. Limburg. nepos Walerami I.

(f) *Rupertus Comes de Lüremburg*, malè à quibusd. Lusemburg scribitur v. Massen. Ann. Trev. l. 14. p. 764. ad 1142. in dipl. Conradi 3. de Anno 1144. de quo vid. & supra ad diploma 49. fuit Comes Nassoviæ & non Lucemburgi, & quidem filius Walrabi Com. Nassov. qui circa An. 1158. Norimbergæ ad majores suos in monast. S. Carrbar. sepultus est, Rupertus autem hic cum Frid. I. in Syriam profectus ibidem 1189. obiit. G

(g) *Curtis Angeren*, procul dubio ea, quæ est propè Ratingem haud procul à Monast. Werthens. ad fluvium Anger, qui in Rhenum se exonerat, & non solùm curtem hanc Angeren, sed & totum illum tractum, ut Angeroot ad Rhenum, Angermund aliaque adjacentia Comites Palatinos Rheni pleno jure possedisse non est dubium, de quibus locis totus ille tractus hodie Angeraith nuncupatur, Angerout ad Rhen. Ao 1642. ab Hassis occupata auxilio Regis Gall. item à Cæsareis & Bavaris, de quo vid. theat. Europ. p. 851. pertinet ad Ducatum Cliviæ, eandem Arcem Angeroot una cum H oppido & Præfecturâ *Angermundt Wolfg. Wilhelmus* Com. Pal. Duc. Neob. & Juliac. Anno . . . Duci Exercitus Melandro (postea Comiti ab Holtzaphel dicto Patri Elisab. Carolæ Principissæ Nassovio Schaumburgicæ hodiernæ) donasse fertur. teste Theatro Europæo p. 349.

manni Comitis Palatini ac præsidente vice ejus (h) *Comite Hermanno de Hartenberg* advocato ejus
A Cortis. ita Bucelinus lib. & pag. cit.
vid. Bucelini Topo-chrono-Stemmatograph. p. 315.

LIV.

Diploma Conradi III. Imperat. quo Monasterium Virginum Keminade donatur Monasterio Corbejensi. An. 1147.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus Divina favente Clementia Romanorum
B Rex. Principalis dignitatis munificentiam decet bene de Republica merentibus præmia rependere & per congruos honorum gradus provectos ceteris in exemplum & tanquam bonæ spei signum proponere, ut tam hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant, quam illi a simili mercedis gratia se se non fraudandos intelligant. Quo circa noverit omnium fidelium nostrorum tam futuri quam præsentis temporis industria, quod Nos propitia serenitate fidem, laborem & constantiam fidelissimi nostri, Nobisque carissimi *Wiboldi* Corbejensis Abbatis intuentes tradidimus in perpetuum Corbejensi Monasterio & eidem, qui nunc divina vocatione & communi atque concordi fratrum electione præest, Abbati scil. Wiboldo, nec non cunctis
C successoribus ipsius, auctoritate in æternum valitura, *monasterium feminarum*, quod vocatur *Keminada*, & de nostro atque regni jure per manum HERIMANNI PALATINI COMITIS DE RHENO, QUEM AD HOC RITE PERAGENDUM ASSUMSERAMUS ADVOCATUM, translegimus & firmavimus super reliquias corporis S. Viti Martyris per aureum donationis nostræ annulum in potestatem & jus atque donationem Corbejensis monasterii in manum prædicti Abbatis Wiboldi & *Adelberti Marchionis de Brandenburg*, qui, vice Comitis *Hermanni de Winzemburg* Corbejensis Monasterii advocati eandem donationem nostram seu transactionem suscipiebat, ita videlicet, ut Corbejense Monasterium prænominatum Monasterium scil. Keminada cum prædiis, sylvis, & aquis tam foris quam intus ad ipsum locum pertinenti-
D bus, habeat, possideat, ordinet, utatur & servet, sicut tenet sub suo regimine jure videlicet proprietario, 3. Abbatiolas, quas *fundator ejusdem nova Corbeja LUOTHEWICUS PIUS* Magni Caroli filius, ad eandem Corbejam contulit, scil. *ERESBURG*, nobile quondam Saxonum castrum, nec non *MEPPIAM* atque *VISBIKE*. Sane de præfato loco neque militia, neque ullum servitium, nobis aut regno debebatur. Et cum Corbejensi Monasterio tam in militia quam in servitio ad honorem regni & defensionem sanctæ Ecclesiæ dignitas collata est ex consensu fratrum & ministerialium ipsius Ecclesiæ statuimus, ut pro augmento præfati monasterii, quod Ecclesiæ Corbejensi in perpetuam possessionem tradidimus, ad *debitum Regis servitium VI. Marca* aut
E servitium VI. Marcarum regno de Abbatia Corbejensi persolvantur, atque hanc nostræ auctoritatis donationem ex judicio Principum regni nostri, sicut præscriptum, manere in perpetuum de-
/ cernimus. Primam judicii sententiam dedit *Burchardus* Argentinens. Episc., quam secutus est Adelbero Trevirensis Archi-Episc., Anshelmus Havelbergens. Episc., Heinricus Leodiensis Episc., Sigfridus Wirzeburg. electus: *Fridericus Dux Suev. & Alsatia*, *HERIMANNUS PALATINUS COMES DE RHENO*, *Conradus Dux de Ceringa*, *Conradus Marchio de Witin*, *Adelbertus Marchio de Brandenburg*, *Otto filius* ejus æquè Marchio, *Hermannus* filius ejusdem, *Adelbertus Marchio*, *Luthevvicus Comes Palatinus de Thuringia*, *Hermannus* Marchio de Bada, Wern-
F herus Comes de Horninga, Heinricus Comes de Cazzenelenbogen, Marquardus, Sibodo, Theodoricus Comes de Montibeliart & alii plures, qui tunc affuêre. Hoc quoq; notum esse volumus, quod venerabilis pater noster Eugenius S. Rom. Ecclesiæ Pontifex frequenti Nos admonitione tam per se ipsos quam per nostros legatos hortatus est, ut monasteria feminarum, quæ nostræ ditioni & ordinationi in regno nostro specialiter pertinent, in quibus divina religio penitus dilapsa est, regulare & reformare dignaremur. Et cum sæpè nominatum Monasterium Keminada non tam monasterium sed omnibus prætereuntibus etiam in peccatis commune corrigi post multos labores non potuit, siquidem multis religiosis & præcipue Mindensi Episcopo, in cujus parochia situm est idem Monasterium, hanc operam injunxeramus, ut inibi divina religio & sacræ conversationis
G cultus institueretur, & ritè observaretur. *Et cum Corbejensi Monasterio vicinum est*, tam ad correctionem quam in proprietatem inibi contradidimus, nullo reclamante, nisi sanctæ regulæ inimicus & pudicitiæ hostis fuerit inventus. Advocatiam verò sæpe fati loci, id est, Keminadæ & omnium prædiorum ibidem pertinentium, quam vir illustris Heinricus Dux Saxoniæ in nostro & prædecessorum nostrorum Regum videl. seu Imperatorum manu habuerat, tradidimus jam dicto Corbejensi monasterio nec non prænominato Abbati Wiboldo, suisque successoribus Canonicè & regulariter ordinatis in perpetuum ipso Duce consentiente & annuente, & eandem advocatiam de manu ipsius Abbatis, hominio prius ei cum juramento propter id ipsum facto, sponte &
H ultro recipiente. Auctoritate verò nostra Regia præfatæ cellæ *Keminada* damus, ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem, quam habet Corbejense Monasterium scil.

(h) *Hermanno Comite de Hartenberg*. Advocato curtis Angeren Hermanno Com. Pal. Rh. à servitiis & consiliis cujus familiæ hic Hermannus fuerit non capio, aliud enim Castrum Hartenberg situm erat in Comitatu Oldenburg, aliud in Comitatu Hennebergico, de quo vid. sup. in Hist. Palat. in Hermanno II. aliud denique in Ducatu Brunsvvicensi Calenbergico, quod procul dubio etiam suos quondam Comites habuerat, &c.

scil. Præfecturam urbis, quæ vulgò dicitur Burchbahn, eà videlicet Privilegii ratione, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus potestatem habeat exercendi judicium in A atrio prædictæ Ecclesiæ; sed quicquid præter jus & æquum à famulis, qui tam Abbati, quàm congregationi obsequio quottidiano deserviunt, commissum fuerit ab Abbate vel ab eo, cui ipse mandaverit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata & inconvulsa in perpetuum habeantur, præceptum hoc conscribi, & imaginis nostræ impressione insigniri jussimus.

(L.S.) Signum Domni Cunradi Romanorum Regis secundi invictissimi.

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Data Anno Dominicæ Incarnationis MCXLVII, indictione X. Anno V. Domini Conradi secundi Regis invictissimi. VIII. Actum Franckenevort in Christo feliciter, Amen. B

vid. Paulini in Dissert. XI. de monasterio Virg. Keminadensi. p. 104.

LV.

Privilegium Friderici I. Imp. ad instantiam Adami Abbatis Eboracensis Henrico Abbati primo Monasterij Bildhusani A. 1158. concessum.

FRidericus Dei Gratia Rex Romanorum Augustus primus dilecto Patri Adam venerando Abbati Ebracensi & fratribus suis. Ad hoc nobis Imperii Romani summa. &c.

Quapropter Dilecte in Christo Pater postulationibus tuis Clementer annuimus & venera- C bilem fratrem Henricum Abbatem cum fratribus suis & Abbatiam, quam fundasti in prædio Nobilissimi Principes nostri *Hermanni* Palatini * *Belbildhusen*, sub Imperialis nostræ tuitionis defensionem suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus. Et non solum pro petitionis tuæ devotione sed etiam pro affectione pii Principis, quem pro fidelitate & probitate quam plurimum dileximus, *&* (a) *rebus humanis excessisse fideliter & pio transitu, certissime scimus. &c.* Mirabilis siquidem Dominus mirabilia in eo operatus est, cui & inspiravit unctione spiritus sui, ut & *mundi gloriam* & *honorem* (b) *Palatii nostri*, æternæ retributionis obtentu *desereret* seque & omnia sua Christo donare disponeret. Verùm quia priusquam hæc omnia ad certum D finem perduceret, *ex hac luce* (c) *subtractus est*, & conthoralis ejus Gertrudis religioso studio, consilio & ope sua, quæ vivens maritus ejus facere decreverat, laudabiliter consumavit, etc dedit cum omnibus appenditiis *Holnstat*, *Ramfeltshusen*, *Utenhusen*, * *Rapertshusen*, * *Loherörb*, in *Weingheim Dominicale*, & 7. mansos in *Junckershusen*, &c. Hujus rei testes sunt: Gerhardus Episc. *Herbipol.* Conradus August. Episc., Conradus Episc. Eichstetens., Fridericus Dux Alemanniæ, Marchio Adelbertus & filius ejus, Otto Palatinus de Wittelmbach & fratres ejus, Comes de Hunlandt, Richardus de Blassenberg, Richardus urbis Præfectus, Hermannus de *Bramberg*, Comes Gebhardus de *Bildstein*, Christian. de *Hiltenberg*, Mangoldus de (d) *Thundorf*, Marquardus de (e) *Grumbach* & filius ejus Gothofredus de Luten & fratres ejus, H. de (f) *Trimberg* & fratres ejus. Acta sunt hæc E Anno Domini MCLVIII. Indict. V. datum Herbipoli. Ego Rudigerus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archi-Episc. & Archi-Cancellarii recognovi.

Ex Bildhusiano Archivo.

LVI.

Diploma Friderici I. dat. Ecclesiæ Bergomensi A. 1156. 15. Kal. Julij Wurceburgi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente Clementia Rom. Imperator Augustus. Imperialem Celsitudinem condecet prædecessorum suorum pia facta non solum F inviolabiliter conservare, sed etiam censuræ suæ auctoritate alacriter confirmare, ut quos Imperatoriæ dignitatis imitamur officio, piæ liberalitatis etiam prosequamur exemplum. Omnium igitur tam futurorum quàm præsentium noverit industria, qualiter nos ob interventum dilecti Cancellarii nostri Regenoldi cæterorumque fidelium nostrorum justas petitiones Dilecti nostri Gerardi Venerabilis Pergamensis Ecclesiæ Episc. Clementer admisimus & Ecclesiam Pergamensem cum omnibus Possessionibus suis juste & rationabiliter acquisitis vel imposterum acquirendis in potestatem nostram suscipimus, confirmantes ei suisque legitimis successoribus ac prædictæ Ecclesiæ Pergamensi omnia, quæ à progenitoribus & antecessoribus nostris Regibus & Imperatoribus prædictæ Ecclesiæ firma donatione & legitima traditione sunt donata ac privilegiorum attestatione G confirmata, specialiter autem & nominatim omnes districtiones & publicas functiones Pergamensis Civitatis & villarum & Castellorum, quæ sunt in circuitu ipsius Civitatis ad eundem Comitatum pertinentes usque ad spatium & extensionem per omnes partes Pergamensis Ecclesiæ trium milliarium & sicut est confinium illius Castelli, quod vocatur Ascianum & alterius, quod vocatur Suriate seu etiam omnes Herimannos, qui in Castellis Pergamensis Ecclesiæ habitant, atque omnes

totius

(a & c) Quo patet, Hermannum Palatinum nostrum in monasterio Ebracensi non A. 1164. (ut habet Epitaphium ejus in monast. Bildhausen à recentiori manu, ut videtur, confectum & necrologium Bildhusanum quod simili modo à recentiori manu demum exaratum fuit, ipsis monachis istius loci fatentibus, quia antiquissima monasterii hujus documenta in bello à Rusticis quondam excitato, in cineres redacta fuère) sed A. 1156 ut Dodechen., Otto Frising., aliique scribunt defunctum fuisse.

(b) Ut *Mundi gloriam & honorem Palatii nostri deferret.* Ergo Palatinatu Rhenano ab Imperatore Friderico I. non privatus neque exauctoratus fuit A. 1156., ut alii fingunt. H

(c) *Dominicale* prædium, quod Hermannus Palatinus habuit in Weingheim

(d) *Thundorf.* castrum duabus leucis à monasterio Bildhusiano distans.

(e) *Grumbach* castrum juxta Herbipolim nunc vastatum.

(f) *Trimberg* castrum propè Herbipolim.

*hodiè Bildhausen. *jam devastatum. *hodiè Löbrith.

g

totius Sarianæ Vallis & Brembanæ districtum & potestatem per longitudinem & latitudinem ab
A ipsa Civitate usqoe ad terminum ejus, quo à Valle Camonica dividitur, in qua valle continetur
plebs declisione & domus Admiratæ & Villa de Parre, quemadmodum per Carolum Magnum
Imp. atque Berengarium nec non & Dominum Ottonem Secundum Imp. Episcopatui B. Alexandri
Martyris datum est, & in perpetuum suis privilegiis confirmatum Præterea omnia Regalia & ma-
gnitudines de Comitatu Pergamensi in omnibus ad eum pertinentibus tam infra Civitaté quàm &
foris dooec implestur terminus suus. Finis verò hujus Comitatus est ita. Prima in Valle, quæ di-
citur Valtellina, Secunda, usque ad ripam fluminis, quod vocatur Adds: Tertia vero usque ad Ol-
lium amnem: Quarta quoque usq; ad Curtem, quam dicunt homines Casale butanum cum omni-
B bus appenditiis suis, districtis Aldiones quoque Aldiaoas servos & ancillas terrasque & æquora,
piscariones, foresta, pascua cum planitiebus, montibus & vallibus, rupibus & molendinis, Heriman-
nos & Herimannas, quemadmodum per Carolum Mag. Imperatorem atque Berengarium, nec non
& Henricum Regem atque Cooradum Imperatorem Episcopatui B. Alexandri Martyris datum est
multisque Privilegiis confirmatum & corroboratum, placita quoque omnia illius Comitatus præ-
dicti Impp. & Reges omnibus viventibus penitus interdixerunt, nisi ante præsentiam Pergamensis
Episc. vel sui missi & quod ante eorum præsentiam finitum vel judicatum fuerit, perpetua stabilita-
te permaneat. Prætetea Curtem de Lemine in integrum cum usibus, conditionibus, fodro, distri-
C cto atque telonio, quod vulgò Curtitura dicitur, ubicunque mercatum factum fuerit in prædicto
loco de Lemine concedimus atque largimur, quemadmodum per Domnum Conradum Regem,
aliosque plures Reges & Imperatores Pergamensi Episcopatui datum est & Privilegiis confirma-
tum. Præterea Curtem de Fara & de Monesterolo quemadmodum per Domnum Carolum Imp.
atque Berengarium Episcopatui Pergamensi datum est, concedimus, statuimus vero & Imperiali
authoritate præcipimus, ne aliqua Imperii nostri magna vel parva persona Comitatum vel Episco-
patum Pergamensem violenter invadere præsumat, nec ab hominibus ejusdem Comitatus aliquas
angarias, fodrum, fossatum, aut quaslibet exactiones contra voluntatem Pergamensis Episc. extor-
D quere audeat. Cæterum præfato dilecto nostro Pergamensi Episc. ob devotum & fidele servitium,
quod nobis exhibuit, potestatem ei concedimus, ut liceat ei in Civitate sua monetam publicam cu-
dere, quam per omnem Episcopatum & Comitatum ejus dativam & acceptam esse præcipimus,
Postremo, ut supradicta omnia omni prorsus contradictione & ambiguitate careant, verùm lege in
perpetuum valitura rata, & inconcussa Pergamensi Episc. & Ecclesiæ semper permaneant, nos ea
præsentis Privilegii authoritate & Imperatoriæ Majestatis nostræ firmissimo robore confirma-
mus, salva per omnia nostræ Imperialis authoritatis justitia. Testes quoque in quorum præsentia
hæc facta sunt, subtus notari jussimus, quorum nomina hæc sunt: Hillinus Trevirorum Archi-
Episc., Wicmannus Magdeburgensis Archi-Episc., Humbertus Bisuntinus Archi-Episc., Gebe-
E hardus Wurceburg. Episc., Eberhardus Babbenbergens. Episc., Conradus Heistetens. Episc., Bur-
chardus Argentinens. Episc., Ordtetus Basiliens. Episc., Conradus Wormatiens. Episc., Henricus
Leodiens. Episc., Ardicio Cumanus Episc., Henricus Dux Sax. & Bav. (Leo) Fridericus Dux Suev.,
Conradus Dux frater Imperat., & Welpho Dux Spoleti, Matthæus Dux Lotharingiæ, *Hermannus
Comes Palatinus Rhen.*, Otto Palatious Comes de Wittelinesbach, frater ejus Fridericus, Wille-
chelious Marchio de Monteferrato, Wido Comes de Brandrado, Signum ( ) Domini Frid.
Imp. invictissimi. Ego Reginaldos Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archi-Episc. & Archi-
Cancellarii recognovi. Dat. Wirceburg. 15. Kal. Jul. Ind. 4. Anno Dom. Incarnat. 1156. regnante
F Domino Friderico gloriosiss. Imperatore Rom. Augusto, regni ejus 5. Imperii vero 2. actum in
Christo feliciter Amen. (v. Italiam Sacram.)

LVII.

Diploma Friderici I. Imp. dat. Henrico M. Austriæ, Ratisbonæ in Comitijs 1156. 15. K. Oct., quo Henricum ex Marchione in Ducem Austriæ elegit.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Fridericus Divina favente Clementia Roma-
norum Imperator quanquam rerum commutatio ex ipsa corporali iostitutione possit firma
G consistere, nec ea quæ legaliter geruntur, ulla valeat refragatione convelli nec quæ tamen possit esse
gestæ rei dubietas, nostra debet Imperialis Authoritas præcavere. Noverit igitur omnium Chri-
sti Imperiique nostri fidelium præsens ætas & successiva posteritas, qualiter nos ejus cooperante
gratia, à quo est cælitus missa hominibus super terram io generali nostra Curia Ratisbonæ in Na-
tivitate S. Mariæ Virg. celebratâ, in præsentia multorum Religiosorum & Catholicorum Ppum
litem & controversiam, quæ inter dilectiss. Patruum nostrum Henricum Ducem Bav. & Charissi-
mum nepotem nostrum Henricum D. Sax. diu agitata fuit super Ducatu Bav. & super Marchia à
superiore parte fluminis Anasi hoc modo terminavimus. Quod Dux Bav. resignavit nobis Duca-
H tum Bav. & dictam Marchiam, quas tenebat. Qua resignatione factâ mox eundem Ducatum Bav.
in beneficium contulimus Duci Saxoniæ, prædictus vero Dux Sax. cessit & renunciavit omni juri
& actioni, quas habebat ad dictam Marchiam cum omnibus suis juribus & beneficiis, Ne autem
in hoc facto honor & gloria Patrui nostri carissimi aliquatenus minuatur, de consilio & judicio
Principum Illustri Uladislao D. Bohemiæ sententiam promulgante, qoam cæteri Principes appro-
babant. Marchionatum Austriæ & dictam Marchiam super Anasum commutavimus in Ducatum.

Ejus-

Ejusdemque Ducatum cum præscriptis juribus privilegiis & gratiis omnibus liberalitate Cæsarea
contulimus Henrico prædicto Patruo nostro carissimo prænobilique suæ uxori Theodoræ & libe- A
ris eorundem, ob singularem favorem, quo erga dilectissimum Patruum nostrum Henricum Au-
striæ Ducem ejus conthoralem prænobilem Theodoram & eorum successores, nec non erga ter-
ram Austriæ, quæ clypeus & cor sacri Romani Imperii esse dignoscitur, afficimur, de consilio &
consensu Principum Imperii dictis conjugibus eorum in eodem Ducatu successoribus nec non præ-
tactæ terræ Austriæ subnotatas constitutiones, concessiones & indulta authoritate Imperiali in ju-
ra plena & perpetua redactas donavimus liberaliter vigore præsentium & donamus. Primo qui-
dem, quod Dux Austr....., quibusvis subsidiis & servitiis tenetur nec esse debet obnoxius Sacro
Rom. Imperio, nec cuiquam alteri, nisi ea de sui arbitrii libertate fecerit: eo excepto duntaxat, quod B
Imperio servire tenebitur in Hung. 12. viris armatis per mensem unum sub expensis propriis & in
ejus rei evidentiam ut Princeps Imperii agnoscatur. Nec pro conducendis feudis requirere seu
accedere debet Imperium extra metas Austriæ; verum in terra Austriæ sibi debentur sua feuda
conferri per Imperium & locari. Quod si sibi denegaretur ab Imperio requirat & exigat literato-
riè trina vice: quo facto justè possidebit sua feuda sine offensa Imperii ac si ea corporali conduxisset.
Dux etiam Austriæ non tenetur aliquam curiam accedere edictam per Imperium seu quemvis a-
lium, nisi ultro de sua fecerit voluntate, Imperium quoque nullum feudum habere debet Austriæ
in Ducatu. Si verò Princeps aliquis vel alterius status persona nobilis vel ignobilis cujuscunque C
conditionis existat, haberet in dicto Ducatu Possessiones ab ipso jure feudali dependentes, has nul-
li locet seu conferat, nisi eas prius conduxerit à Duce Austriæ memorato: cujus contrarium si fece-
rit, eadem feuda ad Ducem Austriæ devoluta liberè sibi ex tunc jure proprietatis & directi Domi-
nii pertinebunt; Principibus, Ecclesiis & monasteriis exceptis duntaxat hoc in casu. Cuncta etiam
secularia judicia, Bannum silvestrium & ferarum piscina, & nemora in Ducatu Austriæ debent ju-
re feudali à Duce Austriæ dependere, etiam debet Dux Austr. de nullis oppositionibus & objectis
quibuscunque nec coram Imperio, nec aliis quibuslibet cuiquam respondere, nisi id sua propria &
spontanea voluerit facere voluntate & libertate: sed si voluerit unum locare poterit de Vasallis D
seu Homoligiis & coram illo secundum terminos præfixos parere potest & debet justitiæ comple-
mento. Insuper potest idem Dux Austr. cum impugnatus fuerit ab aliquo de Duello, per unum
idoneum non in enormitatis macula detentum vices suas prorsus supplere, & illam ipse eadem die,
seu Princeps vel alius quisquam, pro alicujus nota infamiæ, non potest impetere nec debet impu-
gnare. Præterea quicquid Dux Austriæ in terris suis seu districtibus fecerit vel statuerit, hoc impe-
rium nec alia potentia modis seu viis quibuscunque debet alio quoquo modo inposterum com-
mutare. Et, si, quod Deus avertat, D Austr. sine hærede filio decesserit idem Ducatus ad seniorem
familiam, quam reliquerit, devolvatur. Inter Duces Austriæ, qui Senior fuerit, Dominium habeat E
dictæ terræ, ad cujus etiam Seniorem filium jure hæreditario devolvatur: Ita tamen quod ab ejus-
dem sanguinis stipite non recedat, nec Ducatus Austriæ ullo unquam tempore divisionis alicujus
recipiat lectionem. Si quis in Ducatu dicto residens vel in eo possessiones habens fecerit contra
Ducem Austriæ occultè vel publicè est dicto Duci in rebus & corpore sine gratia condemnatus.
Imperium dicto Duci Austr. contra omnes suos injuriatores debet auxiliari & succurrere, quod
justitiam assequatur. Dux Austriæ Principali indutus veste supposito pileo Ducali circumdato Ser-
to pinnito, baculum habens in manibus, equo insidens & insuper more aliorum Principum Imperii
conducere ab Imperio feuda sua debet: Dicti Ducis institutionibus & destitutionibus in Ducatu F
Austriæ suo est parendum. Ex potest in terris suis omnibus tenere Judæos & usurarios Publicos,
quos vulgus vocat Gewerteschin sine imperii molestia & offensa. Si quibusvis Imperii curiis Publi-
cis Dux Austriæ præsens fuerit, unus de *Palatinis Archiducibus* est censendus. Et nihil ominus in
consessu & incessu ad latus dextrum Imperatoris *post Electores* Principes obtineat primum locum.
Dux Austr. donandi & deputandi terras suas cuicunque voluerit, habere debet potestatem liberam,
si, quod absit, sine hæredibus liberis decederet, nec in hoc per Imperium debet aliqualiter impedi-
ri. Præfatus quoque Ducatus Austriæ debet omnia & singula jura, privilegia, indulta ......, quæ
obtinere reliqui Principatus Imperii dignoscuntur. Volumus etiam, ut districtus & ditiones dicti G
ducatus ampliati fuerint ex hæreditatibus, donationibus, emptionibus, deputationibus & quibus-
vis aliis devolutionum successibus præfata jura, privilegia & indulta ad augmentum dicti Dominii
Austriæ plenariè referant. Et ut hæc nostra Imperialis constitutio omni ævo firma & inconcussa
permaneat, præsentes literas scribi & sigilli nostri impress. insigniri fecimus, adhibitis testibus,
quorum nomina hæc sunt: Pilegrinus Patriarcha Aquilejens., Eberhardus Archi-Episc. Salisburg.,
Otto Frising. Episc., Chunradus Bathav. Episc., Eberhardus Bamberg. Epis., Hartmannus Brixinens.
Episc, Hartwicus Ratisbon. Episc. & Tridentinus Episc. - Dominus Welpho, Dux *Chunradus fra-*
ter Imperatoris Friderici I. Cæsaris (Rheni Palatinus) Fridericus filius Regis Chunradi Henricus H
D Carinth., Engelbertus March. de Istria, Albertus March. de Baden, Deopoldus March. de Voch-
burg (a) *Hermannus Comes Palatinus de Rheno*, Otto Comes Palatinus & frater ejus Fridericus de
Schiern & Wittelsbach, Eberhardus Comes de Sulzbach, Rudolfus Comes de Schweinshert, Al-
bertus

(a) Alii, ut Chron. Augustense, Gothofredus Monachus, Andreas Ratisbon in Chron. Bav, Miræus Donat. Belg. p. 450. malè *Palatinum hunc Rheni Henricum* vocant, rectius Goldasto constit. Imp. t. I. And du Chesne in hist. Luccmb. aliisque *Hermannus* dicitur, quia tunc temporis nullus Palatinus Rheni in rerum Natura fuit, cui nomen Henrici fuerit, deinde Erectio hæc Ducatus Austriæ malè ab aliis in Annum 1161 vel 1166 ponitur, uti fecit Cuspinianus, ut rectè monet Lambecius in Com. Bibl. Cæs.

A bertus Comes Hallensis, Eberhardus C. de Pinchausen de Purma, Comes de Peilstein & plures &c.
Ego Rainoldus Cancellarius vice Arnoldi Mogunt. Archi-Episc. & Archi-Cancellarii recognovi
regnante Friderico R. Imp. ejus nomine primo in Christo. Datum Ratisbonæ 15. K. Oct. Ind. &. 4.
Anno Dominicæ Incarnat. Millesimo centesimo quinquagesimo sexto feliciter Amen, Anno regni
ejus 4. Imperii 2do.

In alio Diplomate ejusd. Imperatoris dat. Monasterio Balmensi 1153. 3. id. Jun. Wormatiæ
idem Palatinus noster restis adducitur, (quod vid. in Bibliotheca Cluniacensi. p. 1415 h. m. restes
sunt Arnoldus Archi-Episc. Colon., Guntberus Episc. Spir., Conradus Wormat. Episc. Anselmus
B Havelberg. Episc., Conradus Augustens. Episc., Wibaldus Corbejens. Abbas, atque Stabulensis
Abbas. Henricus Dux Sax., Henr. D. Bavar., Berthold Dux Karinth., Theodorus Comes Holl.,
Hermannus Comes Palatinus, Hugo Comes de Tagesburch.

LVIII.

Diploma Friderici I. Imp. d. Francofurti 1158. 17. Kal. April. quo Hamburgensis Ecclesiæ Privilegia confirmat.

C IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Divina favente Clementia Romanorum
Imperator Augustus. In examine cuncta Dei conspicientes æquale meritum fore credimus dan-
tis & corroborantis. Credimus etiam ad Imperialem Majestatem nostram pertinere totius Imperii
curas præcipuèque omnium sanctarum Ecclesiarum Dei commoda considerare & omnia eis ad-
versantia sub omni festinantia abolere ne vel gravi incommoditate vilescant, vel qualibet nacta oc-
casione à pristino cultu & religione recedant, quatenus dum hoc pro amore patrisque timore
Dei fideliter peragimus illorum, qui bona sua pio affectu Deo contulerunt, meritis & gloria com-
municemus. Noverint igitur omnium Christi Imperiique nostri fidelium tam præsens ætas
quam successura posteritas, qualiter dilectus noster Hartwicus Hamaburgensis Archi-Episcopus
D obtulit Majestati nostræ Privilegium Divi & Augustissimi Imperatoris Hludovici Primi fundato-
ris & constructoris Hamaburgensis Ecclesiæ supplicans nobis, ut bona, possessiones, jura, immuni-
tates, terminos, sicut præfatus gloriosissimus Imperator instituit, nos æternæ stabilitatis vigore præ-
dictæ Ecclesiæ confirmaremus. Nos itaque pia facta prædecessoris nostri clarius intuentes & di-
vinæ dexteræ opus per manum Christi sui completum debitâ affectione cordis amplectentes quic-
quid in Hamaburgensis Ecclesiæ statuit, statuimus, quod donavit, donamus & nostrâ Imperiali au-
thoritate confirmamus. In memoriam revocantes omnibus tam futuræ, quam præsentis vitæ fi-
delibus, quo cella Rodenach vocata à Sanctis. Imperat. Carolo Magno prænominatæ Ecclesiæ sit
E donata, & cella Turholt in Comitatu Flandriæ sita, donatione Hludovici Imperatoris ad perennem
Hamaburgensis Ecclesiæ jurisdictionem debeat pertinere. Recolimus quoque rem magna venera-
tione dignissimam, quod in eodem loco trans Albiam Hamaburch nuncupata idem gloriosissimus
Imp. Hludovicus proprii vigoris Archi-Episcopalem & super omnes Ecclesias Danorum, Sueonum,
Norwegiorum, Farriæ, Gronlandorum, Halingolandonum, Islandonum, Scredevindonum &
omnium Septentrionalium partium Metropolitanam sedem constituit & in futurum omnibus ca-
sibus sæpe dictæ Ecclesiæ obviare posset, ne quisquam Episcoporum aliquam sibi trans Albiam vel
alicubi in prædicta Parochia vindicare debeat potestatem certo limite eam circumscripsit. Ter-
F minos itaque, quos Imperator Hludovicus posuit, & eos quos Otto Imp. postquam ex consilio
Principum præfatæ Ecclesiæ designavit juxta temporum æquam considerationem immutatos con-
servamus & nostra Imperiali authoritate confirmamus, quod sint videlicet termini ejusdem Eccle-
siæ ab Albia flumine deorsum usque ad mare Oceanum & sursum per Slavorum Provinciam usq;
ad fluvium Pene & per ejus decursum usque ad mare Orientale & per omnes prædictas Septentrio-
nis nationes. Omnes quoque Paludes infra sive juxta Albiam positas, cultas & incultas infra ter-
minos ejusdem Parochie: sicut ab Imperatore Hludovico positæ sunt & nos ponimus ut trans Al-
biam se & sua ab incursu paganorum securius in his locis occultari queant. Et ut hæc confirma-
tionis authoritas sui vigoris perpetuam obtineat firmitatem, præsentem inde paginam conscribi &
G sigilli nostri Impressione insigniri jussimus, adhibitia idoneis testibus, quorum nomina hæc sunt:
Arnoldus Mogunt. Archi-Episc., Everhardus Bambergens. Episc., Gebehardus Würzeburg. Episc.,
Albertus Aquens. Præpos., Gerhardus Magdeburg. Præpos., Fridericus Dux Sueonum, Chonradus
Palatinus Comes de Rheno, (a) Hludovicus Provincialis Comes Thuringiæ, Marquardus de
Gumbach.

Signum (L.S.) Friderici Romanorum Imp. invictissimi.

Ego Reinaldus Cancellarius vice Moguntinensis Archi-Episc. & Archi-Cancellarii reco-
gnovi. Data Francken wort 17. Kalend. April. indict. 6. Anno Dominicæ Incarnationis Millesi-
H mo centesimo quinquagesimo octavo, regnante Domino Friderico R. Rom. Augusto Anno regni
ejus 6. Imperii verò 3.

Aliud eodem die & loco eidem Hartwvico concessum Privilegium, vid. cum illo prædicto
apud Lindenbroch. p. 181. Script. Sept.

(a) Maritus Claritiæ Ducissæ Suev., quæ soror fuit Conradi Com. Palat. Rheni D. Suev. v. Ottonem Frising.

59. *Aliud*

LIX. A

Aliud Diploma Friderici I. Imp. dat. Hartvvico Archi-Episc. Hamburgensi. An. 1158. 10. Kal. Maji in Verda S. Svviberti.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente Clementia Romanorum
Imperator semper Augustus. Qui mundiali potestate præditi, quibuscunque necessariis regen-
tium suffragari festinant, divinam sibi nihil refragari clementiam certissimè sciant, ideoque non de-
dignamur affectum ad nos confugientium perducere ad effectum clementer: quia ob hoc tempo-
ralia regni modificationem nobis pariter speramus & amplificationem æternalisque proventuram B
perpetuo perennitatem. Unde noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm futu-
rorum sagacitas, quod Adaldagus S. Hamaburgensis Ecclesiæ venerabilis Archi-Episcopus adiit
Excellentiam serenitatis Imperatoria Ottonis semper Augusti, ab ejus pietate expetivit talem liber-
tatem & tuitionem Monasteriis ejus Episcopi oconsistentibus, qualem cætera Archi-Episcoporum
per nostrum regnum Monasteria noscuntur habere. Quia verò justa & rationabilis ejus petitio
videbatur, ob remedium & memoriam animæ piissimi genitoris sui Ottonis Imperatoris Augusti ei-
dem Ecclesiæ supradictæ concessit concessiones, quas concesserant anteriores Francorum Reges &
Imperatores cæteris Monasteriis ad hanc Diœcesin pertinentibus, id est, Ramesla, Brema, Byrsen,
Buckin, & aliis Cynena, Rarstarch, Ripesholt, Wippendorpb, ita scil. ut semper sub Imperiali tui- C
tione sint & quicquid modo habent, vel in futurum acquirere debent & eis eorumque Episcopo
liberè serviat omni judiciaria potestate remota. Constat etiam eundem venerabilem Archi-Epi-
scopum Adaldagum flagitatibus suis obtinuisse à Rege Ottone licentiam construendi mercatum
in loco Bremum nuncupato, Bannum quoque & thelonium, monetam, totùmque quod inde re-
gius reipublicæ fiscus obtinere poterit Ecclesiæ suæ Rege donante contulit & retinuit. Quia et-
iam negotiatores ejusdem incolas loci regiæ tuitionis patrocinio ita condonavit & commendavit,
ut ex Regiæ authoritatis edicto in omnibus patrocinentur tutela & potiantur jure cæterorum
Regalium institutea urbium, nemoque inibi aliquam sibi vindicet potestatem, nisi præfati Pontifi- D
catus Archi-Episcopus, & quem ipse ad hoc delegaverit, non Dux, non Marchio, non Comes, nulla
secularia potestas insupra, dictorum hominibus monasteriorum, cujuscunque conditionis & officii
sint, aliquam legem vel bannum vel justitiam exerceat nisi advocati ipsius Archi-Episcopi, quos
ipse velit & constituat. Data est quoque Clericis ejusdem Ecclesiæ libera potestas inter se sive
aliunde eligendi Episcopum, cum necessitas poposcerit. Quæcunque igitur in præsenti Chirogra-
pho seu à Rege Ottone seu ab Imperatore Augusto concessa sunt & confirmata & nos Imperiali
authoritate nostra eidem Ecclesiæ eadem concedimus & confirmamus, ut rata permaneant & sub
nostri sigilli impressione semper inconcussa consistant. Ut etiam his omnibus imposterum major E
fides adhibeatur, personas ad testificandum idoneas subscribi jussimus, quorum nomina hæc sunt:
Fridericus Archi-Episc. Coloniensis, Gothfridus Trajectens. Episc., F. Monasteriensis Episc., Phi-
lippus Merburgens. Episc., Albertus Aquens. Præpos., Gerhardus Magdeburgens. Præpos., Thi-
baldus Ssnitens. Præpos., Arnoldus Præpos. de Colonia apud S. Andream, Bruno Præpos. in Colo-
nia apud S. Georg., Otto Bremens. summus Præpos., Hartwicus Hamaburg. Præpos., Udo Ra-
maslens. Præpos., H. Notarius, H. Dux Saxoniæ, Conradus Comes Palatinus de Rheno, Hludvi-
cus Comes de Cleve, H. Comes de Cuke, Adolfus Com. de Monte, Simon Com. de Tekeneburch,
Otto C. de Ravensperge, & frater ejus H, Marquardus de Crombach, &c.

Ego Raynoldus Cancellarius vice Arnoldi Mogunt. Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii F
recognovi. Data in Verda S. Swiberti 10. Kal. Maji Anno Dominicæ Incarnationis MCLVIII,
regnante Domino Friderico Roman. Imperatore Augusto, Anno regni ejus VI. Imperii vero III...
(vid. apud Lindenbroch. p. 186. aliud ejusdem Imp. Diploma datum eodem die & loco Hartvvico
Archi-Episc. apud Lindenbrog. p. 189. Script. Septent.

Aliud ejusdem Imperatoris Diploma datum eodem die & loco Hartvvico Archi-Episcopo.
Vid. apud Lindenbrog in Script. Septent. p. 186. 189.

LX. G

Diploma Friderici I. Imp. dat. apud Marengam 15. Kal. Martij 1159. Astensibus Civibus concessum.

FRidericus Divina favente Clementia Imperator Augustus. Universorum Christi & Imperii fi-
delium tam futura quàm præsens noverit ætas, quod Astensem Civitatem in nostram jurisdi-
ctionem & specialem potestatem suscepimus, in qua honorem & servitium cum omni liberalitate
ordinantes Rectores nostros, pro nostræ voluntatis arbitrio in ipsa statuimus, videlicet Carinth. &
Robaldum, Gardinum & Petrum Cordesium, quibus curam & custodiam & regimen Civitatis in-
tus & extra, de iis, quæ pertinent ad Regalia jura, committimus cum districto villarum, quarum di- H
strictum soliti erant habere: quarum nomina hæc sunt, Aazanus, Mons Manidus, Hanthes, Castrum
Gardini, Berengarius, Sanctus Marcianus, Quattordeum, Mirabellus, Quartus, Setizolengus, Curtis
Comarius, Castellinnus, Canaglygle, Grixanus, Barcus, Vial, Dicianus, Milledolium, Max, Telliolas,
Caxanus, Celle, Terroboma, Cumignanus, Antegnanus, Castellione, Vallege, Camayranus, Taxere,
Solium, Mons porcinus, Scaant, Vallis Albugnana, Ripa rupta, Monsteglerum, Hercule, Mocegna-

nus Plaz, Recugliafeua, Vajaglarum, Planum S.Michael; Mons Baldicherius, Cortis Francifca,
A Cafpericus, Clireta, Paternus, & fi quæ aliæ domus funt, in quibus foliti erant diftrictum habere:
ut autem præfata Civitas in omni fidelitate devotior & ad fervitium Imperii inveniatur prom-
ptior ipfam Civitatem & Epifcopatum & Comitatum & omnia fupra memorata prædictis tri-
bus Aftenfibus poteftatibus excepto Fodro Regali, hoc tenore commifimus, ut fingulis Annis
in fefto S. Martini centum & quadraginta Marcas Argenti fifco Imperiali perfolvant, Dimidiam
partem de ipfa Civitate, & dimidiam partem de Comitatu fibi commiffo & Epifcopatu. Præterea
Caftrum noftrum novum cum omnibus ejus pertinentiis ejusdem Civitatis Rectoribus hoc pacto
commifimus, ut fimiliter in fefto S. Martini fingulis Annis quinquaginta Marcas Argenti nobis
B inde perfolvant, de cætero hanc poteftatem fibi commiffam & in Civitate & in Comitatu prædi-
cti tamdiu Rectores habeant, quamdiu Majeftati noftræ in ipfis benè complacuerit. Adjicientes
quoque conftanter ftatuimus, quod prædictam poteftatem de Civitate & Comitatu de Caftro
nulli Archi-Epifc. nulli Epifcopo, nulli Marchioni, nulli Comiti, nulli poteftati unquam conce-
demus nifi folis noftris fidelibus de ipfa Civitate, quos ad nutum noftrum eligendos ordinaveri-
mus. Quia verò fuperius mentionem de Regalibus fecimus nequis de eis dubitet nominatim ea
exprimimus. Hæc itaque Regalia effe dicuntur: Moneta, viæ publicæ, aquatilia, flumina, publica
Molendina, furni, forefta, Menfuræ, Banchatica, Portus Argentaria, pedagia pifcationis, red-
C ditus, fefforia, vini & frumenti, & eorum, quæ venduntur, placita Batalia, Rubi reftitutiones in
integrum & alia omnia, quæ ad regalia jura pertinent. Rei teftes funt Otho Comes Palatinus,
Rodulphus Comes Tulledot. Marchio, Obizzo, Malafpina, Everardus Epif. Bamberg., *Conra-
dus Comes Palatinus de Reno*, & alii quam plures, &c.

Signum Domini Frider. datum apud Marengam 15. Kal. Martii. Ego Raynaldus facri Pa-
latii Imp. Romanorum Imperatoris Augufti Cancellarius recognovi. Acta funt hæc Anno Do-
minicæ Incarnationis 1159. Indictione 7. Regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore
Sereniffimo Anno Imperii 4. regni verò ejus 7.

Vid. Ughel. Ital. Sacr.

D

LXI.

Decretum Comitiorum Herbipolenfium à Frid. I. Imp. celebratorum 1166. *in feft. Pentecoft. fuper Schifmate duorum Pontificum.*

FRidericus Dei gratia Roman. Imperator & femper Auguftus cunctis populis, quos Clemen-
tiæ noftræ regit Imperium. jam dudum innotuiffe credimus, qualiter exorta quondam inter
Ecclefiæ Romanæ Cardinales de Apoftolatu difcordia, inter reges & regna impetu peftifero eft
E diffufa. Pro qua adoptabile bonum pacis revocandæ quantos poft beatæ memoriæ Papæ victo-
ris Electionem ac confirmationem Catholicam Papiæ Mediolani, Laudi, atque in diverfis Impe-
rii finibus in corpore noftro labores tam nos quam invicti Principes noftri pertulerimus: Quan-
tas rerum copias Zelo juftitiæ impenderimus: in extremis quoque mundi partibus, jam auditum
non dubitamus. Denique Beatiffimo Papa Victore in Paradifi gaudia feliciter affumto, & in ejus
locum ab Epifcopis & Cardinalibus Almæ fedis Apoftolicæ Domino Pafchali viro chriftianif-
fimo in præfentia Epifcoporum & Religioforum Lombardiæ & Tufciæ, illuftris quoque urbis
Præfecti Romæ, ac multorum nobilium Romanorum Catholicæ fubftituto, ipfum etiam Domi-
num Pafchalem & Ecclefiæ ac Principum Imperii judicio atque confilio in Papam & Patrem
F Catholicum folemniter recepimus debitoque honore venerari femper intendimus. Proinde ob-
ftinata fchifmaticorum perfidia mortem viri jufti fuis fucceffibus aperta fronte adfcribens fitæ-
neis fuis blanditiis quorundam fidelium noftrorum adeo molita eft denuo immutare, ut nifi
morbis novis nova remedia objicerentur, pars noftrorum, non modica videretur ex fiducia no-
ftræ lenitatis feducenda. Igitur zelo reformandæ decoris Domus Dei ardentius accenfi cum Re-
gem Francorum, qui nulla noftra culpa præeunte, una cum Rolando Imperii noftri hofte publi-
co ejusque fequentibus Imperialem noftrum honorem manifeftè molitur auferre, poft multos
noftros admonitus irrevocabilem perfenfiffemus: univerfis Imperii *Principibus in Sanct. Penecofte*
G curiam Wurtzburg. generalem indiximus. Quorum cætu celeberrimo ibidem folenniter præ-
fente, (*) Ecclefiæ Dei ftatum ac Domini Papæ Pafchalis negotium ferio ac magnifice duxi-
mus roborandum. Invocata igitur Spiritus Sancti gratia, & univerforum, qui aderant, confilio
communicato, ad removendam pro parte noftra omnem ambiguitatem, prorfus ipfi nos manu
propria fuper fanctorum reliquias juramentum publicè præftitimus, quod Rolandum (*) Schis-
maticum vel ejus fucceforem, quem pars ipfius elegerit, in Papam nunquam recipiemus, nec ad
eum recipiendum, affenfum unquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum ejus gratiam un-
quam noftram reddemus, nifi ab errore viæ fuæ ad unitatem Ecclefiæ fuerit converfus. Domi-
H num verò Papam Pafchalem manutenebimus femper & promovebimus: eique tanquam Patri
Catholico & univerfali Pontifici obedientiam, honorem & reverentiam exhibebimus: & ab ipfo
ejusque parte, vita comite, nunquam recedemus. Electos quoque, qui fub eo aut ejus fucceffo-
re, quem pars ipfius elegerit, confecrationem receperunt vel adhuc recipiunt, honore aut ordi-
nibus fuis per ejus obedientiam privari nunquam permittemus: & hujus abfolutione facramenti
nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus. Præterea nofter in Imperio fucceffor, quem
Prin-

* al præfidente. * Alexand. 3.

Principes universi elegerint, hunc honorem Ecclesiæ Dei & Imperii & hanc partem nostram sub A
eodem juramento tuebitur semper atque tenebit. Idem quoque juramentum Archi-Episcopi &
omnes Episcopi atque Electi, qui interfuerunt numero 40. super St. Dei Evangelia propria manu
unusquisque sub stola sua præstiterunt & publicè firmarunt. Nihilominus universi Principes secularies Dux Henricus Leo videlicet Saxoniæ & Brandenburgensis Marchio Albertus Senior, *Conradus Palatinus de* (a) *Cheno.*, & Ludovicus (b) Landgravius, & reliqui omnes super sanctorum reliquias idipsum juraverunt. Repentè autem Spiritus Sanctus mentes omnium adeo unius effecit voluntatis, quod Electi omnes in *sabbato quatuor temporum* ad laudem Dei & honorem Imperii sacros ordines devotissimè susceperunt: Firmiter quoque à nobis & ab universis decretum est, ut, quicunq; supersunt ordinandi inprimis quatuor temporibus similiter exequantur, alioquin di- B
gnitatis, ad quam Electi sunt, honore, omni remota dilatione, priventur. Adhæc honorabiles Legati illustris amici nostri Henrici gloriosi Anglorum Regis ad nos ab ipso transmissi in totius curiæ nostræ præsentia super sanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publicè juraverunt nobis, quod Rex ipse cum toto Regno suo in parte nostra fideliter stabit, Dominum Paschalem, quem nos tenemus, nobiscum semper tenebit. De Rolando autem Schismatico manutenendo, nullatenus se de cætero intromittet. Quia vero justitiæ quam hostes Ecclesiæ Dei & nostri sive ex superbia sive ex causæ diffidentia devitarunt, nos semper hactenus stare parati, hunc tandem ad insolita sacramenta ex eorum manifesta obstinatione sumus impulsi à schismaticorum commu- C
nione omnis homo omnisque ordo caveat. Furor enim eorum etsi hactenus aliquo modo visus est venalis, in posterum prorsus erit irremissibilis, ad perfectum quoque hujus negotii firmamentum ex totius Herbipolensis Concilii decreto firmissimè præcipimus, ut si quia ad sui mandatum Antistitis sacramentum supra scriptum non præstiterit, si Clericus sit, aut Monachus Ecclesiastico privetur honore ac beneficio: si Laicus alodia & beneficia quæcunque possidet, nostra ipsi auctoritate à suo Judice vel Domino prorsus adimantur. Data Wurtzburg Kal. Junii 1166.

Vid. apud Goldast. Const. Imp. t. 3. p. 342.

LXII. D

Diploma Friderici I. Imp. datum Wormatiensibus A. 1180.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Fridericus Rom. Imperator Augustus. Imperialis justitiæ decet Clementiam, ut quæ ab antecessoribus nostris, Regibus sive Imperatoribus ad favorem populi alicujus aut Civitatis pie statuta cognoverimus, ea nos confirmare aut renovare debeamus. Cum igitur ad nostram notitiam perlata fuisset divæ memoriæ Henrici V. Rom. Imperat. Augusti constitutio Civibus Wormatiensibus rationabiliter Indulta. Nos rata haberi volentes ea, quæ idem Imperator, de cujus nos stirpe originem ducimus, laudabiliter sta- E
tuit, & ad favorem eorundem Civium Wormatiensium privilegio suo roboravit, ipsis fidelibus nostris Civibus Wormatiensibus confirmamus & ex conscientia & consensu filii nostri Henrici Romanorum Regis Augusti ad Concilium Principum & petitionem fidelis nostri Conradi Wormatiensis Episcopi, Dietheri majoris præpositi, Lupoldi Custodis, cum beneplacito etiam Burchardi Wormatiens. Vicedomini, aliorumque qui jus & potestatem incives habere videbantur: statuimus, ut civis Wormatiensis quilibet & in eadem habitans civitate, si uxorem duxerit suæ conditionis, aut alterius, sive uxoratus illuc aliunde venit, hac in perpetuum indulgentia perfruatur, ut nullus advocatus conjugia cujuscunque Wormatiensis Civis, juramenti coactione, aut quo- F
via alio ingenii modo dissolvat. Nulla potestas major aut minor, viri mortui aut mulieris res relictas, aut aliquid de rebus ejus tanquam jure sibi debitum exigat. Si ergo vir uxore sua prior moriatur, uxor & prolea ex illo viro suscepta omnem viri hereditatem tam mobilia quam immobilia sine conditione obtinebit. Similiter si uxor præmoriatur, vir & sua proles ex illa uxore suscepta omnia mortuæ uxoris obtinebit bona. Quod si alteruter conjugum sine hærede præmoriatur superstes omnem præmortui hæreditatem quoad vixerit libere possidebit, defunctis autem ambobus sine prole conjugibus ad proximos eorum hæreditas relicta ab illis substantia devolvetur. Et viri quidem hæreditas ad hæredes viri, mulieris autem hæreditas ad mulieris transibit hæredes, ita ut nemo dicat sibi aliquod jus in bonis mortuorum ratione suppellectilis, quæ vulgo (a) *Bidel-* G
la (Butel in veteri lib.) dicitur: Nos quoque fidem ac devotionem & prona eorum Civium Wormatiensium obsequia attendentes imperiali iis authoritate indulsimus, ut sicuti ab actione juris, quod Bidel dicitur, indulgentia privilegii antiqui sunt Immunes, ita ut ab exactione optimi animalis sive pretiosioris vestimenti, quod vulgo Hauptrecht vocatur, de cætero sint absoluti, similiter indultum eis confirmamus, ut nullus eorum à magistratibus Civitatis Invitus super telonium

(a) Vitio amanuensium irrepsit Cheno pro Rheno, frater fuit Frid. I. Imp., à quo in Comitem Palatinum Rheni Electus est, Hermanno Rheni Palatino, A. 1156. Anvaarit defuncto, fallitur autem Goldast., quando in margine p. 342. notat, Conradum hunc Comitem Palat. de Scheiren fuisse, cum hoc tempore nullus C. Pal. Schirensis in toto Orbe Christiano existebat, cui nomen fuerit Conradi., sed Conradus hic Comes Palatinus Rheni fuit & quidem frater, ut dictum Imperatoris Friderici I., ut ipse Goldastus postea paginâ seq. 344. in fine ea Archivo Vaticano & Baronii Annal. t. 12. docet. H

(b) Landgravius fuit Thuringiæ, qui Claritiam, sororem Conradi Comitis Palatini Rheni nostri circa An. 1150. matrimonio sibi junxerat.

(a) Ab oneribus Bidelli, manus mortuæ aliisque servilibus liberata urbs Wormatiensis ab Henrico V. vid. Conring. de urbibus Imp. Germ. p. m. 72. & urbs ipsa munere Henrici II. Sancti Episcopo Wormat. concessa v. Conring. loc. cit. p. 68.

nium navium constituatur: ne autem servitium de telonio nobis aut Episcopo Wormatiensi de-
A bitum minuatur detrectantibus omnibus hoc officium recipere, collaudamus & confirmamus in
supplementum hujus officii datum telonium de grossis & nigris laneis panuis constitutum, cujus te-
lonii pretium de singulis pannis dimidio denario constat. Et ut hæc civibus Wormatiensibus fa-
cta clementer indulgentia omni ævo inconcussa permaneat, hanc paginam inde conscribi jussi-
mus & sigilli nostri impressione insignivimus, si quis autem huic nostræ renovationis & confir-
mationis authoritati contraire tentaverit., 60. libras auri puri pro pæna componat, quarum me-
dietas fisco Imperiali reliqua personis injuria læsis persolvatur. Idem sub eadem pæna statuimus
(sicut privilegio prædecessorum & proavi nostri Henrici IV. divi Imperatoris indultum legitur)
B & eis Imperiali authoritate confirmamus, ut Cives Wormatienses in locis Imperio pertinentibus
nullum telonium persolvant, nominatim in his: Francofordiæ, Boppardo, Hammerstein, Fsamo-
niæ, Drutmundæ, Goslariæ, Angeræ, Numagiæ, Dosburgiæ & in reliquis locis ad imperium spe-
ctantibus similiter earundem civitatum s. oppidorum cives nullum apud Wormatienses persol-
vant telonium, ut hæc æqua vicissitudo intra loca Imperio specialiter pertinentia & inter Wor-
matienses perpetuo inviolata permaneat. Hujus rei testes sunt. Henricus Rom. Rex Aug., Con-
radus Epis. Monaster., Cuno Epis. Ratisbon., Dietherus Majoris Eccles. Wormatiens. Præpositus,
Meinhardus Decanus, Rudolfus Wormatiens. Eccles. Canonicus & Imperialis Aulæ protonota-
C rius, Fridericus Dux Suev., Ludovicus Landgravius Thuring., *Conradus Comes Palatinus Rhens*,
Wernerus de Bolanden, Philippus filius ejus, Dudo Camerarius Moguntinensis, Lupoldus Cu-
stos Wormatiensis, Eberhardus vice Dominus Wormatiensis & alii quam plures. Acta sunt
hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCLXXX. indict. V. regnante Domino Friderico Impe-
ratore gloriosissimo Anno regni ejus XXXIII. Imperii verò XXXI. Datum apud Civitatem Ar-
gentinensem 3. Non. Januar. feliciter Amen.

Vid. apud Crusium in Annal. Suev. l. ii. p. 2. c. 10. & Lehmann. in Chr. Spir. l. 4. c. 22.

LXIII.

D
Diploma Friderici I. Imp. dat. Spirensibus A. 1182.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente Clementia Romanorum
Imperator Augustus. Majestas Imperialis exigit & authoritas, ut sicut sua facta rata & inconvul-
sa permanere desiderat, ita suorum antecessorum gesta & privilegia modis omnibus confir-
met & scriptorum munimine corroboret. Inde est quod nos Privilegium antecessoris nostri
Henrici Imperat. quinti, quod ipse pro remedio animæ patris sui, proavi nostri Imperatoris Hen-
rici in die exequiarum ipsius Spirensi contulit Civitati, in fronte Majoris templi aureis literis so-
lenniter depictum expressam & prominentem continens imaginem, renovamus & authoritate
E Imperiali corroboramus. Et ut remota omni ambiguitate jus privilegii in perpetuum habeat, ut-
pote multorum Principum, ut ibidem legitur, testimoniis firmissima sanctione decernimus, sicut
enim Præfatus Imperator omnes Spirensis Civitatis inhabitatores, undecunque venerint vel cu-
juscunque conditionis fuerint, à consuetudine nefanda & nequissima, quæ vulgo vocabatur Bud-
teil, suos quoque hæredes prorsus exemit, & ne aliqua persona major vel minor, non advoca-
tus, non eorum naturalis Dominus illis morientibus de eorum suppellectilibus quicquam au-
ferre præsumeret, finaliter interdixit: Et ut omnes liberam potestatem habeant, suis hæredibus
bona sua relinquendi vel pro anima sua dandi, vel cuicunque personæ dare voluerint firmissimè
F statuit. Ita & nos adjuncto novo nostræ Majestatis privilegio, ab omnibus prædictis exemtos,
eadem libertate jugiter gaudere volumus. Contigit autem procedente tempore quod Ulricus
ejusdem Civitatis Venerabilis Episcopus super quibusdam præfati Privilegii verbis quæstionem
movit exigens ab eis, quod in quibusdam locis vulgò Houbtrecht vocatur, tanquam in præfato
privilegio sub nomine Bttteil & suppellectilis ab eo jure non fuerint exemti. Quoniam vero,
sicut nostrum est, leges condere, ita & quæ dubia sunt, benignè interpretari, nos prædictum pri-
vilegium etiam cum assensu ejusdem Episcopi publicè libertatem eorum recognoscentes inter-
pretamur, ut in eo ab hoc jure, quod Houbtrecht dicitur, penitus sint exempti, & nos eos hoc
G principali edicto prorsus ab eodem excipimus statuentes, ne unquam aliqua persona Ecclesiastica
vel secularis super hoc eos infestare attentet, sive in Civitate sive extra sit constituta. Præterea nos
per omnia sequentes privilegium præfati Imperatoris Henrici prædecessoris nostri, eosdem Cives
ab omni theloneo, quod in civitate tunc temporis dari solebat, liberos statuimus & à solutione
nummorum, quos vulgo Bann-Pfenning / & illorum quos Schoß-Pfenning appellarunt, &
piperis, quod de navibus exigi solebat, eos absolutos pronunciamus. Volumus etiam, ut nullus ci-
vium eorundem extra urbis ambitum advocati sui placitum cogatur requirere. Volumus et-
iam ut nullus civium eorundem alicui exactioni extra Civitatem factæ de rebus suis mobilibus
vel immobilibus subjaceat. Nullus Præfectus aut alicujus Domini nuncius ad servitium Domini
H sui à panificibus, vel à Macellariis seu ab aliquo genere hominum in Civitate rem aliquam mo-
bilem, vel sese moventem præsumat illis invitis auferre. Nullus unquam vinum, quod appellatur
Bannwein/ præsumat vendere aut alicujus civis navim ad opus Domini sui illo invito accipere.
Statuimus quoq; ut ab iis, qui res suas propriis sive conductis navibus transvehunt, nihilominus
exigatur. Monetam quoque nulla potestas in levius aut deterius minuat, aut aliqua ratione, nisi
communi civium consilio permutet. Nullus ab eis thelonium in toto Episcopatu, aut in locis
fiscalibus

fiscalibus, id est, ad militatem Imperii singulariter pertinentibus extorqueat. Si quis Curtem aut
domum per annum & diem sine contradictione possederit, nulli hoc interim scienti ultra re- A
spondeat. Causam in Civitate jam lite contestatam non Episcopus, aut alia potestas extra Civita-
tem determinati compellat. Argenteus thelonium de navi non plus quam tredecim de-
re cogantur. Ut autem hæc nostræ Majestatis confirmatio in omne ævum rata & inconvulsa
permaneat, præsentem paginam conscribi jussimus & sigilli nostri impressione corroborari. Si
quis verò ausu temerario eam præsumserit violare vel aliquo modo attemptare centum libras auri
pro pœna fisco Imperialis Cameræ persolvat. Hujus rei testes sunt Philippus Coloniensis Archi-
Episcopus, Hermannus Monasteriensis Episcopus, Baldewinus Trajectensis Episcopus, Rudol-
phus Imperialis Aulæ Protonotarius, Henricus Major præpositus Spirensis. Johannes præpositus B
S.Germani, Andreas Magister Scholarum, Conrados præpositus de omnibus Sanctis, Marquar-
dus Præpositus S.Pauli de Wormatia, Eberhardus Archipresbyter, *Conradus Palatinus Rhen.*
Fridericus Dux Sueviæ, Florentius Comes Holandiæ, Gerhardus Comes de Loue, Henricus Co-
mes Gelrensis, Otto de Bynheim Comes, Simon de Sarbrucke Comes, Henricus de Dietsche,
Boppo de Wertheim, Conradus de Bockesberg, Henricus de Rug, Hartmannus de Budingen,
Rubertus de Durne, H. Marschalcus, Contadus Pincerna, Cuno de Münzeoberg. Anselmus
Marschalcus, Wicelious de Berge, Anselmus de Joningeo, Godefridus & alii quamplures.

Signum Domini Friderici Rom. Imperatoris invictissimi.

Ego Godefridus Imperialis Aulæ Cancellarios vice Christiani Moguntinæ sedis Archi-E- C
piscopi & Germaniæ Archicancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno incarnationis Dominicæ
MCLXXXII. indictione XV. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore gloriosis-
simo. Anno regni ejus XXXI. Imperii vero XXVIII. Datum Moguntiæ in solenni Curia. VI. Ca-
lend. Jun. feliciter. Amen.

Vid. apud Lehman in Chron. Spir. l.5. c.64. ubi h. modo. Das Sigill ist in rothem Wachs
mit diesen Worten: Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus: In der Mitte ist deß
Käysers Bildnüß auff einem Stul sitzend/ in der Rechten einen Scepter/ in der Lincken den Reichs-
Apffel haltend / mit deß Käysers gewöhnlicher Unterschrifft/ durch sonderbare caracters unter- D
zeichnet: und hat die Burgerschafft solche confirmation und Käysers Henrici V. Privilegium zu-
sammen auffs neue in Messin mit grossen vergülden Buchstaben künstlich und kostbarlich zugies-
sen und sambt beider Käyser Bildnüß von Messing und vergüldt über der Münster Thür / wann
man fornen zum Paradeiß hineingehet/ auffzurichten verfüg/ rc. * Pfenning

LXIV.

Diploma Friderici I. Imp. dat Ecclesiæ Murimundensi. in Ital. 1174.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente Clementia Romanorum E
Imperator semper Augustus. Notum esse volumus universi Imperii nostri fidelibus tam futu-
ris quàm præsentibus, quod nos æternæ retributionis intuitu Ecclesiam Murimundensem supra
Ticinum positam in protectionem nostram suscepimus & omnes ejus pertinentias ab omni vio-
lentorum incursu defensare decrevimus, quatenus ejusdem loci fratres nostræ authoritatis mu-
nimine suffulti tranquilla pace lætentur, & pro nostra successorumque nostrorum salute Deo di-
gnum exhibere valeant famulatum . . . tam salutiferæ pietatis nostræ devotio, quam erga præ-
dictam gerimus Ecclesiam, clarios elucescat, Curiam Faræ Basilianæ, de qua quartam partem F
usus fructus ipsi fratres nobis annuatim solvere tenebantur, Abbati Jacobo & Ecclesiæ Muri-
mundensi cum omni utilitate contulimus. & dedimus & ejusdem donationis finem ejus fecimus,
& ut fundus terræ Ecclesiæ cedat in *alodium & proprietatem*, & tota utilitas, quæ tam de quarta
parte quam de aliis tribus provenerit ad hujus donationis memoriam & rei gestæ notitiam jam
dicti fratres unum soli Ecclesiæ & fratribus ad proprios usus semper pertineat. Verum unum au-
reum singulis annis in festo S.Martini nobis & successoribus nostris Regibus & Imperatoribus
teneantur persolvere. Adhæc etiam supradictæ Ecclesiæ & fratribus locum faræ Vetulæ & ejus
pertinentias cum donatione faræ Basilianæ nostra authoritate confirmamus statuentes & sub pœ- G
na banni nostri districte præcipientes ne quæ persona magna vel parva, secularis vel Ecclesiastica
Morimundensem Ecclesiam vel ejus fratres in prædicta donatione faræ Basilianæ, sive in confir-
matione tam faræ Vatulæ, quàm faræ Basilianæ aliqua invidentia vel molestia inquietare præsu-
mat. Quod qui faceret quadraginta auri pro satisfactione componat, medietatem Cameræ no-
stræ & dimidium Ecclesiæ: ut igitur hæc omnia rata semper permaneant & in perpetuum incon-
vulsa hanc chartam inde conscriptam sigillo nostræ Majestatis duximus roborari: hujus rei testes
sunt, Philippus Coloniensis Archi-Episc., Arnoldus Trevirens. Archi-Episc., Hermannus Bam-
bergens. Epis., Herswigus Augustens. Epis., Hugo Verdens. Episc., Cuno Ratisbonens. Episc.,
Gero Alverstadens. Episc., Udo Citensis Episc., Ulricus Dux Bohemorum, *Conradus Comes Palati-*
nus Rhen., Otto Palatinus Comes de Wichelmgesboch, Warsumus Protonotarius, Burnhardus H
Capellanus, Ermhluctus Capellanus, Albertus de Hilcemburg, Buscardus de Afuel, Conradus de
Bealiis, Contadus Pincerna, Arsimamanus Camerarius, Paucuspillus Papiensis de Strata & alii
quam plures.

Signum Domini Friderici Imperatoris invictissimi.

h

Ego

A Ego Gotefridus Cancellarius vice Philippi Coloniensis Archi-Episcopi & Italiæ Regni
Cancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis 1174. Indictione &c. Re-
gnante Friderico Imperatore Romanorum gloriosissimo Anno Regni ejusdem 23. Imperii vero
21. Datum in Episcopatu Papiensi in obsidione Roberti 14. Jan. feliciter. Amen.
vid. Ital. Sacram p.231.

LXV.

Diploma Conradi Comitis Palatini Rheni Ducis Sueviæ de A.1190.

NOs Conradus Dei gratia Comes Palatinus Rheni omnibus & singulis, ad quos præsentes li-
B teræ pervenerunt, cupimus esse notum. Quod cum Curtis & bona Monasterii S. Christoffe-
ri in Revengyrsburg apud villas nostras Diepach & Mannenbach sita, de manu Illustris Comitis
Bertholdi fundatoris dicti Monasterii ad ipsum Monasterium dignoscantur jure libertimo devo-
luta, imo etiam jure pleno sibi salvo, tam in aquis & pascuis, quàm in viis & inviis, sylvis & ne-
moribus villarum nostrarum prædictarum, quoad omnes usus curtis & bonorum eorundem
Religiosi viri præpositus & conventus Monasterii præfati Curtem ipsam & bona contributioni
annuæ precariæ universitati dictarum villarum nostrarum ab antiquo impositæ, ad alleviandum
eis onus hujusmodi per hoc non solum dictæ universitati sed nobis & nostris hæredibus compla-
C cere sperantes, sub certa summa 4. Marcarum Denariorum, voluntate spontanea submiserunt
tali conditione, quod si quid de Curte & bonis his alienari contigerit in futurum si valuerit in Va-
lore unius Marcæ, duos denarios portabit dictæ precariæ, ab hujusmodi alieneti possessore, quo-
cunque in antea existente sive nobilis sive alterius conditionis extiterit à modo persolvendos.
Curti vero & bonis prædictis de summa 4. Marcarum præstatarum in perpetuum defalcandis. Eo-
dem modo de reliquis quæ alienari contigerit observando proportionaliter; nec non duobus Tre-
verensibus vel altera moneta æquivalente pro tempore computandis pro denario quolibet de
prædictis. Nos autem Comes Palatinus præfatus considerantes in præmissis dictorum Religioso-
rum affectuosam circa nostra & nostrorum beneplacita Voluntatem & præcipuè favorem Mona-
D steriis impensum Deo fore acceptabilem intuentes, ipsum Monasterium cum omnibus suis in no-
stram & hæredum nostrorum protectionem perpetuam assumsimus bonâ fide. Veruntamen quam-
vis nostri hæredes nostriq; & eorum officiati ac tota universitas terræ nostræ dictum Monasterium
in personis & rebus debeamus de cætero fideliter defensare. Universitas tamen villarum Diepach
& Manninbach prædictarum ratione contributionis præ notatæ dabit ad hoc & maximè ad Con-
servationem juris & libertatis Curtis & bonorum præfatorum operam præ aliis ampliorem, etiam
contra omnem hominem dicto juri & libertati contrarium facientem, ad quod se dicta Universi-
tas sponte astringit, pro se & suis successoribus omnibus fide corporali dictis Religiosis loco ju-
E ramenti præstitæ coram nobis. Dicta enim Curtis, & bona in omnibus aliis, præter contributio-
nem memoratam libera sunt penitus & exempta, ita quod etiam nobis & nostris hæredibus vel
non dictarum Villarum Diepach & Manninbach universitati excepta duntaxat contributione
eadem nihil juris seu potestatis cujuscunque competit in eisdem, ac in eorum incrementis, Emolu-
mentis & proventibus universis, nec non in dictæ curtis incolis, familia, jumentis, vecturis, hospi-
tationibus & rebus aliis quibuscunque. Ne igitur juri & libertati hujusmodi per aliquem Morta-
lium imposterum aliqualiter derogetur dictam Curtem & bona, in nostræ & hæredum nostro-
rum protectionis & pacis gratiam recepimus specialem, dantes eisdem Religiosis præsentes li-
F teras super jure & libertate prædicta & super omnibus præmissis, nostri sigilli appensione firmi-
ter roboratas: Acta sunt hæc præsentibus una cum spectabili Comitissa Palatina (a) *Irmentrude*
nostra conjuge legitima testibus subnotatis: Henrico Dapifero nostro, Henrico de Dickke, Du-
done de Lorch, Friderico de Kercbergk, Ecclesiastico de Baccharaco, Ecclesiastico de Diepach &
aliis quam plurimis fide dignis. Datum Anno Domini MCXC. Kalendis Aprilis in *Castro nostro*
(b) *Staleckun.* vid. Freheri Origines Palat. p.89.

LXVI.

G *Literæ feudales Philippi Archi-Epis. Colon. quibus Conrado, uxori, & filiæ ejus, Stalecke & Advocatiam in Baccharach* 1189. *in feudum concessit.*

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Philippus divina dispensatione Sacræ Coloniensis Ec-
clesiæ Archi-Episcopus universis Christi fidelibus tam præsentibus quàm futuris in perpetuum,
scire

(a) *Irmentrudis* uxor Conradi Palatini nostri, hanc alii cum Trithemio Chr. Hirs. c. Spenero Op. Herald. p. 669. *Irmengardem*, & alii cum *Henningesio* in Theat. Geneal. p. 1. p. 44. Reuss Geneal. *Hoffmanno* Geneal.
H Comitum Palat. Rh. *Blondello* Geneal. Tr. tab 140. & Schiltero Com. ad Jus Alem. p. 336. ad c. 70. *Elisabetham* malè vocant.

(b) *Staleckun.* Castrum Baccharacense alias etiam Staleckа hodie Stalecke dictum, de quo sup. dictum, patet hinc etiam Conradum Palatinum post obitum *Hermanni* Comitis de Stalecke in Comitem Palatin. Rhen. Electi, sæpius aulam & sedem cum familia fixisse in dicto hoc castro *Stalecke*, ubi etiam ipse Conradus P. nuptias filiæ Agnetis A.1194. celebravit, de quibus vid. Schilteri Coment. ad Jus Aleman. ad c.70. p.336. §.2. & ubi procul dubio etiam An. sequente 1195. obiit, hinc rectè Lehman in Chr. Spir. l. 4. c. 7. p.m. 295. ex Irenic. Exeg. Germ. l. 3. c. 55. Daß er mehren theils in der Burg Stalecke sein Hoff gehabt mortuo scil. Hermanno Palatino antecessore, & post Electionem in Comitem Pal. Rheni ab An. 1156 Jam ante Electionem non nisi Heidelbergæ sedem suam fixerat. Hermannus Pal. Rh. etiam ibidem Domicilium habuerat. hinc ante Electionem in Comitem Palatinum in diplomatibus Impp. & Chronicis, Antiquis ad An 1140 1139. 1138. non nisi Comes de Stalecke vocatur, de quo pl. in Hist. mea Palatina

ſcire volumus omnes in Chriſto renatos, quod Caſtrum Stahelecke & Advocatiam in Bacherache à A
manu Domini Pal. Comitis. Chunradi cum aliis, quæ illic à Nobis in beneficio tenuit, ipſo rogante
& hæc nobis reſignante ſuſcepimus & in eodem momento ipſi & ejus jugali Dominæ (a) *Ibmengardi* e-
jusq; filiæ Agneti jure feodali conceſſimus accepto ab ipſis Dominab' hominio ſtatuentes ut dum
vixerint, hæc pariter poſſideant, & ſi unus aut duo deceſſerint, qui cunque illorum ſuperſtes fue-
rit, ſine omni contradictione beneficium idem habeat. Quod quia piis eorum precibus annuentes
ſic inſtituimus, nec ab aliquo interitura revocari poterit in præſenti charta conſcribi & hanc im-
preſſione ſigilli noſtri muniri fecimus. Facta hæc ſunt Anno Dominicæ Incarnationis 1189. Indict. 7.
Clemente, 3. S. R. Sedis Antiſtite regnante Friderico Roman. Imperatore ejusque filio Henrico
Rege ſub teſtibus his: Johanne Trevirenſi Archi-Epiſc., Bunone præpoſito S. Mariæ in Colon., B
ejusque fratre Eberhardo Comite de Sein, Diodorico Com. de Widun & filio Tiderico Clerico,
Reginhero Comite de (b) *Frousbrecht*, Ulrico Comite de Nurberg, & ejus filio Gerhard. Com.
de Are, Gerhardo Com. de Dietha, Bertholdo Com. de Catzenelenbogen, Ludovico Com. de Span-
heim, Symundo Com. de Sarebrücken, Henrico Com. de Keſſele, Reginboldo Com. de Iſenburg,
Gerlaco de Conern, Frid. de Erenberg & ejus filio Friderico, Henrico de Milewald, Wernero
de Brunethorn, Henrico de Dicke ejusque filio Alex., Hermanno de Walebach & ejus fratre Fri-
derico Vymando, Hemethono, Hereberto, confratribus de Sigenheim, Friderico de Kirberg,
Humbarto de Sconenburg, Cunrado de Boparde, Richardo de Duna, Gerharda pincerna Epiſcopi C
Colon. qui dicitur Suar, Hermanno advocato Pinguenſi, Tidorico de Clotteue, Johanne de Da-
lebeim & aliisque quam plurimis.

Vid. Freheri Orig. Palat. p. 1. p. 92.

LXVII.

Henrici Rheni Palatini Reſignationis charta, quâ Advocatiam Eccleſiæ Trevirenſis Johanni Archi-Epiſcopo Trevir. A. 1197. reſignavit.

NOtum ſit tam præſentibus quàm futuris, quod Henricus Palatinus Comes Rheni, qui filiam D
prædeceſſoris ſui Conradi Palatini Comitis legitimam duxerat, reſignavit B. Petro & vene-
rabili Trevirorum Archi-Epiſcopo Johanni *die Paſche* in curia Epiſcopali apud Treverim advo-
catiam ejusdem cum omnibus appendiciis, tam feudatis, quàm non feudatis; nec non omnia annua-
lia ſervitia, quæ prædeceſſor ſuus ſupradictus habuit in villis Archi-Epiſcopi ſitis in pago, qui *
Trechere dicitur, in omnibus villis aliis Archi-Epiſcopi ſitis ſupra Moſellam; ſub tali forma, quam
idem Comes Palatinus juravit ſuper clavum Domini & ſuper omnes reliquias in eadem Capſide
contentas, quod nec ipſe nec aliquis hæredum ſuorum eandem advocatiam & prædicta feuda nun-
quam repeteret. Archi-Epiſcopus quoque, ſub pœna excommunicationis inhibuit, quod nec ipſe E
nec aliquis ſucceſſorum ſuorum prædictam advocatiam & eadem feuda inpoſterum alicui homi-
num infeudaret, niſi indignationem Dei omnipotentis & ſententiam excommunicationis incurrere
vellet. Acta ſunt hæc Anno Dominicæ incarnationis Treveris. MCXCVII.

Teſtes ſunt: Gerhardus Abbas Prumenſ., Rudolſus major Præpoſitus, Wilhelmus major
Decanus, & omnes Archi-Diaconi nec non 4. Civitatis Abbates, S. Eucharii Gothofredus, S. Ma-
ximini Conradus, Theodoricus S. Mariæ. Wilhelmus S. Martini, Fridericus Cantor, Conradus Cu-
ſtos Eccleſiæ Trevirenſ., Henricus Dux Limburg., Simon Comes de Saræponte & pater ejus Hen-
ricus de Zvvenbrucken, Conradus Comes Hirſutus, Fridericus de Uianen, Henricus Spanheimius, F
Gerhardus Veldentzius, Wolmerus de Caſtris, Ulricus Neverburgius cum filio Gerardo de Arra
Comites. Everhardus & Warnerus de Petra Germani, Gerlacus Swartzenburgius, Hugo Hunol-
ſteinius, Hugo cum filio Theodorico de Hagane, Rudolfus Mailbergius, Wiricus Noviomagi Con-
ſtantiniani Caſtri cum Thoma & Alexandro filiis, Fridericus Kerpenas, Theodoricus Brenehius
omnes Equeſtris Ordinis, Petrus de Marceto, Udo Eſchius, Jacobus Duna cum fratre Daniele,
Wilhelmus Helffenſtainius, Henricus Leinhore, Nicolaus ab Artha, Fridericus Merſius, Diethar-
dus à Pfaffendorf, Henricus junior de Cæmeterio, Wilhelmus de Acha (al. Archa) Godfridus
Waldorffius, Hermannus & Richardus de Palatio, &c. G

* aliis Recherge & Creghere. Vid. apud. Maſſen. in Annal. Trevir. t. a. p. 95. Kyriand.

LXVIII.

Diploma Henrici Comitis Palatini Rheni Ducis Saxon. Brunſvvicenſis de A. 1197.

HEnricus Dei gratia Dux & Comes Palatinus Rheni omnia facta temporalium temporalem
ſequuntur motum & pereuntibus hominibus ipſorum facta ſimul intereunt. Unde neceſſe H
eſt, ut, quæ ſua natura tendunt ad interitum, literarum adminiculo fulciantur, & ab oblivionis in-
teritu defendantur. Notitiæ igitur tam præſentium quàm futurorum præſentis ſcripti teſtimonio
transmittimus, quod enim ad implendum peregrinationis noſtræ propoſitum pecunia nobis deeſt,
Nos à Comitibus de Spanheim Heinrico ſcil., Alberto & Gotfrido 650. marcas mutuo accepimus:

(a) *Irmengardi.* Sed Freherus rectè in Margine in Orig. Palat. notat *Irmentrudi.*
(b) *Frousbrecht,* hodie Freisberg.

& pro hac pecunia *Comitiam* (a) *in Meneveld*e ex illa parte Mosellæ super petitione annonæ &
denariorum,& aliorum quæstuum eis in pignore dedimus sub hac forma, ut quandocunque nos
jam dicta bona redimere voluerimus, libera nobis & uxori nostræ & *pueris* (b) *nostris* vel aliis hæ-
redibus nostris redimendi detur facultas. Impignoravimus nihilominus eisdem Comitibus pro
eadem pecunia sub eodem tenore villas quasdam (c) *Engelstad* & (d) *Hedenesheim* has duas villas
cum Comitia pro 550. marcis & villam (e) *Sickenbach* pro 100. marcis. Hujus rei testes sunt præpo-
situs Geneno de (f) *Ravengeresburne*, Emicho (g) *Irsutus* Comes, Wernerus de Bruneshorn, Hein-
ricus de Dicka, Algrandus filius Heinrici, Fridericus de Walbach, Gerlacus de Gitbenetch / Diethmarus de Ulagelinge, Henricus de Uttesheim, Gothefridus de Summerschenberg, Eberhardus
B Berre, Walpertus de Binge, Bertrammus de Bickenbach, Fridericus de Erenberg, Gotfridus de
Enkerich, Wilhelmus de Glane, Emericus de Dille, Gerlacus de Bommenkirchen & alii quam
plures liberi & ministeriales nostri facta sunt hæc A. Dom. 1197. indict. 15. Ne autem imposterum
aliqua super hac impignoratione oriatur dubietas, hoc breve recordationis inde conscribi & (h)
Sigillo nostro insigniri jussimus. Datum Stalecka 6. Kal. Jun. (hanc ejus Henrici syngrapham solam
de ejus memoria superesse putat Freherus in Orig. Palat. p. 1. c. 11.)

LXIX.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Dux Saxoniæ & Palatinus Co-
C mes Rheni. Quoniam omnia, quæ aguntur in tempore quadam quasi mutabilitatis lege ten-
dunt ad interitum, cautum est literalis adminiculi fulcimine facta roborari, quæ semper tanquam
præsentia futurorum sunt memoriæ commendanda. Notum sit ergo tam futuri quam præsentis
ævi fidelibus, quod nos una cum dilectis fratribus nostris Serenissimo Domino nostro Ottone Ro-
manorum Rege & semper Augusto, & Wilhelmo, Patrimonii nostri divisione fraternè & unani-
mi consensu apud Padelburnam celebrata, portionem jam dicto fratri Domino nostro Ottoni Ro-
man. Regi à nostris segregatam & sibi provenientem istis terminorum interstitiis certissimis distin-
ximus: incipit itaque in hoc loco: Brunesvvic suum est, & omnia inibi attinentia; & terra usque
Nortburg sua est; à Nortburg usque Daulo: à Daulo usque Hunekesbotle: à Hunekesbotle usque
D Schvvibecke: à Schvvibecke usque Varesvelde & Varesvelde suum est. De hoc loco terra est sua
usque Wadenberge: à Wadenberge usque ad Navigium Wagersleve: à Wagersleve usque in
montem, qui dicitur Hart ad villam Reinibecke; & ab illo loco totus mons Hart suus est. Castrum
Somersceenburg & omnia attinentia sua sunt, quicquid, inquam, est in circuitu illo usque Brunesuic,
quod Patris nostri Henrici Ducis piæ memoriæ fuit in prædiis, cessit in partem fratris & Domini
nostri Ottonis Roman. Regis, in alio latere à Brunesvvic usque Flotvvede terra sua est, & ipsum
Flotvvede dimidium, à Flotvvede usque Honovere terra sua est: à Honovere fluvius Leina superius
usque Northeim & juxta Northeim usque ad montem Plesse suum est, à monte Plesse usque Got-
E tingeo: à Gottingen usque Hanestein, à Hanestein regia strata usque Moguntiam. Quicquid est
infra terminum istum versus Brunesvvic, tam in ministerialibus quàm in prædiis & Castris totum
Suum est, &c. Hujus Rei testes sunt Bernhardus venerabilis Patelburnensis Episcopus, Harbertus
Hildesheimensis Episc., Widekindus Chorbejensis Abbas, Heribertus Werdinensis Abbas, Laici
nobiles; Simon Comes de Tekeneburch, Bernhardus Com. de Welepa, Henricus C. de Stumpen-
husen, Conradus de Dikka & Constantinus filius ejus, Hermannus de Lippia, Henricus de Danne:
Ministeriales Conradus de Wilre, Simon Aquensis Camerarius, Ludolfus de Eibecke, & Bolde-
vvinus frater ejus, Fridericus de Volckmerode, Basilius de Osterrode, Elardus de Hoberge, Ludol-
fus de Bortfelde, Ottravenus de Rotdorf, Hartvvicus de Uteslein & alii quam plurimi. Acta sunt
F hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCIII. indict. quinta Præsidente S. Rom Ecclesiæ Papa In-
nocentio hujus nominis tertio, Regnante Serenissimo Domino nostro Ottone quarto Rom. Rege
& semper Augusto, Anno regni ejus quarto, ut autem hæc divisio, nec à nobis, nec ab aliquo suc-
cessorum seu hæredum nostrorum imposterum unquam retractari valeat, præsens scriptum hinci-
de conscribi & nostri impressione sigilli ac fratris nostri Wilhelmi præcepimus communiri.

LXX.

Transactio inter Henricum Palat. & Archi-Episcopum Bremensem.

G NOrum sit omnibus tam futuris quàm præsentibus, quod discordia, quæ diu duraverat inter
Ecclesiam Bremensem & *Henricum Ducem Saxoniæ Comitem Palatinum Rheni* sic est com-
posita inter Dominum Bremensem Electum & ipsum. Palatinus Comes hæreditatem, quam pos-
sedit jure proprietatis in Comitia Stadensi tam in Ministerialibus quàm prædiis & mancipiis &
prapo-

(a) *Comitia de Meineveld*e. Olim pagus Meyenfeldt dictus, situs in Veteri Palatinatu, hodie Archi-Episcopum Trevir. bona ex parte Dominum recognoscit.

(b) Quo colligere licet Henricum Palatinum nostrum
H eo jam tempore ex uxore Agnete filia Conradi Comitis Palatini Rheni, ductâ 1194. ad minimum duos filiolos procreasse, eosque tum temporis adhuc in vivis extitisse, quorum prior forsan infantia posteà defunctus, posterior hoc ipso Anno natus 1197. obiit 1213. Kal. Maji. cujus Epitaphium Schönaviæ repertum exhibet Freherus in Orig. Palat.

(c) *Engelstad*, pagus propè Ingelheimium.

(d) *Heddenesheim*, hodie Heddesheim pagus inter Crucenacum & Bingium.

(e) *Sickenbach*.

(f) *Ravengeresburne*, al. Ravengirsburg Monasterium in pago Hundsrück situm, cujus Advocatus fuit Conradus Comes Pal. Rheni, ut patet ex Diplom. ipsius Conradi supra alligato.

(g) *Emicho Irsutus* Comes s. Wildgravius vel Rhingravius. Comes Sylvestris.

(h) Sigillum Henrici hujus Palat. exhibuimus in Hist. nostrâ Palat.

præposituram (a) *Wildeshusensem* Ecclesiæ Bremensi contulit in proprium in restaurom videlicet
Damnorum, quæ tempore discordiæ Ecclesiæ illata fuerunt, per se aut per homines suos, & ut ipse A
& omnes sui, qui in eadem discordia excommunicationem incidereot, sint absoluti, & insuper, ut
dies anniversarius Patris & fratris sui Domini Imperetoris, & suus in Ecclesia (b) *Bremensi* & o-
moibus Conventnalibus Ecclesiis ipsius Diæcesis solenniter observetur in perpetuum. Hujus tam
beneficii causa, Palatinus cessit ab omni jure, quod sibi decebat in Telonio, Monete & (c) *Advoca-
tia Bremensi* & in advocatia oovæ terræ. Verum Dominus Episcopus respiciens liberalitatem
ipsius concessit ei tempore vitæ suæ in feudo Patrimonium antedictum & ipsum Comitatum Sta-
densem, Ministerieles eurem ipsius Palatini ejus jussu juraverunt & fidelitatem fecerunt Ecclesiæ
Bremensi: & bona, quæ hactenus à Palatino tenuerant jure ministerialitatis, in jure feudali ab eo B
receperunt. Hæc donatio Paletini facta est sub Banno Regio in oppido Stadeo, & per sententiam
ibidem confirmata: Episcopus autem Juramento confirmavit, quod super eodem feudo Palati-
oum tempore vitæ suæ non inquietabit. Eandem securitatem fecerunt Prælati Ecclesiæ, Capitu-
lom, Ministerieles & Cives Bremenses, & tali modu, quod si Episcopus contra factum suum venire
voluerit, & ea, quæ dicta sunt, infringere, omnes jurati assistent Palatino contra Episcopum & ad de-
positionem ejus, propter perjurii reatum, laborebunt. Si autem *Episcopum (a) Gerhardum tempo-
re vita Palatino decedere* contigerit, alter, qui ei successerit, idem jurabit, & observabit, quod si in-
fringere voluerit fiet de ipso sicut de priori. Idem promisit Selonensis Episcopus, Trajectensis Epi- C
scopus, Comes de Tekelenborch, Herm. de Lippa, Lupoldus de Steovorde. Sed hi, quamdiu vixerit
Gerhardus Episcopus, stabunt promisso, post mortem ejus absoluti eruut. Ministeriales vero de
Patrimonio Paletini, Cives Stadenses & tota terra juraverunt, quod post mortem Palatini Civita-
tem & Cometiam Episcopo præsentabunt, sed vivente Palatino hæc omnia sibi fideliter conserva-
bunt & hoc versa vice juraverunt Castellani de Valckenburg idem quod alii juraverunt Episcopo.
Si autem Palatinus resignare voluerit omnia feuda supradicta & eis cedere, tunc Episcopus dabit
ei sex millia Marcerum & Ducentas Marcas in Coriam suem. Talis autem erit solutio. Ab eo
die, quo Palatious pecuniam memoratam requisierit ab Episcopo & Ecclesia, solventur ei mille D
Marcæ infra 12. septimeuas & fiet ei sufficiens cautio per obsides, fidejussores & pignora pro reli-
qua pecunia, ita ut infra 20. hebdomedas solventur ei duo millia marcerum & infra annum & 6.
Ebdomadas 3. millia. Datis verò mille marcis & cautione completa de residuo resignabit Palati-
nus Cometiam & Civitatem Stadensem & terram Episcopo Bremensi. Quid autem fiat hujus pe-
cuniæ solutio, si requisita fuerit, curaverunt Prælati Ecclesiæ, Capitulum, Ministeriales & Cives
Bremenses. Donationem autem factam Palatinus coram Imperio recognoscet & de ipsis bonis
Ecclesiæ colletis & omne vacantibus nisi forte duos aut tres meosos non alienabit. Sic etiam mu-
tuum sibi præstabunt euxilium, Episcopus juvabit Palatioum usque ad Albiam contra omnem ho- E
minem ad conservendam Comitiem. Idem Palatinus juvabit Episcopum intra Episcopatum suum
contra omnes, qui se illi opposuerint, extra Episcopatum vero uterque illorum assistet alteri exce-
pto Imperio, coram quo donationem suam ratam facere promisit. Idem Dominus Episcopus ami-
cabiliter Comitem Albertum, ut castrum Horborch destruat, usque ad quadragesimam commo-
nitum babebit, quod si noluerit eum per censuram Ecclesiasticam compellet usque in Pascha, quod
si usque tunc non acquieverit, ex tunc ad destructionem Castri mutuom sibi Palatinus & Episco-
pus ferent auxilium. Acta sunt hæc apud Stadium Anno Dominicæ Incarnationis MCCXIX. d. . . .
Indict. 7. Testes autem hujus Rei fuot, Episcopus Selooens., Adolphus Comes de Schovvenborch, F
Bertboldus Comes de Werningerothe, Hermannus de Lippe, Bernherdus de Dorster, Bernhardus
de Horstmare, Hermannus Hode, Henricua de Heimbrocke, Conradus de Hamelspringe, Ameluo-
gus de Lippe, *Gunzelinus Dapifer*, *Lotharius Pincerna*, Henricus Hize, Jordan Juvenis, Baldevvin
Advocatus & nepos ejus Baldevvinus, Gerhardus de Dore & præter hos quam plures Ministeriales
& Cives Stadenses.

vid. apud Authorem Assertionis libertatis Bremens. p. 786. ex Cancellaria Archi-Episcopali.

LXXI. G

Diploma Ottonis IIII. Imp. d. Brunsvvigæ 1209. 14. Kal. Jun. Alberto Archi-Episcopo Magdeburgensi.

IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto Quartus Divina favente Clementia Rom. Rex
& Semper Augustus. Justum est & bonestum, ut bene meritos suorum meritorum digne benefi-
ciorum præmia congruo ordine subsequantur, unde est, quod Nos attendentes præclara devotio-
nis

(a) *Wildeshusen* 3. milliar. distans Bremâ, exstructum, ut vult Chron. Brunsvvic. p. 103. à Wigberto D. Sax. filio Witichindi Reg. Sax. Otto 3 Imper. subsistens in Imp. f. Germaniâ hic plerumque sedem fixit, Dominium autem hoc Wildeshusen emptionis titulo ab Oldenburgensibus ad Archi-Episcopos Bremenses pervenisse testatur Hamelman. Chr. Oldenburg. p. 1, c. 21.

(b) Falluntur, inquit Dillinh. in Chron. Bremensi p. 72. Scriptores Brunsvvicenses, quando scribunt Henricum hunc Palatinum urbem Bremensem tenuisse usque ad A. 1227. mortis ejus, conjunxerat enim se A. 1217. cum Gerhardo Archi-Episcopo Br. eique fidelitatem per 2os Consulares levatis manibus (quod ex eo tempore ipsis solenne esse cœpit) sposponderat, postquam Archi-Episcopus Civitati solennibus tabulis prius caverat, id fraudi non fore ipsius libertatibus, Privilegiis & immunitatibus. H

(c) Henricus itaque Palatinus noster Advocatus etiam Ecclesiæ Bremensis fuit.

(d) *Gerhardus* hoc A. 1219., ut testatur Alb. Stadens., citatus ab Imperatore Francofurtum, pro pace firmanda inter Archi Episcopum & Henricum Palatinum Rheni, obiit Francofurti d. . . .

nis obsequia, quæ dilectus Pps noster Albertus Magdeburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, ab ex-
A ordio nostræ promotionis ferventer nobis exhibuit & Domino etiam cooedente imposterum no-
bis est exhibiturus non immerito ad omnia ea exequenda puri animi nostri movemur intentione,
quæ vel honorem personæ suæ respiciunt, vel ad commodum vel utilitatem Ecclesiæ suæ Princi-
palis & demum suffraganearum Ecclesiarum suarum conducunt. Cum igitur ex autiqua vel anti-
quata Consuetudine omnium Episcoporum decedentium, qoi de jurisdictione sunt Imperii, io qui-
buscunque redditibus reliquiæ fisco credere debeant Imperiali, ob sinceram dilectionem memorati
Archi-Episc. ejusque personæ reverentiam, soccessoribua, dummodo à præseoti toga carnis exeunt,
& omnium suffraganeorum suorum successoribus in perpetuum concedimus, & omoes proventus
B Episcopales, qui defunctis Episcopis Imperio cedere consueverunt deinceps ad usus ipsorum
colligantur, & collecta reserventur, statuentes, ut si decedentes Episcopi aliquibus debitis fue-
rint innodati, ea exinde persolvant: per hoc tamen speciale gratiæ nostræ donum Magdeburgeo-
sem Ecclesiam omnesque ejus suffraganeas Ecclesias cum omoibus earum familiis, occasione me-
morati Archi-Episc. volentes esse specialius honoratas. Porrò eum Rom. Imperatores & Reges
antecessores nostri in omnibus Civitatibus & oppidis Ecclesiarum Imperii durantibua Curiis Im-
perialibus, in illis accipere consueverint, thelonium & monetam & in suos usus convertere: nos
propter sinceram dilectionem, quam ad memoratum gerimus Archi-Episc., eandem consuetudi-
C nem ejusque debitum prorsus abolere decrevimus & tam Magdeburgensi Civitati quam universis
oppidis ad ipsam Ecclesiam pertinentibus, illius onus obsequii liberaliter in perpetuum relaxamus.
In terris quoque, obi ex antiqua Magdeburgensis Numismatis percussio currere consueverat, sta-
tuimus nec thelonium uec monetam, aut per nos aut uuquam per aliquem alium nisi de voluntate
& Consensu ipsius Archi-Episcopi vel successorum suorum ponendam. Cæterum, ut tam memo-
ratus Archi-Episcopus quàm familiæ suæ dilectæ nobis universitas, plenitudioem gratiæ nostræ
per uberiores exhibitiones operum recognoscat, nos neque per nos neque per homines nostros
faciemus, vel fieri mandabimus in Civitate Magdeburgensi vel in opidis vel in aliquibus bonis
Archi-Episcopi & Ecclesiæ aliquam exactionem nec sumemus hospitia, quæ vulgariter Herberga-
D rie nuncupatur, contra voluntatem Archi-Episcopi vel alicujus sui successoris, per hanc etiam spe-
cialem gratiam nostram Ecclesiam Magdeburgensem volentes esse specialiter honoratam. Ut
autem hoc liberalitatis nostræ donum sæpè fatæ & Magdeburg. Ecclesiæ & suffraganeis ejus omni
ævo ratum & inconvulsum permaneat, præsentem exinde paginam conscribi jussimus & Majestatis
nostræ sigillo communiri statuentes & regio edicto firmiter præcipientes, ut nulli de cætero
personæ, altæ & humili, Ecclesiasticæ vel seculari hanc nostræ donationis Regalem pagioam
licitum sit infringere, vel aliquo ei temeritatis ausu obviare; quod si quis facere præsumserit, in
vindictam transgressionis auri purissimi libras centum apponat, quarum medietas Cameræ nostræ
E reliquum passis injuriam persolvatur. Hujus rei testes sunt Hartbertus Hildensemensis Episco-
pus, Tidericus Mersburgensis Episcopus, Siboto Havelbergensis Episc., *Henricus Comes Palatinus
Reni*, Bernhardus Dux Saxoniæ, Hermannus Landgravius Thuringiæ, Tidericus Marchio Mis-
nensis, Conradus Marchio de Landesberg, Albertus Marchio Brandenburgensis, Comes Fridericus
de Brene, Gevehardus Burcgravius Magdeburgensis, Comes Adolfus de Scovenburg, Comes
Burchardus de Mansfelt, Comes Algerus de Hohnstein, Albertus & Gevehardus de Arnstein, Cone
de Minczinberg, Basilius de Osterode, Gunezillinus Dapifer, Tidericus Rabil & alii quam plures.

(L.S.) Signum Dom. Ottonis quarti Rom Regis invictissimi.

F Ego Conradus Spirensis Episcopus Regalis Aulæ Cancellarius vice Domini Sigfridi Magun-
tinensis Archi-Episcopi, totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi.

Acta sunt Anno Dominicæ Incarnationis 1209. Indict. 12. regnante Dn. Ottone 4. Romano-
rum Rege glorioso, Anno regni ejus duodecimo. Datum apud Brunswic per manus Walteri Re-
galis Aulæ Protonotarii 14. Kal. Junii.

vid. apud Meibom. in Apolog. pro Ottone 4. Imp. p. 128.

LXXII.

Testamentum Ottonis IIII. Imp. confectum Hartesburgi. 1218. *Kal. Junij.*

G IN Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Dei gratia Otto quartus Rom. Imp. & semper Au-
gustus, dilectis fidelibus suis Henrico fratri suo Comiti Palatino Reni, ministerialibus suis & uni-
versis Burgensibus suis in Brunesvvic, & omnibus hoc scriptum intuentibus, salutem in eo, qui est
salus omnium. Quæ temporaliter acta sunt, ne instabilem temporis sequantur naturam, testimo-
nio literarum memoriæ sunt commendanda. Nos igitur ob remedium aoimæ nostræ testamentum
nostrum facientes, omoi affectione, quâ possumus, te frater Henrice Palatine Comes Reni, roga-
mus, ut si Deus, in cujus ditione cuncta sunt posita, præceptum suum de nobis fecerit, ut universæ
carnis viam ingrediamur, quatenus pro amore Dei & in ea fide, quâ nobis homioio & fraternitate
H astrictus es, sanctam Crucem, lanceam & Coronam, dentem S. Johannis Baptistæ, & Imperialia In-
signia, præter Pallium nostrum, quod dandum est ad S. Egidium, viginti septimanas post decessum
oostrum conserves, & nulli hominum sub cœlo repræsentes nisi ei, quem Principes unanimiter
elegerint & justè aut ei, qui nunc est Electus, si Principes in eum consenserint, & pro his repræsen-
tando pro honore Dei & nostra salute nullam accepres pecuniam, nisi nostrum & tuum Patrimo-
nium per ipsa Imperialia possis requirere. Quod si non potest fieri super gratia ipsius, qoi habitu-
rus est regnum quæ præfata sunt, omnia resignes. Rogamus etiam vos, fidissimi Ministeriales, sub
fide-

fidelitatis debito,& vos dilecti fideles Cives nostri in Brunsvvic , ut his omnibus promovendis fi-
deliter & efficaciter sicut vobis confidimus,assistatis. Adhæc volumus,ut uxor nostra cum Dapifero A
Guozelino & fidelibus nostris castrum Harlungeberg possideat , donec quicunque Rex vel Impe-
rator est,aut frater noster,seu uxor nostra,Dominabus in Waltiogeroth de expeditis bonis annua-
tim 30.marcas perpetualiter & immutabiliter assignet,& eos,qui montis hæredes sunt, à sua por-
tione cedere faciat per restaurum ipsis beneplacitum,tunc uxor nostra reddat castrum Imperio,aut
fratri nostro : sed si processum non habet de castro,ut prædictum est, volumus ut castrum destrua-
tur. Omnes reliquias,quas pater noster habuit & nos habemus, Deo & S.Johanni Bapt. & S. Bla-
sio in Brunesvvic perpetualiter offerimus,præter unum brachium,quod uxori nostræ repræsenta-
bitur. Quicquid autem in auro & in gemmis & in clenodiis habemus , damus uxori nostræ. Ca- B
strum in Quedlingeburg destrui volumus antequam Abbatissæ restituatur. Destructâ verò mu-
nitione locus cum Ecclesia restituatur Abbatissæ: & nostrum frumentum quod ibi est, & reliqua
quibus argentum comparari potest , Abbatissæ & ejus Conventui detur pro remedio animæ no-
stræ,præter Balistas,quæ dabuntur transmarinare volentibus , ut super hostes Dei torqueantur : &
annona , quæ Alchersleve ablata fuit reddi debet hominibus & inter ipsos distribui. Jurabunt
itaque Gunzelinus Dapifer & Ecbertus filius ejus,ut castrum Wallebecke teneant annum , infra
quem terminum mittet ad Apostolicum frater noster,si in voluntate ipsius & eorum, qui hæredes
montis sunt , castrum habere potest , cum salute animæ nostræ,repræsentabitur Fratri nostro ca- C
strum: si non potest fieri cum salute animæ nostræ, castrum destruatur. Advocatiam in Walle-
becke,quam denariis nostris comparavimus, ipsius loci Conventui offerimus. Castrum Hartis-
burg repræsentabitur Imperio & eidem cedet turris quam in eo construximus. Comites de Wal-
denburg habeant feudum suum : Luthardus de Meinersen feodum suum. Arnoldus de Brochtorp
turrim suam cum feodo suo & alii sicut ab Imperio tenere debent,habeant feodum suum. Castrum
Lewenburg reddatur Ottoni de Luneburg nepoti nostro , quia patrimonium suum est & ejus cel-
sit portioni. Castrum Varsfelde reddatur Gardolpho de Hathmersleve , sed si frater noster vult
habere dabit pro ipso centum marcas. Omnia bona nostra in Zeverlogeburg & ipsum locum cum
Ecclesiis,cum agris,cum pascuis,cum pratis,cum sylvis & cum piscaturis & cum omni integritate, D.
qua hæc & alia omnia ipsi loco contulimus,Deo & S.Mariæ,S.Joh.Baptistæ, & S.Blasio in Brune-
svvic offerimus,eo videlicet ordine,ut conventus de S.Blasio statuat ibi Sacerdotem Subdiaconum,
ut sint ibi divina in honore Dei & Beatæ Virg.Mariæ indesinenter, pro animæ nostræ salute , reli-
qua vero omnia ad præbendam suam utiliter convertant. Rogamus & te, Frater carissime , omni
qua possumus intentione & diligentia, ut hanc nostram ordinationem firmam & inconvulsam te-
neas,pro amore Dei & nostra & tua salute , quoniam speramus & credimus , istud honestius esse
Deo & animæ nostræ & tuæ salubrius,quam ut præscriptus locus in eo statu , quo fuit , contra no-
stram Salutem malè periret. Ut autem voluntas hæc nostra effectivè mancipetur ad Laudem Dei & E
salutem animæ nostræ,hoc scriptum nostro sigillo corroborari fecimus,omnem aditum malignan-
di præcludentes. Hujus rei testes sunt,Sifridus Episcopus Hildesheimensis , Conradus Decanus,
Conradus Cantor,Conradus Scholasticus,Henricus de Tossen, Bartoldus Canonicus S.Mauritii,
Magister Marsilius Canonicus S.Crucis. Laici verò Comes Henricus de Woldenberg,Luthardus
de Meinersen , Gunzelinus Dapifer, Alardus de Borchtorp, Wernerus de Leugete , Bartoldus de
Wetelemstede , Henricus de Wrete, Roterus de Veltem,Johannes de Bornem & alii complures.
Datum Hartesburgi.Kal.Junii Anno 1218.

Vid. apud Meibom.in Apolog.pro Ottone 4.Imp. p.148. F

LXXIII.

Diploma Confirmationis Friderici II. Imp. super donatione Henrici Com. Palatini Rheni D. Sax. Brunsvvicensis , facta Ecclesiæ Bremensi.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus II. Divina favente Clementia Romanorum
Imperator,semper Augustus,Hierusalem & Siciliæ Rex. Imperialis Excellentiæ dignitas laudis
suæ titulos tunc omnibus ampliat & extollit cum suorum vota Principum liberali favore prose-
quitur & benigno,hinc est igitur,quod præsentis scripti serie notum fieri volumus universis Impe- G
rii fidelibus tam præsentibus quàm futuris,quod dilectus Princeps noster G. venerabilis Bremen-
sis Archi-Episcopus Celsitudini nostræ supplicavit , quatenus donationem , quam olim Henricus
Palatinus Comes Rheni contulit Ecclesiæ Bremensi ac suis Privilegiis confirmavit tam in prædiis
quàm in Ministerialibus de Patrimonio suo sitis in Episcopatu Bremensi vel alibi , confirmare sibi
de Munificentiæ nostræ gratia dignaremur. Nos autem prædicti Archi-Episcopi dilecti Principis
nostri supplicationibus favorabiliter annuentes : attendentes quoque fidem & devotionem since-
ram ejusdem Archi-Episcopi nec non grata & accepta servitia,quæ nobis & Imperio semper exhi-
buit & exhibet incessanter,prædictam donationem factam memoratæ Ecclesiæ Bremensi per jam H
dictum Henricum Comitem Palatinum tam in prædiis , quàm in Ministerialibus Patrimonii sui si-
ve in eodem Episcopatu Bremensi,vel ubicunque sint, de innata liberalitatis nostræ Clementia sibi
perpetuo confirmamus,statuimus insuper & præsentis Privilegii authoritate mandamus,quatenus
nulla persona sublimis vel humilis Ecclesiastica vel Mundana præfatum Archi-Episcopum dile-
ctum Principem nostrum contra præsentis Confirmationis nostræ paginam molestare præsumat,
quod

A quod qui præsumserit, pœnam 20. librarum auri puri se compositurum agnoscat, quarum medie-
tatem Curiæ nostræ persolvat & reliquam parti injuriam patienti. Ut autem hæc confirmatio
rata permaneat & robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens privilegium fieri fecimus & Bulla
Aurea typario nostræ Majestatis impressa jussimus insigniri; hujus rei testes sunt: B. Patriarcha
Aquilegiensis, A. Magdeburg. & Ravennas Archi-Episcopi, E. Babinbergensis Episc., N. Reginus
Episc., G. Biyemensis Episc., Dux Carinthiæ, Comes H. de Hatisnberg, L. Landgravius de Luc-
kimberch, Comes W. de Haltenach, Comes B. de Loreto. Comes Alduinus. Acta sunt hæc Anno
Dom. Incarnationis 1231. mense Martio 5. Indict. Imperante Domino nostro Friderico Dei gratia
invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege, Anno Imperii
B ejus 12. Regni Hierus. 7., regni verò Sicil. 34. feliciter Ameu. Datum Ravennæ Anno & mense
& indictione præscriptis. (v. Lindenbroch. p. 197.)

LXXIV.

Litera Friderici II. Imp. ad Ottonem Illustr. Comitem Palatinum Rh. Ducem Bavariæ, dat. in obsidione Faventiæ. 1226. 4. Non. Oct.

IMperator Fridericus Augustus, Ottoni Bojorum Duci & Comiti Palatino Rheni gratiam suam
C & omne bonum. Certior factus sum literis Eberhardi Archi-Episc. Juvavensis atque Friderici
Ducis Austriæ, Albertum quendam Sacerdotulnm, authoritate Gregorii, qui dicitur Papa, in nos
convicia jactare, eumque in vicis, oppidis, castellis tuis habitare. Quam id impium sit, tute existi-
mare potes. Morte moriatur, qui maledicit Principi suo. Te atque tuum avum ex infimo loco, ego
& avus meus ad fastigium summum eveximus, hujuscemodi crimini læsæ Majestatis obnoxius exi-
gatur. Data in obsidione Faventiæ. 4. Non. Octob.

LXXV.

Privilegium Friderici II. Imper. super feudo Fahnlehen *Udalrico*
D *Episc. Batav. concesso.* 1218.

FRidericus secundus divina Clementia Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliæ &c.
Votis fidelium nostrorum præsertim quæ ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de
consueta Regiæ Serenitatis munificentia pium semper favorem volentes impendere præsentis
scripti certitudine ad notitiam præsentis ævi atque ad memoriam futuræ potestatis volumus veni-
re: quod ad instantias & obnixas preces dilecti Principis nostri *Udalrici Pataviensis Episcopi*, quem
in obsequiis nostris & Imperii jam dudum non tantùm invenimus devotum, verùm etiam in suæ fi-
delitatis favorem credimus, imo non dubitamus constantem in antea permansurum ad recognitio-
E nem laudabilium meritorum suorum quoddam feudum, quod de concambio antiquitus inter Im-
perium & Cathedralem Ecclesiam Pataviensem de Regali tunc cœnobio sanctimonialium inte-
meratæ Dei Virginis Genetricis Mariæ facto, tunc cessit Imperio, quod *feudum tunc vexilli nomi-
ne* Ban-Lehen appellatum Illustris Dux Bavariæ quondam ab Imperio dinoscitur consecutus: *Hoc
idem feudum dilectus noster consanguineus & fidelis noster illustris LUDOVICUS COMES PA-
LATINUS RHENI & DUX BAVARIÆ* ad preces nostras in manus Regiæ Celsitudinis vo-
luntariè resignavit, Nosq; illud incontinenti præfato Udalrico Pataviensi Episcopo & suæ Ecclesiæ
liberaliter dignati sumus conferre & confirmare. Ipse autem Episcopus sollicitè procurans Eccle-
siæ suæ utilitatem ipsum feudum statim titulo legalis successionis contulit præfato Duci Bavariæ
F ab ipso Episcopo & suis successoribus non ab Imperio ratione feudi, de cætero recipiendum &
possidendum. Ut itaque hæc apud posteros inconvulsa permaneant & perpetuâ firmitudine ob-
serventur, hoc privilegium ob dilectionis evidentiam memorato Episcopo suæque Ecclesiæ indul-
simus sigillo aureo Majestatis nostræ corroborandum: Testes sunt, Sifridus sanctæ Moguntt
Sedis Archi-Episc., Egkenbertus Bamberg:, Sifridus August., Henricus Basiliens. Episcopi, Leo-
poldus Dux Austriæ & Stiriæ, Bernhardus Dux Carinth., Otto Dux Meraniæ, Henricus Nobilis de
Niffen, Anshelmus de Justingin Marscalus Imperii, Waltherus de Gipf Pincerna, Diero Came-
rarius, Philippus de Bolandia, Hadmarrus de Wesiu, Henricus de Landorf, Waltherus de Than-
G neberg, Otto de Marsbach & alii plures.

Signum Friderici invictissimi Regis Rom. & semper Augusti & gloriosi Regis Siciliæ.

Ego Conradus Metensis & Spirensis Episcopus Imp. aulæ Cancellarius vice Domini Syfridi
Moguntinæ Ecclesiæ Archi-Epis., totius Germaniæ Archicancellarii recognovi. Acta sunt A. Domini
MCCXVIII. regnante Domino Friderico secundo divina favente Clementia Rom. Rege semper
Augusto Anno quarto & glorioso Rege Siciliæ verò decimo octavo. Datum in solenni curia in
Nürnbergk prætaxata XII Calend. februarii indictione quinta.

Vid. apud Hundium in Metropol. Salisburg. t. 1. p. 381.

H LXXVI.

Compositio facta inter Conradum Episc. Ratisbon. & Ludovicum D. Bavariæ.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Conradus Dei gratia Ratisbonensis Episcopus
Imperialis aulæ Cancellarius. Notum sit tam futuris quàm præsentibus, quod cum inter Ratis-
bonensem Ecclesiam & Ducem Bavariæ à longo retroacto tempore graves inimicitiæ & bello-
rum

rum asperitates frequenter emergere consuevissent, *Dominus Ludovicus inclitus Dux Bavariæ* A
hanc detestabilem insolentiam pro bono terræ & intuitu æterni Numinis temporibus nostri Epi-
scopatus antiquare volens & tam nobiscum quàm cum nostris successoribus pacem conservare,
cum sapientibus, Baronibus terræ Vasallis super concordia stabili nobiscum facienda nos conve-
nit, cui perlaudabili proposito, quod habuit, benignum assensum præbentes sic amicabiliter sumus
concordati. Quod nos invicem diligere & auxilium præstare promisimus contra quoslibet, *exceptis
Dom. Philippo* & ejus in Imperio successoribus & fautoribus Ecclesiæ Ratisbonensis. Ipse vero Dux
pium propositum decorare volens facto memoriali, pro reverentia Jesu Christi & B. Petri &
animæ suæ ac parentum suorum salute in altera parte Danubii hæc prædia scil. *Castrum Keiheim*
& Lutholdum cum pueris & familia & omni posteritate sua, *Castrum Lengenveld*, *Castrum Stanf-* B
fe, *Castrum Stevenngen*, *Castrum Wolfberingen*, *Castrum Bartesperch*, *Castrum Durechelnburge*:
Ex ista verò parte Danubii castrum Landeshutæ cum omnibus ministerialibus & redditibus eis
attinentibus & tota familia, *si sine probe legitima decesserit*, Ratisbonensi Ecclesiæ perpetuò possi-
denda donavit. Devotione ergo tanta considerata & benigno voto, quo Dux Ecclesiam piè re-
spexerat, pro aliquanta repensione bonæ suæ operationis, ipse in continenti beneficio Landgra-
vii (quod tunc vacans fuit situm in montanis) est in beneficiatos; ita tamen, quod ei non liceat
redditus ejusdem beneficii alicui tanquam in beneficio conferre. Præterea si Dux decedens sine
probe legitima, sicut donavit Ecclesiæ prædicta prædia, ita etiam Episcopatui Ducatum condixe- C
rit, ipse inbeneficiabitur proximo beneficio, quod vacaverit Ecclesiæ ab aliquo Principum, ex-
ceptis tribus scil. beneficio Domini Regis & *beneficio advocatiæ majoris Ecclesiæ & beneficio Comitis
de Hochenburge* & ei insuper assignabuntur redditus tanti, quanti sibi persolvuntur de beneficio
Landgravii & Curiæ suæ tanta dabitur pecunia pro consilio, quanta tum data est, cum supradicta
prædia Ecclesiæ conferrentur: Dux verò, si hoc facere noluerit, beneficium Landgr., quod habet, ha-
beat, sed curiæ suæ non dabitur alia pecunia, quàm data est, sibi tamen media pars beneficii, quod
ab alio dominorum proximo vacaverit, præter quæ excepta sunt, est concedenda. *Et ipse in fami-
liari consilio electionis Episcopi sicut unus ex Canonicis vel Ministerialibus* recipiendus est & audien-
dus. De jure quoque & judiciis in hoc concordavimus, ut quicquid juris in Civitate vel ubique D
habere debemus ab hominibus nostris, quos ad hoc disponendum ordinamus sine controversia
& lite inter se nobis illud conservetur. Præterea conductum simul præstabimus & lucrum inde
acceptum simul dividemus, & quicunque contra velle nostrum aliquem vel aliquos conducere
voluerit, illud ambo prohibebim'. Collectas etiam super civitatem generales æqualiter dividemus
hoc excepto: si homo noster val Ducis è converso Domino suo singulariter aliquid tribuat vel
pro aliquo delicto gratiam suam acquirat, in quo alter alterum necessarium non habebit: si ve-
ro aliquis nobis attinens se opposuerit, ne nobis serviat, vel Duci attinens simili modo, si servire
recusaverit, ambo promisimus ad serviendum illum compellere & lucrum simul æqualiter divi- E
dere; sed hoc fiat secundum consilium & moderationem Episcopi. Item de manifesto conflictu
in Civitate lucrum æqualiter dividemus. Item de indicendo foro rerum venalium qualiumcun-
que & de omnibus unionibus quarumlibet venditionum modum simul statuemus & neuter sine
altero vel alterius licentia aliquid de his statuet vel mutabit vel remittet: similiter de *venditionibus
salis* Dux, quod statuet aget de consilio Episcopi. De ordinatione verò pacis provinciæ sic ambo
statuimus, ut quicquid inter nos & coadjutores nostros, vel utriusque ministeriales emerserit, ex
quo concordia & amicitia inter nos facta est scil. quod unus alteri damnum intulerit, damnifi-
catus sine talione sex hebdomadis se contineat & conqueratur Episcopo, si Ducis est vel è con- F
verso & plenariam recipiat satisfactionem: si verò damnificatus hoc transgreditur, ita quod pro
injuria sibi illata malum fecerit, factum duplo restituat & pro sibi illata nullam habeat emenda-
tionem; etsi damnificatus sine talione injurias suas conqueritur & sacramentum calumniæ præ-
miserit, ille in quem agitur, damnum restituat confirmatione juramenti trium autenticarum per-
sonarum, & si negare voluerit, simili modo negabit; item si agens in alium sacramentum Calu-
mniæ præmittere noluerit, simili modo negabit: item si agens in alium sacramentum Calomniæ
præmittere noluerit, ille qui pro reo habetur, sola manu se poterit expurgare: si verò damnificans
pertinacia vel paupertate satisfacere contempserit, excommunicetur ab Episcopo & à Duce pro-
scribatur, & à tali damnatione non liberetur nisi prius de his, quæ deliquit, dignam exhibeat e- G
mendationem. Talem enim ultra solam noctem vel prandium nullus in domo sua recipiat vel
detineat: Qui verò eum retinuisse culpatus fuerit, & tertia manu se expurgare noluerit, nec po-
terit satisfaciat pro ipso. Item qui satisfacere tenetur pro quocunque facto, citabitur peremto-
riè à Judice per 6. hebdomadas; & si se die constituto præsentaverit intra duodecim dies postea
satisfaciat & satisfactionis certitudinem coram judice faciat per fidejussores: si autem se citatum
aliquis nescierit & hoc probaverit non damnetur, sed satisfactio recipiatur ab eo supradicta. Item
qui in alium sine querimonia violenter per rarsam insultum fecerit, damnum illatum integre re-
stituat & pro dedecore insultus 5. talenta reddat. De prædictis igitur excessibus, si aliquis coram H
Episcopo vel Duce vel aliis quibusdam judicibus, quibus hoc commiserint, convenitur, sicut su-
pra constitutum est, & ipsi judices hoc judicare neglexerint vel noluerint, sine omni occursione
& contradictione infra 12. dies satisfaciant loco & vice ejus, qui in causam tractus fuit, & po-
nent actori fidejussores, & ipsi, qui inimici fuerant, sint amici. *De Castro Chuofstain* ambo tali-
ter statuimus, ut vel illud simul habeamus vel destruamus, vel simul prohibeamus ne reædificetur.

De Moneta Ratisbonensi statuimus, quod stabilis sit & nulla unquam post eam fiat; sed si factum
A fuerit, Dux ad Consilium & velle Episcopi prohibeat & retractet. Hæc constitutio de concordia
& amicitia inter nos & Ducem, ex statuto, quod de civitate statuimus, & aliis durabit, quam diu
simul vixerimus: Si verò successor noster in Episcopatu cum Duce Bavariæ hanc amicabilem
concordiam conservare voluerit & hoc apud ipsum impetrare potuerit, quæcunque statuta sunt,
omnia rata habeantur. Testes hujus rei sunt, Gothofredus major Præpositus, Magister Rupertus
Scholasticus majoris Ecclesiæ Dominus, Conradus Comes de Mosburc, Dominus Eberhardus
Comes de Dorenberc, Albero Lupus, Albertus Lutzemannus, Sifridus Choph, Wirntode Plan-
chenstain, Cunradus de Hohenfels, Arnoldus de Schönenfeld, Havvardus de Oettingen, Wil-
B helmus super Danubio & alii quàm plures. Acta sunt hæc Anno Domini MCCV. indictione IX.
(Vid. apud Hund. in Metrop. Salisburg. t. 1. p. 230.) diploma Confirmationis Philippi Imp.
vid. ibidem apud Hund. p. 232.

LXXVII.

Diploma Friderici 2. Imp. de A. 1215.

FRidericus secundus divina favente Clementia Romanorum Rex & semper Augustus & Rex
Siciliæ Quia res gestæ diffidentiæ periculum & oblivionis dispendia pati consueverunt, pla-
C cuit per præsentium continentiam, notitiæ modernorum & futurorum transmittere, quod cum
quædam controversia verteretur inter dilectum fidelem & consanguineum nostrum Manegoldum
venerabilem Pataviensis Ecclesiæ Episcopum & inter dilectum fidelem & consanguineum no-
strum Luipoldum Ducem Austriæ & Styriæ super jure patronatus Wiennensis Ecclesiæ & super
advocatia fori in Sancto Yppolito & super generali terræ judicio, quod Land-Gericht nominatur,
quod idem Dux in quibusdam bonis ejusdem Ecclesiæ *fodrum*, quod vulgo Marcker-Futer appel-
latur, ad se asserebat pertinere. Nos jam dictis Principibus in civitate Augustnâ in præsentia Regiæ
sublimitatis constitutis, amicabilem inter eos concordiam fecimus & compositionem, ita, quod ad
petitionem nostram supradictus Dux cessit liti & in manus nostras renunciavit omni juri, quod ha-
D buit, vel quod habere videbatur, in prædicto patronatu Wiennensis Ecclesiæ & in advocatia St. Yp-
politi specialiter etiam renunciavit *fodro* & Land-Gericht / quod habuit in quodam prædio Pata-
viensis Ecclesiæ, quod dicitur Schwadorff & in omnibus illius attinentiis & quicquid in his vel
in aliis B. Memoriæ Pater suus de jure suo Pataviensi Ecclesiæ contulerat, ipse quoque pro se &
pro universis suis successoribus eidem recognovit: renunciavit etiam liti, quam habuit pro pon-
te in *Ebersberg*. Nos autem advocatiam in St. Yppolito & Land-Gericht & Marckerfutter / sicut
prædictum est, & si quæ sunt alia jura, quæ in causis prædictis ad nostram pertinent donationem
de consensu & bona voluntate Ducis, concessimus prædicto Episcopo & Ecclesiæ suæ perpetuò
E possidenda. Ut autem hæc nostræ benignitatis gratia sive donatio memorato Episcopo rata ma-
neat & inconvulsa perpetuò perseveret, hanc paginam regio caractere & sigilli nostri firmitu-
dine fecimus insigniri. Hi sunt testes, qui huic celsitudinis & clementiæ nostro facto interfuerunt,
Eberhardus Salisburg. Archi-Episc., Otto Frising. Episc., Conradus Ratisbonens. Episc., Sigefri-
dus August. Episc., Conradus Præpos. Frisacens., Rudegerus Patav. Canon. Præpositus in Cella,
Ulricus Patav. Canon. & plebanus in Vischa, Henricus Patav. Canon. & plebanus in Probstorf,
(a) LUDWICUS DUX BAVARIÆ & PALATINUS RHENI, Tipoldus Marchio de
Fochburch, Albertus Comes de Eberstein, Hartmannus Comes de Wittenberg, Henricus de
F Niffen, Weinherus de Wonlandt Dapifer, Waltherus Pincerna, & alii quam plures.
(L. S. Signum Domini Friderici secundi Roman. Regis invictissimi & Regis Siciliæ. Acta
sunt hæc Anno Dominicæ incarnationis MCCXV. indictione III. regnante Domino Friderico
secundo Romanorum Rege glorioso & Rege Siciliæ, Anno regni ejus III. Datum apud Augu-
stam Non. April.
Vid. apud Hundium in Metrop. Salisb. tom. 1. p. 380.

LXXVIII.

G *Diploma Friderici II. Imp. d. Herbipoli 1216. 5. id. Maji datum Alberto Archi-
Episc. Magdeburgensi.*

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus Dei gratia Romanorum Rex & semper
Augustus & Siciliæ Rex. Illud privilegium, quod Rex Regum & Dominus Dominantium in
memoriam Ecclesiasticæ libertatis pretiosissimo sanguine suo scripsit, ita Regio decet custodire
favore, ut nunquam in eo quicquam appareat quod illius gratiæ videatur obtenebrare decorem,
quia à tanto procedit authore: ut ergo post terreni regni fastigia securius exspectare possimus ab
ipso æternæ felicitatis Coronam, cum nostræ devotionis ministerio permanserit in suæ integrita-
H tis gloria sponsa Christi, grata sui status debet à nobis percipere potius incrementa, quàm ipsius
sub quadam specie servitutis pro posse sinamus indumenta discerpi: ideoque veterem illam consue-
tudinem detestantes, quam antecessores Rom. Imperatores & Reges in cathedrales exercuerunt
Ecclesias & Abbatias, quæ manu regia porriguntur, quod videl. decentibus Episcopis & Prælatis
eorum

(a) Ludwicus Dux Bav. & Palatinus Rheni. *Hic* paulo ante mense videlicet Februario in Comitem Palatinum Rheni, proscripto videlicet Henrico Comite Palatino Rheni D. Sax. Brunsvicensi, in Comitiis Ratisbonensibus ab Imperatore electus est.

eorum non tam reliquias rerum mobilium eorundem consueverant occupare, & convertere in usus A
proprios occupatas, quàm etiam reditus & proventus per totius Anni curriculum iis prorsus au-
ferre, ut non possint solvi debita decedentis, nec succedenti Prælato necessaria ministrari. Eidem
consuetudini, sive juri vel quocunque vocabulo exprimatur, renunciamus penitus ob reveren-
tiam crucifixi cujus in corpore nostro bajulamus insignia, illud eisdem Ecclesiis perpetuo jure
donantes & auctoritate regia statuentes ut Ecclesiarum omnium libertate integra semper iis omni-
bus permanente, res & reditus hujusmodi in solvenda debita decedentium Prælatorum & in alios
Ecclesiarum usus per manus legitimè succedentium liberè convertantur. Obsecramus igitur eas-
dem Ecclesias & in virtute Altissimi contestamur, quatenus ob hanc munificentiæ nostræ gratiam
apud Altissimum supplere dignentur imposterum piis orationibus & post terminum vitæ nostræ B
anniversarium obitus nostri divæ in perpetuæ commendationis memoria retinere. Cum autem
Magdeburg. Ecclesia, quæ nonnullas pro exaltatione nostra passa est solicitudines & labores
in subscriptis articulis à quibusdam Antecessoribus nostris privilegio promeruit honorari nos pri-
vatæ libertatis ipsius nolentes restringere terminos, sed potius ampliare ad preces dilecti Princi-
pis nostri ejusdem Ecclesiæ Archi-Episcopi Adelberti, qui principalis & præcipuus nostræ sub-
limationis auctor exstitit & promotor, nostra authoritate statuimus innovantes, ut cum in civi-
tate Magdeburgensi Ecclesiæ vel oppidis pertinentibus ad eandem à nobis & successoribus no-
stris Curias Regales celebrari contigerit, universis, quæ in aliis Civitatibus aut locis in moneta C
teloniis & cæteris utilitatibus quibuscunque Imperiali jure provenerint ab Eisdem in præfati
Archi-Episcopi & successorum ejus bonis & fructibus libera semper existant prædictæ Ecclesiæ
profutura in omnes etiam homines, civitatis, oppidorum seu villarum ipsius Regales talliæ, pe-
titiones aut exactiones nullâ unquam occasione præter ejusdem Archi-Episcopi & successorum
ipsius exerceant assensum, nec quisquam præter ipsum Archi-Episc. & dictos successores ejus ali-
quid juris habeat in eosdem & ubicunque percussio Magdeburgensis numismatis hactenus cur-
rere consuevit, nullus unquam præsumat cudere de novo monetam, sed præfati cursus numis-
matis largè per prædictos terminos in suo robore perseveret. Adhæc eidem Ecclesiæ nostrâ libera- D
litate donamus, ut si alicubi in bonis ejus in quavis specie contigerit reperiri metallum in usus
ipsius Ecclesiæ perpetuo deputetur, adjicientes ut quælibet jura, quæ sæpe dictæ Ecclesiæ à no-
stris antecessoribus fuit concessa libera semper ipsi maneant & quieta. Ut autem hæc omnia, sicut
à bonæ voluntatis nostræ liberalitate procedunt, perpetuis temporibus maneant inconvulsa, præ-
sens inde privilegium conscribi præcepimus & nostræ Imaginis impressione muniri, statuentes,
ut quisquis contra hoc præsumserit aliquid attentare, centum libras auri pro pœna componat,
quarum medietas fisco cedat pars altera illis, quibus injuria fuit irrogata. Testes hujus Rei sunt,
Otto Frisingens. Episc., Conradus Ratisbon. Episc., Otto Herbipolens. Episcopus, Sifridus Augu-
stens. Episc., Siboto Havelbergens. Episc., Engelhardus Coloniensis Electus, Ulricus Pataviensis E
Electus, Henricus Abbas Herasfeldensis, Cono Abbas Elvvacensis, Hartmannus Fuldensis Ele-
ctus: Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ, Leopoldus D. Aust., Otto Dux Mora-
viæ., Hermannus Marchio de Baden, & Fridericus frater ejus, Anshelmus Marschalcus, Wernerus
Dapifer, Walterus Pincerna Regalis Aulæ & alii quam plures.

Et Ego Conradus Metensis Episcopus Imperialis Aulæ Cancellarius Vice Domini Sifridi
Moguntinensis Archi-Episcopi totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta sunt hæc In-
carnationis Domini A. MCCXVI. indict. IV. Regnante Domino Friderico II. Rom. Rege gloriosis-
simo & Rege Siciliæ. Data Herbipoli per manum Bertholdi Regalis Aulæ Protonotarii. V. Idus Maji. F
An. regni Domini Regis IV. Dipl. hoc vid. apud Meibom. ad Chron. Magdeburg. p. 377.

LXXIX.

Diploma Friderici II. Imperat. de Metalli fodinis Comitatûs Palatini Rheni dat. Ludovico Comiti Palat. Rheni Duci Barv. A. 1229.

FRidericus secundus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Siciliæ. Dignum est
& consentaneum rationi, ut hi, qui ad exaltationem nostram votis fidelibus & servitiis præ- G
claris adspirant, à munificentia nostra ampliora beneficia consequantur. Hac itaque considera-
tione inducti, universis Imperii fidelibus tam præsentibus quàm futuris notum facimus, quod nos
attendentes *sinceram fidem* & devotionem nec non & obsequia, que *dilectus consanguineus noster*
Ludovicus Dux Bavariæ Comes Palatinus Reni Majestati nostre frequenter exhibuit, & in antea
poterit exhibere, ex vera scientia & de mera liberalitate nostra donavimus sibi & heredibus suis,
& in rectum feudum concessimus, omne genus metalli tam in auro & argento, quàm in aliis, quod
in terris patrimonii & feudi sui fuerit repertum, cum omni jure & utilitate exinde perveniente,
& quam nos & Imperium percipere deberemus. Statuimus igitur & authoritate Regia districtè
precipimus, ut nulla unquam persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, contra hanc no- H
stram concessionem venire presumat; quod qui presumpserit, offensam nostram & gravem indi-
gnationem incurret, & pro pena temeritatis suæ centum libras auri componat, quarum medietas
Camere nostre altera verò passis injuriam persolvatur. Ad hanc autem nostre donationis & con-
cessionis memoriam presens privilegium inde scribi & sigillo magnificentie nostre jussimus com-
muniri. Hujus Rei testes sunt. Cunradus Ratisbonens. Episcopus, Otto Frising. Episc., Otto Dux

 Mora-

A Moravie, Palatinus Comes Burgundiæ, Comes Cuntadus de S[illegible]sburch., (Sufenberg.) Gevehar-
dus Landgravius de Luikenberg, Diepoldus frater ejus, Anshelmus Marescalcus de (*) Frostingen,
Ramungus de Swabach, Alpertus, Lupus (Wolf.) Albertus Rindesmul, & alii quàm plures.
Ego Cunradus Metens. Episc. & Spirensis Imperialis Aulæ Cancellarius Vice Domini Si-
fridi Moguntinensis sedis Archi-Episcopi & totius Germaniæ Archi-Cancellarii tegnovi. Acta
sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCCXXIX. indict. VIII. regnante Domino nostro Fri-
derico Dei gratia Illustriss. Romanorum Rege semper Augusto & R. Siciliæ. Anno regni ejus in
Germania VII. io Sicilia vicesimo secundo feliciter d. 6. Kal. Dec. Norimberg.
Vid. Freher. Orig. Palat. p.2. p.87. c.17. & Goldast. Constit. Imper. t.2. p.298. Gebwold. in
B Epist. monitor. ad Freher. ex Archivo Bav. nom.6.

LXXX.

Diploma Friderici II. Imp. de juribus & privilegiis Civitatis Norimbergensis dat. 1219.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus secundus divina favente Clementia Ro-
man. Rex & semper Augustus & Rex Siciliæ cum ex debito Regiæ eminentiæ omnium Imperii
C fidelium jura pie debeamus & velimus favore tueri atque gubernare ex abundanti serenitatis no-
stræ benevolentia eorum intendimus jura non solum roborare, verùm quoque Regali augere
potentia, quorum continua obsequis nobis ex suis meritis grata admodum sunt & accepta. Ad
evidentiam igitur specialis gratiæ ac dilectionis, quam gerimus ad charissimam Civitatem nostram
Nuremberg, antiqua jura à Divis prædecessoribus ac progenitoribus nostris, inclitis Romanorum
Imperatoribus & Regibus semper Augustis, eidem loco tradita non solummodò confirmamus. Imo
si quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat vinera neque navigia, imo in durís-
simo sit situs fundo de mera benignitate supplemus, statuentes & pro futuris temporibus immu-
D tabiliter observari sancientes, quod quilibet ejusdem loci civis nullum habere debeat Advoca-
tum, præterquam nos & successores nostros Romanorum Reges & Imperatores. Idem quicun-
que civis antedictæ civitatis fecerit se alicujus *Muntman*, tam civis ille, quam qui hoc modo re-
ceperit eum, gratiam nostram demeruit & in utroque pax non violatur. Item nemo aliquem civem
loci illius duello impetere debet in toto Romano Imperio. Item quicunque alicui civi Norim-
bergensi aliqua bona sua sive prædia, sive feuda obligaverit aut inpignoraverit, quocunque il-
la bona obligata devolventur sive ad Dominos sive ad hæredes civis ille, cui antea fuerunt obliga-
ta, in quieta permaneat possessione, quousque à successore redimantur. Item quicunque ali-
quem Norimbergensem bonis suis sive prædiis, sive feudis quocunque modo inbeneficiaverit,
E si forte Dominus feudi aliquo tempore illi feudum negaverit, vel si aliquis ipsum civem super
hoc impetierit, & civis cum suis concivibus testimonio legitimo comprobaverit se esse inbene-
ficiatum in quieta permaneat possessione. Item nullus Dominus aliquem Nurembergensem
compellere debeat ad jus, quod appellatur Lehen-Recht / Item quicunque Dominus aut creditor
alicui Nurembergensi accommodata reddere renuerit, mansionarius illius aut mercator vel suus
Vogtmann / erit pignus Norimbergensibus. Nullus Norimbergensis sit alicujus hominis *ga-
phant* de jure, nec unus mercator pro alio item quicquid aliquis Norimbergensis ibidem deli-
quit, pro quo delicto puniendus esset in persona aut rebus, si satisfecerit sculteto nostro, nulli am-
F plius respondere debet de hoc delicto & gratiam nostram percipiet. Adhæc civibus sæpedictis
talis gratia pro jure ab omnibus prædecessoribus nostris inclitis Rom. Regibus tradita & indulta
dignoscitur, quam nos quoque approbamus, ut si Dominus Imperii ab ipsis Steuram exigit, non
particulatim sed in communi quilibet pro posse suo persolvere debeat. Item in nundinis Werde
(f. Donawerdensibus) civis Norimbergensis cum denariis Norimbergensibus de jure cambiet
& emet aurum & argentum & nemo prohibebit. Similiter in nundinis Nordlingensibus cum de-
nariis Nurembergensibus ement & cambient aurum & argentum; & Magister Monetæ Nurem-
bergensis illuc ibit, si voluerit, & denarios suæ monetæ ibi formabit. Nullus Norimbergensis in
G celebratione Curiæ Regalis ibidem de aliquibus rebus suis solvet thelonium. In Alcha (*) Nu-
rembergenses non magis solvent thelonei de rebus suis, quam nauta de navi sua, de Ratisbona
usque Pataviam nullum solvent thelonium, In civitate Wormacensi in festo Joh. Bapt. *si unus
Norimbergensis dabit ibidem libram unam piperis & duas chirothecas* anno illo nihil aliud solvent
vel amplius Norimbergenses. In Civitate Spirensi nihil solvent Nurembergenses: è converso Spi-
renses nihil solvent apud Nuremberg. Ut igitur hæc nostræ renovationis largitas & confirma-
tionis sanctio perpetuum recipiat vigorem atque inposterum inviolabiliter observetur hoc scri-
ptum inde fieri jussimus, sigillo Regiæ Majestatis communitum, sancientes, & interminatione
H gratiæ nostræ districtius, nec non sub periculo rerum & personarum præcipientes, ne ulla omnino
persona alta vel humilis, secularis vel Ecclesiastica, ullo unquam tempore ei contradicere præ-
sumat, vel aliquo ausu temeritatis contravenire: hujus rei testes sunt: Eberhardus Salisburgensis
Archi-Episc., Otto Frisingens. Episc., Henricus Eistetensis Episc., Seifridus August. Episc., N. A-
quensis præpositus, *Ludovicus Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ*. Leupuldus D. Aust. Stiriæ.,
Bernhardus D. Carinth., Comes Egeus Junior. de Urach, Henricus Nobil. de Nyfe, Conradus Com.
Burg.

* alii de Justingen.

* Auff der Aisch.

Burg. Nurnberg. & Marchio de Baden. Anshelmus de Justingen Marschallus Imper. Philippus de Boonb.& alii. A

Ego Conradus Metens.& Spirens. Episc. Imperialis Aulæ Cancellarius vice Domini Seyfridi St.Moguntinens. Sedis Archi-Episc.ac totius Germaniæ Archi-Cancellarii, recognovi Actum A. Incarn. Dominicæ Millesimo, ducentesimo decimo nono: regnante piissimo Domino nostro Friderico II. divina favente Clementia Rom. Rege semper Augusto & glorioso Rege Siciliæ A. Romani regni ipsius septimo, Siciliæ verò vicesimo secundo, feliciter. Datum apud Nuremberg Anno suprad. VI. Idus Novemb. VII. indict. vid. Goldast. Constit. Imp. t. I. p. 292.

LXXXI.

Forma Compositionis inter Ottonem IIII. Imperatorem & Ludovicum Ducem Bavariæ de A. 1212. B

HÆc est forma Compositionis, factæ inter Dominum O. gloriosum Imperatorem Romanorum, & Dominum Ludovicum, illustrem Ducem Bavariæ. Dominus L. Dux Bavariæ primum data fide promisit, & postmodum Sacramento juramenti firmavit, quod ipse omni tempore vitæ suæ bona fide & sine omni fraude serviat Domino Imperatori contra Papam & contra omnem hominem, nec aliqua unquam occasione emergente à servitio ejus recedet. Juraverunt etiam quidam & adhuc alii jurabunt, pro eo duodecim subscripti Nobiles, quod si Dux Bavariæ, quod absit, aliquo C modo contra promissionem suam veniret, seu ipsam infringeret, quod ipsi bona fide & sine fraude, Dominum Imperatorem modis omnibus contra Ducem juvabunt, juxta mandatum suum. Sunt autem hi nobiles: Rapoto Comes Palatinus Bavariæ, Comes Henricus de Ortemborch, Comes de Moseberc, Comes Kalbolus, Henricus de Lapide, Chunradus de Harbach, Comes Eberhardus de Dornborch, Henricus de Raudeke, Lupus de Lenginvvelt, Alramus de Halse, Comes de Valar, Comes Sigbow de Niwenborch. Postmodum jam ad validiorem confirmationem facti juraverunt quidam, & adhuc jurabunt duodecim subscripti Ministeriales, quod si ipse Dux aliqua occasione promissionem facti violaret, quod ipsi commoniti, quindecim diebus ante in civitatem Au- D gustam intrabunt, nunquam inde sine licentia Domini Imperatoris recessuri. Sunt autem hi Ministeriales: Sifridus Koph, Otto Koph, Otto Vuitz, Henricus Vuitz, Conradus Dapifer, Otto de Rore, Bartoldus de Schiltberch, Arnoldus de Camera, Rudigerus de Saudicella. Eberhardus de Wittlinspach, Eberhardus de Curia, Henricus de Ruden. Et ut etiam major de Duce Domino Imperatori securitas fiat, ipse Dux XII. obsides subscriptos dabit Domino Imperatori, qui à proximo festo Paschæ ad duos annos in potestate erunt Domini Imperatoris, & tunc, si Dominus Dux promissionem factam Domino Imperatori benè servaverit, Dominus Imperator obsides illos liberos Duci reddet. E Sed promissiones & juramenta ipsius Ducis & tam Nobilium quàm Ministerialium semper firma & inviolabilia permanebunt. Sunt autem hi obsides: Filius Pincernæ, filius Hermanni Pedis, filius Bartholdi de Vrawenhoven, filius Henrici de Kranechesberch, filius Friderici de Brunovve, filius Garvigii de Bergen, filius Henrici Dimonis, filius Werneri de Burchhofen, filius Grimani, filius Conradi de Vriuntsberch, filius Bertholdi de Sulzbach, filius Grimoldi Bullenhusen. E contrario Dominus Imperator datâ fide promisit, quod ipse semper Domino Duci pius & propitius erit Dominus, & in omnibus, quæ utilitatem & honorem ejus respicient, Dominus Imperator benigno vultu eum promovebit. Acta sunt hæc (a) Anno Domini MCCXII. apud F Franckenfort XIII. Kalend. Aprilis. Indictione XV.

Vid. Maderi Antiquitates Brunsvvicenses p. 131.

LXXXII.

Literæ Recognitionis feudalis Wilhelmi Comitis Juliacensis data Ludovico Comiti Palatino Rheni Duci Bavariæ ejusque filio Ottoni Cogn. Illustri. A. 1230.

WIlhelmus Comes de Guliche profitemur, quod nos ab Illustri Domino nostro Ottone Co- G mite Palatino Rheni Duce Bavariæ, feudum, quod à Patre ejusdem Ludovico Egregio Duce Bavariæ tenebamus, sub hac forma recepimus & pacto, quod nos de proprietate nostra in redditibus 20. marcarum eidem resignavimus & cum priore feodo recepimus ab eodem ita tamen, quod datis 200. marcis dicti redditus 20. marcarum ad nos redeant absolutè. Super horum autem effectu & robore fidejussores sunt præpositus Wilhelmus Advocatus Aquisgranensis, Christianus Pincerna de Nidecke, Henricus Bruf, Carsilius milites de Guliche. Hæc utique supra spatium unius Anni effectu debent compleri. Bona autem prioris feodi specialiter & nominatim & localiter sunt subscripta; Advocatia in Buische, Advocatia in (a) *Viletge*, Advocatia in Wesle, Advo- H catia in (b) *Berchem*, Advocatia in Pfaupfiogendorf, Advocatia in Holvvilre, Advocatia in (c) *Mun-*

(a) Præsente etiam Henrico Comite Palatino Rheni, fratre Ottonis 4. Imperatoris, qui inter alios testes etiam adducitur in Conventionis Tabula factæ eodem in loco anno & die inter Ottonem 4. Imper. & Theodoricum Marchionem Misniæ, quam vide apud eundem Maderum lib. cit. p. 125. & 128.

(a) *Viletge.* Vileca, Villich hodiè, Celebre quondam Virginum Cœnobium, cui & Abbatissa præfuit olim Mathildis f. Ezonis s. Erenfridi Comitis Pal. Rh.

(b) *Berchem* oppidum. Dominum quondam recognoscebat Hezilonem. s. Henricum, fratrem Ezonis Comitis Palatini Rheni.

A (c) *Munstere*, Advocatia in Greznich, Advocatia in Utochem, bona in (d) *Zalpeche*, quibus attinet Eccl. fi. S. Mariæ, Advocatia in Dornich, (e) *Comitatus & jus Nemoru*. Bona vero Pignoris sunt allodium totum, quod dictus Comes Bavariæ habet apud Flouercke. Hujus facti sunt testes prædictus Præpositus Aquisgranensis (f) *Hartmannus Comes de Dillingen*, Ludovicus Pincerna de Ouna, *Wilhelmus* (g) *Dapifer* junior de Alzeja, Hertvvicus de Hirtzherg, Bruno de Alzeja milites cum toto Consilio Domini nostri Comitis Palatini, Wilhelmus Advocatus Aquisgranensis, Com. Pincerna de Nideccke, cum toto consilio nostro. Ad hujus facti robur huic literæ nostrum fecimus appendi sigillum. Datum apud Franckenfurt Anno gratiæ MCCXXX. XVI. Kal. Martii.

(Literas has vid. apud Freherum in Originibus Pal. p. 31.)

B

LXXXIII.

Literæ Recognitionis feudalis Wilhelmi Ducis Juliacens. datæ Ruperto Seniori Comiti Pal. Rheni Elect. D. Bavariæ.

ILlustri Principi Domino, Domino Ruperto Seniori Comiti Palatino Rheni S. Imperii Archidapifero & Duci Bavariæ, Wilhelmus Dei gratia Juliacensis Dux & Falckenburgensis Comes obsequiosam & paratam in beneplacitia voluntatem, Magnifice Princeps ac Domine. Licet Serenissimus Princeps & Dominus noster, Dominus Karolus Romanorum Imperator semper Augustus C & Bohemiæ Rex, nos tunc Marchionem Juliacensem ad altioris Principatus gradum videlicet *Ducem & Principem* (h) *Juliacensem provexerit* gratiosè ac Dominatum in Falckenberg, in verum Comitatum de novo ex speciali innatæ Cæsareæ Benignitatis Clementia converterit, & eundem Comitatum nobis contulerit, prout hæc & alia in literis Imperialibus super eo nobis traditis plenius sunt expressa: Intentionis tamen nostræ non fuit, nec est, quod per hujusmodi nostram sublimationem vestris & hæredum vestrorum juribus & specialiter in feodis & bonis feudalibus, quæ à vobis tenemus, præjudicium aliquod debeat generari. Nam universa feuda & bona feudalia à vobis & hæredibus vestris etiam in antea affuturis temporibus per omnia sicut prius, & prout ex de- D bito tenemur, nos & hæredes nostri tenere, recognoscere & suscipere volumus & debemus sublimatione nostra prædictâ non obstante quomodolibet in hac parte. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Dat. Trajecti super Musa. A. Dom. MCCCLVII. d. XXVI. Jan.

LXXXIV.

Literæ feudales Henrici Episcopi Wormatiensis, datæ Ludovico Comiti Palatino Rheni Duci Bavariæ. A. 1225. 9. K. April.

HEnricus Dei gratia Wormatiensis Episcopus Domino Ludovico Illustri Duci Bavariæ & Comiti Palatino Rheni salutem & dilectionem sinceram. Quia vobis commisit Dominus E potestatem & Dominæ (i) *A.* uxori (k) *Filii* vestri, per quam Wurmatiensem Ecclesiam juvare potestis, & ei assistere in suis necessitatibus, ut ad auxilium & consilium tam nostrum quàm ejusdem Ecclesiæ, tam vos quàm successores vestri & Dominæ A., qui per masculinum sexum descendunt, sitis perpetuò obligati, & vobis & successoribus dictis in feudum concessimus & assignamus de communi consensu Capituli nostri *Castrum in* (l) *Heidelberg cum Burgo ipsius Castri & Comeciam Stalbohel* cum omnibus attinentiis suis, ut igitur hæc nostra concessio rata permaneat & illæsa præsentem cedulam appensione nostri sigilli fecimus communiri. Acta sunt hec. Wurmatiæ Anno Domini MCCXXV. IX. K. Aprilis, Indict. XIV.

F vid. apud Freherum in Orig. Palat. p. 99.

(c) *Munstere*, hodiè S. Corn. Munster. Abbatia fundata à Carolo Magno & insigniter ditata ab Herailone fratre Ezonis Com. Pal. Rheni, cujus Abbas hodiè N... Dominus à Leyen, & Status Imperii est.

(d) *Zalpeche* hodie Zülch. Tulpiacum veterum, de quo v. Freher. Orig. Pal. l. 2. c. 8 & Hist. nostram Palatinam, subjacet hodiè Archi Episcopatui Coloniensi.

G (e) *Comitatus & jus Nemoru*, quem Comitatum olim Hermannus Comes Palatinus Rheni & Nemoris obtinuit, & ad posteros transmisit, cujus filii Ezo s. Erenfridus & Herailo Comites Palatini Rheni & Nemoris postea eundem inter se divisère v. Gelenium l. de Magnitud. Colon. Agrip p. 315. & in Auctuario vitæ S. Engelberti Archi Episc. p. 302. Ingens sylva præ magnitudine vulgò die Vele dicta. cujus etiam meminit Northof in Chron. Marcan ad A 1301.

(f) *Hartmannus Comes de Dillingen*. Ex posteritate H Hucbaldi Comitis de Dillingen & Kyburg, Patris S. Udalrici Episc. Augustani.

(g) *Wilhelmus Dapifer Comes de Altzeja*, Comites hi hæreditarii Dapiferi extitère apud Comites Pal. Rheni, quibus extinctis, in officio hoc successère Nobiles de Hirschhorn. Sic Comites de Erbach fuère hæreditarii Pincernæ & Rheingraffii hæreditarii Marescballi v. Freher. Orig Pal. 2. c. 6 Pareum H Pal p 436.

(h) Electus in Ducem Juliac. Metis in conventu Principum A. 1356 v. Trithem. Chron. Hirs. t. 2. p. 229. in Marchionem verò Francofurti 1339 circa medium quadragesimæ à Ludovico 5. Imp. v. Trith. l. cit.

(i) *A.* scil. Agneti, filiæ Henrici Com. Palat. Rheni, Ducis Saxon. Brunsvvicensis, (quam alii ut Trithem. Chr. Hirs. ad A. 1231., Irenicus, Naucierus &c. malè Gertrudem vocârunt) ductæ A. 1225. & non 1215., ut hactenus communis opinio.

(k) *Filii* Ottonis scil. cogn. Illustris Patrisque in officio Palatii successoris.

(l) *Castrum in Heidelberg cum Burgo ipsius Castri & Comeciam Stalbohel*. Quæ omnia antiquitus ad pagum Lobodunensem spectantia loca primitus ex liberalitate Dagoberti Regis Franc., vel ut aliis placet, Caroli Magni, ad Ecclesiam Wormatiensem pervenisse videntur, testatur enim Lehmannus in Chr. Spir., eum bonam Graichgoviæ partem Ecclesiæ Wormatiensi donasse. Origo autem feudi hujus ab Episcopo Wormat. Palatinis concessi hactenus ignoratur. Burgum etiam hic oppidum munitum arcem impositam habens denotat. Otfridus Monachus in Versione 4. Evangel. illud: Ite in Civitatem, Francicè vertit: Faret in thia Burg. v. Freher. Orig. Pal p. 2 p. 75. & p. 100 c. 10. p. 2. Burgum itaque oppidum muris cinctum portisque clausum significat, unde Burgenses ab antiquis passim pro Civibus sumuntur, ab istis Burgis Burgundiones dicti, testibus Isidoro & Diacono.

LXXXV.

LXXXV.

A HEnricus Præpofitus & Decanus totumque Capitulum Majoris Ecclefiæ Wormatienfis omnibus præfens fcripta infpecturis falutem. In feodationem, quam Dominus Henricus Epifcopus nofter Wormatienfis fecit de Caftro Heidelberg cum Burgo & Comitia Stalbuhel, concedendo prædictam infeodationem Duci Bavariæ & Dominæ A. uxori filii fui & fuccefforibus, ab eo defcendentibus per mafculinum fexum confenfimus & eam ratam habemus, & fuper hoc præfentes literas figillo noftri capituli fecimus communiri. Acta funt hæc Wormatiæ Anno Domini 1225. 9. Kal. April. indict. 14.

LXXXVI.

B *Literæ feudales Ludovici cogn. Severi Com. Pal. Rhen. Electoris dat. Gothofrido Comiti Seynenfi A.* 1273. 11. *K. Septemb., ratione Cometiæ Seynenfis.*

NOs Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ tenore præfentium notum facimus univerfis præfentibus & futuris, quod dilecto fideli & confanguineo noftro viro nobili (a) *Gotfrido* Comiti Seynenfi propter fuæ probitatis merita & fervitia, quæ nobis & hæredibus noftris impofterum eft facturus, Cometiam Seynenfem cum omnibus fuis pertinentiis de gratia noftra liberaliter contulimus titulo feodali, exceptis poffeffionibus & bonis, quæ Eberhardus fidelis & affinis nofter Comes de Seyn Dominus de Eberftein recolende memoriæ Patri noftro & nobis C foluta & libera dimifit, ficut in privilegiis fuper hoc confectis plenius continetur, promifimus infuper eundem ab injuriis quorumlibet tanquam noftrum Vafallum efficaciter protueri, in cujus rei teftimonium fibi dari fecimus præfentes literas noftri Sigilli munimine roboratas. Actum & datum Baccharact An. Dom. Incarnationis MCCLXXIII. XI. Kal. Septemb.

v. apud Freherum in Orig. Palat. p. m. 27.

LXXXVII.

Literæ Recognitionis feudal. Gothfredi Com. Seynenfis data Ludovico Pal. Rh. Elect. 1273. 11. *Kal. Septemb.* D

NOs Gotbofredus Comes Seynenfis tenore præfentium univerforum præfentium & futurorum notitiæ declaramus, quod cum Sereniffimus Dominus nofter Ludovicus Illuftris Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ nobis Cometiam Seynenfem cum omnibus ejufdem pertinentiis de fua gratia liberè contuliffet; promifimus fide data ad hoc corporali nos juramento nihilominus adftringentes quod eidem Domino noftro contra omnes nullo prorfus excepto adftabimus confilio, auxilio & favore, qui eidem Domino noftro de actionibus, quas habet contra eosdem, recufa- E verior, facere juftitiam & amorem. Adhæc poffeffiones & bona, quæ bonæ memoriæ Eberhardus Patruus nofter Comes de Seyna Dominus de Eberftein memorato Domino noftro & Patri fuo foluta & libera demifit, ficut in privilegiis fuper hoc confectis plenius continetur, dicto Domino noftro & fuis hæredibus fine noftro deinceps & noftrorum hæredum amicorum & fidelium impedimento liberè remanebunt; Omni juri & altiori, quæ nobis in dictas poffeffiones competebant, & competere videbantur, renunciantes fimpliciter & præcisè. In cujus rei teftimonium ipfi Domino noftro præfens fcriptum dedimus, noftri figilli munimine corroboratum teftibus fubnotatis, qui funt: Otto Præpof. S. Widonis, Albertus Præpof. S. Cor. Münfterii, Fridericus Burgravius de F Nurnberg, Emicho Comes Sylveft. (a) *Bertholdus* Com. de Efchenbach, Fridericus de Erenberg, Hermannus de Hadmar, Philippus & Gerhardus Dapiferi de Alzeya, Wernerus dictus Gurend, Kindelmannus de Diepach, Adelmannus Advocatus & alii quam plures. Actum & datum Bacharaci Anno Domini 1273. 11. K. Septemb. vid. apud Freherum lib. cit. p. 2. c. 7.

LXXXVIII.

Diploma Ludovici Comitis Palat. Rhen. Ducis Bav. de Decima in Straubing & Ellenbach de A. 1230. G

LUduvicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni & Dux Bavariæ. Univerfis Chrifti fidelibus Salut: univerfitati veftræ volumus conftare & patere, quod nos pro amore Dei Ecclefiæ fanctæ Margarethæ in Ofterhoven contulimus perpetuo decimantes omnium redditum noftrorum in Straubing & Ellenbach. Volumus etiam ut prædictæ decimationes non traofeant in obligationem vel alienationem, fed prædictis fratribus ejusdem loci femper falvæ permaneant Et ut ifta donatio perpetua fit, præfens fcriptum munimine figilli noftri fecimus roborari. Data funt hæc Anno gratiæ MCCXXX. in Ritenpurch. Teftes Anshelmus de Jufting Cancer. & filius ejusdem nominis de H Hoheovelde Pincerna, Leutoldus de Augia & filius ejus, Ulricus & Ludvvicus, Perchtoldus Pincerna de Oze & Heioricus Notarius ejus.

vid. apud Hundium in M[illegible]n. Salisburg tom. 3. p. 22.

LXXXIX.

(a) Gothofredus hic Patre fuit Spanheimenfi, matre Comites Witgenfteinenfes & Seynenfes recta linea devero Seynenfi Comitiffa progenitus, per eamque factus fcendunt, deinde Comes Seynenfis & à quo omnes hodierni Illuftr.

(a) De quo vid. C. Paulini diff. de Monaft. Visbecenfi p. 80.

A

LXXXIX.

Aliud Diploma ejusdem Ludovici Comitis Palat. Rheni D. Bav. de Possessionibus Dominorum de Horbach Ecclesiæ S. Margarethæ in Osterhofen collatis de A. 1229.

LUdovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. Universis Christi fidelibus salutem. Contra falsam iniquorum assertionem & ne ipsa falsitas præjudicet veritati: Universitati vestræ præsentium auctoritate & in figura judicii finaliter sententiamus, quod omnes posses-
B sionestam cultæ quàm incultæ collatæ Ecclesiæ sanctæ Margarethæ in Osterhoven à *Chunrado de Horbach* & à progenitoribus suis sint sine advocatia, nisi unicus filius ejus Chunradus velit ipsas defendere, habito respectu æternæ retributionis & sine omni honore & onere jure advocationis. Testes autem nostræ sententiæ sunt: Comes Henricus & Chunradus de Mosburch, Comes Albertus de Bogen & Otto Comes de Grunenbach, Arnoldus de Nidekke, Heinricus de Lapide, Chunradus de Hohenvels & Chunradus filius ejusdem, Leutoldus de Auvve. & filii ejus Ulricus & Ludovicus & alii quam plures. Acta sunt hæc Lantshut Anno gratiæ MCCXXIX. Datum Kal. Martii.
C vid. apud Hundium in Metrop. Salisburg. t. 3. p. 23.

XC.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. Omnibus in perpetuum tractatibus authoritate nostra confirmandis, provisuri contra errores oblivionum & hominum calumnias ea scriptis commendata tanto lucidius exprimimus, quo ipsa eis apud præsentes tutamen & apud posteros sint cautela &c. Abbatissa Imperialis Monasterii Mechtildis vendidit aream quandam Magistro Aaroni & toti universitati Judæorum &c. Testes
D sunt Waltramus Plebanus super. Monasterii, Gothofredus Plebanus de Tegernheim. Laici Diepoldus Marchio de Hohenburch, Comes Calthohus de Kirchberch, Henricus de Lapide, Henricus de Luteach. Acta sunt hæc Anno Domini MCCXXV. Indict. XIII. IV. id. Dec. Ratisbonæ.
Hucusque, sed non integrum exhibet Crusius in Annal. Suev. l. 1. p. 3. c. 4. p. 14.

XCI.

Ludovici Com. Palat. Rheni, D. Bav. Literæ recognitionis feudalis de A. 1228.

E
LUdovicus Dei Gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ omnibus in perpetuum. &c. Quoniam labilis est memoria hominum, ideo ne ea, quæ ritè aguntur, post modum revocentur, consueverunt scripti munimine roborari. Quapropter confitemur & notum esse cupimus universis tam præsentibus quàm futuris, quod venerabilis Dominus noster Ekbertus Babenbergensis Episcopus Nos & Ottonem filium nostrum Palatinum Comitem Rheni, nostrosque hæredes omnes, qui jure feudali succedere debent, nobis *feudo, quod Albertus Comes antiquus de Pogen pater istius Comitis, qui nunc superest, ab Ecclesia Babenbergensi te-*
F *nuit*, & frater suus contra justitiam & præter voluntatem prædicti Episcopi violenter tenuerunt, rationabiliter infeudavit: *Illo videlicet, quod à Patavia ex utraque parte versus Ratisbonam & ultra protenditur*; hoc interposito pacto, quod nos de eodem feudo nihil infeudare, nec obligare nec vendere, nec aliquo modo alienare debemus ab Ecclesia, vel possimus, nisi de speciali consensu præfati Episcopi vel successorum suorum & Canonicè substitutorum; Adjectum fuit præterea, quod nos & noster filius, nostrique hæredes contenti debeamus esse antiquo jure advocatiæ, quod per privilegia vel per seniores illius terræ poterit declarari. Præterea firmiter promisimus, quod Ecclesiam Bambergensem in possessionibus, justitiis, vel hominibus manu teneamus & defendamus. Item omnia jura Ecclesiæ Babenbergens.
G promisimus pro nobis & nostris hæredibus nos inviolabiliter observaturos. Excepit prænominatus Episcopus villam *Nezelbach* & alias villas intermedias usque *Winzer* cum suis attinentiis liberas ab omni jure advocatiæ ipsi & ipsius Ecclesiæ retinendas; Ita tamen quod numerus mansorum duodenarium non excedat. Et ut hæc à Nobis & nostro filio nostrisque hæredibus firma permaneant & inconvulsa præsentem paginam Serenissimi Domini nostri Henrici Roman. Regis, Adelberti Magdenburgensis Archi-Episcopi, Eckeberti Babenbergens. Episcopi, Henrici Wormacens. Episcopi, Henrici Eystatens. Episcopi, Leopoldi Ducis Austriæ & nostro nostrique filii *Ottonis* Palatini Comitis Rheni sigillis fecimus muniri.
H Testes autem hujus sunt *Conradus* Præf. de Nurnberch, *Hermannus March. de Baden*, *Rudolfus Comes Palatinus de Twvingen*, Ulricus & *Eberhardus* Comites de Helfenstein, *Hartmannus* Comes de Dilligen, *Rupertus* Comes de Castel, *Fridericus* de Truheding. Dapifer de Walburch, *Conradus Pincerna* de Wintersteten, Conradus de Winsperch & alii quam plures. Acta sunt hæc apud Esseling A. Domini MCCXXVIII.
vid. apud Hund. in Metrop. Sal. ex edit. Gebvvoldi. tom. 1. p. 31.

XCIX. *Dipl. Lu-*

XCIX. A

Diploma Ludovici Severi Com. Palat. Rheni Electoris D. Bav. quo Henrico Epis. Ratisb. 3. Officia Sculteti, Pacis & Cameræ in Urbe Ratisbonensi pro debito 150. librarum Denar. Ratisb. cum pacto relutionis oppignoravit.

LUdovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. Universorum notitiæ præsentibus declaramus, quo cum in solutione Castri in Rotenecke non possemus reverendo in Christo Patri & Domino nostro Henrico Ratisbonensi Episcopo satisfacere in pecunia numerata, videlicet in centum & quinquaginta libris denariorum Ratisbonensium B
(a) *officia nostra Ratisbonæ videlicet, judicium Pacis, Cameræ & Sculteti* eidem Domino Episcopo sub hac discretionis moderamine obligavimus, quod eadem officia Heinrico Vitrico & Carolo fratribus de Ovve, Carolo, Pragario, Henrico Dulci & Conrado Gumperti commisimus usque ad festum Apostol. Philippi & Jacobi prosime nunc venturum, suo nomine conservanda, ita quod pro supradicta summa centum & quinquaginta librarum ex tunc eadem absolvere debeamus: quod si in crastino dictorum Apostolorum non faceremus, ipsa officia remanebunt illis personis, quibus per nos sunt superius remissa per quatuor annos continuè secuturos, post illos quatuor annos, per quos dictis Pragario Dulci & Conrado Gumper- C
tipermitus fuerant remissa. Et ut hæc rata permaneant atque firma, ex parte hæredum nostrorum dilecti fideles nostri *Cunradus de Luburch*, *Wernherus de Prennenecke*, *Winhardus de Rorbarch*, *Wichnandus de Etringspurch*, *Dieterus de Weldenstein & Ulricus de Perg*, *Marschalcus* obstagiorum nomina per ipsum Dominum Episcopum moniti Ratisbonensem Civitatem intrabunt, inde nullatenus exituri, donec sibi de universis & singulis defectibus, si quos eum ex hoc vel propter hoc sustinere contingeret, plenariè satisfiat. Et adjecto, quod nos prædicta officia nulli infra eundem terminum committemus aliquatenus gubernanda & si con- D
tingeret, ipsum Dominum Episcopum nobis ex aliquibus causis seu defectibus aliqua defalcare, hujusmodi defalcatio non erit in pecunia, pro qua sunt subscripta officia, sed in alia summa est potius facienda, exceptione qualibet non obstante. In cujus rei testimonium præsentes literas dedimus, nostri sigilli robore communitas. Datem Ratisbonæ Anno Domini MCCLXX. nono, XII. Kal. Septemb.

(Vid. apud Hund. in Metrop. Salisburg. t. 1. p. 238)

C. E

Diploma Ludovici Severi Rh. Palatini, quo Wolfhardo Episcopo August. jus & officium Advocatiæ Urbis & provinciolæ Augustanæ ad certum tempus concessit administrandum.

WIR Ludwig von Gotes Gnaden Pfaltz-Graf bey Rhein und Hertzog in Bayern ꝛc. thun kund allen denen/ die diesen Brieff sehend oder hörend lesen/ daß wir und unser Hr Bischoff Wolfhard von Augspurg/ um die (b) **Vogthey zu Augspurg**/ F
der wir iehen **Pfleger** zu seyn/ **als ander des** (c) **Reichs-Güther**/ dieweilen uns das Reiche Verlassen ist und nicht Königes ist/ also vereinnt und verrichtet sin: daß er dieselbe **Vogthey** mit allem dem Rechten und daß ihm zugehört **in der Stadt und** (d) **auf dem Land**/ inne; sollen haben/ von hinnen untz uff Sant Walpurgen Tag/ und von dannen über ein Jahr; uns an unsern Rechten aun Schaden/ und auch ihm und seinem Gottshauß auch aun Schaden ꝛc.

[Vid. & Apolog. der Reichs-Vogtheyen Lib. p. 498.]

(a) Quibus officiis procul dubio Burgraviatur seu Advocatia minor urbis Ratisbonensis sub intelligitur, quæ A. 1256., teste autore lib. von Reichs-Vogtheyen p. 30, feudi nomine ad Duces Bavariæ pervenit, tandem A. 1388. officia hæc una cum vectigali minori und der Waag Episcopus consentienti Capitulo, Ratisbonensibus vendidit. Advocatiam verò majorem seu Thum-Vogthey, Comes à Bogen ab antiquo imo adhuc A. 1100. ab Imperio feudi titulo tenuisse idem autor l. cit. disc. I. p. 31. testatur.

(b) Cum jam diu haud parva lis inter Episcopum August. & Ludovicum Palatinum de Advocatia urbis & Diœceseos Augustanæ viguisset, tandem pax Sancita est A. 1270. Kal. April, diplomate sigillis Ducum Bav. & Episcopi & Civitatis Aug. munito, ut refert D. Gasser in Annal. Augustan. p. 361.

(c) Quo Vicariatus officium à Ludovico Rheni Palatino nostro administratum ostenditur, eundem etiam Imperii vicariatum agnoscunt Gasser Doct. in G
Annal. Aug. p. 381. & author. Apol. der Reichs-Vogtheyen p. 512 515.507.

(d) Hanc urbis & Provinciæ Augustanæ advocatiam, quam Rudolfus Balbus Rheni Palatinus Ludovici Imp. frater administravit V. Cæsar Chron August p. 2. c. 6. postea Ludovicus e. Impr. A. 1338 in Junio Spiræ una cum jurisdictione in Judæos oppignoravit Petru Baroni de Hubenegge pretio 280 Marcarum Argenti, teste Gassero in Ann. August p. 461. & 433. docet, daß Kayser Ludwig auch Henrico Episc. August. Herrn von Schöneck, seinem Cantzler für seinen Außstand das fürnehmste Theil der Augspurgischen H
Provintz oder Augstgauws/ die Reichs-Straß genannt [unter welcher Aytingen/ Menchingen/ Oberhausen/ Gegginen/ Inningen/ Bobingen/ Wäringen Etlingen und andere Dörffer begriffen,] für 80. Pfund Pfenning verpfändet habe.

CI.

A *Instrumentum Senatus urbis Heidelbergens., quo Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Civibus Heydelberg. A. 1299. 400. libras Hallenses remisisse cognoscitur.*

NOS Scultetus, Scabini & universi cives in Haidelberch tenore presentiam profitemur, quod cum Serenissimus Dominus noster Ludovicus illustris Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, inspectis nostris defectibus, quos sustinuimus, hanc nobis gratiam fecerit, quod
B in proximo festo B. Martini & in subsequenti termino pro peticione (die Beed vulgò) quolibet anno de quadringentis libris Hallensibus stare vult contentus, nos è converso promisimus & promittimus per presentes, quod & eandem summam quadringentarum Librarum annis singulis in dicto termino persolvamus, dantes ei in testimonium presens scriptum. Dat. Heydelberg. MCCLXXXIX. XVI. Kalend. Martii (appensum est Sigillum in cera flavâ, habens aquilam uno capite cum literis hisce: *Sigillum Civitatis Haidelberch*, quod Freberus exhibet.

Vid. Chron. breve Heidelbergense apud Freher. in Orig. Palat. in app. p. 303. c. 20.

C

CII.

NOS Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ tenore præsentium recognoscimus & ad notitiam plurimorum cupimus pervenire, quod in nostram protectionem pariter & defensionem specialem recepimus villam Peygarten, quam à Sighardo Dapifero de Frisinga emit ac etiam comparuit Dominus Gerwicus Venerabilis Præpositus & conventus Cœnobii in Schefdaren, ab ipso cœnobio jure proprietario cum omnibus suis attinentiis in perpetuum possidendam. Concedentes eidem cœnobio per præsentes literas, quod dictam villam Peygarten possidebit perpetuò in judiciis & aliis eo jure, quo alias villas ipsi attinentes pleno jure possidet & possedit pacificè ac quietè. Verùm quia, quod specialiter exprimitur plus memo-
D riæ commendatur, quàm quod generaliter inhibetur; adjicimus ad cautelam, quod in eadem villa judices & præcones nostri, nullam exceptis in tribus casibus, videlicet *Pogentzbluot*, *Notzach* & *Furtis* jurisdictionem seu judicium exercebunt; in cujus rei perpetuam memoriam scripta præsentia dedimus Sigilli nostri munimine roborata. Datum in Monaco Anno Domini MCCLXXVII. 4. idus Februarii.

Vid. apud Hundium in Metrop. Salisborg. t. 3. p. 297.

CIII.

E *Diploma Ludovici Comitis Palat. Rheni D. Bav. quò Advocatiam Monasterii in Sevven suscepit.*

IN nomine Domini Amen. Ludovicus Dei gratia, Comes Palat. Rheni Dux Bavariæ, Universis præsentem paginam inspecturis salutem. Cum ob reverentiam Dei omnipotentis Ecclesias in suo nomine fundatas fovere, quantum possumus, debeamus, specialius tamen eas pio favore prosequimur, quæ nobis attinent jure speciali. Quoniam igitur *Ecclesia in Sevven* ex donatione facta per Dominum *Ulricum* ejusdem loci venerabilem Abbatem, qui de consensu & voluntate totius conventus *advocatiam ejus Ecclesiæ nobis contulit* pleno jure, cum ipsi gratia Sedis
F Apostolicæ ac Imperiali privilegio roborati, liberam habeant eligendi advocatum [quem voluerint] potestatem, nobis specialiter attinere dinoscitur, eandem in nostram recepimus gratiam specialem, eam sub nostræ defensionis brachio gaudere volentes, firmiter enim promittimus & tenore præsentium profitemur, quod præfatam Ecclesiam ac omnes sibi attinentes, in rebus & personis manutenere pro viribus ac defendere teneamur; hoc adjecto, ut nullam habeamus potestatem antedictam advocatiam dandi, vel concedendi, vel ad manus alienas quoquo modo de nostris manibus conferendi. Quod si fecerimus præfatæ advocatiæ donatio nobis facta per Abbatem & conventum Ecclesiæ memorata careat omni robore firmitatis, & ipsi juxta formam pri-
G vilegii sui plenum habeant potestatem alium advocatum, quem voluerint, eligendi; volumus enim, ut jus antiquum præfatæ Ecclesiæ in omnibus conservetur illæsum. Ut autem præmissa omnia robur obtineant firmitatis, præsentem paginam inde conscribi & sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Obsidione Castri Hadermarsperch 13. Calend. Decemb. Anno Dñni. MCCXLVII. Indict. vi.

Vid. apud Hundium in Metrop. Salisburg. t. 3. p. 347.

CIV.

H *Simonis Comitis de Eberstein & Zweybrücken literæ, quibus Castrum Merkelingen Ludovico Comiti Palatino Rheni, A. 1276, tradidit.*

NOS Simon Comes de Eberstein & de Zweinbrucke protestando publicè profitemur & notum facimus universis præsentibus & futuris. Quod receptis trecentis marcis puri argenti integre & com-

& complete ab inclito domino nostro *Ludewvico Illustre Comite Palatino Reni, Duce Bav. Castrum* A
& villam Merkelingen, quæ nos proprietatis titulo respiciebant, cum omnibus attinentiis eorundem, agris, pascuis, pratis, Sylvis, cultis & incultis, quæsitis, & inquirendis, cum hominibus & bonis eidem Domino nostro & heredibus suis donavimus & liberè tradidimus titulo proprietatis perpetuo possidenda, traditione nostra prædicta liberaliter facta, omnia supradicta bona à manibus præfati Domini nostri recepimus pro nobis & heredibus nostris Masculini sexus & fœminini, feodali titulo inposterum possidenda & de eisdem bonis nos & heredes nostri, qui nobis in eisdem feodis succedent, tenemur præfato Domino nostro & heredibus suis omni tempore B
fidelitatis & homagii debitum exhibere. Ad hujus itaque rei testimonium & roboris firmitatem præsentem literam sæpe dicto Domino nostro dedimus nostri Sigilli munimine roboratam. Datum Udenheim Anno Domini MCCLXXVI. V. Nonas Maji.

Vid. apud Joh. Schilterum in Comment. ad Jus. Aleman. Feudal. p. 459.

CV.

Litera Dominorum de Winsperg de A. 1277. quo Ludovico Rheni C
Palatino partem Castri in Wessenloch vendiderunt.

NOs *Engelhardus* senior & *Conradus* junior de *Winsperg*, tenore præsentium profitemur & notum facimus universis intuentibus seriem hujus scripti, quod nos Serenissimo Domino nostro *Ludwvico*, inclito *Comiti Palatino Reni, Duci Bavariæ*, accedente consensu & voluntate uxorum nostrarum Karissimarum videlicet *Agnetis de Lewvenstein & Lukardis de Nifen*, nec non *Conradi junioris* de Weinsperg & *Elisbetha* consortis suæ dictæ *de Katzenelenbogen*, partem nostram *Castri in Wessenloch* cum omnibus suis appendiciis, videlicet jure capellæ ibidem, hominibus & bonis cultis & incultis, quæsitis & inquirendis, quæ nobis competebant D
vel competere videbantur, vendidimus & donavimus jure proprietatis perpetuo possidenda, facientes sibi de hoc quitarandiam, quod vulgo gewerschafft vocatur, secundum Consuetudinem terræ debitam & perfectam. In cujus rei testimonium præsentem cedulam dedimus nostrorum Sigillorum munimine roboratam. Actum & datum Schurberch. Anno Domini MCCLXXVII. tertio Kal. Maji.

Vid. apud Freher. in Origin. Palat. p. 2. p. 79.

CVI.

NOS Engelhardus senior & Conradus junior de Winsperg, ut sincerius & efficacius fami- E
liaritatibus & serviciis *Serenissimi* Domini nostri Ludewici incliti Comitis Palat. Reni, Ducis Bavv. simus adstricti, tenore præsentium profitemur & notum facimus universis tam præsentibus quàm futuris, quod accedente consensu & voluntate uxorum nostrarum Karissimarum videlicet Agnetis de Lewenstein & Liuthardis de Nifen, nec non Cunradi jun. de Winsberg, & Elsbete consortis suæ dictæ de Catzenelenbogen, eidem Domino nostro & suis heredibus super proprietatem nostram videl. duas villas dictas *Cryppenbach*, item villulam dictam *Chapphenhart juxta Helfenberg*, nec non *Curiam in Tumbrunne, trecentas libras Hallenses* tradidimus & F
donavimus titulo proprietatis perpetuo possidendas, & easdem CCC. libras de gratia ipsius & heredum suorum nos & heredes nostri amodo possidebimus titulo feodali sibi & suis heredibus ex hinc fidelitatis debitum exhibituri. In cujus rei testimonium & roboris firmitatem præsentem cedulam dedimus nostrorum sigillorum munimine roboratam. Actum & datum in Castro Schiurberg. Anno Dom. M.CC.LXXVII. tertio Kal. May.

Vid. apud Joh. Schilter. in Comment. ad Jus Aleman. Feudal. p. 459.

CVII.

Rudolfi I. Imperii Diploma, dat. Augustæ Vindel. 1275. mense Majo G
Ludovico Comiti Palat. Rheni Cog. Severo ejusque fratri Henrico Ducibus Bav.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis præsentia inspecturis, in perpetuum declaramus, quod præsidentibus nobis, Curia apud Augustam Idibus May solenniter celebratâ & constitutis ibidem in præsentia nostra illust. Principum Ottokari Regis Bohemiæ nunciis & Henrici Ducis Bavariæ procuratoribus, *subortaque inter eos quæstione super quasi possessionem juris eligendi Romanum Regem*, per Procuratores, prædicti Ducis H. & Illustr. Ludovicum Comi- H
tem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ, filium nostrum charissimum fuit propositum, *ratione Ducatus Bavariæ, hoc eis competere ex antiquo*, idemque noster filius L. coram nobis, cunctisque Principibus, Prelatis, Baronibus, Militibus & universo populo, qui eidem Curiæ assidebant, exorit, publicè protestatus, quod prædictus Dux H. frater ipsius olim electioni inclyti Richardi Roman. Regis nostri prædecessoris, una cum ipso presentialiter cum ceteris Principibus Coelectoribus interfuit, & in eum uterque direxit legaliter votum suum, eundem in Romanum Regem, una cum aliis com-

A principibus jus in hoc habentibus eligendo. Deinde vero Electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus jus in Electione habentibus concorditer celebratæ, per nuncios & procuratores ejusdem Ducis Henrici, videlicet Henricum præpositum Oetingens. & Fridericum Rectorem Ecclesiæ de Landshut, ipsius absentiam proptee impedimenta legitima legitimè excusantes, præsente venerabili Berchtoldo Babenbergens: Episcopo, Procuratore prædicti Regis Bohemiæ, & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione à Principibus Electoribus omnibus, tam Ecclesiasticis quàm secularibus non admissa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, una cum aliis Principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout jam dicti procuratores, in mandatis receperant, concorditer exstitit compromissum, qui commissum hujusmodi in se recipiens, suo & dicti Henrici Ducis fratris sui ac omnium aliorum Principum
B jus in Electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem solemniter nos elegit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ Comitum Palatin. Rheni ratione ducatus pro una in *Septem Principum* jus in electione Regis Romani habentium numero computatis, prout etiam in prædicta Curia Augustan. Vivæ nostræ vocis eloquio utrique ipsorum in præsentia nunciorum præfati Regis Bohemiæ, videlicet venerabili Wernbardo Seckoviensi Epis. Magistro Henrico præpos. Werdensi N. Commendatore Domus Teutonicæ per Austriam & Wolfingo Magistro Hospitali S. Johan. di Murberge, ac omnium ibidem præsentium Principum, Prælatorum ac Baronum recognovimus & recognoscimus manifestè, in hujus rei testimonium & perennem memoriam prædictorum, præsentes eis literas donavimus, nostro Regali Sigillo nec non subscriptorum testium Sigillis muni-
C tas. Qui sunt: Hartman. Augustan. Episc. Hiltprandus Eistetens, Henricus Tridentinus Episc. N. de Sancto Gallo, de Augia Abbates, Rudolfus cancellarius noster. Ex laicis vero filius noster Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Philippus Dux Karinthiæ, Meinhardus Comes Tyroli, Fridericus Burgravius de Nurnberg, Henricus Marchio de Burgaue, Ulricus de Helfenstein, Ludovicus de Oetingen, Albertus & Burchardus de Hochenberg, Henricus de Furstenberg, Tybaldus de Pirreto & Ludovicus de Honberg Comites, Henricus & Berchtoldus de Neffen, Albertus de Pruckbereh, Hermannus de Hagenbereb, Volkmarus de Gemnaten, & Marquardus filius suus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Prisingen & alii quam plures. Actum & Datum Augustæ. Anno Domini incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto Regni vero nostri Anno secundo.

D Vid. apud Gewold. l. dr. Septemvir. c. 10. & in Antithes. ad Freher. n. 26. Goldast. t. i. p. 312.

CVIII.

Adolfi Comites de Nassau Literæ, quibus se à Ludovico Palat. in Castellanum 1287. receptum esse profitetur.

NOS (a) Adolfus Comes de Nassuvve tenore præsentium notum facimus universis, quod illustris Dominus noster *Ludovicus Comes Palat. Reni, Dux Bavvariæ*, datis nobis ducentis Marcis denariorum Coloniensium, nos ad (b) *Castrum suum in Cuba* in suum recepit Castellanum,
E sub forma & conditionibus infra scriptis, videl. quod sibi ad idem castrum locemus probum & honestū militem, ad hoc ei placentem inibi frequenter cum corporali residentia remansurū & tempore necessitatis, cum sibi nostri ipsius præsentia oportuna fuerit, ibidem residebimus propria in persona honorem suum pro nostris viribus defensuri. Prædictas etiam ducentas marcas denariorum Colon. per prædictum Dominum nostrum ratione dicti *Castralis beneficii* nobis datas, sibi per redditus viginti Marcarum eorundem Denar. Colon. tenemur compensare. Et eosdem redditus nos aut (c) filius noster, qui nobis in hereditate aut Dominio nostro successerit, ab eo & suis heredibus pro Castrali benficio possidere. De terminis vero solutionis dictarum CC. Marcarum nobis per eundem Dominum nostrum prodicta Castellania datarum arbitrio strenuorum virorum *Henrici de Sachsenhusen* vice Do-
F mini ipsius Domini nostri in Reno, *Dudonis de Stegen*, & *Henrici de Gerhartstein*, nos duximus sub mittendos. Ita quod nobis solvantur in terminis, qui per eosdem fuerint constituti. In cujus rei testimonium præsentes damus nostri sigilli robore communitas. Datum *apud Herbipolim*, Anno Dom. MCCLXXXVII. V. Kalend. April.

Vid. Schilteri Comment. ad Jus Aleman. feudal. ad c. 136. p. 440.

Similiter *Henricus de Richenbach*, (in Sylva Otton) A. 1283. 5 Kal. Febr. ab eodem Ludovico Rheni Palatino receptus est in Castellanum, ut *apud Winheim* (Weinheim in Strata Mont) resideat & sibi assistat ut fidelis
G Castellanus, & Palatinus ipsi pro Burghuta 40. libras Hallens. dedit, quas in redditibus, apud *Morlbach* (Mörlebach) deputavit. In eadem cartha *Henrici* quoque *Sachsenhusin* mentio fit & appellatur *Procurator Comitis Palatini circa Rhenum generalis.*

CIX.

Rudolfi I. Imp. Diploma datum Wenceslao Regi Bohemiæ genero Imp. A. 1290. 6. Kal. Octobr. Erfordiæ.

RUdolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Sacri Imperii fidelibus præsen-
H tes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quantò jura personarum prodierint in lucem

(a) *Adolfus Comes Nassov.* f. Walrabi Com. Nass. in Wisbaden. ex Adelheide f. Dietericim Comitis in Catzenelenbogen, Electus postea in Regem Roman. 1292. 6. Jan. Coron. Aquisgrani Kal. May, Cæsus in prælio contra Albertum Regem commisso in agro Spirensi juxta Gelenheim & monasterium Rosenthal sepultus Spiræ.

(b) Castrum in Cuba (Gutteoberg.)

(c) *Filius noster.* Id est, Gerlacus, qui Patri in Comitatu successit.

tecem notitia clariore, tantò liquidius posteritati successuræ materia altercandi tollitur. Inquisi- A
tionis igitur circum specta præhabita indagine, scrutinioque solerti scire desideravimus, quid quantumve juris in Romano competat Imperio, & in Electione Romanorum Regis futuri Imperatoris, inclyto Regi Bohemiæ, Principi & filio nostro carissimo & hæredibus ipsius. Quo facto Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii nec non veteranorum communi assertione & concordi testimonio comperimus assonante, *ipsum Regem Bohemiæ Imperii debere Pincernam existere*, & jus ac officium Pincernatus apud eum, nec non ejus heredes jure hæreditario residere. Extiuit etiam di lucidè declaratum, prædictum Regem Buhemiæ & suos hæredes in Electione Regis Roman. futu- B
ri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad similitudinem aliorum Electorum eligendi plenarium jus & vocem. Hæc verò jura Pincernatus & Electoratus, nedum dicto Regi & suis hæredibus didicimus compétere, *sed etiam suis Progenitoribus, Abavis, Atavis, Proavis, Avis purè plenissimè competebant*. Volentes itaque dicti Regis & hæredum suorum dispendiis cavera, jus & officium Pincernatus in Imperio sibi & hæredibus ejus & non aliis competere, & in Electione Regis Roman. futuri Imperatoris habere jus & vocem clarè recognoscimus, approbamus & præsentium testimonio profitemur. Si quid autem diminutionis vel Calumniæ, quod non credimus, cavillosè, ma- C
litiosè & subdolè possit opponi, supplemus de plenitudioe potestatis in cujus rei testimonium præsens scriptum Majestatis nostræ sigillo fecimus Communiri. Datum Erfordiæ VI. Kalend. Octob. Indict. III. Anno Domini MCCXC. regni verò nostri XVII.

V. apud Gebwold. l. de Septemvir c. 9. Goldast. Constit. Imp. c. 2. p 85. Lambecium. Comment. Bibl. Vind. l. 2. c. 8. p. 828. V. & Freheri. tom. I. Scriptorum Antiq. rerum Bohem. p. 115.

C X.

Diploma Wenceslai Regis Bohemiæ. D

NOS Wenceslaus Dei gratia Rex Boem. Dux Cracoviæ & Sandomirie. Marchioque Moravie Sacri Romani Imperii Princeps & Pincerna, Notum facimus universis tenorem præsentium inspecturis tam præsentibus quàm futuris, quod nos confirmationem, rati habitionem & approbationem Serenissimi Domini nostri & Patris Karissimi, Domini Rudolphi incliti Rom. Regis semper Augusti, quas illustri Principi Ludovico Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, Consanguineo & affini tanquam fratri nost. Karissimo fecit de bonis quondam Conradi, filii olim Regis Conradi nati pie memorie Friderici quondam Imperatoris Romani, videlicet oppido Schongow, Castro Reitengow, Ambergow, Curia super monte, Curia Stauffe. villa Iglingen, villa Durncheim, villa Möringen cum toto Heybische, Castro Swabekke. Castro & oppido Swebis Werde, Castro Capfheim, oppido Novo foro, cum toto officio Perengow. novo Castro & Castro Schouenberg, E
quæ præds. Rex Conradus pro dote & in dotem, Elizabeth uxore suæ, matri videlicet Conradi sui filii predicti, ac illustrium Principum predicti Domini Ludowici & felicis recordationis Domini Henrici Ducum Bavvar. sorori assignavit, & de omnibus bonis suis aliis patrimonialibus, sive aliis quibuscunque ad ipsum de jure proprietatis titulo pertinebant eidem Duci Lodwico per predictum Conradum nepotem suum predicti Regis Conradi filium, datis & traditis, nec non cessionis & donationis omnium Bonorum suorum feudalium facte eidem Duci Lodvvico per predictum nepotem ejus Conradum de Advocatia Hersprukke, & Vilsekke, Amberch, Avvrbach, cum Castro Hohenstain & omnibus pertinentiis omnium prædictorum tàm in bonis, quàm hominibus, quæ predictus Rex Conradus, pater Conradi predicti à Babenbergensi Ecclesia habuit in feodata. sicut F
hæc omnia in ipsius Domini nostri Regis Rudolphi pateotibus instrumentis expressa & per eundem Dominum Regem Rudolphum facta sunt, approbamus & nostrum eis præbemus assensum presentium litterarum testimonio, quas ad majorem Cautelam sigillis nostris jussimus sigillari. Datum Pragæ Anno Domini millesimo ducenresimo nonagesimo primo XVII. Kal. May. indictione quarta.

Vid. apud Gebvvoldum. lib. de Septemvirat. c. 9.

CXI.

Diploma Ludovici Cog. Severi Comitis Palat. Rheni, Ducis
Bavariæ de A. 1282. G

LUdovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavvariæ, universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem à Domino sempiternam. Volentes serenissimi Domini nostri Rudolfi Rom. Regis semper Augusti devotè votis occurrere, & suis beneplacitis cum reverentia debita complacere, consentimus expressè, ac nostrum ad hoc liberaliter impertimur assensum, ut ipse in bonis, Castris & munitionibus convenientibus, quæ post sublimationis suæ tempora comparavit, Nobili viro Alberto de Schenckenberg, filio suo sexcentarum marcarum argenti redditus, ubicunque voluerit & quandocunque sue fuerit voluntatis, valeat assignare. Eidem assignationi seu collationi ex nunc, ut ex tunc, spontaneum & librum adhibentes consensum. Et ut premissa robur obtineant firmitatis, in evidens predicti consensus nostri testimonium memorato H
Domino Nostro Regi has nostras literas damus sigilli nostri munimine communitas. Datum Bopardiæ X. Kal. Octob. Indict. XI. Anno Domini. MCCLXXX secundo.

V. apud Freher. in recepis. Ep. ad Gebvvoldi monitoriam.

Quo Freher. Ep. cit. contra Gebvvoldum docet. Ludovicum non tantùm in Elect. ipsius Rudolfi Regis priores partes habuisse, sed etiam postra cum solùm actus Electorales absque fratris Henrici (quem etiam in Bav. Electorem evehere conatur Gebvvoldus.) Bavari D consortio peregisse. In probationem istius inter alia hoc Diploma & Ludovici Palat. cum Rudolfo Rege gestum producit Freherus.

CXII.

A
Diploma Rudolfi I. Imp, de A.1281.

RUdolfus Dei gratia Romanorm Rex semper Augustus Universis Sacri Romani Imperi fideli-
bus præsentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Regalis auctoritatis testimonio
hominum memoria labilis est & nihil est in ea, quod stabile perseveret, propter quod præsen-
tis vitæ negotia consumit & delet oblivio, nisi fidelis scripturæ testimonio in thesauris memoriæ
reponantur. Noverit igitur præsens ætas & noscat futuri temporis successura posteritas, quod Illu-
stres L. & H. fratres Duces Bavariæ, Comites Palatini Rheni, Principes nostri Charissimi, instrumen-
tum, literas sive privilegium conventionis cujusdam super quæstione seu lite de principatibus heredi-
B tariis seu contingentibus principatua eosdem inter ipsos vertitur, seu jamdudum est versa apud Vils-
hoven novissime celebratæ, sub eorum sigillis non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua sui parte
viciatum, nostræ celsitudini præsentarunt, petentes cum instantia ad tollendam rancoris & dissen-
sionis materiam, quæ inposterum super lite præmissa posset oriri, prædicta, instrumentum, privile-
gium seu literas cum adj-ctione pænæ infra positæ, munimine regio confirmari. Nos autem
considerantes, ex prædictorum Principum unione concordi & unanimi concordia thronum Regalis
Culminis eo firmius sublimari, *quondam Principes, qui ejusdem throni* (a) *egregia sunt Columna*,
in dilectionia fraternæ dulcedine solidius roborantur, ipsorum petitionibus favorabiliter annuentes,
C instrumenta, privilegia, sive literas prænotataa recipimus, approbamus, & antoritate regia confirma-
mus, statuentes & ordinantes, quod prædicti fratres nostri principes & eorum liberi, qui discretio-
nis annos attigerunt, pro se & aliis minoribus annis in nostræ majestatis præsentia corporale præsti-
terunt solenniter juramentum, quod contra ordinationem & conventionem in dictis instrumentis
seu privilegiis apud Vilshofen confectis, contentas ipsi vel hæredes eorum nunquam venient, nec
super præmissis principatibus vel eos contingentibus sibi, contra dictorum instrumentorum teno-
rem & formam aliquam quæstionem movebunt, nec contra præmissa rescriptum aliquod impetra-
bunt, nec privilegium allegabunt, renunciantes expresse pro se & suis hæredibus exceptioni doli ma-
D li in factum omnique auxilio juris Canonici vel Civilis, per quod dicta conventio sive ordinatio
posset infringi vel ab eorum altero immutari, & si, quod absit, eorum aliquis contrapræmissa veniret,
proscriptionis pænam, quam voluntariè de consensu Regio susceperunt in se, incident ipso facto
& pro proscripto, & tanquam proscriptus à nobis & Imperio quilibet reputari: In quarum scil.
confirmationis & pœnæ proscriptionis in casu præmissn testimonium, sigilla venerabilium, VV. Pa-
taviensis & H. Ratisponensis Episcorum & prædictorum L. & H. Ducum Bavariæ. una cum nostro
præsentibus sunt appensa. Datæ Ratisponæ. II. Kal. Julii indict. IX. Anno Dom. MCCLXXX.
primo, regni vero nostri Anno octavo.

E V. apud Gebvvold. in Antithes. ad M. Freherum.

CXIII.

ANno 1282. In vigilia B. Andreæ Apost. quæ Vigilia tunc fuit in prima Dominica Adventus
Domini. Ludovicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, feoda sua, quæ habet à Wissen-
burgensi Monasterio, recepit à Domino Edelino Abbate Wissenburg. coram Serenissimo
Domino Rudolfo Roman. Rege semper Augusto, præsentibus Domino Gotfrido præposito Ec-
clesiæ Patamensis, qui primùm factus est Episcopus ejusdem loci, Domino Marchione de Hoch-
F berg, Dn. Alberto & Dn. Burkardo Comitibus de Rotenburg, Sororiis prædicti Domini Regis,
Dom. Friderico Com. de Lyningen, Dn. Ottone de Obssenstein filio sororis prædicti Dom.
Regis, & quam plurimis aliis fide dignis Nobilibus & ignobilibus, tam clericia quam laycis.
Acta sunt hæc in claustro Wissenburg: in Stupa ipsius Dom. Abbatis Anno & die prædictis.

Vid, ex registratura libri Salici Wissenburgensis J. Schilter. in Comment, ad Jus Alem. Feud.
p. 208. ad c. 34.

CXIV.

G
Diploma Rudolphi I. Imper. Dat, Spirensibus 1273.

RUdolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis Sacri Imperii Romani
fidelibus præsentes literas inspecturis in perpetuum. Dignum censemua & consentaneum
rationi, ut eis, qui fide ac devotione præ aliis se ad nostræ beneplacita exhibent prom-
ptiores, in renovationibus privilegiorum suorum, & in aliis justis precibus & desideriis eorun-
dem præ cæteris etiam plus impendat nostra Serenitas gratiæ & honoris. Noverint igitur uni-
versi præsentes & posteri, quod dilecti fideles nostri civea Spirenses nobis humiliter supplicarunt,
ut dignaremur authoritate regia innovare privilegium inclytie recordationis quondam Friderici
Romanorum Imperatoris) cujus per omnia is est teoor. In Nomine Saultæ & in dividuæ Trinitatis
H Fridericus divina favente Clementiæ Romanorum Imperator Augustus. Majestas Imperialis exi-
git & authoritas, ut sicut. &c. Nos igitur inclinati precibus Civium prædictorum, ob grata, quæ
nobis & Imperio hactenus impenderunt obsequia, privilegium ipsum præsenti paginæ de verbo ad
psit negotium, provenisse nullus dubito. Interim duo satis mirari non possum. 1. Quod ipsam refutationem, antequam Veterum scripta & diplomata, quibus mea firmavi, inspexerat, aggressus fuerit. 2. Quod eâ inprimis antiquissimis literarum documentis ante sexcentos annos, ut dictum, exaratis, quæque unicuique adhuc in Originali ostendi possunt, luculenter firmata aggressus fuerit, illa vero, quæ potiori jure rationeque oppugnare atq; perstringere potuisset, penitus neglexerit; cum certum sit, me Clariss. quorundam Virorum Authoritate Eruditioneque præsertim in Genealogicis aliisque dubiis deceptum, aliquos admisisse errores, quos cum Ipse oppugnare vel refutare prætermiserit, ego ipse jam solo, quod magni facio, veritatis studio adductus, non infallibilitatem aliquam, qualem alii in cerebello suo sibi imprudentissimè fingunt, affectans, nondumque monitus corrigo in seqq. Quibus responsiones ad Excellentiss. Viri objectiones eâ quâ potui brevitate, subjungere placuit. Errata quædam typographica in fine corrigenda dedimus, reliqua leviora tuæ industriæ, B. L. relinquimus

Vale dat. Heidelbergæ. A. MDCCIX.
V. Kal. Febr.



AD



D *Tab. Genealogicam lit. B. & G.* Sigefridus Rheni Palatinus, Adelheidis filius, Henrici Palatini Domini de Lacu privignus, ejusdemque in Palatinatu Rhenano ex testamento successor, non Henrici Comitis Lovaniensis filius, neque rectâ seu masculinâ serie è Lovaniensibus, sed è Comitibus potius Lucenburgico-Salmensibus oriundus fuit, uti infra ostendam.

Occasione quoque hujus Genealogiæ Comitum Lovaniensium & Ducum Brab. quâ in re sententiam præstantissimorum rerum Brab. Scriptorum, Miræi videl. Divæi, Butkensij, Hæræi aliorumque: item Chiflerij & Blondellj secutus sum, quædam pro stabilienda vera Ducum Brab. genealogia hìc monere haud abs re esse duxi, miror que quod nullus horum, neque etiam eruditiss. D. Blondellus in Genealog. Franc. p. 172. in censura ejusdem Genealogiæ aliâs satis accuratâ contra Chiffletium hoc observaverit. Hi enim Lambertum 1. Comitem Lovan. Gerbergæ Carolo D. Lothar. natæ maritum, Lamberti 2. (quem A. 1054. 19. Junij occisum perperam tradunt, confundentes Lambertum Lovaniensem cum Lambetto Com. Lensensi, Eustachij Comitis Bolon. & Mathildis, quæ Lamberti Lovaniensis soror erat, filio A. 1054. occiso, uti docet Baldricus l. 3. Chron. c. 7. rectius Lambertum Lovaniensem circa Anno demùm 1063. defunctum docet eruditus Butkensius) patrem, Henrici avum statuunt;

Auctor vero Genealogiæ Caroli D. Loth. circa A. 1095. scriptæ. & Chronicon Manuscriptum. M.S. Medardi Suessionensis, Balduinus Avennensis in Chron. ex edit. Jacobi B. le Roy p. 4. & 27. Dinterus in Chron. D. Brab. Bucelinus aliique eundem Lambertum Gerbergæ maritum non Lamberti 2. sed Henrici Senioris patrem & Lamberti 2. avum fuisse tradunt. Ita enim Auctor Genealogiæ Caroli D. Loth. quæ legitur ad calcem Chronici Hugonis Floriacensis: Karolus Dux frater Lotharij Regis genuit Ermengardim & Gerbergam. Ermengardis genuit Albertum Com. de Namuco. Et Albertus genuit Albertum, qui nunc Mortuus est, à quo procreati sunt 4. filij Fridericus Præpos. S. Lamberti, Godefridus, Henricus & Albricus.

Ex Gerberga soror Ermengardis *genuit Henricum Seniorem Comitem de Brussella.* Henricus Senior genuit Lambertum & Henricum fratrem ejus & Mathildem sororem eorum. Hanc Mathildem duxit uxorem Eustachius de Bolonia & genuit ex eâ duos filios. &c. v. Jac. B. le Roy in not. ad Balduini Aven. Chron. p. 3. & And. du Chesne in Hist. Lucenburg. in Probat. p. 21. Et Chronicon M. S. Medardi Suessionens. hoc modo: Carolus Dux frater Lotharij Regis genuit Ermengardem & Gerbergam. Ermengardis genuit Albertum Com. de Namuco Albertus genuit Albertum qui nunc est. *Gerberga soror Ermengardis genuit Henricum Seniorem de Brusella. Henricus Senior genuit Comitem Lambertum & Henricum fratrem ejus & Mathildem. &c.* Balduinus Avennensis in Chron. p. 4. § 2. ita: Gerberga vero filia Caroli fratris Lotharij peperit Henricum Seniorem de Bruxella. Et hic Henricus genuit Henricum, Lambertum & Mathildem. Et p. 27. Carolus genuit 2. filias Ermengardim, quæ nupsit Comiti Namurcensi, &c. & *Gerbergam*, quæ nupsit Lamberto cum Barba fratri Raineri Longicolli, Comitis Montensis. Hic *Lambertus ex Gerberga genuit Henricum Seniorem Comitem Bruxellensem,* & ii fundarunt Ecclesiam S. Petri in Lovanio. Iste Lambertus præliando contra Episcopum Leodiensem Baldricum apud

Hust-

Huardil eum devicit, post modum in prælio fuit occisus apud Florinas. *Henricus Senior duos genuit filios Henricum primogenitum & Lambertum & unam filiam Mathildem, &c.* Et Edm. Dinterus in Chron. hoc m. Ex Gerberga filia Caroli D. Loth. Lambertus Comes Lovaniensis genuit Henricum Comitem & Marchionem Imperij. Henricus autem genuit Lambertum cum Barba. Lambertus genuit Henricum hujus nominis secundum, comitem. Henricus autem 2. genuit Henricum 3. Henricus autem 3. genuit (ex Adela Thuringicâ) Godefridum cum Barba hujus nominis Ducem primum. &c.

Qui certè Scriptores, cum sint antiquissimi ideoque haud contemnendi, sed fideportius dignissimi, eapropter verba eorum maximè notanda Eruditis & inprimis illis, qui antiquis litterarum res Brabantinas concernentium monumentis sunt instructi, ad ulterius discuriendum & examinandum relinquo, & jam, cum de his ce rebus in Monumento nostro Erchinoaldino aliquando fusius dicturi simus, non nisi breve Schema eorum Genealogicum hic subjicio.

Genealogia Comitum Lovan. juxta Sententiam Auctoris Genealogiæ Caroli D. Loth. Auctoris Chronici M. S. Medardi Suessionensis, Balduini Avennensis, Edm. Dinteri, Bu.elius. &c.

Lambertus Gerbergæ Carolo Loth. Duce natæ maritus.

Henricus Senior Com. Bruxellens. ctr. 1046. ux. N.

Henr. 2. Com. cæsus 1038. ux. Mathild. | Lamb. C. Lovan. mathild. ux Eu. ux Oda. f. Goz. D. Loth. stahij C. Bol.

Henr. 3. Comes Lovan. ux. N. | Eustachius Com. Bolon. | Lamb. Com. Lensensis cæsus 1054.

Rainerus Com. Lovan cæsus 1077. in Hasbaoia. | Henr. 4 Com. Lovan. ux. Adela f. Ottonis March. Thur.

Henr. 5 C. Lovan occisus in Torneamento 1096. | Gothofred. 1. Barb. Dux Loth. ux Ida f. Alberti 3. Com. Nam.

Genealogia Comitum Lovan. juxta sententiam Auctoris Genealogiæ S. Arnulfi, Divæi, Miræi, Butkensij, Haræi, Chiffletij, Blondelli. &c.

Lamb. Gerb. Carolo Loth. D. natæ maritus, 1015. denatus.

Henr. 1. Com. ex- sus ab Herm. capti- vo 1038. ux Mathil. | Lamb. Com. Lovan. occisus 1054. 19. Jun. Sep. Nivellis ux Oda. f. Gozelonis Ducis f. Herm. C. Ethani Loth. d. | Mathildis ux Eustachij Com. Bolon.

Otto Com. Lovan. ob. 1039. Adela Cunigunda Alcidis | Henricus 2. Com. Lovan. ob circa A. 1048. ux. Adela f. Ottonis Marcb. Thur. 1. nupsit Hermanno Lucenburg. Regi Roman 3. Henrico C. Palatino Rheni

Henr. 3. C. Lovan. occisus in Torneam. 1096. | Gothofred. 1. Barb Dux Loth. ob. 1139 15. Jan. ux. 1. Ida Namuc.

De Origine & Genealogia Henrici Brunsvicensis Comitis Palatini Rheni.

Ad tabulam Genealog. sub lit. B. Genealogiam Azonis Atestini Marchionis Longobard, à quo Henricus Brunswicensis Comes Palatinus Rheni & omnes reliqui Duces Brunswicenses, qui hodieque divinâ Clementiâ supersunt, revera rectâ seu masculinâ serie descendunt, ab Hugone Italiæ Rege (qui non Ludovici Orbi Regis Ital. filius, ut Galvanus Flamma in Chronico Majori ad A. 923. Auctor Chronici, cui titulus: Flos Florum, & Auctor Catalogi Archi Epis. Mediolanens. apud Ughellium in Ital. Sac. t. 4. p. 128. 129. neque Lotharij 2 Regis Loth. ex filio Lothario 3. Arelatensi, qui nunquam in rerum natura exstitit, nepos, ut Car. Sigonius, Browerus, Del Bene, Nostradamus, Octav. de Strada, Henningesius, Meibomius & qui hos secuti sunt Limnæus, Bucelinus, Spenerus aliique permulti existimarunt, neque Rudolfi Franciæ Regis frater, ut Belforestius somniat, sed Theobaldi Altenburgensis postea Arelatensis Comitis & Berthæ Lothario 2. Loth. Rege & Waldradâ natæ revera filius extitit, uti aliquando ex ipsius Hugonis Regis diplomate aliisque antiquis documentis in Monumento Erchinoaldino luce meridiana clarius & fusius ostendam, adde And. du Chisne Hist. Lucenburg. p. 14. & Blondelli Geneal. Franc. p. 99. & tab. 4. & 7.) ex Altenburgensibus veteris Burgundiæ Comitibus oriundo, deduci non posse certum est, licet eandem sententiam Henningesius, Bucelinus, Spenerus aliique permulti, quam & ego eorum authoritate erroreq; deceptus amplexus antea fueram, pertinaciter defendere conati fuerint, cum ex antiquitate Historicâ certum sit, Hugonis ejusdem Regis nepotem ex filio Huberto Marchione Tusciæ (Itali plerumque per Ubertum efferunt, alii vero eundem malè cum Henningesio, Bucellino &c. in Albertum & Orpertum transmutarunt) Hugonem videlicet Tusciæ Marchionem A. 1001. 21. Dec. Pistorij defunctum, nullos

nullos filios præter unicum naturalem *Obertum* reliquiffe, prout rectè quoque Actorum Sanct. Illustratores ad 7. fibr. p. 107. docuere.

Deinde idem Hugo Marchio Tufciæ confunditur à plerisque cum alio coævo Marchione Hugone Areftino, Alberti Marchionis filio & Azonis noftri patre; quod Cofmus della Rena in Hiftoria Marchionum Hetruriæ linguâ Italicâ confcripta rectè quoque obfervans p. 159. & 187. duos Hugones Marchiones probè diftinguit. Ille enim, ut dictum, Uberti filius A. 1001. 21 Dec. defunctus & Florentiæ in Monafterio S. Mariæ à matre ejus Willa exftructo, fepultus fuit, de quo v. & Chronicon Pifanum & Martyrologium Canon. Lucenfium apud Ughellium l. lit. t. 3. p. 859. & Baronij Annales ad A. 1001. Hic vero Alberti filius, cum filiis fuis Azone & Obizone prælio Henrici 2. Imp. contra Ardoinum Ital. R. juxta Papiam A. 1013. commiffo victus fugatusque fuit, prout ex antiquis documentis Car. Sigonius l. de Regno Ital. docet; quod denique etiam hifce deplomatis confirmatur: *Ego Ugo in Dei nomine glorioſiſſimus Marchio filius Uberti, qui fuit Marchio, &c.* V. Ughellii Ital. Sac. t. 3. p. 51. & in alio apud Cofmum della Rena l. c. p. 159. hoc modo: *per hanc cartulam vendo & concedo tibi, Hugo Dux & Marchio, filio b. m. Uberti, qui fuit Marchio, id eſt integra mea portione de curte & caſtello & Pojo, qui nominatur Papajana & Eccleſia, cui vocabulo eſt S. Andreæ &c.* In alio: *Ego Hugo in Dei nomine glorioſiſſimus Marchio, filius Domini Alberti, qui fuit itidem Marchio.* v. Ughelli l. c. t. 3. p. 50.

Neque etiam Azo hic Hugonis Marchionis filius, ex celeberrimæ Mathildis Duciffæ Tufciæ familiâ, cum Pigna aliisquo arceffendus eft, cujus Genealogiam ex Domnizonis vita Mathildis hic fubiicio:

	Sigefridus Comes Lucenfis.	
Sigefridus Com.	Ato. S. Azo Comes Canufinus Ottonis 1. Imp. Vicanus, ob. 976. idus febr. fep. Canufij. ux. Hildegardis.	Gerhardus Comes.
Gothofredus Epif. Brixienfis El. 970. ob. - - - - - Sep. Canufij.	* Thedaldus S. Theobaldus Com. Canuf. Marchio Ferrar. Tufc. ob. 1007. 8. id. May. Sep. Canufij. ux. Guillia f. - - - - ob. - - - - Sep. Canufij.	Rudolfus Com. ob juvenis A. - - - Sep. Canufij.
Thedaldus Epif. Aretin. ob. - - Sep. Canuf. Maria ux. Hug. Marchionis Longobard. d. - - ob. - - - - -	Bonifacius March. Tufciæ ob. 1052. 24. May occifus ab Baule ad ripam Olli juxta Cremonam, Sep. Mantoæ. 1. ux. Richildis. f. Gifelberti Com. d. 1021. ob 1035. - - 2. ux. Beatrix. f. Frid. 2. D. Loth. d 1036 2 nupfit Gothofrido D. Loth 1054. ob Pifis 1077. 18. Apr. Sep. ibidem à filia M	Conradus Com. ob ex vulnere male curato, in prælio accepto juxta Cavillolo A. 1030. 13. Julij. Sep. Canufij. ad patrem.
Fridericus ob. puer. - - Rudolfus ob. puer. - - Beatrix ob. infans - -	Mathildis n. 1046. uxor 1. Azonis March. - - - d. - - - - - - - - 2. Gothofriede D. Loth. d. - - - - - - - 3. Welfonis D. Bav. d. - - - - - - - - ob. Bervilo 1115. 24. Jul. æt. 69. an. Mantuæ (alii in pago Bottdeno) Sep in Mon. S. Bened. Padaliron.	Wilhelmus Epif. Papienfis. | Bonifacius. ob. paulo poft Pattem 1055. Sep Canufij.

* Thedaldus hic filius Atonis Comitis Canufini (qui confanguineus fuit Adelheidis Imperatricis) non nifi duos fratres habuit, Gothofredum videl. Epifcopum & Rudolfum Com. tefte Domnizone l. c. c. 3. non autem Atonem f. Azonem id eft Albertum fratrem, quem etiam *Sigebertum* dictum autumant Pigna & Sigonius, & fimul Azonis Marchionis, de quo fupra quæftio eft, patrem conftituunt. Certè *Thedaldus hic folus totum fervavit honorem,* ut loquitur Domnizo c. 3. id eft, ut Clariff. D. Leibnitzius in nuper editis Scriptor. rerum Brunfw. in notis p. 640. rectè interpretatur, folus fucceffit in ditiones & poffeffiones patris, ideoque meritò Sigebertus rejicitur, quem Sigonius Atoni filium, Theobaldo fratrem affignat, aut Albertus, Azo five Albertatius, quem Pigna. Verbofus vero ille Bucelinus fatis audacter, nullo quidem folido fundamento eundem Sigebertum in Sigefridum efformat, & fimul etiam Obertum dictum Hugonis Regis Ital. filium fuiffe fingit; verba ejus in Notit. Genealog. p. 39. hæc funt: *Hugonem* March. Tufc. *Oberti Sigefridi filium* fuiffe teftatur difertè fanctiffimus teftis proximusque eidem ætate Div. Pet. Damiani, & qui-

quidem si tanto viro dubites credere, de se ipso affirmat *Hugo Otperti filium* se nominans in citatis diplomatibus apud Monachos nostros Florentiæ, ut de hoc non minus certi sumus, quam de patre ejus Operto & avo Hugone Rege, de quibus nemo amplius possit prudenter addubitare. *Hugoni Azonem omnes tribunt filium*, testanturque Atestinorum Archivi & Scriniorum oculatissimi lustratores & Guelphorum Veterum apud Germanos non minus quàm Italos monumenta; Soli Casp. Schioppio suspectum Azonem Hugoni in Marchia non successisse, sed fratrem Hugonis Atonem s. Adelbertum. &c. Verum non solùm non dubitamus, sed jam certo certiusscimus, pleraque hæc Bucelini asserta falsissima esse. 1. Hugonem March. Tusciæ Hugonis Regis nepotem, patrem habuisse Ubertum s. Hubertum Marchionem, non vero Otpertum Sigefridum, jam supra ex antiquis diplomatibus ostendimus, Uberti enim & Otperti nomina diversissima esse (quorum illud Hugobertum, hoc vero Octobertum denotat) discere potuisset Bucelinus ex variis antiquis documentis ab Ughellio aliisve rerum Ital. Scriptoribus exhibitis. 2. Falsissimum est, Hugonem March. Tusc. in diplomatibus se nominasse *Otperti filium*, contrarium potius, quod scilicet in iisdem non Otperti sed Uberti filium se appellaverit, jam supra ostensum fuit. 3. Falsissimum quoque est, Hugonem Italiæ Regem filium reliquisse *Otpertum Sigefridum*. Sed Hugo Rex, teste Luitprando coævo & oculato l. 3. c. 5. filium habuit *Hubertum* ex Wandelmodâ Nobili fæmina prognatum, quem Marchionem Tusciæ constituit, quod præter eruditissimos Joh. Besly & And. du Chesne in Hist. Burg. l. 2. p. 136. 141. 608. etiam diplomate confirmatur, quod ex hibet Hon. Bouche in Hist. Provinciæ p. 796. hoc modo: *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. &c. Anno ab Incarnat. Dom. nostri JEsu Christi DCCCCXLV. regnante Domino Hugone Anno XIX. & filio ejus Lothario XV. Excellentissimis Regibus & Huberto filio ejus, inclyto Marchione atque piissimo Duce Anno II. Indict. III. Civitate Camerina. &c.* 4. Falsissimum, quod *omnes* Scriptores dicto Hugoni Marchioni Tusciæ, Hugonis Regis nepoti, *Azonem filium* attribuerint: Unusquisque enim, qui unum vel alterum attentionis oculum in Pignam aliosque Italiæ Scriptores injecerit, falsitatem asserti Bueliniani deprehendet. Verum missis hisce Bucelini quisquiliis, cujus centenos errores crassissimos à me jam annotatos alibi suo tempore ostendam; hoc tantùm addo, verissima certè esse, quæ Eruditissimus H. Conringius in censura diplomatis *Ludoviciniani* p. m. 177. de *Bucelino* edicere haud dubitavit. h. m. *Bucelinum perquam audacem in Historia, non certis & antiquis testimoniis infultum narrare qualibet, sed ex affectu animi huc illuc flexo.* Felicius forsan res procederet, si idem Azo Atestinus Marchio non quidem ab Hugone Rege, uti jam ostendimus, sed ab ejusdem Regis patruo Huberto Theobaldi Altenburgensis, postea Arelatensis Comitis fratre, deduceretur: Hubertum enim hunc in Italia sedem fixisse in Anonimi cujusdam Chronico Manuscripto satis antiquo in itineribus quondam meis me legisse memini, ita quidem, ut idem Hubertus filium habuerit æquivocum qui A. 936. moriens reliquerit filium Atonem seu Azonem Comitem, quod etiam Ughellius in Ital. Sact. t. 4. p. 493. 494 ex antiquis documentis confirmare videtur hoc modo: *Audaci successit Bruningus Episcopus A. 931. hic contractum iniit A. 938. cum Adelberto filio* Uberti *Comitis Astensis & Bertha, &c.* Hic Adelbertus vulgo etiam ab antiquis Ato & Azo appellatur, proinde eundem hunc *Atonem* Atestinum non confundendum, sed probè distinguendum esse moneo ab alio coævo *Atone* Comite Canusino, Hildegardis marito.

Porro *Atonem* hunc *Atestinum* Comitem filium reliquisse *Albertum* ab Ottone I. Imp. *A.* 965. in Marchionem constitutum docet *Lud.* Cavitelli in Annal. Cremonens. his vobis: *Et Albertum filium Atonis Reguli constituit Marchionem Atestinum A. 965.* (Otto I. Imper) *in agro Patavino*, & Guidonem Malatestam Comitem in Flamina, &c. deinde eundem *Albertum* Marchionem

Atesti-

Atestinum *A.* 995. defunctum, in eadem Marchia successorem habuisse filium Hugonem ex diplomate dato *A.* 997. mense Januario clarum est h. m. Ego Hugo in Dei nomine gloriosissimus Marchio, filius Domini Alberti, qui fuit itidem Marchio, V. Ughellii Ital. Sacr. t. 3. p. 50. Condidit hic *Hugo* Monasterium Pompoſiæ ad Padum V. Sigonii l. de regno Ital. l. 7. *& filios Azonem & Obizonem* (teste eodem Sigonio lib. cit. 7.) *reliquit*; De Theobaldo Supramemorato Altenburgensi, *Hugonis* Regis patre, *H*uberti & Eberhardi Comitum fratre, jam alibi in Monumento Erchinoaldino clarum feci, quod is videlicet ducta Berthâ Lotharij Regis Loth. & Waldradæ filiâ (v. Annales Bertin: ad A. 880. A du Chesne Hist. Burg. l. 2. p. 145 H. Bouchæ Hist. Provinciæ p. 789. 790. Nic. Chorierij Hist. Delphin. l. 10. p. 678.) ab Hugone ejusdem Lotharij R. & Waldradæ filio, cujus Dux exercitus fuerat v. Annal. Fuldens. ad 880, sibi circa A. 880 desponsatâ 1. administrationem simul Arelatensis Provinciæ obtinuerit, 2. quod ex hoc matrimonio *Hugo* Italiæ Rex natus fuerit, & quod 3. *Eberhardus* Comes Altenburgensis ejusdem Theobaldi frater natu major, propterea eandem affinitatis rationem in vita S. Deicoli c. 8. apud Bolandum in Act. Sanct. ad 18. Jan. *Waldrada Regina consanguineus* appellatus fuerit; quorum Genealogiam hic subjicimus.

Erchinoaldus Major Domus Franciæ sub Clodovæo 2. R. A. 660 denatus

Leudesius Maj. Dom. Fr. insidiis Ebroini Maj. Dom. juxta Cresciacũ 682. cæsus.

Ethico. 1. S. Adalric. Dux Alsat. Aleman. in Monast. Hohenburg cir. 720. denat.

Ethico. 2. (al. Etho, Hetto) Dux Alsatiæ. ob - - - - - - - - - -

Isimbarthus Com. & post Ulricum Dux Suev. ob. - - - ux Irmentrudis soror Hildegardis Imperatricis.

Albericus Comes Alsat. ob. - - - - - - - - - - - -

Ethico 2. Cog. Welfo. 1. C. Altorf. ux. Hegilvvigis Saxonica.

Eberhardus 1. Com. Altenburg. obiit Monachus in monast. Lutrensi.

Ethico 3. Com. Altorf. & Ravensburg. ob. Amergn viæ circa 878. ux. Juditha f. - - Regis Anglo-Sax.

3. Hubertus Com. Atest. - 890. ux. N. - - - - - - - - - -

2. Thetbaldus Com. Arelatens. ob. - - ux Bertha f. Lotharii R. & *Waldrada* d. 880. ob. Lucæ 925. 8. mart.

1. Eberhardus 2. Com. Altenburg. Monasterii Lutrensis. 869. in vasor. ob post A. 893. ux. Adaliudis. f. - - - Sept. ibid.

Henricus 1. periit in bello Norm. in Sax. 880. ux. Orina. Flandr.

Hubertus C. Atest. 916. ob 936. ux. Bertha. f.

Hugo Rex Ital. ob monachus. 947. ux. f Conc. Wandelmoda Nobilis.

Hugo cum Altenburg. ob monachus Lutrensis cir. 938. ux. Hiltegardis.

Henricus 2. C. Altorf. ob. cir. 910. ux. Hatta, f. Rathbothonis C. And.

Atos Albert. Com. Atest. ob. cir. 962. ux. N.

Hubertus. March. Tusc. ob. cir. 971 ux. Willa f. Bonif. M. Camerin.

Guntramnus Dives ob 946. 26. Mart. ux. N. - - -

Rudolfus. Com. Altorf. ob. - - ux. Itha. f. Cunonis D. Meraniæ.

Albertus March. Atest. ob. 995. ux. Alda f. Adelheid. f.

Hugo M. Tusc. n. 951. ob. 1001. 21. Dec. ux. Judit. f. - - ob. ἄπαις

Lancelinus C. Altenburgensis ob. 991. 2. Apr. ux. N. - - - Sonnebergica.

Welfo 2. Com. Altorf. ob. 1036. ux. Irmengard. f. Frid. Lucenburg.

Hugo marchio ob. 1014. ux. Maria. f.

Obertus filius Hugonis naturalis. ob. - - - - -

Ratbote C. Altenb. conditor Castri Habsburg. ob. 1027. 24. Mart. ux. Itha f. Frid. 1. D. Loth. ob. 1036. 23. Jul.

Welfo 3. D. Carinth. ob. ἄπαις 1055.

Cunigundis. d. - - ob. - -

uxor. Azonis march. n. 996. den. 1097 2. ux. Gersendis. f. Hereberti.

Wernharius 1. Comes a Habsburg. n. 1017. ob. 1096. 11. Novemb. ux. Regulinda f. Eberh. C. Nelleburg.

Welfo. 4. Dux Bav. ob. in Cypro 1101. 30. Mart. ux. Juditha f. Bald. C. Flandr.

Ad tabellam Genealog. sub lit. G. Welphorum antiquissimorum & in omni Historia celeberrimorum Originem hactenus non satis cognitam, quidam Præstantissimi rerumque Genealogicarum peritissimi viri Saxonicam Statuere, omnesque illos vetustissimos Welfos ex magni Witekindi fratre *Brunone* oriundos fuisse litteris prodidere, quorum sententiam me quoque secutum, sed jam, inspectis penitius atque examinatis antiquitatum documentis, erroneam nullisque Veterum testimoniis infultam esse lubens agnosco. Siquidem eos non ex Saxonia, sed ex alia antiquissima Agilolfingicâ videlicet familia Alemanno Bavaricâ oriundos, Welfumq; 1.

 Ju-

Judithæ Imperatricis patrem, non Brunonis, sed Isenbarti Altorffensis & Ravenspurgensis Comitis & Irmentrudis filium, *Hiltegardis* verò Reginæ Carolo Magno A. 768. nuptæ ex sorore nepotem fuisse certum est. Hinc exorta est illa Ludovicum Pium inter & Juditham Welfam uxorem ejus, à veteribus æquè ac recentioribus, Auctore videlicet vitæ S. Friderici Episcopi Trajectensis apud Surium ad 18. d. Julii, Adelmo in Annal Fr., Johan. de Beka in Vita S. Frid Episc., Wilh. Hedâ l. de Episc. Traject., Gerh de Leiden in Chron., Auctore Chronici antiqui Ultraject. Auctore Chronici magni Belgici, aliisque sæpè inculcata, ac in specie à Chifletio in Lumin. Geneal. p. 205. Bucelino in Notit. Geneal. Germ p. 35. & Joh. Clvero in Hist. Univers. p. m. 371 affirmata, à D. Blondello vero in Pleniori Assert. Genealogiæ Franc. p. 215. 216. frustra negata consanguinitas, adde & Trithemii Chr. Hirs, Mersæum & Crusii Annal. Suev. p. 2. l. 2. p. 47.

Quo autem fundamento quâque ratione Welfos iidem è Saxonia deduxerint non video, nisi fortè respexerint ad Lineam fœmininam, quâ per *Hegilwvigem Saxonicam*, & Brunonis supradicti forsan filiam, Welfi I. Comitis uxorem revera etiam repetendi sunt ex Saxoniâ, ita tamen, ut Thegani testimonium errandi ansam ipsis præbuisse videatur, qui lib. de gestis Lud. Pii c. 26. hæc tradit: *Accepit* (Lud. Pius) *filiam Welfi Ducis, qui erat de Nobilissima stirpe Bavarorum, & nomen Virginis Judith, quæ erat ex parte matris* (Hegilvvigis) *Nobilissimi generis Saxonici, eamq; Reginam constituit.*

Juditha autem hæc Imperatrix matrem habuit *Hegilvvigem* nomine (hinc falluntur illi, qui eam *Irmengardem*, vel alii, qui eum Manlio apud Raderum in Bav. St. p. 94. Brusehio, Chifletio in Lumin. Genealog. p. 205. Henschenio in Act. Sanct. t. 2. Febr. p. 361. *Irmentrudem*, vel, ut Author Chronici MSti apud R. Reineccium l. de Orig. Stirpis Brandeburg. p. 16. *Catilinam* vocant) quæ revera Saxonica, & vel VVitikindi magni, vel, ut mihi verisimilius videtur, fratris ejus Brunonis filia fuit, defuncto marito VVelfo I, in Virginum monasterio Calensi à S. Bathilde Clodovæi 2. Regis Fr. uxore, (& non à S. Crothilde Clodovæi I. seu Magni Francorum Regis conjuge, ut malè Tenzelius in Defensione Conr'ngianâ diplomatis Lindav. p. 312.) A. 662. vel seq. exstructo, Monialis & postea Abbatissa facta, corpus S. Bathildis Reginæ Ludovici Pii Imperatoris generi ejus jussu A. 833. 6. Kal. April. in ejusdem monasterii Ecclesia S. Crucis effodi & aliò transferri curavit, quo incorrupto reperto, Ludovicus ad sepulchrum eum Socru veniens lætatus est, atque Monasterium idem novis donationibus adauxit, uti Author translationis S Bathildis R apud Mabillonium in Act. Sanct. ord. S. Bened. sec. 4. p. 2. p. 450. & lib. de re diplom. l. 4 p. 255. & Bolandus in Act. Sanct. t. 2. Jan. p. 747. 748. testantur, adde & Roberti Galliam Christ. p 539. In quo monasterio dicta *Hegilvvigis* post A. 842. defuncta & sepulta fuit, quo verò præcisè anno? nondum mihi satis constat, hoc interim lego, Carolum Calvum ejusdem Hegilvvigis ex filia nepotem, defunctâ aviâ H, Abbatissam ejusdem loci constituisse nomine Ermentrudem.

Consanguinitatis autem supra memoratæ ratio inter Ludovicum Pium & uxorem ejus Juditham hæc esse poterit, quod vel Caroli Magni, vel Carolomanni fratris ejus filia Brunoni Witekindi Magni fratri A. 785. matrimonio juncta, eodem vel seq. anno genuerit Hegilwigem Judithæ Imperatricis matrem, vel, ut Auctor Genealogiæ Hugonis Capeti (quem quidam Thiardæum Episc. Cabilonensem fuisse autumant) apud Fratres Samarthanos in Hist. Genealog. Regum. Franciæ: *Bertham videlicet Carolomanni Regis Suessionensis & Germaniæ filiam, à patruo Carolo Magno, VVitekindo Saxonum Duci post initam concordiam fidemq; Christi susceptam in conjugem tanquam pacis obsidem datam fuisse* refert, quod tamen alibi in Annal. Francorum non legitur, eamque in rem vide Bolandi Acta Sanct. ad 13 d. Januarii p. 838. Quicquid autem sit, Hegilvvigem origine Saxonicam fuisse ex Thegani coævi testimonio certum est, sive illa fuerit Witekindi sive fratris ejus Bruno-

nisfisa, cujus jam Genealogiam saltem ex conjecturis, donec aliunde certior aliquis & clarior abditæ veritatis radius aliquando affulgeat, hanc subjicimus.

Pippinus n. 714. ex Majore Domus Rex Franc. ob. 765. 24. oct.
ux. Bertha. f. Chariberti Com. Laudun. ob. 783. 12. Jul.

Carolus Magnus Imp. n. 747. 2. Apr. ob. 814. 28. Januar. æt. 67. in Aquisgrani, ux. 1. Hiltegardis. f. Childebrandi. D. Suev. nata. cir. A. 752. ducta. 768. denata. 783. 3. Apr. | Gisala. n. 757. Abbatiss. Suessionensis. ob. 811. | Carolomannus Rex Germ. n. 751. Berthæ Desiderio Rege Longobard. natæ maritus A. 765. & A. 771. 4. Dec. denatus. | Warnekinus. Dynasta. Angriæ Westphal. ux. Cunhild. f. Reg. S. Ducis Rugiæ.

Pipinus. n. 770. ob. | Bertha. uxor. d. 785. ob. | Brunonis D. Saxon. ob. | Witekindus Magnus D. Sax. A 807. al. 817. 7. Jan. prælio cæsus.

Hegilvvigis. n. cir. 786. ux. Welfi. 1. d. cir. 808. ob. Abbatiss. Calensis post A. 841

Carolus Rex Bav. n. 768. ineunte vel initio sequentis ob. 811. 4. Dec. | Ludovicus Pius. Imp. n. 778. ob. 840. 20. Jul. | maritus (Judithæ natæ cir. 804. Ludovico A. 819. Ingelheimii nuptæ, & A 843. 24. Apr. denatæ.

Carolus Calvus Imp. natus 823. 13. Jun. Francofurti, Irmentrudis & exinde Richildis maritus, A. 875. 6. Oct. veneno exstinctus & Parisiis ad S. Dionys. sepultus.

Secunda Consanguinitatis ratio hæc est; quod *Irmentrudis* Hiltegardis (*) Reginæ soror & Childebrandi D. Suev. filia, nupserit Isembardo Comiti Altorfiensi & Ravensburgensi & post Ulricum Suev. Duci, Warini filio, teste Monacho Sangallensi l. 2. de gestis Caroli Magni apud And. du Chesne t. 2. Script. Fr. p. 124. quo matrimonio natus est Welfo I. Hegilvvigis Saxonicæ maritus & Judithæ Imp. Ludovico Pio A. 819. nuptæ pater, uti ex seq. Genealogia Welforum hactenus non satis cognitâ, quibus non solùm Marchiones & Electores Brandeburgici, sed omnes etiam, uti putamus, Sabaudiæ Duces originem ducunt, quamque aliquando cum rationibus, & probationibus ex Historica antiquitate petitis librò peculiari exhibituri sumus, clarius elucescet:

S. Arnulfus Epis. Meten. n. cir. 570. ob. 641. 16. Aug. ux. Doda. f. | Gothofredus Magnus Dux Suevorum ux. N.

Ansigisus Major Dom. occisus in Venatione cir. 682. ux. S. Begga f. Pippini de Landis Maj. Dom. ob. 698. | Houchingus Dux Suevor. ux. N.

Pippinus Heristallus Major Domus ob. 714. 16. Dec. ux. 2. Alpais soror Dodonis Com. ob. circ. 715. | Nebi D. Suev. ux. N. | Wegenlenzo. Com. Hegoviæ & Turgov. ux. N.

Carolus Martellus Maj. Domus n. cir. 658. ob. 741. 22. Oct. ux. 1. Rhuotrudis. | Childebrandus Dux Suevorum. ob post A. 751. - maritus - Immæ d. ob. | Warinus Dux Suev. ob post A. 796. ux. N. f. Ethiconis D. Alsatiæ. d. ob.

Pipinus R. Fr. Berthæ maritus, 768. 24. Sept. denatus

Carolus magnus. Imperator n. 747. 2. Apr. ob. 814. 28. Jan. - maritus - Hildegardis. n. 752. d. 768. ob. 783. | Irmentrudis d. - uxor - Isembarthi Com. post. Ducis Suev. ob.

Welfo 1. Hegilvvigis Saxon. maritus, A. denatus.

Carolus R. Bav. n. 768. vel initio sequentis ob. 811. 4. Dec. in Bav. | Ludovicus Pius Imp. Anni. n. 778. ob. 840. 20. Jul. - maritus - Judithæ d. 819. ob. 843. | Ethico C. Al. torf. ob. 876. ux N. | Conradus D. Burg. ob. 862. 16. Feb. | Rodolfus ob. 866.

Carolus Calvus Imp. n. 823. 13. Jun. 1. Irmentrudis, 2. Richildis maritus. A. 875. 6. Oct. denatus | Henricus. Coga. cum aureo curru Com. Altorf. Ravensburg. ob. in Saxon. A. 880.

(*) Hanc Hildegardem Childebrandi D. filiam, non A. 732. die S. Sabinæ f. 21. Aug., ut malè Bruschius & Crusius p. 1. A. S. p. 295, sed circa A. 752. natam, ut rectè Henschenius in Act. Sanct. ad 30. d. April. p. 791. deinde etiam non secundam Caroli Magni uxorem, uti H. Contingius in Diplom. Lindav. & cum eo malè J. E. Tentzelius in Defens: Conringiana, & Nat. Alexander in Selectis Historiæ Eccles. sæculi 9. & 10. p. 742. neque tertiam ejus uxorem, ut Haræus in Annal. Brab & nuper D. Pregizerus Consil. D. Wirtemberg. & Profes. Tübing l. deß Teutschen Regierungs und Ehren-Spiegels p. 7. aliique quam plurimi, sed primam Ca-

roli

roli uxorem fuisse Origine Francam Childebrandi videl. Pippino Heristallio natâ filiam, ex Epistola Zachariæ 4. P. R. ad Carolum Magnum ejusque fratrem Carolomannum luce meridianâ clarius patet; Neque etiam hæc A. 771. ut Conringius & cum eo Tentzelius lib. cit, sed A. 768. vivente adhuc Patre ejus Pipino Rege, ipsi matrimonio juncta fuit; Anno enim eodem exeunte vel certè sequentis initio Carolo Magno ex eadem Hiltegarde natus est primogenitus *Carolus* postea Bavariæ Rex A. 811. 4. Dec. in Bavaria denatus, teste Thegano lib. cit. aliisque Annalium Franc. Scriptoribus.

Hiltegarde autem hac dimissâ, hortatu patruelis Adalardi Comitis Palatii & Abbatis postea Corbejensis, ut & matris Berthæ A. 770. matrimonio sibi junxit Ermengardem Desiderii R. Longobard. filiam v. Annales Franc. ad 770. & vitam Caroli M. apud A. du Chesne t. 2. Script. Franc. p. 4. 28. & 86. quam tamen anno evoluto, eo quod sterilis vitioque corporis laboraret & clinica esset, urgente inprimis Stephano 4. P. R. frustraque renitente Adalardo repudiavit, prioremque Hiltegardem ejusdem Pontificis jussu repetiit (v. Hist. nost. Palat. p. 149.) Stephanus enim in litteris ad Carolum M. & fratrem ejus Carolomannum notatu dignissimis, quas And. du Chesne t. 3. Script. Fr. p. 761. exhibet, ad eandem recipiendam Carolum hortatur hoc modo:

“ Dominis Excellentissimis filiis, Carolo & Carolomanno Regibus Francorum & Patritiis Romanorum. Stephanus Papa. Dum omnium. Electorum Dei præcipuam vitam & digna operum merita in nostram memoriam revolvimus. &c. Itaque nostræ perlatum est notioni, quòd certè cum magno cordis dolore didicimus, *quod Desiderius Langobardorum Rex* vestræ persuadere dinoscitur Excellentiæ *suam filiam* (Ermengardem) *uni ex vestra fraternitate in connubio copulare.* Quod certè si ita est, *hæc propria Diabolica est immissio & non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimæ adinventionis esse* videtur &c. Quæ est enim, præcellentissimi filii, magni Reges, talis desipientia, ut penitus vel dici liceat, quod vestra præclara Francorum gens, quæ super omnes gentes enitet, & tam Splendiflua ac Nobilissima Regalis vestræ Potentiæ proles, perfidâ, quod absit, ac fætentissima Langobardorum gente polluatur, quæ in numero gentium nequaquam computatur, de cujus natione & leprosorum genus oriri certum est? Nullus enim, qui mentem Sanam habet, hoc vel suspicari potest, ut tales nominatissimi Reges tanto detestabili atque abominabili contagio implicentur, &c. Etenim mitissimi & à Deo instituti benignissimi Reges, *jam Dei voluntate & consilio, conjugio legitimo ex præceptione genitoris vestri* (Pippini Regis) *copulati estis, accipientes* sicur præclari & Nobilissimi Reges, *de eadem vestra patria*, scil. *ex ipsa Nobilissima Francorum gente, pulcherrimas conjuges, & earum vos oportet esse adnexos.*

Et certè *non vobis licet, eis dimissis, alias ducere uxores*, vel extraneæ nationis consanguinitate immisceri. Etenim *nullus ex vestris parentibus*, vel *neque avus vester, neque proavus*, sed *nec vester genitor, ex alio regno vel extraneâ natione conjugem accepit.* Et quis de vestro genere Nobilissimo se contaminare & commiscere cum horrida Langobardorum gente dignatus est, & nunc vos suademini, quod avertat Dominus, eadem horribili gente pollui? &c. Impium enim est, ut vel penitus vestris ascendat cordibus, *alias accipere uxores super eas, quas primitus vos certum est accepisse.* Non vobis convenit tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis & alios, ne talia agant, corripitis. Hæc quippe paganæ gentes faciunt. &c. Recordamini & considerate, quia oleo sancto uncti per manus Vicarii B. Petri cœlesti benedictione estis sanctificati, & cavendum vobis est, ne tantis reatibus implicemini. Mementote hoc, Præcellentissimi filii, quod S. recordationis prædecessor noster Stephanus Papa Excellentissimæ memoriæ genitorem vestrum obtestatus est, *ut nequaquam præsumeret, dimitteret Dominam genetricem vestram* (Bertham.) & ipse sicut revera Christia-

“ nissimus

" nissimus Rex ejus salutiferis obtemperavit monitis. &c. Itaque & hoc puto ad
" vestram referre studere memoriam, eo quod *dum Constantinus* (Copronimus)
" *Imp. nitebatur persuadere* s. mem. mitissimo *vestro genitori ad accipiendum conjugio*
" *Filii sui Germanam vestram. Nobilissimam Gisilam* neq; vos aliæ (lege alii) nationi li-
" cere copulari, sed nec contra voluntatem Apostolicæ Sedis Pontificum quoquo
" modo vos audere peragere. Et quam obcausam nunc contra Apostolica man-
" data & voluntatem Vicari Apost. Principis agere conamini, quod nunquam ve-
" ster pater perpetravit, &c. Quaptopter B. Petrus &c. & nos cum Episcopis
" sub divini judicii obtestatione vos adjuramus per Deum vivum & verum, qui
" est Judex vivorum & mortuorum & per ejus ineffabilem Divinæ Majestatis po-
" tentiam & per tremendum futuri Judicii diem, ubi omnes Principes & potesta-
" tes & cunctum humanum genus cum tremore assistere habebimus, nec non per
" omnia divina ministeria & Sacratissimum corpus B. Petri, *ut nullomodo quisquam*
" *de vestra fraternitate præsumat filiam jam dicti Desiderii Langobardorum Regis in*
" *conjugium accipere, nec iterum vestra* Nobilissima *Germana* DEo amabilis *Gisila tri-*
" *buatur filio præfati Desiderii. Nec vestras quoquomodo conjuges audeatis dimit-*
" *tere. &c.*
" Præsentem itaque nostram exhortationem atque adjurationem in confes-
" sione B. Petri ponentes, & sacrificium super eam atque hostias Deo nostro offe-
" rentes, vobis cum lacrymis ex eadem S. Confessiono direximus. Et siquis,
" quod non optamus, contra hujusmodi nostræ adjurationis atque exhortationis
" seriem agere præsumserit, sciat se auctoritate Domini mei B Petri Apost. Prin-
" cipis *Anathematis vinculo* esse innodatum & à Regno Deo alienum, atque cum
" Diabolo & ejus atrocissimis pompis & cæteris impiis æternis incendiis concre-
" mandum, deputatum. At verò, qui observator & custos istius nostræ exhor-
" tationis extiterit, cœlestibus benedictionibus à Domino Deo nostro illustratus,
" æternis præmiorum gaudiis cum omnibus Sanctis & Dei Electis, particeps effi-
" ci mereatur. Incolumem Excellentiam vestram gratia superna custodiat.

Porro monendum quoque hic esse censeo, *Carolum Magnum* non A. 742. natum, uti passim in Hist. Palatina exposui, Eginhardi testimonio seductus, qui Carolum A. 814. ætatis verò 72. defunctum refert, cum tamen ipse alibi confiteatur, se *de Caroli nativitate* nihil unquam certi indagare potuisse; Quin potius *eum A. 747. in lucem editum* fuisse, peculiari aliquando dissertatione certioribus antiquitatum documentis edoctus ostendam, *& quidem 4. Non. Aprilis*, uti J. Mabillonius in Supplemento ad lib. de re diplom. ex Calendario Lauris haimensi antiquissimo, 9. Sæculo scripto egregiè docuit; Deinde etiam Carolum non in Thuringia natum, prout alibi cum Browero tradidi, (distinguenda enim est conceptio à nativitate ipsa) neque Ingelheimii, ut alii quam plurimi, sed vel Aquisgrani, ut Mabillonius l. cit. ex Monachi Sangallensis lib. de gestis Caroli M., qui *Aquisgranum Caroli natale solum* vocavit, vel in Bavaria, ut Aventinus in Annal. Bav.

Ita etiam Natal. Alexander SS. Theol. D. Paris. in selectis Historiæ Eccles. sæculi 9. & 10. p. 742. egregiè fallitur, quando Carolo Magno 8. uxores, nullas verò Concubinas adscribit, eo proculdubio fine intentioneque, ut eundem remotis omnibus obstaculis, eo melius in numerum Sanctorum referret; cum tamen fide Annalium Francorum Antiquis. certum sit, Carolum 4. uxores, 5. verò concubinas, *Himiltrudem* videlicet (quam ante legale matrimonium adscivit) *Mathalgardem, Gersvvindam, Reginam & Adelvidam* habuisse, teste Eginhardo Aulico coævo oculatoque, in vita Caroli et Annalibus ejus Francorum aliisque Annalium Franc. Scriptoribus: item Baronio in Annal. Ecclesiast.

Ad pag. 280. sub lit. II. Diximus *Henricum*, qui se *Comitem Palatinum Rheni & Dominum de Lacu* seu Castri ad Lacum diœceseos Trevirensis, in quo ipse cum familia sua sedem fixerat, scripsit, testibus literis ejus et Sigillo, quarum originale ego ipse inspexi; uti jam in Historia Palat. p. 227. exposui, *Principem* ex testimonio

Bertholdi Constant. *ditissimum*, Henrici 4. Imp. partes contra Hiltebrandum s. Gregorium 7. P. R. constantissime ad mortem usq; secutum fuisse, magno etiam Cæsaris prælio A. 1080. idibus Octobris feria 5. juxta fluvium Elsteram commisso, quo Rudolfus Rheinfeldensis Rex à Saxonibus electus cæsus fuit, interfuisse; quod etiam confirmare videtur Bruno lib. de Bello Saxonico p. 149. ex editione Freheri nostri, ubi etiam ejusdem, quem *ditissimum Comitem Henricum de Lacha* vocat, meminit his verbis: "Henricus (4. Imp.) mox ut eos vicissim misceri conspexit, se " (sicut solitus erat) in fugam dedit. Exercitus verò ejus tanta virtute nostris instabant, " ut quibusdam terga dantibus ad illorum castra fallax fama veniret, quæ Saxo- " nes esse victos ore mendacii cantaret. *Ratbodo* unus de summis Principibus por- " tatur occisus, quem, qui ferebant his, qui in castris erant, de longè *fugite, fugite*, " clamabant, *Otto* namque Dux (Bavariæ) ad sumptâ peditum turmâ, illis qui no- " stros in fugam verterant, æquam vicem rependit, eosque terga sibi monstrantes " insequi non ante desistit, quam eos per media castra festinantes, fluvium satis " cum periculo transisse conspexit. Nam ferè non minor hostium pars in fluvio, " quàm in prœlio periit. Tunc pedites plenam se sperantes victoriam, castro- " rum volebant invadere rapinam. Sed *Otto Dux prudens in bello* timens ne adhuc " hostes aliqui post terga remansissent, monuit eos à præda manus interim con- " tinere, donec certi, quod nullus hostis â tergo latuisset, securi possent hostilia " castra diripere. Itaque reversus cum peditibus invenit in loco prælii *Henricum* " *de Lacha* (Comitem Palatinum) *cum maxima Parte Exercitus* (Henrici 4. Imp.) " jam quasi de victoria triumphantem & Kyrieeleyson læto clamore canentem.

" Quam multitudinem quum vidisset Otto Dux, voluit eam devitare pri- " mò, quod non eam turbam se vidit habere, cum qua eum tanta legione puta- " ret tutum pugnare: Sed rursus recogitans, quod DEO non est difficile, multos " in paucis vincere, fortiter eos adivit, & (DEO dante ipsis spiritum timoris) cito " eos in fugam convertit. Omnibus ergo aut in fluvio mersis, aut ultra fluvium " fugatis, nunc, ait Dux Otto, castra securi perquirite, nunc tuti quicquid in vene- " ritis, accipite, & quicquid hodie fuit hostium, vestra virtute vobis præstante, " vestrum vocare. His verbis nondum finitis, hostilia castra pervadunt, & " omnia quæ sunt inventa, festinanter invadunt. Sunt autem inventa multa pre- " tiosa tentoria, multa Episcoporum Scrinia, Sacris indumentis & vasis plena, " multa vasa argentea & aurea cottidianis usibus apta, multæ quoque argenti & " auri Laminæ, multaque maxima pars numeratæ pecuniæ, equi quam plurimi " & optimi, arma generis universi, mutatoria cæteraque sine æstimatione vesti- " menta, vel ut breviter dicam, quicquid Episcopi Coloniensis fuit, Episcopus Tre- " virensis, & alii ferè quatuordecim secum attulerant, quicquid *Fridericus Dux* " (Sueviæ, Hohenstaufius) *Henricus Comes* (de Lacha seu de Lacu, Palatinus) *cæ-* " *terique ditissimi homines* secum portavērant, quicquid *in Erphesfort* rapuerant, " omnia illa nostri simul diripientes ad castra sua venerunt triumphantes.

Et ad pag. 277. sub lit. D. Ejusdem quoque *Henrici Rheni Palatini* nostri, *Domini de Lacu* Irenicus multa tamen falsa veris miscens in Exeg. Germ. l. 5. p. 176. meminit his verbis: *Primus tunc* (1) *in Imperii Electorem Henricus Palatinus* (2) *abivit, cujusdam Henrici* (3) *filius, cujus majores* (4) *à Weissenburgensibus feudas, ut ita loquar, Sortiebantur. Hic Henricus ergo ducta in conjugem Adelheide* (5) *mortui cujusdam Brabantini Comitis* (6) *uxore, tunc viduâ ac prolis Carentia,* (7). *Sigefridum præfatæ Adelheidis ex priore marito* (8) *filium, Palatinatui præfecit. Hunc Sigefridum ali- qui primum Palatinum dixerunt:* (9) *verùm falluntur, ut liquidè Lacensium Annales testantur. Hic Sigefridus 2. munere insignitus Electorio, copulatâ filiâ suâ Kunigunda* (10) *St. Henrico 2. Imper. in matrimonium, plenus annis Palatinatum filiis suis Ezelino* (11) *ac Conrado* (12) *tradidit. Ezelino Successit Lutolphus filius ejus,* (13) *inde Conradus tempore Henrici 5. Imp.* (14) *post hunc aliqui Palatinatum defecisse dicunt: & quendam è genere Friderici Monoculi* (15) *Palatinum constitutum fuisse à patruo suo Conrado 3 Imp.*

(16) *Me-*

(16) Meminit hujus Palatini Otto & Ligurinus. Volunt & Henricum superbum (17) qui à Friderico. 1. ob inobedientiam Bavariâ & Saxoniâ privatus est, Palatinatum (Rheni) obtinuisse, (18) Ille planè omnium tunc temporis Principum maximus, ut amplissimis totius Germaniæ duobus Ducatibus, ac Brunsuigo & Palatinatus possessione praditus, amissis duobus Ducatibus, Palatinatum filio suo Henrico tradidit. (19) Dicunt & eodem tempore Engerum quendam Palatinum fuisse hujus fratrem (20) Post hunc Henricus de vera lineâ ultimus, (21) dum nescio, an Terram Sanctam vel aliud Orbis iter tentare voluit? naufragio obiit, (22) relicta unicâ filiâ Gertrude. (23) ex tota ejus progenie superstite, quam Otto Dux Bavariæ Ottonis illius de Scheuren nepos (24) in conjugem sibi assumsit. (A. 1225) Hic Otto Palatinatum Bavariæ conjunxit, & ab illo Solo omnes hodie Palatini ac Bavarorum Duces emerserunt. &c.

1. Hic gravissimè errat Irenicus, dum Henricum hunc, per quem Rheni Palatinum, Dominum de Lacu intelligit, primum Imperii Electorem constituit, cum Electores ex ejusdem Irenici sententia, Ottonis 3. Imp. tempore A. 996. instituti fuerint, quo tempore Henricus hic nondum in rerum natura fuerat.

2. Quo Henricum Rheni Palatinum Dom. de Lacu Henrici, quem veteres etiam Hezelinum vocant, filium intelligit, A. 1095. in summa Senectute absque liberis defunctum.

3. Hic Henricus, antiquis Hezelinus dictus, Ezonis id est Erenfridi, Rheni Palatini frater & Hermanni Palatini Arnulpho Duce Bavariæ prognati, qui Eberhardo Palatii Comiti & Franconiæ Duci ab Ottone 1. honeribus privato & proscripto, Anno 939. in Dignitate Comitivæ Palatii successerat, filius fuerat.

4. Per Henrici Palatini Domini de Lacu *Majores* Irenicus *Franconiæ Duces*, Eberhardum videlicet jam memoratum, de quo in Historiâ Palatin. fusius egimus, intelligit.

5. *Adelheidis* hæc Ottonis Marchionis Thuringiæ Orlamundani filia, primis nuptiis Henrico 3. Comiti Lovaniensi, secundis verò Hermanno Lucenburgico Salmensi Comiti postea Regi Roman. sociata, & hoc A. 1088. defuncto, tertiò nupsit Henrico nostro Rheni Palatino Domino de Lacu, de quâ infra fusius dicturi sumus.

6. Fallitur hìc Irenicus, nam Henricus Rheni Palatinus noster *Hermanni viduam* Adelheidem, prout rectè quoque tradunt Browerus in Annal. Trev. ad A. 1099. p. 572. §. 120. & ad A. 1113. p. 10. & Gelenius in vindiciis B. Richezæ Polon. Reginæ, Ezonis Rheni Palatini filiæ in annotat. ad c. 2. §. 14. qui autem non Brabantinus, sed, ut dictum, Lucenburgico-Salmensis Comes exstitit, circa A. 1089. uxorem duxit.

7. *Prolis carentia*, lege prole carente. Et hoc quoque falsum est, Adelheidis enim ex duobus prioribus maritis multos liberos peperit, uti infra ostendemus.

8. Sigefridus Palatinus Rheni Henrici Palatini, Dom. de Lacu privignus ejusdemque in Palatinatu Rhenano A. 1095. Successor, Adelheidis ex priori marito, quem diximus, Hermanno filius, circa A. 1079. natus, A. 1113. in Saxonia ab Hoyero Mansfeldio Henrici 5 Imp. Duce Exercitus occisus fuit.

9. Confunditur hìc ab Irenico Sigefridus Palatinus Rh. Hermanni & Adelheidis filius, cum Sigefrido Comite 1. Lucenburgico. Illum enim Henrici Rheni Palatini privignum, nemo mortalium *primum Rheni Palatinum* appellavit, hunc vero quam plurimi, nullo certo authore aut veteris diplomatis testimonio, aut ratione, Rheni Palatinum efficientes, per solam insaniam fabulati sunt, uti jam in Hist. nostra Palat. c. 1. p. 3. ostendimus.

10. Hìc plurimi errores occurrunt. 1. Falsum enim est, Sigefridum, qui à vitrico suo Henrico Palatinatum Rhen. obtinuit, filiam habuisse *Cunigundam*. S. Henrico 2. Imp. matrimonio junctam. Confunditur itaque, uti jam diximus, Sigefridus Rheni Palatinus cum Sigefrido Comite 1. Lucenburgico, S. Cunigundis

Impe-

Imperatricis patre, cujus genealogiam dedimus in tab. sub lit. F. 2. Falsum, quod *Ezelinus* seu Ezo, id est Erenfridus Rheni Palatinus filius fuerit Sigefridi & frater Conradi & S. Cunigundis Imperatricis, & quod patri Sigefrido in Palatinatu Rheni, quem nunquam habuit vel possedit, successerit. Certè si Ezelinum hunc Palatinum Ludolfi patrem, Hermanni Palatini ex Bavaria oriundi filium scripsisset Irenicus, rem acu tetigisset. 3. Falsum, quod Sigefridus Lucenburgicus, S. Cunigundis Imperat. pater, quem Irenicus cum Trithemio aliisque quam plurimis in Hist. nostra Palatina p. 3. recensitis perperam Rheni Palatinum fecére, filium reliquerit *Conradum Palatinum*. 4. Falsum, quod Ezelino Rheni Palatino in Palatinatu successerit filius ejus *Ludolfus*, cum certò certius sit, eundem Ludolfum jam A. 1032. ante Patrem Ezelinum è vita excessisse, prout jam ostendimus. 5. Falsum quoque, *Conradum* Ludolfo jam memorato Ezelini filio in Palatinatu Rhenano successisse Henrici 5. Imp. tempore, quo Sigefridus Adelheidis filius & Henrici Palatini Domini de Lacu provignus floruit. Confundi itaque ab Irenico videtur Conradus hic cum Conrado Ludolfi jam dicti filio, & Henrici cognomine furiosi & Monachi fratre, qui tamen Palatinatui nunquam præfuit, sed A. 1049. Dux Bavariæ electus & non diu post eodem Ducatu privatus, tandem A. 1055. vel seq. veneno, testibus coævis, in Hungaria periit, de quo in Hist. Pal. egimus.

11. Errant hic Irenicus cum Thrithemio & qui hos sequuti sunt. Ezelinum enim non Sigefridi Lucenburg. quem Rheni Palatinum fingunt, quique ne glebæ quidem ex tam vastis ditionibus Palatinis possessor unquam extitit, sed Hermanni Palatini ex Bavaria oriundi filium fuisse, jam in Hist. Palatina ex antiquitate Historica ostendimus.

12. Falsum quoque, Ezelinum Rheni Palatinum fratrem habuisse *Conradum*, neque etiam *Sigefridus* Lucenburgicus unquam filium habuit nomine *Conradum* neque etiam talis à quoquam fingi nisi audacissimè potest.

13. *Ludolfum* Ezelini Rheni Palatini primogenitum jam ante patrem defunctum fuisse, jam supra diximus, proinde Patri ipse in Palatinatu succedere non potuit.

14. Falsum quoque, Rheni Palatinum quendam nomine *Conradum* sub Henrico 5. Imp. Palatinatui præfuisse Rhenano; Sigefridum enim, & hoc A. 1113. defuncto, filios ejus Sigefridum & Wilhelmum ejusdem Imperatoris tempore Palatinos Rheni fuisse, jam alibi monuimus.

15. Hic Irenicus per Rheni Palatinum è genere Friderici Monoculi Ducis *Conradum* fratrem Friderici 1. Imp. & Friderici Cogn. Monoculi Sueviæ Ducis filium intelligit, de quo infra pl.

16. Deinde falsum quoque, eundem *Conradum* jam memoratum Suevum, à patruo suo Conrado 3. Imp., cujus Genealogiam in Hist. Palat. in tab. sub lit. B. exhibuimus, in Rheni Palatinum evectum fuisse; cum ex veterum monumentis certum sit, eum demum A. 1156. defuncto absque liberis Hermanno Rheni Palatino, qui Conradi 3. Imp. ex sorore neptem uxorem duxerat, à Friderico 1. Imp, Conradi 3. Imp. ex fratre nepote Palatinatum obtinuisse Rhenanum.

17. Henricum Catuli filium, Stirpe Guelfum, quem posteritas *Superbi cognomine* distinxit, Fridericus 1. Imp. Saxoniæ & Bavariæ Ducatu non privavit, sed eiusdem potius filium *Leonis* nomine passim à Scriptoribus dictum.

18. Henricum Leonem, quem Fridericus 1. Imp. Saxoniæ æquè ac Bavariæ Ducatu 1180. privavit, *Palatinatum Rheni* obtinuisse, falsa Irenici assertio est Veterumque testimoniis penitus destituta: Interim tamen ea jam tantas & tam altas in multorum etiam Eruditissimorum virorum Sprengeri videlicet, l. lucet. Stat Imp. p. 312. S. Schurtzfleischii in not. ad Alb. 3. D. Sax. vitam p. 111. H. Meibomii l. de Sax. Infer. p. 36. aliorumque animis egit radices, ita quidem, ut idem Irenicus iisdem Clariss. viris ansam eosdem errores errandi præbuisse videatur. Imò Irenicus non solum Henrico Leoni, sed etiam patri ejus Henrico Superbo eun-

tandem Palatinatum adscripsit l. 3. c. 60. verba ejus hæc sunt: Et inde munere hæreditario Lotharii (Imp.) ad Henricum Bavariæ Ducem tota Saxonia devolvebatur, ut suo juri subdiderit omnia, quæ inter Rhenum & Albim fuerant interfica, Bavariam quoque hæreditario jure possedit. Hic & *Rheni Palatinatum* nactus est, Princeps maximus, quo majorem Sol in Germania nunquam produxit nec vidit. Titulus ejus sic scribebatur: Henricus Dei gratia totius Saxoniæ ac Bavariæ Dux, Rheni Palatinus, Brunswigi, Luneburgi ac de Northem Comes, omnium inter Albim & Rhenum Dominus. Successit huic Henricus filius, qui cognomen Superbi assumsit. (Leonis potius) Hic omnia paterna bona hæreditavit, ac cum Friderico 1. Cæsare Romam solus cepit, Mediolanum Solus cum Friderico destruebat. &c. Eundem quoque errorem commisit Nauclerus, quando l. generat. 40. p. 194 non solum Palatinatum Rheni, sed & Conradi Rheni Palatini filiam Henrico Leoni uxorem adscribit, confundendo patrem cum filio, verba ejus hæc sunt: *Henricus Dux Saxoniæ & Bavariæ, Clementiâ filiâ Ducis de Zaringen repudiatâ, duxit filiam Conradi Palatini Rheni, & ob hoc post Conradi mortem factus est Comes Palatinus Rheni, quem Fridericus 1. de Palatinatu investiuit, mortuâ verò uxore, Henricus duxit filiam Regis Angliæ, genuitq; Ottonem (4. Imp.) Henricum & Wilhelmum. &c.* Quo ipse Nauclerus, multa absurda nullo certo Authore nullave ratione sed per solam insaniam fabulatus est. 1. Henrico enim Leoni 3. uxores adscribit, quod falsissimum est. 2. Clementiâ A. 1167. Constantiæ repudiatâ, eodem Anno Henricus Leo non Conradi Palatini filiam, quæ eo tempore nondum in rerum natura exstitit, utpote nondum nata, sed Mechtildem Anglam uxorem duxerat, testibus omnibus Saxoniæ Scriptoribus coævis, 3. Henricum Leonem A. 1195. *6. Aug.* defunctum, post Conradi Palatini A. 1195. *8. Novembris* mortui obitum *Palatinum Rheni* factum & NB. à Friderico 1. Imp. jam Anno 1190. 10. Jun. in Oriente denato, de eodem Palatinatu Rhenano investitum fuisse fabulatur. 4. Mortuâ Conradi Palatini filiâ (Agnete scilicet, quæ A. 1194. Henricò Leonis filio nupta, A. 1204. 9. post Henrici Leonis obitum Anno demum è vivis excesserat) Regis Angliæ filiam uxorem duxisse asserit. Atque hæc ad p. 313. lit. E. monenda erant.

19. Falsum quoque, Henricum Leonem filio suo Henrico Ottonis 4. Imp. fratri *Palatinatum Rheni* tradidisse, quem nunquam possedit, & quod quis non habet, in alterum transferre jure non potest. Cum contrà ex veterum testimoniis imò & Auctoribus coævis certum sit, Henricum Leonis primogenitum filium eundem *Rheni Palatinatum* non nisi mediante matrimonio *cum Agnete*, Conradi Rheni Palatini A. 1195. ἀπαιδ. defuncti filiâ obtinuisse, de quo matrimonio in Hist. Palat. p. 340. & 326. loquuti sumus.

20. Henricum Brunswicensem, Rheni Palatinum, Henrici Leonis filium fratrem habuisse nomine Engerum Palatina quoque dignitate insignitum, falsum & omnibus antiquis Scriptoribus incognitum.

21. Falsum quoque, eundem Henricum Rheni Palatinum Leonis filium & Ottonis Bavariæ Ducis socerum naufragio periisse, cum eum A. 1227. 28. Apr. Brunswigæ placidâ morte defunctum, ibique juxta patrem suum sepultum fuisse, ex antiquitate Historica certum sit; videtur autem hic, Henricum Rheni Palatinum nostrum confundi cum alio Henrico Northeimii Comite, Gertrudis Sigefrido Rheni Palatino nuptæ patre, quià rebellibus Frisiis A. 1101. vulneratus & in mari suffocatus periit, teste Urspergensi, vel cum alio Henrico Sueviæ Palatino Tubingensi, Adelheidis (quæ Zeisolphi Craichgoviæ Comitis filia unica erat) marito, circa A. 1090. in flumine quodam (Rhenum quidam vocant) submerso. Deinde falsum quoque, *eum de vera linea* (veterum scil. Palatinorum) *ultimum* fuisse.

22. Porro falsa quoque & erronea Irenici assertio est, Henricum jam memoratum Rheni Palatinum nostrum *unicam tantùm filiam* reliquisse nomine *Ger-*

trudem, quæ nupſerit Ottoni Duci Bavariæ ; ex antiquitate enim Hiſt. certum & indubitatum, eſt, cum ad minimum 3. filias reliquiſſe, quarum primogenita *Irmengardis* ab Avia Irmengarde Hennebergica, Conradi Palatini uxore ſic denominata, Hermanno Marchioni Badenſi matrimonio juncta fuit, 2. filia non Gertrudis, ſed *Agnes* appellata nupſit Anno 1225. Ottoni Cognomine Illuſtri Bavariæ Duci, teſte ipſo Imperatore Friderico 2. in Diplomate de A. 1235. quo Ottonem Henrici Palatini noſtri ex fratre Wilhelmo nepotem, Moguntiæ in Ducem Brunſwic. & Luneburg. creavit, quod vide infra, teſte & Crantzio in Saxon. l. 7. c. 40. p. 201. 3. filia ejus *Maria* nuncupata, Waldemaro Duci Sleſwicenſi Canuti Dan. Regis fratri, ab Ottone 4. Imp. Henrici Palatini noſtri fratre A. 1202. Hamburgi deſponſata fuit, prout Albertus Stadens. in Chron. teſtatur his verbis, *A. D. 1202. Rex Otto. Duci Danorum* (Waldemaro) *filiam fratris ſui Henrici* (Palatini Rheni) *in Hamburg deſponſavit, & Sororem Ducis* (ejusdem Waldemari) *Helenam fratri ſuo Wilhelmo* (Luneburgenſi) *&c. Rex Danorum Kanutus obiit, cui* Waldemarus (Dux) *frater ejus in regno ſucceſſit.* &c. v. Meibomii Apologiam pro Ottone 4. Imp. p. 156.

23. Otto hic 5. hujus nominis, Bavariæ Palatinus, cujus nepos extitit Otto Dux Bav. & Comes Palatinus Rheni, quem *Illuſtris* cognomine illuſtravit poſteritas, non Schirenſis ſed Wittelsbachius dictus fuit, qui A. 1180. 13. Julii in Bavariæ Ducem electus, A. 1183. 11. Julii vita deceſſit. Caſtro enim Schirenſi ab Arnulfo Bav. Palatino condito & poſtea in Monaſterium verſo, aliud Otto 3. Bav. Palatinus, qui obiit 1101, caſtrum nomine *Wittelsbach* exſtruere cæpit, â quo deinceps omnes Bavariæ Palatini illud inhabitantes non Schirenſes, ſed *Wittelsbachii* dicti ſunt, uti ex antiquis documentis variisque Imperatorum diplomatibus clarum eſt.

Ad pag. 274. Porro Henricum Rheni Palatinum, Dominum de Lacu fratremquoque habuiſſe nomine *Popponem*, A. 1093. in Epiſcopum Metenſem electum, conjicio ex Hugonis Abb. Flaviniaci Chronico Virdunenſi edito â Labbæo in Biblioth. MStorum p. 240. ubi hoc modo: *Metenſes verò Dom Herimanno* (Epiſcopo) *viduati elegerunt quendam Clericum Trevirenſem nomine Popponem, fratrem Henrici Comitis Palatini.* Hunc *Popponem* Fratres Sammarthani in Gallia Christ. t. 3. p. 716. & Meuriſl. de Epiſ. Metens., quoque *Stirpe Nobilem* vocârunt.

Ad pag. 163. In tabella, quâ Electorum Palatinorum Series exhibetur, Corrigendus jam & expungendus eſt Sereniſſimi Electoris noſtri *Archithesaurarii* titulus, quo hactenus Palatini â temporibus Caroli Ludovici Elect. Palat. felicis memoriæ uſi fuerant, quod certè inter ſæculi noſtri rariora omnino referendum & ſerâ quóque poſterorum ætate memorandum eſt; Sacra enim Cæſarea Majeſtas, conſideratis quamplurimis fideliſſimis à Sereniſſimo Electore Palatino Johanne Wilhelmo, toti Imperio præſtitis officiis, Eidem non ſolùm avitum atque à Majoribus Rheni Palatinis multis retro ſæculis quietè poſſeſſum Rhenique Palatinatui ſemper annexum, ſummum videlicet *Archi Dapiferatus* officium ut & *Imperii Vicariatum* & *Pomum* illum *Aureum* Electoralibus Palatinis Inſignibus, non ratione palatinatus Superioris, ut quidam perperam ſuſpicati ſunt, neque ratione officii Archi Dapiferatus, ſed ratione Comitivæ palatii juxta Regem ſupremæ, ſemperque palatinatui Rhenano annexæ, à Carolo 5. Imp. *Friderico* 2. Elect. Palat. in Comitiis Spirenſibus A. 1544. conceſſum (v. Leodii vitam Frid. 2. Elect. Pal. p. 275. & 295.) Sed etiam ipſum *Palatinatum Superiorem*, avitam quoque & à Majoribus ſuis Rheni Palatinis Electoribus hæreditario jure obtentam & adminiſtratam Provinciam, una *cum Comitatu Cham* Clementiſſimè reſtituit, hisque omnibus una cum reliquis Imperii feudis, Præeminentiis, juribus atque Privilegiis à Majoribus acceptis, Sereniſſimum Electorem noſtrum in Perſona Summi ejus Camerarii Domini Adami Comitis de Demantſtein, ut & Ferdinandi Andreæ Comitis de Wiſer Aulæ Electoralis vice Cancellarii Viennæ 23. Junii hujus anni 1708. præſentibus multis Principibus atque Legatis ſummisque Aulæ Cæſareæ Miniſtris, ſolenniter inveſtivit. Dignus certè Princeps, cujus officia tot tantaque Sacro Rom. Impe-

rio

do hactenus præstita, totique Orbi Christiano notissima, hujusmodi beneficiis compensentur, maximè, cum Optimus hic Elector nulla vi Terris Palatinis illatâ, nedum blanditiis subdoli hostis commoveri potuerit, ut ad aliorum exemplum datam Imperio fidem, quam sanctè semper servavit, nullo modo violaret, aut à suis partibus desisceret, quin potius omnibus viribus eo contendit, ut Communis Germaniæ Hostis furentes ac violentos impetus consilio atque armis tundere & exosam omnibus, quæcunque commoda videantur, invadendi ac diripiendi licentiam coercere, publicamque Imperii salutem promovere possit. Nullis præterea fractus laboribus etiam infinitis pro Imperio fidelissimè susceptis, ita quidem, ut Ipse, haud rarò à primo statim diluculo gubernacula Regiminis aliaque ipsum Imperium concernentia gravissima negotia in seram usque noctem moderetur tantâ vigilantiâ, ut sæpè in oculis somnum non viderit, qui insuper jura à Majoribus accepta, labore & industriâ quoque suâ, ut verus Patriæ Pater fidelisque populi sui Pastor conservare satagit; Princeps non solùm Justitiâ ac Clementiâ insignis, omnique virtutum genere Illustris, sed & Musarum Præses & Patronus benignissimus linguæ quoque Eruditæ aliarumque callentissimus, Academiæ antiquissimæ Heidelbergensis nunc paulatim è cineribus resurgentis, imo totius etiam *Palatinatus Magnus Restaurator & Amplificator* verè dicendus, nulli injuriam sciens fieri patitur, promptus ad auxilium, semper illud in animo habens: Rem Regiam esse succurrere afflictis. Ratione *Potentiæ* omnibus omnino Prædecessoribus suis Rheni Palatinis, ratione verò *Comitiva Palatii* & summi etiam Imperii *Archi Dapiferatus* officii, utpote supremæ, post ipsum Regem vel Imperatorem dignitatis, omnibus Imperii Principibus longè anteponendus. Sub hoc Principe Clementissimo Palatinatus Rheni tristissimum quidem belli fatum subiit, quo Galliarum Rex fertilissimam hanc Regionem, verum Germaniæ Hortum. Cerere & Baccho aliis abundantem miserè devastaverat & funditus destructis pulcherrimis Castris, Oppidis atque fortalitiis soloque æquatis, in brevi ad tantam sterilitatem sævientis militis ferociâ redegerat, ut quamplurimi dirâ fama necati fuerint pauperculi, sed tamen hoc tempore miserè afflicta sub Optimo hoc Electore nostro, Principe certè Clementissimo post pacem aliquando feliciter restitutam exspectat, & ut paulatim pristinum imò majorem splendorem recuperaret, animitus exoptat.

A. p. 100. ad lit. C. adde Balbini Epit. rer. Bohem. l. 3. c. 21. p. 386. ubi hoc modo Quæ ex terra Bavariæ Cæsar (Carolus 4.) Bohemiæ suæ adjunxerit, ex titulis diplomatum (quorum exempla apud me sunt omnia) Actisque publicis facilè cuique datur intelligi. Est inprimis in Archivo Regio aurea Caroli 4. bulla, in quâ pluribus factis sui causis (ut quod ea ratione Regibus Bohemiæ ad Curiam Imperialem, quæ in Nurnberg celebrari consuevit, accedendi securitas & opportunitas præbeatur.) Castra, oppida, terras &c. Sultzbach, Rosemberg, Neidenstein, Hertenstein, Hohenstein Hiltpoltstein, Lichteneck, Direndorf, Franckenberg, Aurbach, Hersbruch, Läufen, Welden, Plech, Eschenbach, Pegnitz, Hauseek, Werdenstein, item munitiones & oppida Hirsow, Neuenstat, Stürstein, & Lichtenstein. quæ suâ pecuniâ, ut Rex Boh. comparaverat. Item Pargenstein, Reichenstein, Hauseek, Stralenfels, Spis & Ruprechtstein, quæ à regno Bohemiæ in feudum ritè dependent. Item Bernau oppidum, quod à Monasterio Waldsassen etiam nostrâ pecunia dignoscimur comparasse, regno & Coronæ Bohemiæ in perpetuum adjunxit. Testes facile 9. Episcopi subscriptores, Principes & Comites Imperii quam plurimi, Actum Romæ 1355. Nonis Aprilis in die Paschæ Resurrectionis.

Huc quoque pertinent literæ *Ruperti Senioris* Comitis Palat. Rheni Archi. Dapiferi & D. Bavar. de venditis à se castris prædictis hæreditario jure ad Coronam Bohæmiæ spectantibus pro 12000. Marcharum argenti puri, atque iterum pro 20000. Marcharum singulis ditionibus & quanti eas vendiderit, enumeratis subscripsere Gerlacus Archi-Episc. Mogunt. Albertus Epis. Herbipol. Rudolfus Dux Austriæ, &c. Datum Hagenoæ 1353. feria 3. post festum omnium Sanct.

Sunt

Sunt & ejusdem *Ruperti* aliæ literæ binæ testantis, se 1200. Marcharum argenti puri accepisse à Carolo tanquam Boh. Rege, pro Civitatibus *Hersbruck, Aurbach & Castro Hohenstein.* In eam rem omnium Electorum literæ habentur Bullam Caroli 4 referentium & laudantium, Gerlaci de A. 1355. & aliæ in eandem sententiam, nisi quod in his adjiciantur Castra *Wildenvels & Schellenberg* à Corona Boh. in feudum dependentia. Dat. Metis 1356. Eodem tempore & loco literæ exaratæ exstant Bœmundi Trevirensis, Wilhelmi Colon., Rudolfi D. Sax., Ludovici Elect. Brand. & rursus Ruperti Sen. Com. Palatini, qui tum Metis cum Carolo Imp. morabantur. Post hæc Carolus 4. emit *Pegnitz & Castrum Bohemstein,* datis Ruperto Seniori & Juniori Palatinis D. Bavar. 500. marcis argenti, pro iis vero fructibus, quos Bambergensis Ecclesia inde percipere debebat (qui ibi enumerantur) numeravit Carolus D. Sexagenas grossorum Pragensium, &c.

Et ad p. 103. sub lit. F. Maximilianus I. Imp. recepit *Rattenberg, K[illegible] cum nemoribus*, quantum satis esset ad Tyrolenses metalli fodinas, *Kirchbergensem Comitatum, Weissenborn, Pfaffenhofen*, Præfecturam & Advocatiam Archi Episcopatus Salisburgensis, Passaviensis, aliaque. Comes Zolleranus obtinuit [illegible] *Schwabach*. Würtenbergicus verò Dux, *Heidenheim, Prenthal,* Marchio Brandenburgicus obtinuit *Fretenstad, & Hirsberg,* redemta deinde à Palatinis, [illegible] alii ex ista clade magna reportabant prædia.

Ad pag. 113. sub lit. F. Rheni Palatinum Imperatoris Judicem fuisse, exemplum hujusmodi in ipso Carolo 4. Imp. recitat Balbinus in Epit. rer. Bohem. l. 3. c. 21. p. 386 h. m. *A. 1360. litibus quibusdam exortis, Arbiter constitutus est Rupertus Comes Palatinus Rheni, totamque litem finit, ac pro Carolo fert sententiam, quam probat & ratam habet Ratisbonense Capitulum A. 1361. in vigilia omnium Sanctorum.*

Ad pag. 225. sub lit. D. adde. Et Matth. Raderus in Bav. Sancta in S. Richarde Imperatrice p. 73. rectè quoque h. m. *Sanè tam multas passim in eo* (Trithemio) labes & errores deprehendi, ut fidem apud me propè amiserit, præsertim ubi Hunnibaldum fabularum Conditorem sequitur.

Et ad pag. 35. sub Lit. B. ad verba: *Castrum Thuron acquisivit,* nescio, quo titulo. Interim de eo apud Antoninum l. de Gestis Balduini Archi-Epis. Trevir. l. 3 c. 1. hæc lego. A. 1314. Balduinus libertates suæ Ecclesiæ & privilegia [illegible] innovare & confirmare, (Coloniæ ab Henrico 7. Imp.) sibi ab Imperio impignorata corroborare & Comites Palatinos pro se & omnibus suis hæredibus omni jure suo in Meu. (Monasterium Meinfeld.) & *Thuron* procuravit simpliciter renunciare.

Ad pag. 195. sub lit. F. adde: Quantum autem *ad diem Eberhardi Palatini* & Giselberti Ducis, *emortualem*, ne unum veterum & recentiorem quoque Scriptorum, quantum quidem mihi constat, in Annalibus eum annotasse deprehendo. Verùm ni per omnia fallor, Eberhardi nostri emortualem in Necrologio Veteri Hildesheimensi à Dom. Leibnitzio edito ad quam urbem quondam Eberhardus noster A. 937. vel seq. à Cæsare in exilium missus fuit, prout jam supra ex Reginonis Continuatore ad 938. ostendimus, annotatum fuisse, nullus dubito, hoc modo: *V. Non Octobris Eberhardus Comes.* Eberhardum enim & Giselbertum habita circumstantiarum ratione, in Autumno mense Septembri vel Octobri A. 939. [illegible]ctos fuisse certum est.

Et ad pag. 196. ad lit. C. ad verba *Originem traxisse.* Sepulturam [illegible] Eberhardi nostri quod attinet, videtur, eum juxta Andernacum in prædio quo[illegible] cæsum vel *Wilineburgi* ad Patrem Conradum, vel in vicinia *Limburgi ad Lan[illegible] Ecclesia S. Georgi*, à patruele ejus Conrado Cognomine Curcipoldo Franconiæ Comite, Eberhardi Franconiæ Com. A. 902. ab Alberto Bambergensi cæsi filio, A[illegible] 910. fundatâ, terræ mandatum fuisse verisimilius judico.

Ad pag. 213. ad lit. G. adde Urbem enim hanc Ratisbonensem totamque Provinciam eo tempore Henricus Bav. Dux fratri suo Ottoni 1. Imp. Opem laturus in obsidione Moguntinensi, commiserat *Rathoni* Comiti ab Andechs filio Rasho-

di.

di, nepoti Rathbodonis, qui nothus fuerat Arnulfi Imp, hic Ratho etiam eodem Anno 953, vel seq. 19. Jun, obiit. v. Papenbrochii Act. Sanct. in vita ejusdem S. Rathonis Comitis t. 3. Junii p. 893.

Ad pag. 256. sub lit. F. ad verba: *quoniam abundavit iniquitas refrigescit charitas multorum.* Adde: Porrò Leo 9. P. R. A. 1049. Coloniæ natalitias S. Petri & Pauli celebrans, eidem Hermanno Archi Episcopo Colon: Ezonis Rheni Palatini nostri filio, multa privilegia concessit, ut ad altare S. Petri 7. Presbyteri Cardinales, quotidie divinum celebrarent officium in Sandaliis, dedit & ei *Officium Cancellarii Sanctæ Romanæ sedis* ejusque successoribus, tribuens ei Ecclesiam S. Johannis ante Portam Latinam, ut ex vita S Leonis 9. à Coevo & Archidiacono ejus conscripta, docet Henschenius in Act. Sanct. t. 2. April. p. 644. 659. & in Epistola ejus XI. ad Johannem Archi Episcopum Salernitanum h. m. Dat. XVII. Kal. Augusti per manus Friderici Diaconi S. Apostolicæ Sedis Bibliothecarii & Cancellarii & Domini *Hermanni Coloniensis* Archi Episcopi & *Archicancellarii*, Anno Domini Leonis XVII. Papæ tertio. Eodem Anno idem Papa Synodum generalem Moguntiæ celebravit præsente Henrico 3. Imp. & Hermanno nostro Archi Epis. aliisque 40. Episcopis, de quo Chronicon Hildesheimense hæc quoque tradit: A. 1037. S. Agrippinensis Ecclesiæ Metropolitanus venerandæ memoriæ Piligrinus ad Christum migravit, in cujus locum Nobilissimæ indolis Juvenis Hermannus ejusdem Ecclesiæ Archidiaconus & *Regius Capellanus & Cisalpinus Cancellarius intravit.*

At pag. 260. sub lit. B. adde: De Eadem hæc tradit Sal. Neugebauer l. de vitis Regum Polon. p. 32. *Richsa* (seu Richeza) *filia Erenfridi Comitis Palatini ad Rhenum, neptis sororis suæ* (Ottonis 3.) *Mechtildis, ab Ottone 3. Imp Cogn. Ruffo reliquias S. Adalberti à Prutenis occisi visitante desponsata est Mieczislao Boleslai cognomine Chroby* (id est acer) *Regis 1. Poloniæ filio.* &c.

Ad pag. 160. sub lit. H. *Adelbertus Comes de Bouchorn A.* 841. 3. Idus May prælio cæsus non fuit; proinde non confundendus est cum Adelberto Alsatio Beronis Comitis Alsatiæ Wilerthalensis filio, Comite Metensi A. 841. dicto prælio cæso. Quando autem prædictus Adelbertus Comes de Bouchorn defunctus sit, nondum satis constat, hoc interim certum est. eum ante annum 889. in bona senectute denatum, filium reliquisse Burchardum Sueviæ postea Ducem, uti ex Goldasti Antiq. Aleman. t. 3. p. 54. patet, ubi h. m. anno 2. Imperii Arnulfi (id est 889.) placitum factum est in Pago Para in villa Durroheim *coram Burghardo Comite* (Turgoviæ & Buochorn postea A. 916. Moguntiæ in Sueviæ Ducem electo à Conrado 1. Imp., in locum Burchardi. l. Suev. Ducis A. 911. Erchangeri & Bertholdi insidiis occisi v. Herman. Contr. ad 911. exedit: Canisii) *filio Adalberti Comitis*, &c.

Ad p. 143. sub lit. D. Ebroinus Major Domus Franciæ sub Theodorico 1. R. aliâs etiam *Comes Palatii* & *Præfectus Palatio* dictus, ita enim in vita S. Eligii Epis. Noviom. apud Surium ad 1. Dec. p. 29. legitur: *Ebroinus vir illustris, Præfectus Palatio, sive, ut vulgo dicunt, Major Domus filium habuit Bobonem ipsi & matri ejus* (Theodelindæ) *unicè charum. &c.* Hic Ebroinus perfidia & crudelitate celebris, non solùm *Leodegarium* Epis. Augustod. crudelissimè A. 684. 2. Oct. interfecit, sed etiam *Leudesium* Majorem Domus. Franciæ, Erchinoaldi Majoris Domus filium circa A. 681. & *Martinum* Majorem Domus Austrasiæ A. 686. perfidiâ exstinxit, imò etiam ejusdem Ebroini fraude & insidiis *Ansigisum* Ducem Pippini Heristalli Majoris Domus patrem, à Gunduino (de quo v. Henschen. l. de 3. Dagobertis p. 73) Occisum fuisse, Divæus in Annal. Brab. p. 44. asserit. Tandem tamen & ipse ab Ermenfrido Franco A. 687. ad finem vergente vel certè initio sequentis in lecto occisus fuit v. Henschen. l. cit. & Petavium; cum prius A. 6. vel 7. regni Theodorici R. quædam bona prosua & uxoris suæ *Theodelinda* (quæ prima ejus uxor fuisse videtur) salute, Monasterio S. Petri in loco Kinarenin pago Dublensi in flumine Rheno sito donasset. Drausius Epis. Suessionensis privilegium concessit monasterio S. Mariæ Suessionensis à *Leutrude* Ebroini uxore fundato, quod vide in

 Mich.

Mich. Reghaldi Epit. Histor. Urbis Suession. in probat. p. 2. adde & Papenbrochii Act. Sanct. ad 21. May p. 45. & Andream Monachum de Marcennes apud And. du Chesne in Hist. Burg. li. c. 15. p. 31.

Ad p. 247. sub lit F. Otto 3. Imp., dum reditum pararet in Germaniam cum Principibus, qui eo tempore cum in Italiam comitati sunt, Hereberto videl. Archi Epis. Colon. ejusque fratre N., Henrico Duce Bavar., Ottone Duce Lothar., Caroli Ducis filio, Henrico Comite Lucenburgico, S Cunigundis Imp. fratre, Jungmanno Comite aliisque v. Ditmari Chron. l. 4., Adelboldi Epis. vitam Henrici 2. Imp. obiit A. 1002. 2. Non. Februarii, ut Ditmarus l. 4. p. 357. velut in vita S. Meinwe. Epis. 9. Kal. Febr.

Ad p 369. sub lit. D. *Ludmillam* Ludovici Comitis Palatini Rheni & Ducis Bav. uxorem, Ottonis Illustris matrem rectius alii Premislai Ottocari Regis Bohemiæ (qui in exilium actus, A. 1195. cum *Alberto* Comite à Bogen *Bavariam* vastaverat) ex fratre Friderico Duce *Bohemiæ*, (quem quidam Ducem Suidnicensem vocant) neptem faciunt, eandem Ludmillam *Albericus* in Chron. ad Anno 1228. neptem quoque vocat Regis Hungariæ, Geizæ videlicet ex filiâ Elisabethâ Friderico jam memorato nuptâ, testibus Pulkavâ in Chron., Hagecio, *Balbino* aliisque, verba *Alberici* hæc sunt: *Otto Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, fuit de matre Bogonaris* (id est Comitis à *Bogen*.) *Hungariæ Regis* (Geizæ) *nepte*. (Elisabethâ) &c.

Ad p. 225. sub lit, D. Trithemii assertionem de Eberhardo, quem Henrici Cogn. furiosi & Monachi Rheni Palatini filium, Ezonis ex filio Ludolfo pronepotem, Lotharingiæ Mosellanicæ Ducem & reliquorum etiam Rheni Palatinorum Continuatorem prædicat, falsissimam esse certum est; Videtur autem Trithemium eum cum Eberhardo, Guntramni Divitis Comitis Altenburgensis, Habsburgicorum Comi um Satoris, filio primogenito confudisse, qui verò non Dux Mosellanicus, sed Comes Merensis circa A. 970. in Monasterio defunctus, non Comitum Palatinorum Rheni, sed quorundam Ducum Lotharingo-Mosellanicorum, inprimis vero hodiernorum Lotharingiæ Ducum primarius Au:hor exstitit, de quo aliquando in Monumento nostro Erchinoaldino fusius dicturi sumus.

Ad p. 403. sub lit B. De Maria *Brabantinâ*, ob falsam adulterii perpetrati suspicionem A. 1256 18. Jan. (& non A. 1247. uti malè Divæus in Hist. D. *Brab*. p. 118. & Hæræus in Annal. *Brab*. p. 256.) jussu mariti Ludovici Palatini capite plexâ; adde quoque ea, quæ tradit Chr. *Butkensius* in Troph *Brab*. Il en fut de publiques penitences, demandant pardon à son frere Henry 3 D. de *Brab*. & autres ses parens, & en memoire de la funeste tragedie, il fonda par le commendement du Pape *Alexandre* 3. un Monastere des Chartreux, qui depuis A 1265. fut donné par dispence du Pape Clement. 4. à des Religieux de l'ordre Cisteaux & nommée *Abbaye* de *Fürstenfeld*, & l'on y void encor ces vers:

Conjugis innocuæ fusi munimenta cruoris
Pro culpa p ætium claustra sacrata vides.

Le Duc *Henry* 3. frere de ce Princesse & apres luy les Ducs *Jean* 1, & *Jean* 2. son fils & petit fils, ne laisserent pour tout cela de Monstrer une juste resentiment d'un fait si cruel & barbare, & tant poussèrent cette affaire à la Cour des Empereurs par les menaces de leurs armes, que finalement *Rudolfe Comte Palatin du Rhin* son fils aîné trouva moyen d'appaiser l'indignation de Jean. 2. Duc de *Brab*. & per des lettres donnees à Heidelberg A. 1305, ledit Rudolfe declare, qu'en consideration de ce, que l'ame de son pere le Duc Louis estoit en grandes peines à cause de l'homicide de son espouse Marie. &c.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux *Bavariæ* notum facimus, &c. quod anima *illustris Ludovici* (*) *genitoris nostri* dulcissimi ex homicidio, quod in persona Dominæ *Mariæ contectoralis suæ* committi mandavit, sustineat

tineat pœnas: saluti animæ ejus cupientes consultum primo viro Nobili Domino *Joanni* Illustri Duci *Brabantiæ*, tanquam nunc proximo ejus amico, emendam hujusmodi suo & dictæ Mariæ materteræ suæ nomine recipienti pollicemur, quod *ad sepulchrum ejusdem Dominæ Mariæ in oppido nostro VVerda* Missam perpetuam & lumen perpetuum faciemus, & si ad partes transmarinas pro expugnatione Sepulchri Domini vel ad Ruthenos contra Saracenos processum fuerit, mittam quatuor milites ad remedium animæ illius. Item promittimus Duci *Brabantiæ* ducentos milites in armis contra omnes, excepto Imperio. &c. Datum Heidelbergæ, Anno Domini 1308.

(*) Obiit hic Ludovicus Elector *Palat. A.* 1295. 1. Febr. Heidelbergæ in veteri Castro, in quo & ipsi *A.* 1228. 13. *Apr.* natus fuerat, teste Henr. Sterone Altahensi in Annal. ad 1295. h. m. *Eodem Anno mortuus est Ludvvicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ in partibus Rheni apud Heydelbergk in castro, in eâ Camerâ (ut dicitur) ubi natus fuit, & reliquit duos filios, quorum primogenitus videl Dominus Rudolphus duxit in uxorem filiam Adolphi Regis, Mechtildem de Nassavv nomine.*

Huc quoque spectant ea, quæ Albertus Argentinensis in Chron. p. 104. tradit h. m. A. 1288. Indicta Curia Coloniæ per Rudolfum Regem (ex Burgundia venientem) & adducto per eum genero suo Duce Bavariæ (Ludovico) *in die hastiludii progrediuntur centum milites ad hastiludium, parati, omnes ducentes mulierem decapitatam in armis, in despectum Ducis Bavariæ* (Ludovici Rheni Palatini) Quod videns Rex & Ducem de accessu suo arguens, Curiâ dimissâ, recessit. &c.

Ad pag. 282. lit. B. Sigefridus Rheni Palatinus *filius* non Henrici 2. Comitis Lovaniensis, uti antea exposui, quem errorem jam antiquis litterarum documentis aliter edoctus lubens corrigo, sed *Hermanni* Comitis Lucenburgico-Salmensis in Arduenna, Regis deinde Romanorum, *ex Adelheide* Thuringicâ Orlamundanâ.

Hæc enim *Adelheidis* Ottonis Marchionis Thuringicæ Orlamundani & Adelheidis (quæ postea Dedoni I. Wethihensi, Lusatiæ Marchioni circa A. 1069. nupserat, v. Lambert. Schaf.) filia, primis nuptiis juncta supradicto Henrico Com. Lovan. v. Irenici Exeg. Germ. l. 3. c. 54. p. 76. & l. 11. p. 217. quo defuncto, secundò nupsit circa A. 1072. Hermanno Comiti Lucenburgico Salm., prout ex ejusdem Adelheidis literis donationis factæ A. 1099. Ecclesiæ S. Georgii Lintburgensi, Browerus in Annal. Trevir. ad A. 1099. p. 572. §. 120. & t. 2. ad A. 1113. p. 10. § 36 & cum eo Gelenius in vindiciis B. Richezæ Reginæ Polon. Rheni Palatinæ in annotat. ad c. 2. §. 14. tradunt, qui tamen ejusdem Hermanni Com. parentes & familiam, adhuc ignorarunt; sed frater fuit Conradi Comitis Lucenburgici A. 1086. in itinere ex Palæstina defuncti, teste Bertholdo Constanr. in Chron. ad 1086. & filius Giselberti Comitis Lucenburgico-Salmensis, ut testantur Auctor gestorum Archi Epis. Trevirens. ad 1032., And. du Chesne in Hist. Lucenburg., Miræus, Blondellus aliique. Hic in Regem Roman. A. 1081. à Saxonibus contra Henricum 4. Imp. electus, tandem deposito iterum Regis titulo in patriam profectus, & A. 1088., dum hostili habitu suorum fidem, vires & constantiam exploraturus proprium suum Castellum oppugnaret, infelici casu quodam, saxo videlicet per magno, à fœmina quadam, ut tradunt, juxta urbis portam in caput ejus dejecto, oppressus periit (Chronicon Magdeburg. ex edit. Meibomii p. 319. t. 2. in obsidione castri sui *Lintberg* id factum fuisse memorat.) de quo fusius in Monumento Erchinoaldino aliquando dicturi sumus. Hinc eadem *Adelheidis* nostra juxta Hermannum Maritum suum *Coronata sepelitur*, ut Regina videlicet Romanorum, in Monasterio Affligemiensi in Brabantia, teste Leodio l. 2. p. 12. & 13. Hinc etiam *Henricus* Rheni Palatinus, Dominus de Lacu, Ezonis seu Erenfridi Rheni Palatini ex Fratre Hezilino S. Henrico nepos, cui ipsa tertiò circa A. 1089. nupserat, in litteris suis fundationis Monasterii ad Lacum de A. 1093. *Henricum Ducem Limburgensem* (quem Sigebertus cognomine Ex Ducem, alii Proditorem vocant, Theodorici Lucenburgensis ex filio Henrico Limburgi Domino nepotem) & *Wilhelmum Comitem Lucenburgensem*, Hermanni

nijam memorati Regis R. ex fratre Conrado Com. Lucenb. nepotem, *Cognatos suos* vocat, Diploma hoc vide apud Freherum in Orig. Palat. p. 2 c. 9. & in Codice nost. Diplomat. Pal. p. 33.

Ex hoc Henrico marito ejus 3. Adelheidis nullos, ex 1. verò marito Henrico Lovaniensi filios suscepit sequentes:

1. *Henricum* Comitem Lovan., Gertrudis Roberto Frisio Flandriæ Com. natæ maritum, tandem in ludis Equest. Tornaci A. *1096.* occisum.

2. *Gothofredum 1.* Cogn. Barbatum Loth. & Brabantiæ Ducem A. 1139. 15. Jan. defunctum, & in Monasterio Affligemiensi ab Adelheide & filiis ejus fundato, sepultum.

Ex 2. Marito Hermanno Comite Lucenburgico-Salmensi procreavit sequentes:

1. *Hermannum 2. Comitem Salmensem* in Arduenna, patris in eodem Comitatu successorem, & omnium Salmensium Comitum, quicunque hodieque supersunt, felicissimum Satorem, & N. . . Theodorico 1. Comite Montis peligard. & Barr. & Irmentrude natæ maritum, post A. 113?. denatum. Teste Alberico in Chron., And. du Chesne in Hist. Lucenburg., Miræo in Chron. Belg. ad 108?. Blondello in Geneal. Franc. tab. 33. de quibus in Monumento Erchinoaldino dicturi sumus.

2. *Ottonem Comitem de Rhinecke* (quod castrum nunc dirutum situm est juxta Andernacum) teste Mariano Scoto in Chron. ad 1082., teste & diplomate Lotharii 2. Imp. dat. 1131 8. Kal. May Treveris, quod vide in Codice Diplom. Palat. p. 39. & alio ejusdem Imp. de A. 1135. apud A. du Chesne in Hist. Lucenb. p. 45. v. & Genealog. tab. sub lit. F. in Hist. Palat., testibus etiam literis Adelberti Archi Epis. Mogunt. de A. 1135. quas v. apud Serarium l. 5. rer. mogunt. p. 812.

3. *Theodoricum*, teste antiquo documento Abbatiæ Epternacensis de A. 1095. quod infra exhibebimus.

4. *Sigefridum, Comitem Palatinum Rheni* ex testamento vitrici sui Henrici Rheni Palatini A. 1095. defuncti constitutum & ab Henrico 4. Imp. confirmatum v. Trithemii Chron. Hirs. & Leodii Annal. l. 1. p. 12. *Horum privignorum* suorum meminit etiam Henricus jam dictus Rheni Palatinus in jam memoratis fundationis literis de A. 1093. Hinc etiam factum est, quod Wilhelmo Rheni Palatino Sigefridi filio absque liberis A. 1142. defuncto, patruus ejus Otto Comes de Rhinecke, ut proximior nepotis sui hæres, jure consanguinitatis hæreditatem nepotis sui sibi vindicaturus, *Palatini titulum* assumpserit, eumque etiam aliquantulum temporis retinuerit, Marian. enim Scotus, Beka & Heda l. de Epis. Traject. p. 308. Gerhardus de Leydis in Chron. c. 13. Albertus Stadens ad 1144. item Vossius in Annal. Holl. l. 2. p. 68, Hachenbergius Prof. Hist. Heidelb. diss. de Comitibus Bantheim. aliique eum constanter *Palatinum* vocitarunt, imò etiam And. du Chesne l. cit. p. 44. una cum Heda eundem Ottonem è Comitibus Palatinis oriundum statuerunt: verùm in aliis Imperatorum diplomatibus non nisi simpliciter *Comes de Rhinecke* appellatus fuit, uti jam in Hist. Palat. c. 1. p. 19. c. 13. p. 293. ostensum fuit.

Bellum etiam idem Otto eadem de causa gessit cum *Hermanno Comite de Stalecke* Bacharacensi, quem defuncto Wilhelmo Palatino, Conradus 3. Imp. eo, quod neptem suam Gertrudem Conradi Pii March. Misn. filiam, uxorem duxerat, Rheni Palatinum constituit, qui etiam Ottonem Bentheimii Comitem Ottonis de Rhinecke filium acriter sibi resistentem interfecerat, v. Hedam l. c. p. 308. Chron. magnum Belg. p. 166., A. du Chesne l. cit. Verùm Hermannus Palatinus consanguinitate seu affinitate Cæsaris, ejusdemque gratiâ fretus, dignitatem Palatinam à Cæsare sibi confirmatam retinuit.

Sigefridus itaque Hermanni Salmensis Comitis filius, natus, ut videtur, in antiquissimo Castro Salmensi in Arduenna sito, & quidem circa A. 1079. Urspergensis verò non solùm Patrimonialia bona, sed etiam ipsam Sigefridi Palatini nostri patriam in Saxoniam perperam collocat.

Inte-

Interim hoc quoque obiter notandum est, quod Nuncius Apostolicus Otto Epis. Ostiensis eandem *Adelheidem* Hermanni Regis Rom. uxorem, *consanguinitatis* nescio cujus prætextu, Quedlinburgi in conventu Principum A. 1082. celebrato, à marito divortio separare voluerit, prout Auctor Apologiæ Henrici 4. Imp. ex edit. Freheri p. 200. testatur his verbis: Sed adversæ partis Episcopi cupientes hanc indictam synodum præ occupare, aut prævertere, convenerunt infra hebdomadam Paschæ in Castello quodam Saxoniæ Quidilingeburg nomine, ubi locus est congregationis fœminarum Deo servientium. Et ut conspiratio eorum plus valeret & deciperet columbæ simplicitatem, quas serpentis astutia non temerasset, adduxerunt quendam sub specie legati sedis Apostol. qui dictus est Otto Epis. Ostiensis Ecclesiæ, quum jam *Clemens Papa* præsideret Romanæ Ecclesiæ. Intererat etiam huic conventui, *Rex Saxonum Herimannus*, cui ne apud suos quidem tribuebatur honor regius, à quo nunc & illius Synodi cœpit tractatus. Nam memoratus Otto Epis., *Audiens ego*, inquit, *quod Rex Vester* (Herimannus) *legitimum non habeat conjugium, sed ex consanguinitate sociatum, judico inter eum & uxorem ejus fieri divortium.* Hujus judicii sententiam quum non approbassent assidentes Episcopi dicentes: agendæ hujus rei tempus tunc non esse. &c. Porro Sigefridus jam memoratus Comes Palatinus Rheni uxorem duxit Gertrudem, Henrici Crassi Northeimii Comitis Saxon. natæ filiam, ut rectè Browerus & Masenius in Annal. Trevir. t. 2. p. 10. ex Chronico antiquo MSto Saxonico docuére, viduam videlicet Henrici Marchionis Misniæ A. 1106. mense Augusto defuncti, eamque duxit Anno circiter 1107. vel seq.

Nequis autem Saxoniæ vel alium aliquem Palatinum Provincialem sibi fingat, cui nupserit jam dicta Gertrudis, expressè Lotharius 2 Imp., eam scilicet *Rheni Palatino* specialiter matrimonio junctam fuisse, diplomate testatur dato A. 1134. Monasterio S. Egydii Brunswicensi, ubi hæc verba nota: Im nahmen der Hilligen ungedeelden Dryfoldicheit / Lotharius von Göttlicher Gnade Kayser der Römer / ꝛc. Wy willen witlick tho synde/ aller Christen menschen/ ꝛc. Dat Gertrud Marggrävin tho Sachsen ein Dochter Eckberti deß Marggraven hefft Gebuwet ein Kloster/ in die Stidde Brunschwig gevennet/ ꝛc. vnd lücklicken volnkamen dat Huß/ unde geendigt an dem iahre do man schrefft na Godes gebort/ dusent/ hundert und vefftein / unde hefft geeschet den allerehrwirdigsten Herrn/ Herrn Diderik, Legaten der Römisch. Kercken / und ock den ehrwirdigsten Herrn/ Herrn Reinhardt Bischopen tho Halverstatt tho wygende dat sülve Kloster und in unser gegenwerdigheit unde unser Hußfruen *Rickensen*, der vorgenanten Gertruden Dochter. ꝛc. Hebben dat gewyget an dem Tage der Calenden September dat is S. Egidien Dache/ Dartho dat sülvige Marggrävinne hefft geoppert/ unde mit vulbort öhres Erven nemlichen Ottonis öhres sohns unde öhrer Dochter *Rickensen* unser fruwen unde *Gerdrudis Palandes* Grävinnen bey dem Ryne/ in gegenwerdicheit der papfeit ꝛc. Integrum vide infra. Ejusdem etiam Gertrudis & mariti ejus Sigefridi meminit Henricus 5. Imp. in diplomate dato Monasterio Reinhartsbronnensi. A. 1111. Super Concambio prædii Steinturst, hoc modo: *Nec non erga Palatinum Comitem Sigefridum ejusq; conjugem Gertrudem, qui partem ad se pertinentem felici commutatione tradiderunt*, &c. v. Tentze'ii diss de secundis decimis Hennebergensibus. Et in alio Henrici 4. Imp. diploмate dat 1101. 18. Kal. Jun. Aquisgrani mentio fit ejusdem Sigefridi Palatini apud Miræum in Notit. Eccles. Belg. p. 275. pro animæ nostræ & progenitorum nostrorum æternâ remuneratione *Conradi* videl. avi nostri, *Gisilæ* aviæ nostræ, *Henrici* patris nostri, *Agnetis* matris nostræ, *Berthæ* conjugis nostræ, ac *Henrici* filii nostri, interventione Friderici Ducis Burchardi Marchionis, *Hermanni Marchionis*, *Sigefridi Comitis Palatini* (Rheni) Alberti Namurcensis & filii ejus Godefredi, Godefridi Com. Lovaniensis, &c.

Sigefridus autem Comes Palatinus Rheni ex memorata Gertrude Saxonicâ uxore sua liberos reliquit, quantum constat, sequentes:

1. Sigefridum, primogenitum, & ut autumo, circa A. 1107. vel seq. natum, qui tandem in Saxonia A. 1124. 9. Mart. defunctus & in Ecclesiæ arcis Breitingensis à se & matre ejus fundatâ sepultus fuit cum hoc Epitaphio: *Septima idus Martii Anno M C X X I V. obiit Sigfridus Palatinus de Orlamunde* fundator istius Ecclesiæ, cujus anima requiescat in pace. v. Tentzelii diss. de decimis secundis Hennebergicis ex collectaneis Hetdlederi. Ejusdem Sigefridi mentio quoque fit in literis Adelberti Archi-Episc. Mogunt., datis A. 1119. monasterio Eitersburgensi, in quibus inter testes primo loco ponitur. h. m. *Palatina Comitissa Gertrudis cum filio suo prafata Ecclesia* (S. Mariæ in Erphesphordia) *Advocato Sigefrido* v. Tentzelii dissert. cit.

2. *Wilhelmum* Patris in Palatinatu Rhenano Successorem, cujus meminit etiam Henricus 5. Imper. in literis ad Gothofredum Archi Episc. Trevir. A. 1125. post Pascha paulo ante mortem ejus exaratis: *Rumore etiam nunciatū ad me perlatum est, Wilhelmum Palatinum, Sigefridi filium armatorum globo septum, istuc in vestratem agrum parare jam irruptionem.* & deq. infra pl.

3. *Henricum* Anno 1141, vel seq. absque liberis defunctum, cujus mentio fit in diplom. Conradi. 3. A. 1140. v. Cod. dipl. Palat. p. 43 Ejusdem forsan. Irenicus l. 3. Exeg. Germ. p. 76. meminit, & quem *Palatinorum de vera*, ut air, *linea ultimum, dum nescit an Terram Sanctam vel aliud Orbis iter tentare voluerit, naufragio periisse tradit.* Porrò Henrici quoque hujus, ut & fratris sui Wilhelmi meminisse videtur Alb. Crantzius in Saxon. l. 6. c. 8. p. 142. h. m. *Henricus de Bavaria* (Cogn. Superbus Henrici Leonis pater) *descendens cum valido exercitu superiora Provincia* (Saxoniæ) *vastavit, aliquot arces vi cepit* (A. 1138.) *Ducebat ille in belli societatem Comites Palatinos Rheni, natos sorore Rixa* (S. Richenzæ) *Imperatrice* (scil. Gertrude) *& videbantur omnia in deterius prolapsura ad vastitatem Provinciæ. Sed intervenere Principes, qui rem ponerent in treugas, constitutus à Rege dies in Quedlenborg ad conventum Principum, ut causa tractaretur* &c. Etc. 9. *Henricus Dux Bavaria* (Cog Superbus) *auxilio socrus sua* (Rixæ S. Richenzæ Imperatricis viduæ, sororis Gertrudis Rheni Palatinæ) *& Primatum in Saxonia, arcem Luneburgi primariam obsedit inque suam accepit ditionem, pulsis, quos Albertus Marchio custodes præfecit. Inde ab reliquis quoq; terra præsidiis brevi consobrinum suum Albertum expulit, quod multum armis & auxiliis Alberto prævaleret Henricus Dux Bavariæ potentissimus, &c.*

Num filias quoque reliquerit Sigefridus, nondum certò constat, videtur tamen eum filiam habuisse *Lingardem*, quæ Gothwaldo 3. Comiti Hennebergico (qui obiit 1143. 8. Apt.) matrimonio juncta fuit, si vera sunt quæ Spangenberg Chron. Henneb. l. 2. c. 8. Paulini Zeitkürzende Lust / p. 424., Henn. Consil. & Secret. Ducis Sax. Coburg. in Chron. Coburg p. 1. p. 17. aliique tradunt, asserentes *Lingardem* (& non Luitgardem, ut Spangenberg, l. c. nomina enim Lingard & Luitgard diversissima esse docent Lambecius in Comment. Bibl. Cæsar. l. 2. & cum eo Tentzelius in diss. Von der Römhildischen Gedächtniß-Seul p. 11.) Gothwaldi uxorem, parentibus *Rheni Palatinis* prognatam fuisse. Hæc A. 1144. 31. Mart. defuncta, & ad maritum in monasterio *Visera*, quod ipsa cum marito in vico Viserow juxta Schleusingam A. 1131. fundaverat, sepulta fuit, cujus Epitaphium in dicto Monasterio jam diruto à Tentzelio repertum, sed ita attritum destructumque fuit, ut in eo nil nisi nomen *Linkart* legi potuerit. Ejusdem Lingardis ex filio Bertholdo 4. Com. Henneb. neptem *Irmengardem* postea Conradus Comes Palatinus Rheni frater Friderici I. Imp. circa A. 1154. uxorem duxerat, de qua infra fusius dicetur. Genealogiam ejus infra subjiciemus:

Porro num Sigefridus Rheni Palatinus noster filiam quoque *Gertrudem* habuerit, quæ nupserit Friderico vel Theobaldo Comiti Tullensi, hactenus certò indagare non potui. Hanc Fr. de Rosieres Friderico Comiti Tullensi fratri Theo-

baldi

baldi uxorem adscribit, verùm Fridericum hunc Com. Tullensem A. 1142. uxorem habuisse *Havvidem* (quæ Simonis I. Loth, D. filia erat) ex ipsius Friderici literis discimus. Henningesius verò Theat. G. p. 1. t. 2. p. 88. eandem Gertrudem, quam cum Francisco de Rosieres Conradi Rheni Palatini filiam fecit, non Friderico, sed Theobaldo Comiti Briæ Tullensi uxorem assignat. In testamento Ducis Loth. Theodorici filii Wilhelmi Bolonii (quem Brovverus in Annal. Trev. ad A. 1100. t. 2. p. 1. & 15. §. 56. Gothofredi R. Hierosol: nescio quâ fide, fratrem constituit; & quod ducta 1. Gertrude Com. de Loss. 2. Mathilde Gerhardi D. Loth. filiâ 3. filios reliquerit Theodoricum Administratorem Loth., Gothofredum Idæ maritum & Henricum) apud Fr. de Rosieres in Hist. Loth. n. 55. hi testes adducuntur: Henricus Epis. Leucorum, Guilelmus Archi Episc. Rhemensis, Henricus Comes, *Fridericus Comes Tullensis, qui duxit uxorem Gertrudem filiam Conradi C. Palatini Rheni*, Theobaldus Comes Tullens. post fratrem, Judith Abbatissa, Agnes Abbatissa, Mathildis uxor Folmari Com. de Dagsburg Metensis, Anna ux. Lupoldi March. Austriæ, &c.

Tandem Sigefridus Rheni Palatinus noster A. 1113. in Saxonia, uti in Hist. Palat. ostensum fuit, occisus, in eaque etiam, ut verisimile, ab uxore & socru Gertrude sepultus fuit vel Brunsvvigæ vel in Ecclesia Breitingensi ab ejusdem uxore Gertrude & filio Sigefrido fundatâ, ita etiam Adelheidis mater Sigefridi Palatini cum filio suo Henrico Lovaniensi A. 1086. Ecclesiam Affligeniensem fundaverat. Gertrudis autem Sigefridi Pal. uxor quo anno & loco defuncta sit, hactenus non satis constat: interim eam in Saxonia quoque denatam, & in Ecclesia arcis Breittingensis à se & filio Sigefrido fundatâ, sepultam fuisse nullus dubito.

Porro Sigefridi Palatini, quem Hermanni Lucenburgici filium fuisse ostendimus, Genealogiam in tab. Geneal. sub lit. B. & G. corrigendam & in ejus locum hanc reponendam esse moneo:

Irmengardis filia Lotharii 1. Imp. ux. Giselberti Com. d. 846. ob. 866.

Ricuinus, 1. Com. Loth. Virdun. occisus A. 923. à Bosone. Com.
ux. N. . . . f. Ingilramni Com. & Fridachæ.

Ricuinus. 2. Com. Virdun. & Arduennæ ob. . . . .
ux. Mathildis. Soror Conradi 1. Imp. ob. . . . .

Gothofredus Com. Virdun, Ard. ob. 935.
ux. Cunigundis. f. Bosonis R. Prov.

Sigefridus Com. 1. Lucenburg. ob. 998. 26. Nov.
ux. Hadevvicha. f. . . . .

Fridericus Com. 2. Lucenburg. ob. . . . .
ux. Irmentrudis f. Ottonis Wormat. D. Francon. Carinth.

Giselbertus Com. Lucenb. & Salmensis. ob. . . . .
ux. N. . . . .

Hermannus Com. Salmens. Rex Rom. Saxo petens ob. 1088.
ux. Adelheidis. f. Ottonis March. Thur. vidua Henrici 3. C. Lovan. d. cir. 1072.

Sigefridus. Com. Palat. Rheni. n. cir. 1074. occisus in Saxon. 1113. 21. Feb.
ux. Gertrudis. f. Henr. Com. Northeimii, vidua Henrici M. Misn. d. cir. 1107

Sigefridus C. Pal. Rh. ob. absq. prole. 1124. 9. Mart.	Wilhelmus C. Palat. Rheni ob. absque liberis. 1141. . .	Liugardis ux. Gothvvald. C. Henneberg ob. 1144. .	Henricus Com. Pal. ob. cir. 1142.	Gertrudis

Poppo XI. Com. Henneb. ob. ante 1156. ux. Irmengard. f. Udonis M. Stadens.	Bertholdus. 4. C. Heneb. ob. in itin. Hierosol. 1157. . . . . ux. Bertha. f. Frid. 2. Com. Pal. Sax. ob. 1190. in M. Trostad.

Poppo 12. C. Henneb. ob. . . . . ux. Sophia f. Ottonis D. Bav. d. . ? . . . ob. - - - - - - - - -	Irmengardis. n. cir. 1136. ux. Conradi Comitis Palatini Rheni d. 1154. ob. in Sax. 1197. sep. - - - - - - - -	Luitgardis n. 1140. ux. Alb. C. Palat. Sax. ob. 1220. 12 Nov. in M. Drostad. sep. ibidem.

Conradus. C. Pal. ob. ante 1186. - - - -	Agnes ux. Henrici Brunsvvicensis filii Henrici Leonis d. 1194. - - - in arce Staleck. ob. 1204. - - -	Cunigundis Abbatissa Neoburg. juxta Heidelb. ob. - - - - - - -	Gertrudis.

Simili-

Similiter *Gertrudis* Sigefrido Palatino nostro nuptæ, ejusque avi *Ottonis Northemii* prudentissimi celeberrimique Bavariæ Ducis genealogiam, hactenus non satis cognitam multisque erroribus obrutam, nuper W. E. Tentzelius in satis erudita diss. de Comitibus Beichlingensibus licet nondum omni ex parte perfecta, veram ostendit veterumque testimoniis insultam firmavit. Quare eandem Ottonis D. genealogiam, sententiam ea in re præstantiss. Genealogorum antea secutus, sed errore deceptus, nunc corrigo atque retracto, & in tabula Genealogica sub lit. G. hanc sequentem reponendam esse moneo:

Henricus Auceps. Imperator.

Henricus Dux Bavariæ.

Bruno Marchio Saxoniæ.

Sigefridus. 1. Com. Bomeneburg & Northeim.

Sigefridus. 2. Com. de Bomeneburg. Benno.

Otto Magnus Dux Bavar. ob. 1083.

Henricus Crassus Com. Northeim. ob. 1101. ux. Gertrudis. f. Eberti i. March. Sax. ob. 1117.

Otto Com. Northeimii ob. post A. 1135. . . .	Gertrudis. n. . . . ux. 1. Henrici March. Misn., quo A. 1106. defuncto, nupsit 2. Sigefrido C. Palat. Rheni 1107. ob.	Richenza n. . . ux. Lotharii 2. Imp. d. 1110. (al. 1113.) ob. 1140. 30. Oct.

Ad pag. 285. sub lit. A. Diximus, Sigefridum Rheni Palatinum nostrum fidem Henrico 4. Imp. constantissimè servasse, ejusdemque itinerum & expeditionum pleratumque Comitem fidelem se exhibuisse, partes quoque ejus pro viribus, exemplo Vittici sui Rheni Palatini, semper & ubique strenuè tutatum fuisse, quod vel ex Annalium Hildesheim: Auctore coævo ad A. 1105. ex edit. Clariss. Leibnitzii dispalescere potest, ubi simul tristia & ultima fata Henrici 4. Imp. exponuntur calamitasque, quâ Gregorius 7. Sanctissimus Papa vel solo quinto Dei T. O. M. præcepto oblitus, inaudito hactenus exemplo inter Imperatores vel Principes Christianos, filium contra Patrem, summum Orbis Imperatorem, concitare. rebellionemque, quâ ingentibus bellorum motibus totum concussum turbatumque fuit Imperium, excitare non erubuit; Auctoris verba, licet Monachus Gregorio addictus, passionibus suis haud raro indulserit, in multis notatu dignissima hæc sunt: "A. 1105. "statim post Epiphaniam legatos direxit (Henricus 4. Imp.) Bavvariam, Coloniensem & Trevirensem Archi Episcopos & *Fridericum Ducem* (Sueviæ, generum suum) " & *Erlolfum* Cancellarium, si quo modo possent reconciliare eum.

" Filius verò (Henricus 5.) respondens fatetur, nulla ratione ei communicare posse, nisi prius purgaretur excommunicationis noxâ, quâ diu tenebatur sedis Apostolicæ censurâ; Nunciis vero reversis, iter suum multa comitante catervâ direxit Turingiam ad locum, qui dicitur *Erphesti*, ubi decenter à *Ruthardo* " Moguntinæ sedis Archi-Episcopo suscipitur, & ibidem diem Palmarum & S. " Pascha in Quidelenburc celebravit. Eo siquidem tempore advenit *Patriarcha* " *de Aquileja*, eos si fieri posset, complacandi gratia: dicens, non audere sibi com" municare, nisi se vellet Deo reum cognoscere & omni regno humiliare; insuper " & Rom. Sedi in omnibus obedire. Timebat enim, ne & ipsum ejus astutis sermo" nibus deciperet, sicuti cæteros antea sæpè delusit. Idem Patriarcha Pascha " Moguntiæ celebravit & post pascha muneribus ab eo susceptis, ad propria " remeavit.

" Post Pascha vero filius *Goslare* venit & ibi generale colloquium cum Saxo" niæ Principibus habuit, &c. Affuit etiam supradictus Constantiensis Episcopus " (Gebehardus) Dom. Papæ cooperator fidelissimus, qui Regem & omnes suos ab " excommunicationis vinculo solverat & quendam Præsulem *Wicelonem*, qui " omnium scelerum & immunditiarum, quæ pater egerat, spurcissimus auctor ex-

" stiterat

ſtiterat, ex Apoſtolica auctòritate depoſuerat. &c. Interim viſum eſt eidem *Gebehardo Apoſt. Sedis legato* & Ruothardo Pontifici Moguntino in ebdomada ante Pentecoſten habere concilium in Turingia in loco, qui dicitur *Northuſun* & Eccleſiam ad priſtinum revocare ſtatum &c. Invaſores Epiſcopos vivos deponere, & ſepultos effodere - & *uxoratos clericos* nullum divinum officium celebrare. His ita ritè diſpoſitis, Rex aſſumptis Saxonibus & Ruothardo Archi-Epiſc. Mog., qui diu à patre ſuo (Henrico 4.) erat expulſus, poſt nativitatem S. Joh. Bapt. ad Rheni fl. ripam uſque perveniunt. Econtra verò pater, *qui tunc Moguntiæ cum ſuis manſit, tranſitum negavit & hos omnes, maximè Comitem Palatinum* (Rheni, Sigefridum) *qui filio transmeandi promiſerat apparatum, mercede corrupit, claſſemque navium ad portum tranſtulit Moguntinum*, manuq; militum & civium ne tranſiret, prohibuit.

At filius videns ſe patris potentiâ præventum, & ſe non poſſe transmeare, Moguntinus Antiſtes Turingiam revertitur. Ipſe verò Wirtzburg adivit & *Erlolfum* Epiſ., quem pater ſuus ibidem conſtituit, depoſuit, & Rupertum ejusdem Monaſterii Præpoſitum fecit Epiſcopum., cumque ad aliquot dies inibi moraretur, ad Ratisbonam iterum revertitur.

Ad vincula verò S. Petri Pater ejus collecto Exercitu inſequitur eum, per Bavvariam iter ſuum direxit & hos omnes quos poterat, qui filio adhærebant, vaſtando & igne cremando conſumit & ſic ad Ratisbonam ire contendit, ubi filium eſſe cognovit. Ut autem filius audivit, patrem ex improviſo urbi appropinquare vix abſceſſit & fluvium, qui dicitur *Regen*, cum ſuis transvadavit. Cum verò uterque eorum paulatim ſuos congregaret & *Dux Boemiæ* patri in auxilium conveniret, nuncii inter eos diriguntur, ſi quo modo poſſent ad pacem reduci. Sed cum nulla ſpes recuperandæ pacis vel concordiæ foret, & pars ſuæ multitudinis pugnare non auderet & filio nullo modo poſſet reſiſtere, nocte cum paucis fideliſſimis elabitur, & per Bœmiam Saxoniamque cum magna difficultate ſaltuum & fluminum transcurrens revertitur Moguntiam, ſi forte transvadandi portum, ut antea, prohibere valeret. Statim filius cum ſuis patrem inſequitur, & Spiræ venit ad Rhenum (exeunte Octobre) Præfectumque Spirenſem mercede conduxit & in vigilia omnium ſanctorum navium apparatum ſibi accomodavit & manu militum, nequis obſiſtere poſſet, donec portum transmearet, obtinuit. &c. Ut autem compertum eſt patri, filium Spiræ ad Rhenum veniſſe, continuò illuc de Moguntia properans ſibi tranſitum præpedire jam ſperans, illum cum ſuis transvadaſſe nimium Stupefactus audivit, & mox eadem die nimio perculſus timore rediens, jejunus & nimis fatigatus Moguntiam venit. Altera vero die *Abbatem de S. Albano* nomine *Theodoricum* Spiræ dirigit ad eum, obteſtans eum per Deum, ut recordaretur, ſe patrem ejus eſſe, & ne tam pertinaciter eum à regno vellet repellere. Ille audire diſtulit, ſed hoc illi mandavit, ut ab urbe vellet citus digredi ne occuparetur ab inimicis. At ille quantocius urbem egreſſus, ad Caſtellum *Hamerſtein* venit ibique aliquamdiu commoratur.

Filius vero Moguntiam venit, Legatos Turingiam poſt Epiſcopum mittit, ut eum glorioſè S. Eccleſiæ, à qua depulſus fuerat à patre, reſtituit (A 1105. m. Nov.) Poſt hæc pater videns multitudinem Principum ex omni regno Moguntiam confluere, & Apoſtolici nuncios debere intereſſe, & pro certo ſciens, quia filius generale Colloquium ibi vellet habere, cogitans. ſi forte poſſet aliqua ratione eorum voluntatem interrumpere, *præmiſit Palatinum* (Rheni) *Sigefridum, Comitem Wilhelmum* (Lucenburgicum, Sigefridi ejusdem Palatini patruelem) qui adhoc conducti mercede, ſecum remanſerant, ſi forte potuiſſent condictum placitum filii impedire, ipſumque poſt eos prædixit eſſe clam venturum. *Cumque ad ſylvam, quæ vocatur San.* (Sone in pago Hundrück) *adveniſſent & filium cum magno exercitu alia parte reperiſſent, eiq; minimè reſiſtere potuiſſent,*

sent, media nocte fugam inierunt, Ipse autem eos insecutus ad Confluentiam venit. Ibi patrem ex alia parte fluminis invenit. Cumque ambo inibi convenissent, pater nuncios misit ad filium, rogans ea quæ pacis sunt. Filius verò trans flumen ad patrem veniens *se pedibus filii sui advolvit:* & quia filius & sanguis ejus esset recordari vellet, præmonuit. At contrà filius patris genubus advolutus, rogabat, ut Apostolico & omni regno vellet obedire, quod si nollet, cælestem Deum patrem habere, & sibi terreno patri penitus ibi impræsentiarum vellet renunciare, promisit, sed minimè complevit. Cumque talia & his similia de statu Ecclesiæ & de salute animæ ejus sermocinaretur per totum diem, vespertino tempore uterque eorum ad hospitium redierunt: pater quidem incumbentibus noctis tenebris temptabat aufugere. Sed vallatus undique ab inimicis nequaquam poterat. Manè verò patre assumpto ad *Castellum Pinguiam* venerunt & ibi illa nocte pernoctaverunt & altera die quasi invitum in *Bockelenheim* deduxerunt *Castellum*. & in vigilia Natalis Domini *Spirensi Episcopo* diligenter custodiendum commisit, non balneatus & intonsus, & ab omni Dei servitio privatus, ibi per omnes sacros dies permansit.

Sicque filius Natalem Domini celebraturus Moguntiam revertitur; Imperator verò nimis cæpit lacrymari & mæstus esse & dè peccatis suis sibi talia evenisse, timens sibi multo pejora à Principibus futura, rogat Episcopum Spirensem se præsentari seque consilio ejus & Magnatum Regni cuncta facturum, promittit Regalia & Castella, quæ optima & munitissima habebat, filio tradere, ut saltem sibi prædia ad usus necessaria impenderet. Episcopus in nativitate S. Johan. Evang. Magontiam venit & quæ à patre audierat, filio & cunctis Principibus enarravit. Cum Principes regni hoc audissent, condixerant convenire *ad Ingelenheim* 2. Kal. Janu. rii. Ibique Imperator est præsentatus, regnum filio tradidit atque *omnium pedibus provolutus, præcipuè Cardinali Legato Apostol. Sedis veniam & absolutionem Banni* precabatur, confitens se multo tempore anathemizatum esse à Papa *Hildibrando*, & injustè super eum constituisse *Wicbertum* Papam & suis temporibus Rempubl. nimis esse turbatam; Et cuncta, quæ sibi objecerant, confessus est, excepto, quod idola non adoraret. Cardinalis autem, qui inopinatè ad hæc facta convenerat, dicens, se nullo modo tam magnam personam suscipere, propter quem tanta mala in toto regno sunt perpetrata, nisi ipsemet Apostolicus adveniret.

Deposito itaque patre, filius Moguntiam cum regni Principibus revertitur & propter Regalia *Werinherum Comitem, Hamerstein* misit & nequissimum *Volcmarum*, qui fuit Consiliarius Patris & omnium scelerum conscius, & in vigilia Epiphaniæ ea attulit & à Ruothardo Archi-Episc. & omni clero & populo honorificè suscipiebatur, & ea coram Principibus filio tradidit ita dicens: Si non justus regni gubernator exstitisset & Ecclesiarum Dei defensor, ut ei sicut Patri suo evenisset. Imperator autem, ut vidit, sibi denegatam esse veniam, cogitans secum, quomodo excitaret vindictam erga Rempublicam, *Coloniam* venit cum paucis, qui secum remanserant: Civibus illis omniá, quæ ei acciderant, flebiliter enarravit. Deinde venit *Leodio*, ibique honorificè ab Episcopo & civibus est susceptus & consolatus. Convocavit ad se *Ducem Henricum* (de Limburg) & alios plures Optimates, eorum pedibus se advolvit petivitq; ab eis auxilium, eventumque suum eis per omnia enarravit. Illi verò ut audierunt ejus querimoniam misericordiâ moti, super eum fidele sibi adjutorium promiserunt optimumque duxerunt, ut Pascha Domini cum eis ibidem celebraretur.

Filius autem, ut hoc audivit, nunciavit regni Principibus ibidem convenire & placitum cum Patre habiturum; movit exercitum magnum, venit ad Aquisgrani, præmisitque quosdam de exercitu ad flumen, qui vocatur *Mosa*, pontem sibi obtinere. Hoc verò audientes, qui patri auxilium promiserunt, scil. *filius Ducis* (Henrici de Limburg) ex altera parte fluminis convenerunt. Instigante

Diabolo in Cœna Domini magna cædes facta est inter eos, multi etiam per emersionem fluminis perierunt. Rex verò, ut comperit, hoc factum, timuit, ne inimici irruerent super eum: declinavit inde & ad *Castellum Bunna* venit, ibique S. Pascha, prout potuit, celebravit. Deinde verò visum est ei apud *VVangionem* civitatem placitum habere Pentecosten, ibique *Henricum Ducem* rebus publicis privavit. Pater autem cum gaudio magno Leodio Pascha Domini cum suis celebravit & post S. Pascha iterum Coloniam revertitur, civesque illi cum juramento urbem sibi custodire promiserunt & deinde sicut edocti fuerant ab eo, intus & foris se oportunè munire cæperunt. Rex verò ut vidit versutiam Patris & antiquam exercere malitiam adversus R. P., magnum congregavit exercitum de omni regno & post festivitatem S. Pet. & Pauli ad partes *Confluentia* venit, ibique collecto exercitu *Coloniam* venit eamque obsedit. Colonienses verò ut boni milites stabant imperterriti, fortiter ei resistentes & Strenuissimè, qualiter nunquam antea est visum, decertantes, & quidam genus hominum, qui vocantur *Gelduni*, quos *Dux Henricus*, (Limburgensis) eis in auxilium miserat, viri bellatores Strenui & nimis docti ad prælia, idcirco ceciderunt multi venerati, & Regis exercitus minimè eis poterat prævalere. Cum per 3. ebdomadas ibi resideret, & nulla spes sibi acquirendi esset, amovit exercitum ad Aquisgrani. Erat enim æstas magna præ nimio fervore non poterat exercitus amplius sustinere laborem. Contigit autem interim Imperatorem Leodio ægrotasse & perductus usque ad mortem Kal. Augusti diem ultimum clausit. Gladium, & diadema quæ adhuc secum habebat, filio suo misit, cum *Erkenbaldo fidelissimo Camerario suo*, & Burchardo Epis. de Monastere, quem tunc vinctum tenebat, mandavitque ei, ut omnibus veniam daret & indulgeret, qui secum in angustiis permanerent: & rogans eum etiam Spiræ juxta Parentes suos sepelire.

Ad pag. 290. *VVilhelmus Comes Palatinus Rheni* Sigefridi Palatini filius, testibus literis Henrici 5. Imp. de A. 1125, circa A. 1108. natus, *fratri Sigefrido* natu majori Rheni Palatino A. 1124. 9. Martii in Saxonia defuncto, jam juvenis 16. circiter annorum in Palatinatu Rhenano successisse videtur, prout hoc non solùm *ex literis Henrici 5. Imp.* jam dictis, *de A. 1125.*, sed etiam *ex Lotharii 2. Imp. diplomate de A. 1126.* apparet. Litteras autem Henrici 5., quas Imperator. A. 1125. in itinere, quo Aquisgranum, Paschate Leodii peracto, intendit, ad Gothofredum Archi-Episcopum Trevir. exaravit, Browerus vel ex Archivo Trevirensi, vel ex Anshelmo ad Sigeberti Chronicon, in Annal. Trevirens. ad A. 1125. t. 2. p. 21. §. 77. exhibet hoc modo: *Non omittendum fuit, ut de pace, quam in Paschali Curia nostra instauravimus, te quidpiam celarem. Quare ut eam tota diœcesi provinciaque tuâ uti quidem cœpisti, melius excolere inposterum queas, te graviter etiam & seriò moneo atque adhortor. Nemo igitur, sive in ministeriis, sive in servitiis agat, in Episcopatu tuo audeat prædas agere grassari incendiis, aut in villas prædiaque violenter irrumpere, aut eorum omnino quidquam designare, qua jam pridem nostra & Apostolici Calisti Sanctione fuere vetita. Rumore etiam nunciisque ad me perlatum est, Wilhelmum Palatinum, Sigefridi filium armatorumque globo septum, istuc in vestratem agrum parare jam erruptionem. Ejus volo conatibus, pro illa, quam huc usque mihi probasti fide, contractis fidissimorum hominum tuorum auxiliis, quam primum obviam eas & illius vim à tuorum cervicibus depellas.* &c. Et ex diplomate Lotharii Imp., quo A. 1126. Moguntiæ *Gulzam* seu Gulizanam Ecclesiam ad ripam Mosellæ quondam ad Adelmannum Abbatem Hersfeldensem spectantem, Trajectensi Eclesiæ addixit, factamque permutationem decreto suo corroboravit, *VVilhelmum Comitem Palatinum*, & *VVilhelmum* Comitem Lucenburgensem (ejusdem Wilhelmi Palatini Consanguineum) & *Arnulfum* Comitem de Los, *Ecclesiæ S. Servatii Trajectensis* (Mastrich, quam Abbatiam Otto 1. Imp ad preces Friderici Archi-Epis. Mogunt., & fratris Cesaris Henrici videlicet Ducis Bav. & Hermanni Comitis Palatini, Ruperto Archi-Ep. Trevir. fratri Adelheidis, Reginæ Ital. postea Imperatricis, restituit. & diplomate dato A. 945 4. Kal. Jan. in Thalahem confirmavit, quod vide apud Browerum l. c. p. 455.) *Ministeriales* A.

1126

1126. extitisse discimus. v. Brovveri l. c. t. 2. p. 21. ad A. 1126. Ejusdem Wilhelmi Rheni Palatini nostri mentio quoque fit in Innocentii, 2. P. R. litteris confirmatoriis, datis Monasterio Buronensi A. 1131. 4. Kal. April. Leodii, testibus: Simone Duce, Pagano Duce, (Limburgico) *VVilhelmo Comite Palatino de Rheno*, Ottone de Bavaria Palatino, Friderico de Saxonia, Thietbaldo Marchione, Henrico Marchione, Ludovico Landgravio de Thuringia, *Ottone Comite de Rhinecke*, Adelberto Comite de Saxonia, Sigefrido Comite de Hollandia et fratre ejus, Comite Namucensi, Gerhardo Comite de Geldria, Arnoldo de Luon, Reinoldo Com. de Munzun (Moncione S. Montis peligard.) et fratre ejus Friderico Comite, Comite de Marthenon et fratre ejus, Arnoldo Com. de Cleve, Hugone Comite, *Hermanno Comite de Salm & filio ejus*, & filio Ducis Simonis, Filio Ducis Pagani (de Limburg) Wilhelmo Com. de Glizberg &c. v. Franc. Petri Sueviam Ecclesiasticam. p. 115.

Porro ejusdem Wilhelmi Rheni Palatini Browerus lib. cit. p. 28. in Electione Adalberonis Archi-Episcopi Trevir. A. 1131. peractâ meminit h. m. Lotharius Imp. cognitâ Meginheri *Archi-Epis.* morte, Trevirensibus Adelberonem Primicerium Metensem prudentiâ usuque incomparabilem virum Archi-Episcopum dedit: Legatus cum ad clerum id retulisset, magnificè de Adalberone loquutus esset, &c. quo responso clerus accepto meliorem in Ipsum ingressus, consilium de electione novum mox expedire cœpit. *Id ubi Advocatus Ecclesiæ Palatinus Comes* (Rheni Wilhelmus) *sensit, collectâ repentè Nobilium ac popularium manu*, cleri conventum non sine maximo civitatis tumultu dissipavit, atque tum demum omnes Gothefredum Præpositum majoris Ecclesiæ, cujus inter Candidatos nomen clerus erat antea professus, Episcopum sibi dari (Gothofredus enim hic Palatini factione oppositus fuerat) concupierunt. Lotharius Imp. Clericis Trevir. Moguntiæ A. 1131. d. - - diem dixit, quâ communibus suffragiis Adalbero electus & confirmatus fuit. &c.

Wilhelmum denique Palatinum nostrum A. 1140. 5. idus Febr. Wormatiæ apud Conradum 3. Imp. exstitisse apparet ex diplomate ejus dato Monasterio Stabulensi, testibus: Adelberto Moguntino, Adelberone Trevir., Adalberone Leodiensi, Stefano Metensi, Sigefrido Spirensi, Buccone Wormat., Embrichone Wirceburg., Bernhardo Paderbrun. Udone Osnabrug. Episcopis *Friderico Duce Sueviæ & Alsatiæ*, Adelberto Duce Sax., Gothofredo Duce Lovaniensi, *Wilhelmo Comite Palatino*, Hermanno Marchione (Badæ) Thiebaldo Marchione de Norberck, Gevehardo Comite de Sulcebach, Henrico Com. Namut. &c. v. Miræi Notit. Eccles. Belg. p. 379. Eodem Anno Wilhelmum Rheni Palatinum defunctum fuisse, jam supra in Hist. Pal. p. 292. ex Alberti Stadens. Chronico, Chronico Montis Sereni, & lib. de fundatione Cœnobii Bigaugiensis ex edit. Maderi p. 259. Chronographo Sax. ex edit. Leibnitzii diximus, quo autem die? adhuc latet, similiter, num Wilhelmus in conjugio vixerit, quam & qualem & cujus familiæ uxorem habuerit? hactenus indagare non potui: hoc interim ex diplomate Conradi 3. Imp. de A. 1144. certum est, eum nullos reliquisse liberos, & Palatinatum Rhenanum in *Hermannum Comitem de Stalecke* ejusdem Cæsaris beneficio, cujus ex sorore Luitgarde neptem *Gertrudem* uxorem duxerat, devolutum fuisse. Corrigenda itaque esse moneo ea, quæ ad pag. 293. de Wilhelmi uxore *Irmengarde* Henneburgica diximus, hanc enim non VVilhelmo, quod temporum rationi repugnare videatur, sed Conrado Suevo Comiti Palatino Rheni, matrimonio junctam fuisse infra ostendemus.

Ad pag. 296. Solius adhuc *Hermanni* Rheni Palatini familia, parentesque in hunc usque diem latent, & licet hactenus omnem moverim lapidem, advocatis in consilium quamplurimis Eruditissimis atque in omni antiquitate versatissimis viris, qui tamen nodum hunc Genealogicum omnino difficillimum solvere non potuerunt, remque Delio quasi natatori inpervestigabilem existimantes, in dubio reliquerunt. Princeps aliàs famosissimus & in omni veterum, Ottonis videlicet

delicet Frising., Guntheri Ligurini, Dodecheni aliorumque coaevorum Historiâ celebratissimus, *cujus*, ut Ligurinus loquitur, *erat tumido tellus circumflua Rheno*, quemque Trithemius etiam *virum maximum & per omnia generosum* vocat. Dedimus jam in Historia Palat. p. 296. 3. conjecturas, quibus quartam addidit J. E. Tentzelius Historiographus Elect. Sax., quae tamen omnes, uti hactenus deprehendimus, non sufficere videntur, unde illis quintam hic adjicimus, an feliciori cum successu & num rem acu tetigerimus aliis dijudicandum relinquimus.

I. Fuit, qua Hermannum nostrum, quem ante electionem in Rheni Palatinum, *Comitem de Stalecke* fuisse ostendimus, fortè ex *B. Eberhardi de Stalecke* pedissequi Palatini Rheni, à R. D. Papenbrochio in Actis Sanct. in vita B. Ezonis S. Erenfridi Rheni Palatini t. 5. May ad 21. May memorati posteris oriundum fuisse conjecimus. Verùm B. Eberhardum hanc de Staleckenon Ezonis, sed Conradi Rheni Palatini pedissequum ejusque filiorum Informatorem fuisse, qui Heidelbergae in veteri Castro in eacumine montis Jetthaei (quem alii cum Melisso Poëtâ *Heidelbergum* à myrtillorum copia sic dictum vocant) sito, postea verò circa A. 1526. fulminis ictu destructo habitans, interdum etiam Bacharaei in arce Stalceke, ubi patre VVolframo ejusdem areis Praefecto & Matre Adeltrude natus circa A. 1164. fuerat, tandem relictâ Aulâ Palatini mundo valedicens, in monasterium, quod ipse A. 1180. in loco *Comeda* dicto, atque à Nobili *Henrico de Dick* (cujus etiam in Conradi Palatini jam memorati diplomate de A. 1190. mentio fit, v. Codicem Diplom. Palat. p. 58.) obtento, condiderat, secessit, ibique elapsis aliquot annis vitam pariter & ossa deposuit A. 1191. 30. Novembris aeraris 26. annorum, prout ex ejusdem vitâ nondum editâ & adhuc MStâ à R. D. Papenbrochio mihi superiori anno mense Julio Antwerpiae benevolè communicatâ, plenius didicimus, cujus excerpta infra dabimus, quando de Conrado Palatino quaedam dicturi sumus.

II. Quâ Hermannum nostrum è Ducibus Lotharingo-Mosellanicis ortum opinati fuimus; sed & hanc blandientem fallacemque fuisse conjecturam ex eo cognovimus, quod, inspectis quam plurimis Lotharingensium antiquissimis documentis, nullus in tota Lotharingensium Historia occurrat Hermannus, qui in Palatii Comitem evectus fuerit.

III. Ratione & argumento bonorum, & praediorum in territorio quondam Hennebergico sitorum, quae Hermannus Palatinus noster *Monasterio Bildhusano* à se noviter exstructo tradidit, in eâ haesimus opinione, ac si ipse è Comitibus Hennebergicis antiquis originem traxerit. Verùm haec & inprimis etiam illa Monasterio *Mönichsroden* ab ipso etiam Hermanno A. 1156. paulo ante mortem condito, collata praedia, ad Marchionem Misniae spectasse, ex antiquis documentis nuper docuit Paul. Hönn Consil. Ducis Saxon. Coburg. in Chronico Coburg. p. 271. hinc Hermannum haec eadem praedia cum uxore suâ *Gertrude* Conradi Magni Marchionis Misniae filiâ, & Contadi 3. Imp. ex sorore nepte, dotis loco obtinuisse verisimile judico.

IV. Hanc addidit Tentzelius in differt. de Decimis 2. Hennebergicis p. 5., quâ *Hermannum nostrum Comitem fuisse Hartenbergicum*, ex Comitibus Orlamundanis oriundum autumat. Verùm & haec erronea quoque assertio est, cum ipsi alium opposuerim *Hermannum Comitem de Hartenberg*, Hermanno Rheni Palatino nostro coaevum & ab eo diversum, & à Bucelino Abbate Werthinensi in Topo-Chrono-Stemmatographia p. 315. ex antiquis litterarum documentis hoc modo memoratum: *Plura & alia acquisivit jura emtionis titulo Monasterio S. Luidgeri praedictus Abbas Lambertus, inter caetera etiam. Curten Angeren cum attinentiis &c. in praesentia & placito Domini Hermanni Comitis Palatini, ac praesidente vice ejus Comite Hermanno de Hartenberg advocato ejus Curtis.* &c. v. Hist. Palat. nostr. p. 300.

Quintam quod attinet conjecturam, qua consideratis quibusdam antiquis literarum documentis, in eâ jam haeremus animi sententiâ, *Hermannum* nostrum origine & sanguine *Nassovium, Lurenburgicum Comitem* ex Nassoviis oriundum,

& qui-

& quidem Goswini Nassovio-Lurenburgici, Comitis de Stalecke circa A. 1138. defuncti filium fuisse, quod quidem ut credamus, tria inprimis nos permovent.

I. Comites quosdam Nassovios olim Bacharaci non solùm vixisse, sed etiam sepultos fuisse ex Archivo Nassovio-Dillenburgico & antiquis documentis quondam didicimus. Deinde Nassovios quosdam etiam Lurenburgicos ab arce Lurenburg, quam inhabitabant hodieque Nassovii possident, antiquitus dictos fuisse in Imperatorum aliorumque Principum diplomatibus non minus certum quàm indubitatum est. Ex. gr. *Rupertus* Walrabi Comitis Nassoviæ filius & A. 1190. in Syria defunctus, *Comes de Lurenburg* testis adducitur in diplomatibus Conradi. 3. Imp. de A. 1144. Kal. Aug., A. 1146. 3. Kal. Jan., A. 1146. prid. Non. Jan., A. 1147. 16 Kal. Nov. v. Codicem Diplom. Palat. p. 37. 45. 46. 47. &c., *qui* in alio Friderici I. Imp. diplomate de A. 1161. *Comes Nassowe* vocatur, v. Broweri Annal. Trevir. t. 2. p. 69.

Et in aliis literis Adelberti Archi-Epis. Moguntini apud Serarium l. rer. Mogunt. testes adhibentur idem *Rupertus & frater ejus Arnoldus Comites de Lurenburg*. Itaquoque, quoque *Goswinus* frater Emichonis, *Comes de Lurenburg* testis in ejusdem Adelberti Archi-Epis. Mogunt. literis de A. 1125. v. Trithemii Chron. Sponheim p. 239. 240. 243. Et in aliis de A. 1105. testes: *Dudo & Goswinus Comites de Lurenburg.* v. Trithemii l. cit. Idem Dudo Comes de Lurenburg testis quoque memoratur in Henrici Rheni Palatini literis fundationis Monasterii Lacensis de A. 1093. v. Codic Dipl. P. p. 33.

II. Castrum *Stalecke* Bacharacense, quod Hermannus Palatinus Rheni, qui se, ut dictum, antequam Palatinus Rheni electus fuerat, Comitem de Stalecke scripsit, una cum oppido Bacharach und den 4 Thälen feudi nomine ab Ecclesia Coloniensi recognovit, & omnium primus ad Palatinos Rheni. Conradum videlicet successorem suum transmisit, uti clarum est ex literis feudalibus Philippi Archi-Epis Colon. de A. 1189., quas v. in Cod Diplom. Palat. p. 58., *ante Hermannum Palatinum* nostrum jam *Lurenburgicos Comites*, & in specie *Goswinum Lurenburgicum* inhabitasse, & se ejusdem arcis Dominos scripsisse, liquido apparet ex literis Adelberti Archi-Episc. Mogunt. de A. 1135. apud Serarium l. de reb. Mogunt. p. 813. in quibus hi testes memorantur: Arnoldus Præfectus Civitatis (Moguntinensis, fuit hic Comes Nassovio-Lurenburgicus, Ruperti supra memorati in Syria defuncti, pater) Fridericus Com. de Arnesberg, Hermannus de WWinscheburg. Sigebertus & Fridericus Comites de Saresburgen, *Comes Goswinus de Satlecha* (*) (lege Stalecha seu Stalecka) Comes Bertholdus de Nuring, Comes Gyso de Vodencsburg, Vodelinus de Hetechusen, Reginboldus (lege Reginholdus id est Reinholdus) & Gerlacus de Isenberg, Folcor de Nitha, WViger de Hasselestein, WValter de Husen Ministeriales, Embricho & filius ejus Embricho vice Dominus, Ruthart de Waldaso (forsan WValdpodo) Gothofredus, Otto, Dodo. &c.

Idem Goswinus una cum fratre Emichone testis quoque adducitur & *Comes de Lurenburg* vocatur in literis Adelberti jam dicti Archi-Episcopi Mogunt. datis A. 1125. 7. Junii, quas v. apud Trithemium in Chron. Sponheim. p. 239. Et in alio diplomate de A. 1105. apud Trithem. lib. cit. testes memorantur: *Dudo & Goswinus Comites de Lurenburg.* Tandem hic Goswinus Comes de Lurenburg & Stalecke circa A. 1138. 3 anno post, quo suprememoratum diploma Adelberti Archi-Episcopi subscripsit, obiisse, eique in eadem dignitate filius Hermannus successisse videtur; Hic enim A. 1140. in diplomate Conradi 3. Imp. (quod vide in Cod. Diplom. Palatino p. 43.) jam dictus fuit *Comes de Stalekun*, seu Stalecke, nam utrumque legi in antiquis literis in Hist. Palat. p. 295. ostendimus.

(*) *Satlecha*, legendum est Stalecha seu Stalecka, quod amanuensium vitio irrepsisse puto; nullum enim castrum vel oppidum, vel prædium in rerum natura, cui nomen fuerit *Satlecha*; plures etiam ejusmodi errores non solùm in his, sed etiam in aliis ejusdem Adelberti Archi-Episcopi Mogunt. literis apud Serarium & Trithemium observantur, Ex gr. in illis apud Trithemium, l. cit, testes adducuntur:

tur: *Arnoldus & frater ejus Rupertus Comites de Lucenburg*, lege *Lurenburg*; nullos enim Comites Lucenburgicos isto tempore & hisce nominibus in rerum natura fuisse certum est, sed hi fratres Arnoldus & Rupertus Comites fuerunt de Lurenburg, & filii Walrabi Comitis de Nassau & Lurenburg.

III. Hermannum Palatinum nostrum Monasterii *Mönichsroden* Coburgum inter & Neostadium quondam siti, nunc diruti A. 1156. fundatorem, à Reinhardo Canonico Herbipolensi in Chronico MSto Herbipolensi ex antiquis proculdubio documentis edocto appellari · Pfalzgraf Herman zu Nassau/ uti P. Hönn in Chron. Coburg. p. 271. tradidit, von welchem Pfalzgraf Herman aber/ ut ibidem loquitur, kein Genealogus etwas wissen will. Verùm enim verò idem Hermannus Rheni Palatinus fuit, qui eodem adhuc anno 1156. Monasterium quoque Bildhusianum condidit (v. Hist. nost. Palat. p. 297. 307.) illudque æquè ac *Mönichsroden* multis prædiis, quæ cum uxore Gertrude Marchionissa Misniæ dotis loco acceperat, liberalissimè dotavit. Multos hic terrarum tractus & prædia in territorio Coburgico & Hennebergico partim, ut dictum, cum uxore dotis loco acceptа, partim à Prædecessoribus suis Rheni Palatinis hæreditario vel successionis jure obtenta possedit, quæ omnia tum ipse Hermannus liberis carens virorum *Monasteriis Bildhusen* & *Mönichsroden* à se exstructis, cum uxor ejus Gertrudis Virginum Monasteriis à se quoque conditis *Wechtersvvinckel* & *Monasterio S. Theodori*, quod Bambergæ construxerat, pro animarum suarum salute, magnâ devotione tradidere. In hoc verò ipsa Gertrudis sumto Religionis velo, reliquam vitam exegit usque ad A. 1191. quo obiit; Catalogum Abbatissarum hujus Monasterii exhibet Bruschius l. de Monast. Germ. p. 136. *Wechtersvvinckel* vero hoc ditissimum Nobilium Virginum, Monasterium illud Bildhusianum tribus leucis ab eo distans, di vitiis & prædiis longè superasse antiqua documenta docent, monialibus verò postea seculo 15. vel 16. propter vitam minus religiosè exactam, summi Pontificis jussu ejectis, prædia ejusdem monasterii Episcopum Herbipolensem bonâ ex parte usurpasse suæque Ecclesiæ addixisse.

Diximus Hermannum nostrum à Prædecessoribus suis Rheni Palatinis per multa prædia in Coburgico atque Hennebergico territoriis sita, successionis jure ad se devoluta obtinuisse; Ex antiquis enim literarum documentis in Codice Diplom. Palatino allatis certissimè constat, Ezonem S. Erenfridum Rheni Palatinum præter Insulam S. Swiberti hodiè Kayserswerth / dequâ v. Hist. Palat. p. 27. & 86., in Thuringia quoque *Salfeldiam* cum pertinentiis & alia circa Schwinfurtum ab Henrico 2. Imp., proscripto videlicet A. 1003. Henrico Hennebergico Marchione Svvinfurtensi, Ottonem etiam Palatinum Ezonis filium, postea Sueviæ Ducem, Henrici 3. Imp. beneficio multa in eodem terrarum tractu obtinuisse, & defunctis fratribus, ad sororem ejus *Richezam* Poloniæ Reginam proximam hæredem transmisisse, eandemque postea ex his *Coburgum* & *Orlam* cum pertinentiis S. Annoni Archi-Episcopo Colon. A. 1056. donasse v. Histor. Palat. nostr. p. 28. & 37. sub lit. D. & Codicem Diplom. Palat. p. 29. sub lit. G. & Gelenii vindicias B. Richezæ R. p. 34. Ita Paulus quoque Hönn lib. cit. antiquis literarum monumentis edoctus testatur, villulas & vicos Coburgo adjacentes, *Meder* videlicet, *Vilbach*, *Certendorf*, *Seidmansdorf*, *Ketschendorf*, *Lauter* & *Meyersdorf* ad Reginam Richezam spectasse atque ejusdem deinde, vel S. Annonis Archi-Episcopi Colon. donatione ad Monasterium *Salfeld* pervenisse. Deinde multa etiam in eodem terrarum tractu ad Comites quondam Orlamundanos spectâsse v. Hönn lib. cit., quibus exstinctis, *Sigefridum Rheni Palatinum* itidem ex Orlamundanis oriundum, ex matre videlicet *Adelheide Orlamundanâ*, Ottonis Orlamundani Thuringiæ Marchionis filiâ prognatum atque Ulrici Comitis Orlamundani & Vinariensis (qui Ludovici Saltatoris Landgravii Thuringiæ gener exstitit) A. 1112. absque liberis defuncti proximum agnatum permulta obtinuisse (v. Hist. nostr. Palat. p. 282. sub lit. B. p. 287. sub lit. A. & p. 284. sub lit. C.) atque ad filium Wilhelmum Rheni Palatinum

trans-

transmisisse, indeq... illa ad Hermannum nostrum Wilhelmi absque liberis denati in Palatinatu Rhenano successorem devoluta esse, vero mihi simile videtur.

Ad pag. 331. lit. A. ad verba: *annotata reperio.* Fateor, me authoritate antehac & testimonio Clarissimorum quorundam virorum deceptum, duas Conrado nostro uxores adscripsisse; primam quidem, quam Henningesius, Reusnerus, Hofmannus, Blondellus aliique recentiores *Elisabetham* vocitantes, filiam fecerunt Conradi cujusdam Franconiæ & Cattorum Ducis & simul, si Diis placet, Comitis Palatini Rheni. Sed eos egregiè falli nullum dubium est, qui hanc Elisabetham & Conradi Rheni Palatini filiam faciunt & Conrado nostro nuptam existimant; cum ex Historica antiquitate certum sit, ante Conradum Suevum, Rheni Palatinum nostrum Friderici I. Imp. fratrem, nullum Rheni Palatinum Francorum simul & Cattorum Ducem, cui nomen fuerit Conradi, in rerum natura extitisse, neque fingi à quoquam nisi audacissimè potest: Secundam Conrado uxorem adscripsimus, quam Freherus in Orig. Pal. p. I. p. 92. in Margine *Irmentrudem* & Crusius in Annal. Suev. l. 9 p. 2. & p. 254. malè *Agnetem*, Trithemius verò in Chron. Hirs. & cum eo J. P. Spenerus in Opere Herald. p. 669. rectius *Irmengardem* vocant, quod etiam antiquis literarum documentis confirmatur. Atque hæc sola & unica Conradi nostri uxor, non solùm in literis feudalibus Philippi Archi-Epis. Colon. datis Conrado Palatino nostro A. 1189. quas in Codice Diplom. Palat. p. 58. exhibuimus, sed etiam in literis fratris ejusdem Irmengardis, Popponis 12. Com. Henneberg. de A. 1159. apud Spangenberg in Chron. Henneb. p. 92. *Irmengardis* dicta (quod nomen Freherus lib. cit. perperam in *Irmentrudem* mutare conatus est) *filia fuit Bertholdi* 4. Comitis Henneberg. & Burggravii Herbipolensis A. 1157. in itinere Palæstinam versus defuncti, *ex Berthâ Friderici 2. Com. Palatini Saxoniæ filiâ*, A. 1190. in Monasterio Trostad à se A. 1177. fundato defunctâ & sepultâ, & *soror Poponis* 12. Com. & *Luidgardis*, quæ circa A. 1140. nata, Alberto Saxoniæ Palatino matrimonio juncta, A. 1220. 22 Nov. ætatis circiter 80. an. defuncta est. v. Meibomium in Chron. Marienthal. t. 3. p. 251.

Atque hanc Irmengardem Bertholdi primogenitam, circa A: 1136. natam, non Wilhelmo Rheni Palatino, qui A. 1140. obiit, sed Conrado Friderici I. Imp. fratri germano circa A. 1129. vel 1130. in lucem edito, matrimonio A. 1154. sociatam fuisse, ipsa temporum ratio & dictitat & suadet: Testatur enim Spangenberg l. cit., eam Conrado marito A. 1195. defuncto superstitem vitam demum cum morte A. 1197. commutasse, verba ejus hæc sunt: **Es findet sich daß diese Irmengardis an einen jungen Pfaltzgraffen bey Rhein sey verheyrathet worden / und daß sie A. 1 97. gestorben.** Quod si præter Spangenbergii testimonium adhuc majus & nervosius argumentum, quo dictis fidem faciam, efflagitas; En Donationis litteras Popponis 12. Com. Henneberg. de A. 1159., quibus Monastero Visaræ 3. mansos in Nider-Naha donavit, h. m. Quia Charissima genetrix nostra Bertha, &c. itaque & nos & germanæ nostræ *Irmengardis Palatina Rheni*, & *Luitgardis Palatina de Saxonia &c.* Imo etiam hoc ipse Philippus Archi Epis. Colon. in literis supradictis feudal. datis Conrado Palatino Rheni super Castrum Staleeke & oppidum Bacharach confirmare videtur, quando in illis Conradi uxorem *Irmengardim* vocat. Interim Irmengardem hanc Palatinam Henningesius Theat. Gen. p. 2. p. 403. & Æl. Reusnerus in Auctuario Genealogico p. 177. maximè confundentes, Henrici junioris Lucenburgici Ducis Bavariæ, quem malè pro Rheni Palatino venditant, filiam faciunt (cum tamen eundem Henricum in cælibatu & ante nuptias quas A. 1048. parabat, defunctum fuisse certum sit) eamque Conrado nescio cui Cattorum & Francorum Duci Rhenique Palatino, quem Socero in ipso Palatinatu Rheni successisse somniant, matrimonio junctam crassissimo errore scribunt.

Ex eadem Irmengarde Hennebergicâ Conradus noster genuit filium *Conradum* ante patrem defunctum & non *Fridericum*, prout scribit Henr. Meibomius junior in not. ad Hist. Henrici Leonis, cujus verba p. 446. hæc sunt: *Res ita se habet*

habet. Conradus Dux Suev., Friderici Barbarossæ frater & per matrimonium Comes Palatinus Rheni genuit Fridericum & Agnetem. Friderico desponsata est Richsa filia Henrici Leonis, ejusque fratri Henrico promissa Agnes. Fridericus non multo post matrimonium obiit in Italia, relictâ Richsâ viduâ, &c. Fridericus enim hic, cui Richsa Henrici Leonis filia circa A. 1164. matrimonio juncta fuit, non Conradi nostri Rheni Palatini, sed Conradi 3. Imp. filius fuit, quo A. 1167. 19. Aug. Romæ defuncto, ut in ejus Epitaphio exstat, (v. Crusii Annal. Suev. l. 9. p. 452. ubi Friderici uxorem perperam *Mechtildem* vocat; de quo & infra ex Ottonis Morenæ l. de gestis Frid. 1. Imp. in Ital. dicemus) & quidem peste, relicta Richsa secundò nupsit Canuto Waldemari Daniæ Regis filio & obiit. A. 1221. uti H. Meibomius Senior in relectione Apologiæ pro Ottone 4. Imp. p. *165.* ex Alberto Stadensi, Helmoldo l. 2. c. 14. aliisque optimè docuit.

Deinde ad pag. 309. lit. B. Verùm Chronicon MStum Agticolæ hoc in passu errore Chronologico non vacat; Anno enim 1140. Conradum 12. annorum adhuc puerum, castrum illud Heidelbergense jam inhabitasse vix credibile est; Si quidem si mater ejus Agnes à Friderico Suev. Duce Dissentionis tempore Lotharium Cæsarem inter & Fridericum Suev. D. A 1126. vel præcedente exortæ ducta fuit, prout Otto Frising. l. 1. c. 21. testatur, ipse Conradus filius certè ante A. 1127. vel 1128. nasci non potuit. Hic Conradus omnium Rheni Palatinorum Comitum primus, & quidem antequam Rheni Palatinus factus fuerat, sedem & domicilium hic Heidelbergæ fixerat in castro antiquissimo supra Jetthæ vel Juthæ Collem (quem à Myrtillorum copiâ *Heidelbergum* ab omni memoriâ sic dictum autumat Melissus) in cacumine montis (quem *Caprarium minorem* den kleinen Geißberg/ quidam vocant, atque hunc quoque montem à Romanis Etimologiam vocis Germanicæ imitantibus *Capellatum* in Historia Rom. celeberrimum, à Capellis videlicet sic dictum fuisse propior sum; ut credam) sito, atque à Romanis, ut Freheri & Pareï conjectura est, vel à Burgundis terrarum tractum Rhenum inter & Mœnum A. 373. inhabitantibus & varia Burga exstruentibus, vel denique à Francis Regibus exstructo, & ante 150. & quod excurrit annos, fulminis tactu igneque cælesti deflagrato; idem deniq; castrum cum Burgo Heidelberg Conradum jam memoratum, Ecclesiæ Wormatiensis Advocatum, ab eadem Ecclesia feudi nomine tenuisse, jam alibi ostendimus.

Deinde inter res gestas Conradi Palatini nostri maximè notandas referri quoque possunt eæ, quas in Ottonis Morenæ coævi, testisque oculati Historia de Friderici 1. Imp. rebus in Italia gestis annotatas reperio exedit; Grævii & Leibnitzii, h. m. " A. 1153. mense Julio Fridericus 1. Imp. Cremam obsedit. Imperator & *Dux Conradus frater ipsius Friderici* (Imp.) Dux quoque Fridericus filius Conradi (3.) Regis, Comes Otto, qui & Falcigravius (Pfaltzgravius Bavariæ Wittelsbachius) dicitur, Comes Rupertus de Bassavilla, multi alii Duces & Principes innumerabiles Manganos, petreriasque & gattos ibi circumquaque fecerunt. Imperator à porta Serii ultra ipsum Serium & fere usque ad portam de Rivolta, cum suis castra metatus est. &c. Supradictus verò *Dux Conradus frater Imperatoris* cum suo Exercitu, Comes dictus Otho Falcigraphius aliique cum eo Principes ante Portam de Ombriano & Portam de Plavengo cum aliis Ducibus castra metatus fuit. In diebus illis Domina Imperatrix uxor Imperatoris *Beatrix* cum suo Exercitu una cum Duce Henrico (Leone) de Saxonia, qui maximum exercitum secum duxerat, ad eandem obsidionem Cremæ die lunæ seu XII. Kal. Augusti venerat, &c. Cremenses cum Mediolanensibus, qui intus erant, cum igne accenso foras per portam de Umbriano armati prosilierunt, & ad manganum Imperatoris, qui ante hospitium *Ducis Conradi fratris Imperatoris* & Othonis erat, ut eum comburerent, iverunt. Hi verò, qui ipsum custodiebant, ut eos cum accenso igne venire viderunt, obviam eis, ut ipsum Mangonum ab igne defenderent, valde vociferantes exierunt: qui quamvis non possent resistere, quin

" ipsi Cremenses Mangono ignem supponerent, secum tamen prælium commiserunt. *Dux* igitur *Conradus Imperatoris germanus* & Comes Otho, Robertus Comes de Bassavilla aliique Duces, Comites & Principes una cum suis equitibus hoc audientes & citissimè armati, foras de suis castris exeuntes, super eos irruerunt viriliter, & ex ipsis 4. ceperunt. Quorum 4. captivorum statim uni absciderunt caput, alteri verò utrosque pedes à corpore penitus projecerunt, tertio verò utrumque brachium truncaverunt, quartum verò multis plagis impositis interfecerunt. Relictis omnibus his in campo mortuis, ex illis plures ceperunt, aliosque omnes tam graciter insecuti sunt, quod eorum plurimi per portam, per quam exierant, redire non valentes, in fossatum ipsius Cremæ, quamvis in ea maxima esset aqua, ferè omnes perierunt, alii verò Teutonici ad prædictum Manganum currentes, ita viriliter ipsum ab igne defenderunt, quod nisi 3. vel 4 crates, quæ ante ipsum Manganum erant, ex ipso Mangano combustæ sunt. &c.

Et pag. 979. Interea *Dux Conradus* frater Imperatoris, Robertus C. de Bassavilla, *Otho Comes Falcigravius* aliique Principes à Castello Imperatoris usque ad portam de Umbriana multos gattos & crates fecerunt, ex quibus fossatum multis partibus implebant terrâ & lignis. Teutonicos tamen sub ipsis cratibus cum arcubus & Balestris occultè morantes Cremenses intus juxta murum ipsius castri sive de subtus euntes, sive super Scrimalias & machinas ipsis ignorantibus mirabiliter Sauciabant. &c.

" Imperator publicum prælium super Cremenses faciendum certa die indixit. Cumque ea die Imperator Principes suos ad bellum ordinasset, *fecit Ducem Conradum fratrem suum & qui Palatinus erat de Rheno, cum suis militibus ascendere super prædictum Castellum*, aliosque Principes Teutonicos & Lombardos super Machinam Marchisii fecit ascendere. Jussit eis, ut quacunque hora pons Machinæ super murum Castri Cremæ jactatus esset, quod ipsi omnes Principes & Equites per pontes ex templo currentes viriliter robustèque hostes invaderent, & cum ipsis fortiter pugnarent. Bello itaque sic ordinato & pontibus supra murum castri projectis, *præfatus frater Imperatoris cum suis militibus per pontem castelli usque supra murum castri pergens, Cremenses viriliter invasit.* Sed alii Principes & equites per pontem, quem Marchisius (Magister) super murum castri jactaverat, ita viriliter, sicut debuerunt, non concurrerunt. Cremenses autem qui subtus suas machinas stabant juxta murum, prædicto Duci (Conrado) ejusque militibus occurrentes, se optimè defenderunt. Quidam vero vexillifer ipsius Ducis Nobilissimus atque fortissimus miles de muro castri se in terram projiciens in medio Cremensium, putans omnes alios se sequentes similiter facturos, magnum prælium cum ipsis Cremensibus super eum irruentibus fecit, ac ab eis, ut solus erat, diu mirabiliter se defendit. Sed licet fortissimus esset tantæ multitudini non valens resistere, aliquibus Cremensibus ab eo vulneratis, tandem ab eis captus & terram projectus est & multis ei plagis impositis interiit: alios etiam ipsius Ducis milites cum ramplnis ferreis de ponte in terram trahentes ipsi Cremenses vivos retinuerunt. Pars vero Cremensium cum Manganis lapides non modicos super pontem jactando, sic cum in quadam parte fregerunt, quod alii Teutonici, qui *post Ducem* currere debuerant, ipsum postea sequi non sunt ausi. Sed Cremenses ut pontem ruptum præsenserunt, nec alios Teutonicos viderunt sequi *Ducem*, qui cum paucis præcesserat, *super ipsum Ducem* ejusque milites fortiter irruentes, sic eos lapidibus & ensibus atque lanceis eo maximè cum cratibus urgebant, *quod ipse Dux* (Conradus Palatinus Rheni) *aliquantulum sauciatus cum parte suorum equitum rediit in Castellum*; pars verò per pontem usque ad Castellum redire non valens, de ipso ponte extra castri murum in fossatum se projecit. &c. Licet autem Imperator ejusque Principes, quod statuerunt, plenariè non perpetraverunt, assiduè tamen diu noctuque Cremenses cum balistis & arcubus oppugnabant; & tam boni ballistarii quotidie in Castello Imperatoris latitabant, quod fere nullus Cremensis poterat contra Castellum super Machinas

"se

se opponere, quin ab ipsis ballistariis interficeretur, nihil proficiente lorica. Ipsemet Imperator optime sciens sagittare, prout extimo, multos de Cremensibus interfecit. Quocirca Cremenses maximè perterriti & intolerabilibus vigiliis assiduè fatigati & magna ex parte sauciati, ac iram & dolorem *Ducis Conradi*, qui suos milites amiserat, metuentes plurimum; videntes etiam, quod multi, qui ab initio castrum Cremæ defenderant, clam de ipso exierant, Imperatori & Principibus se tradentes, ac assiduè magna ipsorum copia clam exire properabat, paventes etiam, ne per vim caperentur, &c. factâ deinde deditione, Imperator cum Cremensibus pacem iniit A. 1160. 6. Kal. Febr. &c. " " " " " " " " "

p. 984. Hisce peractis dedit licentiam dulcissimus Imperator Duci Henrico de Saxonia & Duci Bertholdo (de Zæringia) aliisque Episcopis cum suis militibus in suam patriam remeandi. Quibus recedentibus, remansit Imperator Papiæ cum *Frederico Conradi (3.) Regis filio & cum Conrado Comite Palatino de Rheno Fratre suo, & Othone Palatino Comite* (Bavariæ Wittelsbachio) & cum aliis Principibus. Imperator cum conjuge sua *Beatrice* & Principibus & Exercitu ultra Padum in partibus Gamodii & Marenghii, atque Terdonæ perrexit & in illis partibus in quadragesima (A. 1160.) remansit &c. Post hæc die Martis, quæ fuit quarta dies mensis Aprilis (A. 1161.) in festo S. Ambrosii, Placentini Equites, qui venerant usque ad S. Mariam, quæ dicitur instrata prope fossatum album causa deprædandi, ex Laudensibus eis occurrentibus ceperunt Trincafolium de Pusterla, qui tunc esset Potestas Laudensis & Ugonem de Pusterla & Joannem de Overgnate & tres alios: Laudenses verò quendam nobilem militem de Placentia, qui vocabatur Jacobus Vicedominus, interfecerunt. Interim gens Teutonica maximè fremens, quod Imperator adeo cum paucis Teutonicis relictus erat in Lombardia, quod plenariè non valebat expugnare Mediolanum, ad ejus auxilium obnixè se præparavit. Inter quos fuit *Lantgravius Cognatus Imperatoris, & Conradus Comes Palatinus de Rheno frater Imperatoris atque Fridericus filius Conradi Regis, qui fuit patruus Imperatoris, Dux de Rotenburgo*, qui duxerat secum 600. milites benè armatos, *Raynaldus* quoque Cancellarius & tunc electus Archi-Episcopus Colon, duxit secum 500. milites. *Filius* quoque *Regis Bohemiæ una cum Duce Bohemiæ patruo suo* ultra 300. Equites secum duxit &c. "

Ipso die (Lunæ 7. Augusti 1161.) cum Imperator inclytus cum suo duntaxat Teutonicorum exercitu & Bohemensium, propè locum Cerrum hospitatus esset: Mediolanenses *ad Lantgravium & Ducem Bohem. & ad Palatinum Comitem fratrem Imperatoris*, legatum mittunt, denunciantes, Mediolani Consules velle cum ipsis principibus colloquium habere: & sic utrinque fide datâ invicem, consules Mediolan. nihil molesti timentes, dum ad colloquium veniunt, milites Cancellarii, colloquii & fidei datæ ignari, consulibus occurrentes propè monasterium de Bagnolo eos ceperunt. Milites autem Mediolani, putantes Consules suos esse perditos, post milites Cancellarii pro suis Consulibus recuperandis velociter currunt, præliumque inter eos inceptum est. Quibus sic dimicantibus, *Landgravius & Dux Boh. atque Comes Palatinus de Rheno*, audientes Consules esse captos, quibus fidem tribuerant, non modicè indignati, Cancellarium hujus rei ignarum, qui adhuc erat in Castris, proponunt interficere. Quod Cancellarius audiens, ad Imperatorem subito proficiscitur, & quomodo se inscio Consules Mediolani à suis militibus capti fuerant, asseverat. Imperator prædictis Principibus præcipit, ne quid molesti contra Cancellarium præsumant. Postmodum ipse Imperator cum suis & *Ducis Friderici de Rotenburgo*, aliorumque Principum militibus ad prælium currit. Dux verò Boh. & Landgravius propter iram & indignationem ipsum Imperatorem secuti non sunt &c. dum acriter Imperator inter hostes præliaretur, equus ejus ibi confoditur, & ipse aliquantulum vulneratur, tandem cum suis ad castra ingenti cum gaudio revertitur. &c. "

Peritissimus Imperator. &c. Statuit hyemare (1161) Laudæ cum *Beatrice* con- " "

conjuge sua, & *cum filio Ducis Guelphi, & cum Friderico de Rotenburg consobrino suo*, & cum Comite Rudolpho de Laudo & aliis paucis Principibus. Nam Landgravio, qui conduxerat secum 500. milites, et ferè omnibus militibus Cancellarii, qui fuerunt plures quam quingenti, & militibus Ducis Boh. licentiam domum redeundi concesserat. *Conradum* verò, *Palatinum Comitem de Rhena fratrem suum* & Guilelmum de Montferrato, & Guidonem Com. de Blandrate *Castrum de Monbrione* munire ipsumque custodire cum ipsorum militibus præcepit. &c.

Mense Martio (1162.) recessit Clementis. Imperator Fridericus de Laudo & ivit Papiam cum conjuge sua, & cum Duce Boh. & cum *Frid. Duce de Rotenburgo, qui fuit filius Regis Conradi patrui Imperatoris*, & cum *Friderico Marchione de Saxonia & cum duobus fratribus ipsius Marchionis* & cum Oldrico Com. de Lanziburgo (Lentzburg) cum Rodulpho Com. de Laudo, cum Raynaldo Cancellario Electo - Archi Episcopo Colon. multisque aliis Episcopis & Marchionibus & Comitibus Teutonicis, qui omnes erant Laudæ cum Imperatore. &c.

Tandem verò ab Imperatore sibi multis datis indiciis, interventu *Domini Conradi fratris Imperatoris*, quadam die veneris XII. May. (1162.) se reddidere *Consules Placentiæ* cum aliquibus militibus Imperatori clarissimo apud S. Salvatorem, qui est extra Civitatem Ticinensem, *cum Spathis evaginatis in manu*; et juraverunt Imperatori dare sex millia Marchas argenti & destruere omnia fossata suæ civitatis & muros Citules, & recipere Potestatem, qualem eis dare vellet Imperator. etc.

Quibus feliciter peractis, dedit Imperator Brixiensibus et Pergamensibus in Potestatem Marcoaltum de Gambara, Mediolanensibus verò Dom. Episcopum de Legio, Placentinis autem primo dedit Anguinalfum, deinde Arnaldum Barbavariam, Comitem Conradum de Balamite præposuit Ferrariæ; Cumensi Comitarui Magistrum Paganum et sic in multis aliis Civitatibus et Castris, alios præposuit. Sequenti mense Julii felicissimus Imperator cum Duce Austriæ *avunculo, & cum Comite Palatino fratre ipsius Imperatoris*, et cum copiosa multitudine tam Ducum quam Comitum, Marchionum et militum Teutonicorum et Lombardorum versus *Bononiam*, quæ nondum Imperiali jugo plenariè fuerat subdita, iter arripuit. etc.

Pollebat tunc Bononia in literalibus studiis præ cunctis Italiæ civitatibus, quatuor legum Columnis inter Cateros magnificè radiantibus. Subjugata est igitur plenariè ipsa Civitas Bononiæ Domino Imperaroti. *His quatuor Doctoribus tam excellentibus:* scilicet *Dom. Martino Goria & Bulgaro Jacobo atque Ugone de Porta Ravegnana*. Post hæc Imperator profectus est *Imolam*, deinde *Faventiam*. etc. Omnes civitates Lombardiæ et totius Italiæ et castra in illa æstate Dom. Imperatori subditæ sunt, præter *Guardam*, quæ est propè *Veronam &c.* mense Augusto statutum est maximum colloquium in Lombardia apud Berenzonam à D. Papa Victore et à Friderico Imp. et à Rege Franciæ. etc. dirupto colloquio Papa Cremonam ivit, Imperator cum conjuge aliisque Principibus et Exercitu proficiscitur in Teutonicam.

A. MCLXVII. (lege MCLXIII.) proxima æstate cepit Rudolphus Teutonicus, quem Imperator *Monetæ suæ*, quæ fiebat in Burgo *Noxeta*, præfecerat, quandam maximam Turrim in ipso Burgo ad gubernandum ibi intus monetam Dom. Imperatoris: et apud Magantiam inceptum est maximum Palatium ad ejusdem honorem. etc. 4. die ante Kalendas Novemb. 1163. reversus est Imperator Augustus in civitatem Laudæ cum conjuge, Archi - Episcopo Colon., Hermanno Episc. Verd., *Conrado Archi - Episc. Mogunt., qui frater erat Ottonis Comitis Palatini* (Wittelsbachii) cum Comite Gebhardo, et Marcoaldo Com. et Conrado Com. de Balamire et *cum filio Ducis Guelphi. &c.*

Die Mercurii Kal. April. (1164.) reversus est Imperator Laudam. etc. Veronenses & Paduani et Vicentini Imperatori se opposuerunt, partim etiam quia

"dice-

dicebant; *se à Comite Palatino, cui Imperator Guardam donaverat*, et etiam ab aliis missis Imperatoris enormiter gravatos esse, quod, ut Imperator cognovit, multum doluit.

Ai 1166, Mense Novembri Imperator reversus in Lombardiam cum conjuge, 16. Jannarii 1167. Romam profectus est.

Dux Fridericus Conradi Regis filius, homo pulcher, multum fortis, sapiens, & ingeniosus cum suo exercitu in illis partibus manebat sed tamen cum Archi-Episcopo (Colon.) apud Tusculanum non erat &c. Obiit namque (peste) Dux *Fridericus de Rotenburg* Regis Conradi filius & *Imperatoris Germanus Consobrinus*, de quo immensus dolor ferè per totum inolevit, quoniam ipse homo erat magnæ virtutis. Decessit etiam tunc *Dux Welphus* Ducis Guilelmi (lege Guelphi) filius & Raynaldus Archi-Cancellarius homo Magni ingenii. &c.

Et p. 1010. Sciens verò Imperator, se per fortiam ipsis nolentibus inde transire non posse cum suis, qui infirmi & pauci erant, cum hac parte castri, quod *Malinum* vocatur jam transisset; versus marinam partem tendens per terram *Obizonis Marchionis Malaspina* ipso Marchione eum ducente, iter arripuit & inde XI. Septemb. Papiam intravit (1167.) 10. die ante Kalend. Octob, in festo S. Matthæi posuit Imperator palam in concione omnes Civitates Lombardiæ, quæ sibi erant contrariæ, *in banno, projecto ibi coram omnibus quanto* (Chirothecâ) exceptis Laude & Cremona. &c. Sequente mense Martii (1168.) privatim, ita quod nec ipsi Lombardi, qui cum eo fuerant, nisi forte paucissimi sciverunt, per terram *Uberti de Saxonia filii quondam Amadei Comitis, qui dicitur Comes de Moriena*, iter arripiens in Alemanniam est profectus. &c.

Et p. 1012. ibidem. *De Statura Conradi Comitis Palatini Rheni.*

Conradus frater Imperatoris (Frid. I.) *& Comes Palatinus de Rheno, erat spissus corpore, mediocris staturæ; Capillis blondis; virtuosus multum; modestus, non multum loquens.*

De Staturâ Friderici I. Imperatoris.

Imperator de Nobilissima prosapiâ ortus erat, mediocriter longus, pulchræ Staturæ, recta & benè composita membra habens, alta facie, rubeo colore suffusa. Capillis quasi flavis & crispis; hilari vultu, ut semper velle ridere putares; dentibus candidis, pulcherrimis manibus, ore venusto; bellicosissimus, tardus ad iram, audax & intrepidus; velox, facundus, largus non prodigus, in consiliis cautus & providus; velocis ingenii; in sapientiâ multum abundans; amicis & bonis dulcis & benignus; malis verò terribilis & quasi in exorabilis; justitiæ cultor, legum amator, Deum timens; in eleemosynis promptus, maximè fortunatus, ab omnibus ferè dilectus, & in omnibus sic perfectus, quod à longævis temporibus nullus fuit Imperator, qui sibi potuerit rationabiliter comparari,

De Staturâ Beatricis Imperatricis uxoris Frid: I.

Beatrix fuit & ipsa nobili genere orta de Provincia Burgundiæ; mediocris staturæ, Capillis fulgentibus auro, facie pulcherrima; dentibus candidis benè compositis, erectam habens Staturam; ore pusillo, vultu modesto, oculis claris, suavibus & blandis; sermonibus pudica, manibus gracilis; & consorti suo plenissimè subdita, eumque timens ut Dominum, & diligens omnifariam ut virum; literata & Dei cultrix.

De Statura Hentici Leonis Ducis Saxoniæ.

Henricus Dux Saxoniæ erat medioctiter magnus, benè compositus, viribus corporis valens, magnus facie; oculis magnis & nigris, Capillis quoque quasi nigris; albi coloris; in divitiis & potentiâ pollens, genere Nobilissimus & filiæ quondam Lotharii Imp. filius. &c.

De Statura Friderici de Rotenburg Ducis Franconiæ.

Fridericus Dux de Rotenburgo, qui Conradi regis patrui Friderici Imp. fuit filius, erat pro ætate fortis, justitiæ cupidus, benè compositus, grassus & Spis-

„ ſus „ Albus, pulcher atque formoſus, hilaris, jucundus, capillis quaſi albis
„ & nigris.

Porrò ad Conradi Palatini Hiſtoriam quoque ſpectant illa, quæ in *B. Eberhardi de Stalecke vitâ* MStâ nondum editâ annotata reperio, cujus copia ab Eruditiſ. D. Papenbrochio Antwerpiæ mihi A. 1707. menſe Julio facta fuit, è qua excerpta quædam hic ſubjicio. Beatus autem hic *Eberhardus de Stalecke*, non Ermenis Palatini, prout in ea antea hærebam opinione, ſed ejusdem Conradi jam ſupra memorati Palatini noſtri pediſſequus, & filiorum ejus Magiſter ſeu Informator exſtitit, natus Bacharaci in arce Stalecke circa A. 1164. patre Wolframo (aliis Wolfgango) cui à Rheni Palatino arcis Bacharacenſis Stalecke cuſtodia demandata fuerat. Seculum deinde relinquens Virginum clauſtrum A. 1180. *in Comeda*, quem locum ipſi Nobilis *Henricus de Dick*, cujus etiam Conradus Palatinus in literis datis A. 1190. Kal. Aprilis in Caſtro Staleckun mentionem fecerat, quas vide in Cod. diplom. Palat. p. 58., conceſſit, in quo & ipſe A. 1191. pridie Kal. Decembris ætatis 26, annorum moriens ſepultus fuit.

Fuit hic vir Sanctus *Eberhardus ex loco Stalecken* perhoneſto genere oriundus; Pater ejus nominabatur *Wolfgangus* (in alia ejusdem vita lego: *Wolframus*) matris nomen erat *Adeltrudis* (in alia vita legitur *Adelheidis*) fratres habuit IV. è quibus duo profecti ſunt in Jeruſalem & inde reverſi ſunt. S. Eberhardus verò erat inter eos natu minimus, qui ſe Deo & Corpore & animo prorſus obtulit. S. Virginum clauſtrum A. 1180. exſtruxit in *Comeda*, locus hic, inquo primum erat capella, ei datus fuit ab *Henrico de Dick* Nobili viro conſenſu uxoris ſuæ & filii *Alexandri* pro monaſterio exſtruendo Sanctimonialium, perſonas deinde petiit ex Monaſterio U*lnhuſen* (hodie Marienhuſen) in Rhingovia ſito, & authoritate Majoris Præpoſiti Moguntinenſis obtinuit. In eodem Monaſterio ſuo permanſit in Dei ſervitio usque ad finem vitæ ſuæ. Primus frater Eberhardi dicebatur *Siferi* (Sibertus) qui conjugem quoque ſuam nomine *Eliſabeth* reliquit expeditius Deo famulaturus. Secundus frater ejus nominabatur *Henricus*. Tertius appellabatur *Northrecht*, qui relictis uxore & liberis idem Monaſterium Comedenſe ingreſſus, mortuus eſt eodem Anno. Quartus frater ejus erat *Erichius*, manens ſecularis, ita tamen, ut filiam ſuam natu minimam in eodem clauſtro conſecraverit: altera filiarum appellabatur *Adelheidis*, & alia *Margaretha*, ambæ in eodem clauſtro Dei famulæ. etc.

Cum *Henricus Dux Saxoniæ* terris ſuis exul privaretur, (1.) venit Eberhardus ad ſuum *Palatinum*, (2) qui commendavit illi *filium ejus* (3) velut Pædagogo et Magiſtro, venit ergo ex *Stalecken* (4) *Heidelbergam*, (5) cum prolibus, satagens inter alia S. Scripturam diſcere, quod ipſius pater nullo modo permittebat, quare ivit quodam die in *Sylvam Heidelberga vicinam* (6) fecit ibidem altare, quo ſolus aſſiduè veniebat et orabat, videns quoque crucifixi picturam in ſuo pſalterio, excindebat et imponebat Altariolo ſuo, lapidem quoque aliquem parumper excavabat, et infundebat aquam, et quo potuit modo ceram et Ellychnium convolvebat, ut nocturnum videret lumen ante Altariolum, quotiescunque veſperi et manè illuc venit, reperit ſemper ardere, et ita relinquendo vas invertit adeoque celavit, ut nemo adverteret. Hæc agens vitam degebat in Aula Palatini Comitis, qui pro laudabili ſuâ piâque conſuetudine ſingulis profanis diebus VII. pauperes in Aulâ ſuâ, feſtis autem XII. ad Menſam adhibebat, quorum tractandorum cura B. Eberhardo noſtro demandata fuerat, qui optimas mundiſſimasque mappas ſui Comitis et linteamenta ſuis his pauperibus propoſuerat, ita ut non nunquam ſua in menſa Comiti proſternenda abſurda fœtidaque invenirentur, quemadmodum etiam optima vina ciboſque delicatiores ſuis his pauperibus liberaliter tractandis apponebat: Unde quidem hac de cauſa reprehenſus, monet tamen inter hos XII. ſuos hoſpites unum aliquando in fronte cruce ſignatum, nihilque appoſito-

rum

tum sibi ciborum sumentem, sed omnia inter suos socios distribuentem suæ mensæ convivam adhibere et tractare. etc.

Cap. 6. Inflammatus post hæc desiderio conversionis, venit *Schœnaugiam* (7) duobus circiter milliaribus Heldelbergâ distans Monasterium et petiit ab *Abbate Gothofredo*, ut in Monachum reciperetur., etc. Jam verò huic, qua ratione omnibus itineris sui viarumque inscius domum venire posset, hæsitanti adfuit de cælis Angelus, qui eum ita trans Rhenum in patriam Aulam, (Stalecke) XVI. à prædicto Monasterio (*Schœnaugiensi*) milliaribus dissitam traduxit, ut vidente nemine aut conscio eum ibidem sisteret.

Hine autem quamprimum *Heidelbergam ad Sacratas ibidem Deo Virgines* (8) discedens eodem adhuc meridie eo advenit. Et referente ipso, quomodo ejusdem diei mane in patriis adhuc Arcibus fuisset, indeque exiens huc circa meridiem provenisset, Ipsæ ad miratione insitatæ rei novitare stupefactæ, fidem ei ante habere renuerunt, quam post dies aliquot superveniens nuncius suo testimonio rei veritatem confirmasset, licet in veritatis testimonium Chyrothecas à fratre suo sibi datas hisce Virginibus comportaret. &c.

C. 12. Comes Palatinus (Conradus) habebat in suo famulitio domicellam aliquam nomine *Juttam, quæ cogitabat fieri religiosa* (8.) consilium petens è B. Eberhardo, qui respondit illi: *Domicella Jutta oculi tui apparent ita pleni prolibus, ut hoc fieri non possit.* &c.

Miles quidam seu Eques dictus *Ludovicus* habebat uxorem *Rilindem* (S. Regulindem) seque parabat ad iter transmarinum Hierosolymas, dicens illi (cum ferret uterum) quod si prolem pareret, filium illum S. Literis & Bibliis erudiri, &c. Sed peperit filiam dictam Woleradam, ut S. Eberhardus prædixit, quæ facta est religiosa in Comeda. &c.

Erat quodam tempore *mulier in Bacharach Pratorissa* diu improlis, tandem verò gravida interrogabat S. Eberhardum, quid in utero ferret, cui respondit: *Tu portas unum Hartmannum, qui fiet Parochus in Bacharach*; quod audiens ille, qui tunc erat Parochus Bacharacensis, valdè mirabatur. &c.

Et in alia vita ejusdem B. Ebethardi. c. 4 Eo tempore, quo magni nominis *Henricus* (Leo) *Dux Saxoniæ, Ottonis 4. Imperatoris frater* (lege pater) patriâ pulsus est, Eberhardus *pueris Comitis Palatini* quasi pedissequus assignatus est; Unde & cum eis aliquoties *de Castro Stalecke* in castrum Heidelberg transivit & è converso. &c. Fecerat autem ibi Altare *retro Castrum Heidelberg*, ubi frequenter currens orationes faciebat. &c.

Factum est aliquando, ut ad castrum *Stalecke* per Rhenum in navi cum suis descenderet, cum autem perventum esset Wormatiam, currens ipse in oratorium S. Nicolai stetit aliquamdiu in oratione. &c. Quadam die jacebat servus Dei *in Capella Castri Stalecke*, in mentis excessu, & loquebatur verba non humana, sed Angelica, circumstantibus Clericis & Laicis, &c.

Tandem B. Ebethardus de Stalecke obiit in Monasterio suo Comeda. A. 1191. pridie Kal. Decembris, ætatis 26. annorum nocte Dominica, sepultus ibidem, &c.

1. Henricus hic Henrici Superbi filius, Stirpe Welfus, quem posteritas *Leonis* cognomine distinxit, Princeps fuit potentissimus, Saxoniæ & Bavariæ Dux, sed A. 1180. publicè proscriptus & utroque Ducatu privatus. A. 1182. circa festum S. Jacobi in Angliam exul abiit, inde post aliquot annos reversus, tandem ejusdem Conradi Palatini nostri auxilio A. 1194. in gratiam Cæsaris receptus fuit, de q. v. Hist. nost. Palat. p. 328. Verùm quando de Eberhardo in vita ejus dicitur, eum Monasterium *Comedam* jam A. 1180. exstruxisse eo tempore exilii Henrici Leonis, id est post A. demum 1182. in Aulam Palatini receptus, & post informationem filiorum ejus Seculum relicturus Monasterium exstruxisse in eadem vitâ legatur,

quod

quod certè in temporis ratione non quadrat, nodum itaque hunc Chronologicum Eruditis Actorum Sanct. Illustratoribus dissolvendum relinquo.

2. Conradum videl. origine Suevum ex familia Hohenstaufia oriundum & defuncto absque mascula prole Hermanno Palatino, A. 1156. in Rheni Palatinum electum.

3. Conradum videl. Primogenitum, postea A. 1186. defunctum; videtur, Conradum Palatinum nostrum præter filium jam dictum adhuc alios habuisse filios, sed in pueritia exstinctos. Certum enim est, Conradum absque prole masculâ 1195. defunctum, in Palatinatu Rheni successorem habuisse Henricum Brunsuicensem generum suum, Agnetis Palatinæ maritum.

4. *Stalecke* castrum Bacharacense, etiam antiquitus *Staleckun* dictum, de cujus origine jam supra in Hist. Palat. p. 295. conjecturas nostras dedimus. Feudum est Coloniense, quod omnium Palat. primus Hermannus Conradi antecessor Palatinatui Rhenano incorporavit.

5. *Heidelbergam*. scil. in Castrum antiquissimum Heidelberg dictum in montis (quem alii *Itha montem*, alii cum Melisso montem Mirti seu *Heidelbergam* montem alii *Caprarium minorem* den kleinen Geißberg/ dictum volunt) culmine situm, de quo supra diximus, Heidelberga verò urbs, quod obiter notandum, non antiqua, imò ævo Carolino adhuc incognita; Certè in mille diplomatibus Carolinis hactenus à me inspectis nullius unquam Heidelbergæ, persæpè verò Nuenheimii, Bergheimii, Handschnehsheimii, Rorbachii aliarumque vicinarum villularum mentio facta fuit; opinari itaque malim, ævo Carolino præter illas in via & monte, qua itur ad arcem, existentes domunculas quasdam superiori Castro inservientes, planè nullas extitisse: neque adeo probabilitate caret, quod Irenicus in Exeg. Germ. *de Monasterio Augustin*. postea in Sapientiæ Collegium converso memorat, se in antiquissimis literarum documentis legisse, illud S. Mariæ Monasterium in Solitudine dictum fuisse.

6. *In Sylvam Heidelbergæ vicinam*. Retro scil. veterem arcem.

7. *Schœnaugiam*. Amplissimum & quondam ditissimum Monasterium, magnis sumptibus, ut hodieque ex ruderibus & magnæ molis lapidibus apparet, à Buggone Epis. Wormat. A. 1135. juxta sententiam Trithemii (literæ verò fundationis habent A. 1142.) exstructum, in quo & ipse Conradus Rheni Palatinus cum filio Conrado sepultus fuit.

8. *Heidelbergam ad Sacratas ibidem Deo Virgines*. Ubi hoc Virginum claustrum in urbe exstiterit, nondum mihi satis constat: Interim eo quoque spectant, quæ Mutius in Chron l. 18. p. 143. memorat. "Hoc enim, inquit, peculiare hic Princeps (Frid. I. Imp.) habuit, quod omnibus viribus & studio suos evexit & beneficiis affecit; sed (quod laudabile est) non quoquo modo, non nusquam injustè deprehenditur, quenquam ex suis juvasse per oppressionem aliorum. *Erat ille frater Conradus, quem Palatinum Comitem Rheni fecit*, vitâ defuncto Hermanno Comite Palatino, nullo hærede relicto, ad quem jure perveniret Palatinatus. Hic *Conradus* Imperatoris frater *Heidelbergam oppidum & arcem ædificando ampliavit & decoravit, ante eum nihil illic erat nomine memorabili dignum*. Libenter enim eo loco habitavit. *Collegium Sacerdotum in Neunenburg* juxta Heidelbergam *mutavit in Monasterium Monialium* & annuos reditus auxit. Causa mutationis hæc fuit: In oppido voluit doceri & institui pueros allaque habebat virorum Monasteria, in quibus instituebantur pueri ingenui. Hoc autem voluit esse Scholam puellarum ingenuarum, ubi in pudicitia ad timorem Domini & sanctam maritorum post nuptias obedientiam puellæ instituebantur. Credidit enim seculum, quod tum erat, & aliquot quæ post antequé erant, nullam magis salutarem rem unquam institutam, quam tales ad utrumque sexum ludi instituti, hoc est Monasteria, ex quibus prodibant tot castæ ad maritos virgines, quæ factæ Matronæ suam prolem educebant ad modum, quo ipsæ erant educatæ, aut domi aut "in

in Monasterio traditam. Ex illis Scholis prodibant juvenes, modestia & timore" humanitateque præditi. Neque erat ullus Nobilium, qui suos non tradiderit " instituendos in has Scholas, ubi erant præceptores vacantes lectioni & orationi " & jejoniis. Quam aliam causam putas esse tam bonorum Principum & modestis- " simæ Nobilitatis, qui fuerunt per aliquot secula? Nemo ferè à Carolo Magno Prin- " cipum fuit, qui non in Monasteriis educatus sit à puero. &c. "

Ad pag. 310. ad lit. E, Fridericus Imp., inquit Browerus in Annal. Trevit. ad 1161, arbiter idem & judex controversiarum (inter Hillinnm Archi-Episc. Trevir. & Conradum Rheni Palatinum Ecclesiæ Trevir. Advocatum) postulatus, jus utrique suum ex æquo & bono constituit & insigni, quod exstat, diplomate, pacis leges in hæc verba sancivit: *Tam futura, quàm præsens noverit ætas, qualiter nos controversiam illam, quæ inter familiorissimos & carissimos Principes nostros, Hillinum venerabilem Trevirorum Archi-Episcopum & fratrem nostrum Conradum Palatinum Comitem de Rheno, jam diu agitabatur ad conventionem pacis & Concordiæ, mediante authoritate nostra, reduximus, quemadmodum subscriptum est, ad perpetuam stabilitatem reformavimus. &c.*

Porro, inquit Browerus, ne in his recensendis tædio copiæ oboriatur satietas (optimè tamen fecisset Browerus, si integrum diploma exhibuisset) summa tantùm rerum capita strictim erant libanda. Ut duarum Ecclesiarum, quas appellant investituras electionemque scilicet *Logensteinia & Keimptæ*, Palatinus Archi-Episcopo integra tradat, restituatque veteri libertati; ut *Castrum Sidelingenum* cum omnibus agris fundisque ad justum Dominum item redeat, atque ob id Palatinus à Simone Saræpontis Comite, cujus in potestate fuit, ita redhibere studeat, quo tranquillè frui ea Archi-Episcopo inposterum securèque liceat. Ut Archi-Episcopus invicem *de Castro Eremberga*, Palatino feudi nomine remittat, isque ex ejus usu fructu, jus terræ Archi-Episcopo vicissim expediat. Tum si magnitudine impensarum proventus non respondeant, alia item loca, quæ sumptus eos tollerent, Pontifex adjiciat. &c. *Communio* (Porto Imperator in diplomate) *civium Trevirensium, quæ & Conjuratio dicto, quam nos in ipsa Civitate destruximus, dum præsentes fuimus, & authoritate nostrâ prorsus interdiximus; quæ etiam postea, sicut audivimus, reiterata est, cassetur; & in irritum revocetur Imperiali edicto; quo statuendo statuimus, ne deinceps studio Archi-Episcopi vel industria Comitis Palatini iteretur; sed uterque, Archi Episcopus videlicet & Comes Palatinus debitam justitiam in Civitate habeant & consuetam. Acto sunt hæc in territorio Mediolanensi, apud Landrianum Kalend. Septembris Anno Dominicæ Incarnationis MCLXI, Indictione IX. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore victoriosissimo, Anno regni ejus decimo, Imperii vero septimo, testibus: Rainaldo Coloniensi Archi-Episcopo, Sigero S. Maximini Abbate, Rodulpho Majoris Ecclesiæ Decano, Henrico Majore Palatii Notario, Ludovico Provinciali Comite, Euerardo de Seyne, Henrico de Diethesse* (forsan. Diecke.) *Roberto & Henrico de Nassouve, Sifrido de VVede, Hermanno de Saffenburg Comitibus.* Poppone de Hollande, Tegnehardo de Helfenstein, Weldrejo de Confluentia, Nobilibus viris.

Signum Domini Rom. Imperatoris Friderici invictissimi.

Ulricus Cancellarius vice Rainaldi Coloniensis Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Opportunè Majores Conradi Palatini rescriptum ad Trevirenses in tabulas retulerunt, quo callidè, ut apparet, præsidia sua dimittit & suspicionem Dominorum animis eximit, ceu contra mores antiquos Civium animos ad rerum novarum studiâ concitasset. Rescripti hæc sententia est:

Conradus Dei gratia Palatinus Comes ab Rheno dilectis Burgensibus de Treveri, salutem & omne bonum. Universitati vestræ significamus, Dominum meum Archi-Episcopum urbis vestræ, coram Domino Imperatore & generali curia gravem attulisse querimoniam, quia contra ipsius honorem & antiqua jura vestræ Civitatis, quasdam consuetudines & insolita jura cujusdam communionis indu-

L xistis;

xiſtis, ſtudio huic veſtro occaſionibus nonnullis noſtrorum prætexentes conſenſum. Quare, & hæc querela usque adeo invaluit, ut omnium Principum judicio, ex ſententia & authoritate Imperatoria ab hoc conſenſus & voluntatis veſtræ ſtudio penitus abducti ſimus. Mandamus itaque vobis & mandando præcipimus, ut ab ejusmodi conſuetudine prorſus abſtineatis; & Domino meo Archi-Epiſcopo in his & omnibus aliis debitum honorem exhibeatis, neque noſtro nomine ejus voluntati & diſpoſitioni ullo modo refragari audeatis.

Ad pag. 319. ſub lit. C. A. 1163. menſe Julio, Conradus Palatinus noſter *Wormatia* fuit apud Imperatorem Frid. I. ut ex diplomate apparet, dato Monaſterio S.S. Simonis & Judæ juxta Goslariam, teſtibus: *Conrado Comite Palatino Rheni*, Emichone Com. de Liningen, Simone Com. de Sarbruggen, Ulrico de Hœrnungen, Conrado Epiſ. Wormat., Marquardo Abbate Fuldenſi v. Heineccii Antiq. Goslar. p. 165.

Et ad p. 325. ad A. 1190. Hoc quoque Anno paulo ante Kal. Aprilis Conradus Palat. noſter Francofurti fuit apud Henricum 6. R. Rom. &c. ut apparet ex ejus diplomate dato Eccleſiæ Coloneinſi, teſtibus: *Conrado Com. Palatino Rheni*, Ottone March Brand. Ottone D. Boh., Alberto March. Miſn., Dedone March., Poppone Com. de Wertheim, Gerhardo Com. de Loin, Witico C. de Hochſtede, Ruperto de Düren, Cunone Com. de Munzeberg, Truſſardo in Coſtenburg, Conrado de Aubiler. v. Heineccii l. cit. p. *191*.

Ad pag. 362. Henricus Brunſwicenſis Comes Palatinus Rheni ductâ A. 1194. Bacharaci in arce Stalecke Agnete, Conradi Comitis Palatini Rheni filiâ, genuit præter *Henricum*, filiam *Irmengardem* (non Irmentrudem dictam) *natu majorem* circa A. 1196. vel ſeq. natam, Hermanno 5. Cogn. Pio Marchioni Badæ matrimonio junctam, quam natu minorem Henrici filiam opinatus antea fueram, nunc autem aliter edoctus corrigo. Albertus enim Crantzius in Saxon. l. 7. c. 40. p. 201. de eadem hæc tradit: Quum interim Henricus Rex Imperatoris filius Brunſwicum occupare tenderet, quod eam precio comparaſſe diceretur, *à Seniori filia Henrici* Palatini (Rheni) morientis, (Irmengarde videlicet uxore Hermanni Marchionis Bad.) Ad eandem quoque poſſidendam jure contendebat *Dux Bavariæ*, (Otto videlicet Illuſtris Comes Palatinus Rheni) *qui minorem ejusdem Henrici Palatini filiam* (Agnetem A. 1225. Straubingæ ductam) *teneret conjugem.* Cumque hæc Principes molirentur, Otto Princeps Lunæburgenſis filius Wilhelmi, Leonis nepos, omnes prævenit, & ingreſſus urbem, eam magnificè defendit, ut fruſtrarentur, qui vel armis vel emptionis vel ſucceſſionis titulo conabantur occupare, factusque eſt primus utriusque poſſeſſor ditionis Brunſwici & Lunæburgi poſt avum ſuum, huc usque Crantzius. Quod etiam ipſe Imperator Fridericus 2. confirmare videtur diplomate, quo A. 1235. Ottonem jam memoratum Principem Luneburgenſem Cognomento Puerum in primum Ducem Brunſvvicenſem & Lunæburg. Moguntiæ in Generali Principum conventu creaverat, his verbis: *Civitatem* inſuper de *Brunſvvic*, cujus medietatem proprietatis Dominii *à Marchione de Baden* (qui ſcil. ſeniorem Palatini Rheni filiam Irmengardem uxorem habuerat) *& reliquam medietatem à Duce Bavaria* (& Palatino Rheni Ottone Illuſtri) *dilectis Principibus noſtris emimus, pro parte uxorum ſuarum* (Irmengardis & Agnetis) *quæ fuerunt quondam filiæ Henrici de Brunſuic. Comitis Palatini Rheni, patrui dicti Ottonis &c.* integrum vid. infra.

Ad pag. 344 ſub lit. A. & ſeq. Porro *Henricum* Brunſvvicenſem Leonis filium & Ottonis 4. Imp. fratrem *Rheni Palatinum* revera fuiſſe, & ubique in Imperio hoc dignitatis titulo conſtantiſſimè vocitatum fuiſſe, contra Gebvvoldum paſſionibus ſuis, ut videtur, obcœcatum vel penitus immerſum, inter alia etiam Burchardi coævi Monachi S. Galli teſtimonium obſerva, qui l. de Caſib. M.S. Galli c. 11. apud Goldaſt. t. 1. rer. Aleman. p. 72. h. m. *In eadem Expeditione* (contra Thuringiæ Landgrafium) *à Rege Bohemorum & Ungarorum exercitu & inferiore Rege Ottone, (et) Palatino etiam de Reno* (Henrico) *fratre ipſius* (Ottonis 4. R.) *Sibi auxilium ferente in Civitate Erfurdenſi obſeſſus per 30. dies eſt.* (Philippus Imp. A. 1202.)

Ad p.

Ad p. 360. sub lit. D. ad verbum, *autumo*, adde ea, quæ Chronicon Magnum Belg. p. 221. de hisce insignibus tradit: Fridericus (2) Rex Coronam & Lanceam cæteraque Regalium Ornatuum insignia recepit ab Henrico Duce Saxoniæ fratre Ottonis Imp., *datis eidem Duci 11000. Marcharum*, qui Dux omnia, quæ fratris erant, & quæ Otto post amissum Imperium undecunque congregaverat, post mortem fratris sui sibi usurpavit.

Et ad p. 357. sub lit. H. Eundem Henricum Rheni Palatinum nostrum in prælio Ottonis 4. Imp. contra Philippum Franciæ Regem A. 1214. captum (uti perperam præter *Spangenbergium*, *Stangefolcium* tradiderunt quoque *Belforestius* in Annal. Franc. p. 614, *Brovverus* Annal. Trev. p. 115., *Divæus* Hist. Brab. p. 112., *Hareus* in Annal. Brab. p. 245.) non fuisse, rectè quoque scribit Heineccius in Antiq. Goslar. p. 213., ubi & de Henrico nostro hæc memorat. A. 1215. Otto 4. Coloniâ in Saxoniam tam periculoso itinere abiit, ut ejus Conjugem (Mariam Brab.) sexum mentiri & sub virili habitu latere oporteret. Interea Fridericus 2. à Proceribus Aquisgranum deducitur, à Moguntino Rex inungitur. Quo in congressu ab ultione auspicatus imperium, *Henricum Rheni Palatinum Ottonis 4. fratrem Palatinatu exuit*, Provinciis ejus Ludovico Bav. Duci cum filia (Ottoni Ludovici filio matrimonio jungenda) traditis, Coloniam deinde in deditionem accepit, omniaq; nullo resistente in suas partes pertraxit. &c. A. 1219. ad Comitia Goslariensia mense Julio celebranda, Imperator inter alios Ludovicum Bav. Ducem & *Henricum Rheni Palatinum* arcessit, qui à morte Ottonis 4. Cæsaris Imperii Insignia secum retinnerat, cumque ad ea restituenda frustra aliquoties fuisset invitatus, in hoc demum conventu illa Friderico 2. obtulit, minis Romani Pontificis compulsus, imperatum enim jam erat Halberstadiensi & Hildesheimensi Episcopis diris devovere Palatinum, nisi Regalia Friderico quantocius traderet Redditis in signibus in gratiam receptus est Henricus noster, nec quicquam in eum durius statutum v. Chron. Slav. apud Lindenbrog. & Ekestorm: Chron. Walckenried. p. 83.

Et ad pag. 360. sub lit. F. quod confirmare, quoque videtur Necrologium vetus Hildesheimense ex edit. Leibnitzii p. 763. h. m 3. *Kal. Maji Henricus Dux* (scil. Saxoniæ) *Palatinus* (Comes Rheni, ita enim in literis se scripsit.)

Ad p. 351. sub lit. H. Innocentius 3. P. R. hoc cognito, in Epist. 121. apud Baluzium p. 743. inter alia Henrico nostro hæc rescripsit: Ad infamiam nominis tui cedit, & perpetuum posteritatis tuæ opprobrium, quod carissimum in Christo filium nostrum Illustrem Regem Ottonem fratrem tuum, vel nulla, vel modica violentia interveniente relinquens, nobili viro Duci Sueviæ (Philippo) ad hæsisti, & quantum in te fuerat, dejecisti eum, quem erigere tenebaris &c. Et paulo post: ex communicationis fulmine eum percutere minatus est.

Ad cap. 2. Addi possunt & ea, quæ inter alia de variis ab Electoribus Palatinis acquisitis seu de Palatinatus Rhenani Incrementis, ex Archivo Palatino, quod Rex Galliæ destructi funditusque eversâ Heidelbergâ Argentoratum abduci jusserat, Author Actorum Compromissi in causâ Serenissimæ Dominæ Ducissæ Aurelianensis contra Serenissimum Dominum Electorem nostrum Palatinum, Serenissimorum ac Potentissimorum Dominorum Arbitrorum Sac. Cæsareæ Majestatis & Sac. Regiæ Majestatis Christianissimæ, Nobilissimis & Amplissimis Dominis Plenipotentiariis Friderico Bindero S. Cæsar. Majest. consiliario Imperiali Aulico, & Ulrico Obrechto J. U. D. & S. Regiæ Maj. Christianissimæ in Repub. Argentoratensi Prætori, Francofurti in scriptis exhibuit, quæ Acta postea Argentorati publice Typis edita sunt A. 1701. Verùm cum in iis quædam apertè falsa, partim etiam ex antiquis documentis malè & vitiosè descripta fuerint, plenam non in omnibus fidem merentur, partim etiam contra fidem Historicam tradita. Ex. gr. p. 34. Henricum Rheni Palatinum Irmengardis patrem adducit Author, proculdubio Henningesium, Münsterum, Æl. Reusnerum vel Hofmannum secutus, qui eundem Henricum Lucenburgicum Electorem Palatinum Rheni, Henrici Lucen-

burgici

burgici D. Bav. & Electoris Palat. Rheni filium & simul Irmengardis hæredis, Conrado Duci Francorum nuptæ patrem constituunt, uti in seq. Schemate videre est, quæ certè omnia falsissima sunt.

(1) Sigefridus Comes Palatinus Rheni

2 Cunigundis ux. S. Henrici 2. Imp. — Henricus (2.) Dux Bavar. Elector. Palat. Rheni ob. 1026. . . ux. Maria.

(3.) Henricus. Dux Bav. Elector. Palat. ob. 1048. ux. N. . . . . .

(4) Irmengardis Comitissa Palat. Rheni uxor Cunonis S. Conradi Ducis Francor. & Cattorum, qui socero successit in Palatinatu Rhen.

Elisabetha Comitissa Palat. Rheni. uxor Conradi D. Suev.

Agnes Comitissa Palat. Rheni ux. Henrici jun. D. Sax. Brunsvic.

1. Sigefridum nunquam Comitem Palatinum Rheni, sed non nisi Comitem I. Lucenburgensem fuisse, jam in Hist. Palat. c. 1. ex ipsius Sigefridi Com. literis (quas integras in hisce Additionibus infra exhibebimus) ostendimus, & etiam in Monumento Erchinoaldino, ubi de Lucenburgicis acturi sumus, ex antiquitate Historica aliquando fusius ostensuri sumus.

2. Henricum Seniorem Lucenburgicum, Sigefridi Com. filium, A. 1003. in Bavariæ Ducem electum, sed ob rebellionem eodem Ducatu A. 1007. privatum, tandem tamen sororis Cunigundis Imperatricis precibus, in gratiam receptum pristinis honoribus A. 1018. restitutum, 1. nunquam Electorem Palatinum Rheni fuisse nec esse potuisse. 2. nullos filios reliquisse, etiam alibi probavimus.

3 Henricum hunc juniorem Bavariæ Ducem ex testamento S. Henrici 2. Imp. exclusis agnatis, qui in Saxonia amplis Ditionibus cum Marchionum titulo dominabantur. 1. Non Henrici Senioris Bavariæ Ducis A. 1026. defuncti filium, sed S. Cunigundis ex altero fratre Friderico Comite 2. Lucenburgico nepotem fuisse, ex testimoniis literarum donationis de A. 1025. 5. Kal. Febr., Wicberti in vita S. Leonis 9. P. R., Chronici Weingarth., Hermanni Contracti ad A. 1046., Berthæ in vita S. Adelheidis, And. du Chesne in Hist. Lucenb. p. 20. 15. Brovveri in Annal. Trevir. ad 1047. p. 425. Blondelli Geneal. Franc. tab. 33. aliorumque certum est. 2. Eandem nullos liberos reliquisse, sed ante nuptias, quas parabat, A. 1048. defunctum fuisse, Aventinus rerum Bavar. peritissimus, And. du Chesne l. cit., Blondellus, Miræus, aliique antiquis rerum documentis edocti, rectè tradiderunt.

4. Quod Irmengardis, quæ Henrici D. Bavariæ. A. 1048. defuncti filia fingitur, Conrado Duci Franconiæ nupta, marito Palatinatum Rheni attulerit, quique inde se Palatinum Rheni scripserit, figmenta sunt. Nulla enim Irmgardis Henrici Bav. Ducis filia, nullus etiam Rheni Palatinus eâ tempestate in rerum natura fuit, cui nomen fuerit Conradi. Sed eodem tempore vixit & floruit Henricus, qui in literis suis se scripsit Comitem Palatinum Rheni Dominum de Lacu; electus hic in Rheni Palatinum Goslariæ, A. 1045. & A. 1095. defunctus est, nullis relictis liberis; et testamento Palatinatus hæredem scripsit Sigefridum Privignum suum A. 1113. in Saxonia occisum, de quibus supra diximus.

5. Quod Elisabetha Comitissa Palatina Rheni Conradi Ducis Francorum, &, si Deo placet, Comitis Palatini Rheni filia, nupserit Conrado Duci Suev., fratri videlicet Friderici 1. Imp., & quod ipse Conradus cum eâ Palatinatum Rhenanum obtinuerit, falsa & erronea assertio est. Conradus enim 1. Palatinatum non medio ante matrimonio, sed Cæsaris fratris Friderici 1. beneficio, Hermanno videlicet Rheni Palatino absque liberis A. 1156. defuncto obtinuit. 2. Nulla Conrado Rheni Palatino uxor Elisabetha, quæ Conradi Ducis, Francorum & Comitis Palat. Rheni filia fuerit, sed Irmengardis dicta, quæ Bertholdi 4. Comitis Henneburgici ac

Berthæ

Berthæ Palatinæ Saxonicæ filia ipsi A. 1154. matrimonio juncta fuit (de quâ infra fusius dicturi sumus) ex quâ filiam genuit Agnetem, quæ Henrico Brunswicensi, Henrici Leonis Saxon. & Bav. Ducis filio matrimonio sociata fuit, nuptiis Bacharaci in arce Stalecke A. 1194. celebratis, uti jam in Historia Palat. diximus.

Porro Author Actorum Compromissi Francofurtensis de acquisitis ab Electoribus Palatinis hæc seq. refert, in Continuatione Actorum p. 63. & p. 80. addit feuda Palatina.

Sub Ludovico 2. Electore.

A. 1262. Ludovicus 2. acquirit *Sandhausen, Limbred.*

1265 Domini de Bruckel eum donant parte sua in *Wiseloch.*

1277. Phil de Falckenstein cicedit bona sua in *Caub.*

1284. acq. à Diterico de Hohenfels pagum *Meckenheim.*

1282. Conradus de Schöneck ei cedit 140. malteros Siliginis in *Ibersheim.*

1289. acquirit bona Werneri de Müntzenberg *in Caub.*

1290. acquirit à Dieter. de Hohenfels pagos *Rigenstein, Drechtingshausen & Lindach* cum omnibus eorum pertinentiis.

eod. acq. à Civibus Wormat. decimas in *Burckheim.*

1291. acq. *arcem Hebastein* à Valerano Bipontino.

eod. *Agnes de Stralenburg* ipsi donat partem suam in Curia, reditibus & decimis in *Burckheim.*

eod. acquirit à Jacobo Ingenmann, quiquid habebat in *Burckheim.*

Eod. A. acquirit ab Henrico Com. de Spanheim quidquid habebat in *Caub*, & in pagis *Werth, Zell, Dersheid & Schönbron* omnino liberum.

eod. acq. à Joh. de Winsperg, quæ habebat in *Caub.*

eod. acquirit à *Frid. de Stralenberg* pagum *Bergken.*

1294. acq. pagum *Mosbach* à Walramo Com. de Kessels.

Sub Rudolpho 1. Electore.

A. 1296. acquirit à Conrado de Falckenstein & ejus uxore pagum *Hilspach.*

eod. acq. ab Eberhardo Spanheimensi partem *Castri Altheim*

1298. acquirit molam in *Wiseloch.*

1305. acq. à Wernero & Conrado Schenck *partem Castri Altzey.*

A. 1312. acq. bona Dominorum *de Gumersheim.*

Sub Adolpho Electore.

A. 1323. acquirit à Friderico Com. de Leiningen *Urbem Agersheim.* (Ogetsheim.)

Sub Adolfo 2. (Rudolfo 2. vult dicere) Elect.

A. 1331. acq. *arcem Hohenriedt*, cum jure Patronatus.

1333. acquirit 10. Malteros Siliginis ex mola Heidelsheim percipiendos.

1341. acq. Domum. *Grunau* ab Henrico Knebel milite.

1349. acq. *urbem Bretheim* à Dominis de Eberstein.

1356. acq. *arcem Bithkelberg* à Joh. de Flersheim.

Eod. acquirit à Johanne de Hirschhorn partem *telonii in Germersheim.*

Sub Roberto 1. Electore.

A. 1357. acquirit à Friderico de Staremberg *arcem Staleck*, &c.

1358. acquirit à Roberto Com. de Sarbruck *dimidium telonii in Bacharach.*

1364. acquirit *partem in Zwingenberg* à Conrado Rüd.

cod. acq. *decimas in Caub*, à Nic. Beyer & uxore ejus.

eod. acquirit ab Henr. de Firensbach prædia in *Flinsbach & Stentzwveiler.*

1366. acq. pagum *Schweppenhausen.*

1364. acq. Castra in *Elsentz, Hirschhorn, & Lindenburg* & dimidiam in *Zwingenberg.*

1365. acq. ab Eberh. de Hemeren & D. de Sickingen dimidiam *Castri Elsentz.*

1367. acq. *Castrum Stoltzenberg* à Phil. de Bolanden.

1368. acq. *Neckerawv, Rhinhausen, Udenheim*, molam & telonium ejus loci.

eod. acq. à Gerardo de Homburg partem

ejus in *Castro Videlberg* & redituum *in Bretheim* & *Heidelsheim*.

Eod. acq. *pradium Lambsheim* ab Henr. de Catzenelenbogen,

eod. acq. pagum *Ober-Hochstad* à Diet. de Dhaun.

Eod A. acquirit à Dominis de Strahlenberg, *Sickingen, Flehingen & Guttenberg*.

1369. acquirit *VVersavv*.

Eod. acq. *pagum Hoheneck* ab Alb. de Honeck.

1370. acq. *pagum Herbitzheim* à Joh. de Wertheim.

eod. acq. molam in *Neuhausen*.

1371. acquirit *Urbem Ladenburg*.

1374. acquirit ab Henrico Raugravio Figulinariam in *Godramstein*.

eod. acquirit sylvam de *Labersheim*.

eod. acq. *pagum Argenthal* à Wilh. de Schönberg.

1376. acquirit à Conrado de Bolanden urbes *Bohlanden, Stoltzenberg, Alten-Beimburg, & ComitatumRaugraviorum*.

eod. acquirit à Cunigunda de Sponheim Comitissa de Rheineck, partem ejus in *Alten Beimburg*.

1377. acquirit à Dom. de Winsperg quicquid habebat in *Wiseloch*.

eod. acq. à Margaretha de Erbach uxore Engelhardi de Hirschhorn *pagos Neckeravv, Neuhausen & Friedenheim* cum molis & teloniis.

eod. acq. à Comite de Sponheim partem in *Altenburg*.

1378. acq. *pagum Eppelheim* à Conr. de Hoheim.

1380. acquirit à Nic. Schnel, *VValdhubersheim & Schvveppenhausen*.

1380. acquirit ab Anna Marschal de Biberach *CastrumHelffstemburg*.

1381. acquirit decimas pagi *Meckesheim*.

1382. acquirit ab Hermanno de Hohenfels *pagos Bibelheim & VVelckenstein*.

eod. acquirit *urbem Lambsheim*.

eod. acq. ab Herm. de Hohenfels Advocatiam *Bibelheim* & facultatem reluendi omnes Oppignorationes de Hohenfelds.

eod. acq. dimidiam partem *Comitatus Lovvenstein*.

eod. acquirit à Dom. de Schönberg *pagum Elnstein*.

A. eod. acq. à Dieterico de VVachenheim *CastrumDriefelds*.

1383. acq. *arcem & urbem Neuburg* propè Germersheim.

1384. acquirit ab Hermanno de Hohenfelds *pagos Bibelheim & VVildesheim*.

1386. acquirit à Conrado de Bolanden *Raugraviatum de Bolanden*.

1387. acquirit à Johanne de Blemich, *pagos Guntersvveiler & Guervveiler*.

1388. acq. à Simone Com. Spanheim. *Arcem Stein*.

Sub Roberto 2. Electore.

A. 1389. acq. ab Hemerico de Lövvenstein & Gerardo de Heidesheim, *urbem Heidesheim*, cum pertinentiis.

1391. acquirit ab Eberhardo de Scharffenstein & sociis *Castrum Braunfelds ad Alten Beimburg*.

1392. acq. ab Ulrico Landschad, *Hemsbach, Backenavv, Bantzavveyer, Advocatiam Katzenbach & Lützelbach*, decimas in *Mörsenbach*.

1394. acquirit ab Anna de Sickingen pagum *Roxheim*.

eod. acq. à Friderico de Lorbach quartam partem decimæ de *Wässenbach*.

eod. acq. à Bernhardo March. Bade *Arcem VVildeberg*.

1395. acquirit à Philippo de Hanau *Alten Beimburg, Gondramsheim & Ormsheim* (Armsh.)

eod. acq. à Raugravio dimidiam partem *Hohenfelds*.

1398 acquir. à Joh. & Petro de Eberstein & Joh. de Bisselsheim *arcem Alsheim* inter VVormatiam & Oppenheim.

eod acq. ab Engelhardo de Rosenberg partem pagi *Staffeldt*.

Eod. acq. arces & pagos *Sands* & *Warmratt*.

eod. acq. à Joh. de VVinningen partem *Castri Waldeck*.

eod acq. à Joh. de Birckenbad *pagum Herbitzheim*.

Sub Ruperto 3. Elect. & Imperatore.

A. 1399. acquirit à VVilhelmo Raugravio quartam partem *arcis de Rockenhausen*.

eod. Rheingravii Joh. & Frid. ipsi cedunt quidquid habebant in pagis *Kirn, Werstadt & Riemen*.

A. 1399.

A.1399. acquirit à Conrado de Hadtstein *arcem Hadstein* & à Joh. de Bückenbach *pagum Heubach*.

1400. acq. ab Ottone Raugravio dimidiam partem *Westhofen*.

eod. acq. à Conrado de Sponheim partem 4. de W*olffstein*.

eod. acquirit ab Henr. Bock. de Lambsheim decimas in *Riedenheim*, W*alheim* & *Weinheim*.

eod acq. à Pet. Bruckel de VVeinheim *pagum Reichenbach*.

eod. acq. partem quattam *arcis Rockenhausen*.

eod. acq. psgum & decimas *Kettenheim*.

eod. acquirit à Johanne & Emer. de Lövvenstein prædium in *Mandelberg*.

1403. acq. à Joh. de Sickingen partem dimidiam pagi *Reichen*.

1406. acquirit *pagum Kirschgarten*.

1407. acquirit *pagum Rapach cum Castro*.

eod. acq. ab Herm. de Mülheim. *Urbem Durmstein*.

1408. acq. ab Henr. de Reimschingen *Urbem Reimschingen*.

eod. acq. ab Anoa de Bolanden, *Steinhausen* ad Alten Beimburg.

1409. acq. ab eadem *Urbem Insvveiler*.

eod. acq. à Joh. de Dhaun partem 4. *Castri Kirn*.

eod. acquirit *Heyligenstein* & *Heppenfelds*.

Sub Ludovico 3. Elector.

A. 1411. acq. à Raugravio omnia ejus jura in *Imbsvveiler*.

eod acq. ab Herm. de Saulnheim pagum *Frainsheim*.

eod. acq. à Conr. de Rosenbach domum io Obrigheim.

eod. acq. ab Henr. zum Jungen *domum in arce Oppenheim*.

eod. acquirit à Friderico Landgravio partem in *Kirmünster* & *Müntzingen*.

eod. acquirit *Castra Lorlebach* & W*aldeck*.

1412. acq. à Dieter. de VVachenheim feudum Burgense in *Altzey*.

eod acq. ab Ortono Landgravio partem in W*esthofen* & *Imbsvveiler*.

eod. acq. à VVilh. de Angeloch *Curiam in Schvvetzingen*.

eod. acq. à Nic. & Joh. de Landsperg partem *in Landsperg*.

eod. acq. à Coor. & Engelh, de VVinsperg partem in W*insperg*.

A. eod. acquirit ab Eberhordo Com. de Eberstein pagos *Mackensturm*, *Mosbrun*, *Ottenavv*, *Scharffenberg*, *Seebach*, *Schriesheim*, W*alheim*, *Imelnbach*, *Lauterbach*, *Reichenbach*, *Gasbach*, *Hermersbach*, *Forbach* & *Butzenbach*.

eod. acq. à Domiois de Lindau partem telonii in *Bacharach*.

eod. acquir. à Joh. de Hirshhorn mediam partem Castrorum & pagorum *Ellen*, *Hobitzheim* & *Burckheim*.

eod. acq. partem pagorom W*ornsheim* & *Imbsvveiler*.

1413. acq. à Jacobo Elinhaubt reditus in *Selsen*.

eod acq. ab Henning de Dalsheim molam in *Monsheim*.

eod. acq. ab Hartmanno de Landsperg partem io Landsperg.

eod. acq. à Landgravio partem in *Elsentz*.

eod. acquirir 3. curias indominicaras in *Selsen* & pagum *Mackeln* propè Monsheim.

eod. acq. à VVolmaro de VVachenheim partem in *Rockenhausen*.

1414. acq. à Joh. Com. de Lichtenberg *arcem Grunvverd*.

eod. acq. ab Eberhardo de Hohenfels dimidium *Guimbsheim*.

eod. acquirit de Löwenstein partem in *Stetten*.

eod. acq. à Joh. de Landsperg, partem in *Landsperg*.

1415. acquirit ab Ottone Raugravio, *Imbsvveiler*.

eod. acquirit ab Anthis Ramstetter ejusque uxore domum in Oppenheim.

eod. acquirit à vidua Conradi de Rosenbach dimidium *Stollenrhein*.

eod. acquirit à Civibus Oppenheimensibus magnam domum & hortum in Oppenheim.

1417. acq. à Richardo de Daun partem quartam in *Dirmstein*.

eod. acq. à Soppone de Adolsstein, partem in *Adolstein*.

eod. acquirir partem in decimis W*eingarten* & curiam in *Schürtzingen*.

eod. acquirit à Rudolpho de Saxen partem quarram telonii in *Oppenheim*.

1418. acq. à VVernero VVimbet jus Patronatus in *Fremersheim*.

A. 1418.

A. 1418. acquirit ab Adamaro de Labern Præfecturam *Höchst & Wersau*.

eod. acquirit ab Henrico Beck partem in *Rudelsheim & Heydesheim*.

1419. acquirit ab Hademaro de Caub & ejus conjuge pagum *Meckenheim*.

eod acq. reditus quosdam in *Bockenheim*.

eod. acq. ab Hademaro de Labern pagum *Geyberg*.

1420. acq. à Frid. Jost furnum bannale in *Eich*.

eod. acquirit pagos *Ebsheim*, *Birckebach*, *Scheerbach*, *Graffelnbach & Waldau*.

1421. acquirit ab Ottone Raugravio quicquid habebat in *Rockenhausen*.

eod. acq. ab Emichone de Heppenneft unum plaustrum vini in Falckenstein.

eod. acquirit decimas in *Meckesheim*.

1422. acquirit à Joh. Com. de Spanheim *quartam partem Comitatus Spanheimensis*.

eod. acq. à Joh. de Erligsheim, *Alsmanvveiler*, *Rodenvveiler*, *Rippenvveilen & Sultzheim*.

eod. acquirit à Cunz Bock de Ettenstein Domum in Heidelberg.

eod. acquirit à Johanne de Barckenstein bona in *Oedigheim & Offenavv*.

eod. acq. à Phil. de Daun partem 4. in *Donnerstein*.

1423. acq. ab Anthisgall. 3. domos in *Eichvvyller*.

eod. acquirit à Bernh. de VVindheim domum in VVinckheim.

eod. acquirit à Bernhardo Kreyss de Lindenfels pagos *Scherbach*, *Graffelbach*, *Waldau*.

eod. acq. à Conrado de VVinsperg Otto Comes Palat. Mosbacensis pagos *Hellenbach*, *Altenhausen*, *Wienprechthausen Elpersheim*, *Schertersheim*, *Strichenthal*, *Quechbrun*, *Nusbaum*, *Nassach & Konigsbrunn*.

1424. acq. à Thoma Sichelman prata in NiderSteinbach.

1424. acq. à VVolf de Meckenheim pagum *Freinsheim*.

1425. acq. à Frid. de Flersheim 42. malt. frum. 8. malt. Siliginis in *Curia Kirschgartshausen* annuè percipiendos.

eod. acq ab Henr. de Clebs domum in Lindenfelds.

eod. acq ab Anna Zengerin *arcem Hohenart*.

A. 1428. acq. ab Henr. de Mühlen Curiam in *Dirmstein*.

1429. acquirit à Stephano de Lutzelborn, 10. malt. frum. & 60. malt. avenæ in Schwartzach percipiendos.

1430. acq. à Pet. Kammerknecht prædium in *Odick*

1431 acquirit à Christina de Knebelsheim pagum *Hulensack* propè Caub.

eod. acquirit à Joh. Guerck *homines proprios in Hilsbach*, *Kirchard*, *Rorbach & Schriesheim*.

1433. acq. à Pet. Hatt *hortum & montem in Heidelberg*.

eod. acq. à Johanne VVildt *hortum & fossam propè arcem Heydelberg*.

eod. acquirit à Johanne Knebel & sociis *montem propè arcem Heidelberg*.

eod. acq. à Joh. de Srein Sylvam de *Legelrodt*.

1434. Metz Schwendin ipsi vendit partem *in Weinheim*.

Sub Ludovico 4. Electore.

A. 1437. Lud. 4. acquirit à Rangravis partem quartam in *Rockenhausen*.

eod. acq. à Joh. VVer partem in *Reishingen*.

eod. Fridericus Ludovici frater acquirit à Friderico de Sparre *partem in Dirmstein*.

eod. Otto Palat. Mosbacensis acquirit à Gertrude de Bodingen molam in *Mosbach*.

1439. idem Otto acquirit ab Agatha de Bornhausen *pagum zum VVeiler*.

1440. Ludovicus acquirit ab Ottone Raugravio *partem in Altem Beimburg*.

eod. acq. à Contz de Bebenburg *urbem Winsperg*.

eod. cum Archi-Episcopo Trevirensi divisit bona Dominorum de Sickingen bello devictorum & obtinet *Hansburg*, *Landstuhl*, *Ebernburg & Lambsheim*.

1441. acquirit à Bernhardo de Stauffenberg, pagos *Hoffvveyler & Schierwald*.

eod. acquirit à Johanne de Roden molam de VVerth inter Lautern & VValstein.

1444. acquirit ab Alberto & Craft de Hohenlohe pagum *Mückmühlen*.

A. 1444.

A. 1444. acquirit ab Anna de Erpach *Comitatum Lövvenstein*.
eod. Becken Cuntz de Gimefsingen ipsi vendit 10. malt: frum. in *Lachen*.
1445. acq. à Rudolfo de Zeisheim *partem in Dirmstein*.
eod. acq. à Georgio Com. de Löwenstein *decimas in Heilbron*.

Sub Friderico 1. Electore.

A. 1451. Frid. 1. acquirit à Melchiore Degener & uxore ejus, *Berck Bühel*.
1457. acquirit ab *Ottone Raugravio omnes ejus arces, Dominia & homines*.
eod. acquirit ab Henr. Jacquer & ejus uxore 30. flor. annuos in *Handspath* à Domino de Hohenberg ipsi oppignoratos.
1453 Frid. 1. Elect. Lützelstein obsedit & cepit.
1455. Idem *Castrum Cleeberg* obsedit & cœpit.
1456. Idem *Castrum Montfort* obsedit & cœpit.
1460. Idem *Castrum Schauenburg* Ecclesiæ Moguntinensis obsedit & cœpit.
eod. Idem oppid. *Pfedersheim* ejusdem Ecclesiæ cœpit.
eod. idem in pignus accepit ab Ecclesia Mogunt. *Castra Schauenburg, Dossenheim, Hentschuchsheim* pro 30000. flor.
eod. idem accepit à Ludov. Comite Palat. Castrum *Scharffenberg* & 150. fl annuorum remissionem in telonio Bacharacensi.
eod. Idem obsedit & cœpit Castra *Haseloch* & *Mynfeld* Comitum Leiningensium.
1461. Idem in pignus accepit à Dieterico Arch. Mogunt. *Starckenberg, Heppenheim, Bensheim & Mörlebach & omnem stratam Montanam* pro 100000. flor. salvo jure reluitionis.
eod. Adolfus Archi Episc. Mogunt. cedit Ludovico Com. Palatino quicquid habuit Ecclesia Moguntina in Comitatu Sponheimensi, Scil. *Becklenheim* Castrum & villam, *Sobernheim, Montzingen, Nosbaum, Ulmenam* oppidum &c.
1462. Carolus March. Bad. quicquid in Comitatu Spanheim, habuit, sub redemptionis titulo tradidit Friderico, oppida Belligheim, Beinheim cum telonio & Castello eodem jure assignavit & omni redemptionis juri, quod se habere super oppidis Heydesheim & Eppingen prætendebat, renunciavit.
Eod. A. inter Fridericum & Capitulum Ecclesiæ Spirens. concordia ea lege restituta est, ut *Rotemberg Castrum & Oppidum & Wersau* perpetuò sint juris Palatini.
eod. Friderico assignati sunt mille florenl annui super telonio in *Ernfeldt* & oppidum *Pfedersheim* sub redemptionis titulo assignatum.
1463. Idem acquirit *omnia Castra, feuda & Vasallos Dominorum de Katzenelenbogen*.
Eod. A. Idem acquirit à Gothofredo Episc. Spir. *Castrum Weinsperg*.
1465. acquirit à Frid. de Sickingen *Castrum Homberg*.
1469. acquirit à Dieter. Naequel *pagum Bermersheim* cum jure Patronatus
eod. Adolfus Archi Mogunt. Rudolfus Ep. Herbip. & Frid. Castrum Georgii, Arnoldi & Michaelis de Rosenberg nomine *Boxberg*. obsidione ceperunt, quod ipsis postea sub certis Conditionibus reddiderunt.
1470. Fridericus terram Lud. Ducis Bipont. ingressus obsedit castrum *Strahlenberg & Schriesheim*, & obtinuit, inde movens *Armsheim* oppidum obsedit obtinuitque. Inde *Wachenheim* & munitit. *Castrum Rupertseck* obsedit & cæpit.
eod. Fridericus Pal. emit. à Friderico de Rosenberg arces & pagos. *Madenburg, Hanbach, Erpach, Rorbach & Nusdorff* cum decimis in *Knittelsheim & Mambauer*.
eod. emit à Joh. de Schmalstein *dimidium arcis & pagi Weingarten*.
1471. *Böckelnheim villas majorem & minorem* ad Comites de Leiningen pertinentes 8. obsidionis die cæpit.
eod Georgius de Rechberg ejusque conjux renunciant omnibus juribus suis in *Castrum Aspach*, quod Fridericus jure belli obtinuit.
eod. Castrum *Lambsheim & Turckheim* oppidum Comitatus Leiningensis obtinuit.

N A. 1472

A. 1471. obsedit *Sobernheim* oppidum Ecclesiæ Mogunt. cæpitque. Item oppidum *Montzingen, Merxheim & Nusbaum.* Item *Castellum Bickelnheim* & utramque hujus nominis villam obsedit et cæpit. Castellum *Landsperg* & Moscheln oppid cum arce obsedit, factâque inter eum & Lud. Ducem concordiâ conclusum est, omnia Castella & oppida, quæ Fridericus de manibus Ducis Ludovici obtinuerat, perpetuò deinceps ad Palatinatus dominium debere pertinere, in Comitatu scil. Spanheimensi Sobernheim. oppid. Becklenheim castrum & 2. villæ, Merxheim villa, Nusbaum villa, Bois villa cum aliis pertinent. ad prædicta. In strata Montana Castrum & opp. Schriesheim, in Gavio Majori Armsheim opp., Gawbickelnheim opp. VValdercheim opp. cum viculis quibusdam & villis eorum Lambsheim quoque & Ruprechtseck. &c.

eod. Fridericus obsedit *Morsmünster* opp. & Castellum *Geroltzeck* & impugnavit, & 2. prædonum, *Castella Dorsbach*, (Fortzbach) *& Walsbach* in Ottenwald, & *arcem Ermelstein* obsedit & expugnavit.

1472. Frid. de Falckenstein ei vendit quartam partem de *Castro Magdenburg*.

eod. emit hortum prope *Castrum Schvvetzingen.*

eod. acquirit à Conr. Becker furnum bannalem in *Caub.*

eod. acquirit pagum *Doltzbach.*

1473 acquirit plurimas vineas propè Heidelberg.

eod. acquirit à Goltz de Adertheim *Castrum Bleysvveiler.*

eod. acquirit ab Eberhardo de Kerschheim & Elisa de Hoemburg, quartam partem Castrorum & pagorum *Hoenburg, Klembach, & Winden.*

Sub Philippo Electore.

A. 1478. acquirit Philippus Elect. à Rudlgero de Colamberg, *Castrum Colamberg.*

1481. acq. à. Joh. de Gemmingen decimas frumenti & 9. plaustra vini cum dimidio ex decimis in Heilbron.

A. 1496. acq. à Bernh. de Valbrun domum in Heidelberg.

1497. acquirit à Casparo Gerard Colmariensi domum in Reisppoltzvveiler.

1507. acq. à Dieterico de Hendschuchsheim *partem in urbe Ladenburg.*

Sub Ludovico 5. Electore.

A. 1521. Ludovicus Elect. & Philippus Landgr. Hassiæ concordant inter se *arcem Umbstadt*, quæ dimidia Ludovico relinquitur.

eod. Carolus 5. Imp. ipsi restituit pagos *Altenstad, Schleichthal, Seelbach & Schvveighofen*, liberè & absque feudi onere possidendos.

1526. acq. à Gerh. de Rosenberg decimas *in Mosbach.*

Wents feudum Spanheimense continet prædium cum domo collapsa, & materiam cum area rustica; & 50. jug. agr. propè viam *de VVeinsheim*, 60. jug. agr. propè sylvam de Böckelnheim & propè Campum de *VVimbsheim* 50. jug. agr. & 8. jug. in Campis de *Hussfelsheim*, cum 12. jug. in marca de *Hussfelsch*, item 7. jug. prat. & 6. jug. pratorr. propè *montem de Hedeisberg*, item 300. jug. Pascuorum versus Böckelnheim, & 2. jug. Sylvæ ad sylvam de Böckelnheim, 4. jug. dumet.

Zinck feud. hered: continet prata & hortum juxta *semitam Herbergensem* propè molam in Loe versus Landau.

Zewitz feud. Burg: in Oppenheim contin. 1. fod. vini in pec. & 18. Schill. super bonis *Cænobii de Münsterdreyss*, feud. masc. continens 6½ jug. agrorum in marca de *Heppenheim*, & pratum prope *Lautenbach*, item pratum versus *Langbellen*, feud: masc: continens 10. jug: agr: 2½ mansa prator: 2. amphoras vini & 1. Caponem in pago *Heimbach*.

Classis Quarta,

Feudorum apertorum ratione Capitulorum de Limburg, Seltz & Clingen Münster.

Von Hattstein, feud: masc: portat præter propter annuatim 33 **achtel** frum: 28. Schilling Obol: 4. anseres & 6. gallin., feud. mascul. continet 7. jug. agrot. in Soden (juxta Francofurtum.)

Von Dorrenberg feud. hered: continet jurisdictionem in Feuerbach & decimas parvas & 6. jug. agr. ibid.

Von Carben feud: hered: continens 9. partem in tertia parte decimarum magnarum & parv: ibidem & in *pago & marca Helbergensi*. Item feud. hered: contin. aream rusticam & 4. jug. agr. & prat. in marea *de Eichen*, & 2. agros in *marca Höchstetensi*, in Emphyteusin data.

A. 1664. Von Reiffenberg feud: hered: continens 16. **achtel** frum. & 2. anseres de Sultzbach.

Von Oberstein feud. hered contin. **die Limburger Halden** propè Burgscheid. item pratum feudale ibidem, item pagum *Obervveiler* & sylvam **das Streit-Holtz**.

Von Hesse feud hered. cont. 4½ jug. agr. in *Einsheim* propè Linrheim.

Hund von Saulnheim feud masc: continet 24. mansa prator. in marca de *Durckheim*.

Von Muderspach **oder Strautensbach**

feud. masc. contin: $7\frac{1}{2}$ jug. agr. in *Sultzbach*, dictum das Rudel-Gut.

Freher feud. Masc. de Clingeu-Münster continet 20. m. avenæ in decimis de *Rosbach*. item 1. fod. vini de 12. Ohm de Bergzabern.

Hetingman vel Neuphard feud. masc. de Clingen - Münster continet 22½ floren:

Von Fleckenstein feud. masc. continens quosdam reditus in pagis *Weidenthal, Schlechtenbach, Derstein, Berborn.*

Sultzisch feud. masc. de Seltz contin. aream in *Schvverlcheim* dictam die Mayerey. item die Mayerey & aream rust. in *Mültzenhausen*, item areas rust. in *Obern Altorff.*

Von Rotenburg feud. masc. de Seltz continet aliquam pecun. censûs &c. in *Altenstadt.*

Von Lauter feud. masc. de Limburg continet magnas & parvas decimas in *Kinsheim* in pago & campis.

Reuber. feud masc. de Rlingen-Münster continet 1. fod. vini è decimis de Münster.

DESIGNATIO.

Jurium territorialium, Civitatum, Oppidorum, villarum &c. liberè & absque feudi nomine à Sereniss. Dom. Carolo Electore possessorum.

p. 122.

Sub Ludovico 2. Electore.

A. 1270. Simon Comes Bipont: vendit Ludovico 2. Elect. Dominium suum proprium & allodiale, *Mercklingen* & ab eo recepit pro se & suis heredibus in feudum.

1273. Comites de Sain eidem Comitatum suum subjiciunt & deinde ab eo in feudum recipiunt.

1277. Domini de Winsperg vendunt ei pagos *Krippenbach & Cappenhard*, & ab eo in feudum recipiunt.

1289 Dominus de Bohlanden eidem subjicit omnia *bona sua in Caub.* & ab eo deinde in feudum recipit.

Sub Rudolpho 1. Electore.

A. 1306. Henricus de Wisceloch Rudolfo 1. omnia bona sua in feudum recipienda submittit.

Sub Adolpho Electore.

A. 1324. *Dietericus de Wachenheim Castrum suum* Adolpho submittit & ab eo mox in feudum recipit.

Sub Rudolfo 2. Elect.

A. 1330. Eberh. de Hoff ei subjicit Castrum suum de *Steffingen* & ab eo mox in feudum recipit.

1339. Gothofredus de Eppstein ei subjicit bona sua *Kirchenstadt* & ab eo mox in feudum recipit.

1340. Walramus Comes Bipont. ei subjicit bona sua & ab eo mox in feudum recipit.

1343. Guillelmus de Humenas bona sua ei subjicit & ab eo in feudum recipit.

1344. Robertus Comes Raugravius ei subjicit *Castrum* suum de *Beinburg*.

eodem Philippus & Reinhardus de Weilsemberg ei subjiciunt arces de *Guerlach & Knebel* mox ab eo in feud. recipiendas.

eodem *Comites de Solms* ei subjiciunt partes suas in eisdem Castris & ab eo in feuda recipiunt.

1345. Johannes Raugravius ei vendit Castrum suum *Rheingraffenstein*, & ab eo in feudum recipit.

eodem Gerardus de Helmstad domum suam de *Hasbach* ei subjicit.

1349. Herman. de Sobernheim & Phil. de *Wonnenberg* ei subjiciunt *Castrum* suum de *Burgleben*.

1350. Phil. *de Bohlanden* ei subjicit omnia bona sua & ab eo in feudum recipit.

Sub Roberto 1. Electore.

A. 1353. Arnoldus de Blanckenheim Roberto 1. vendit *Castrum* suum de *Blanckenheim*. moxque ab eo in feudum recipit.

1354. Lud. Ding de Kirchel ei subjicit bona sua in *Limbach, Buderingen & Eschbach* & ab eo in feudum recipit.

1355. Willelmus Raugravius ei subjicit arcem suam in *Alten-Beinburg*.

A. 1355.

A. 1355. Raugravii Georgius & VVillelmus ei subjiciunt *arces* suas *Guntersweil, Gerrveiler & Kerviler*.

eod. Domini de *Nidenfelds Castrum* suum ei subjiciunt.

1356. Joh. Rheingravius acceptis ab eo 1000. florenis ei subjicit arces suas *Reingraffenstein, Dhann & Grumbach*.

1357. Frid. *Wildgravius de Kirchberg* & Joh. Rheingravius *de Stein urbem suam Flonheim* ei subjiciunt.

eodem Dom. de *Helmstadt Castrum suum* H. ei subjicit.

1358. Eberhardus de *Fromberg castrum* hoc suum & omnia bona sua ei subjicit & ab eo in feudum recipit.

eodem Gothofredus de Hohenloë ei vendit *thelonium* suum *in Bacharach* & ab eo in feudum recipit.

eodem Joh. Marschal ei vendit *thelonium* suum *in Bacharach*, & ab eo in feudum recipit.

eodem Wilh. Comes de Eberstein ei vendit *urbem* suam *Gothboltzheim* & ab eo mox in feudum recipit.

eod: Joh. Comes de Spanheim acceptis ab eo quinis millibus floren: fit ejus vasallus & pro eadem summa *thelonium in Caub* ipsi oppignorat.

1359. Phil. de Bolanden castrum hoc suum ei submittit & ab eo in feud: recipit, *Castrum* suum de *Ebernburg* submittit pro 300. flor.

1360. Dietericus de *Gemmingen* castrum hoc suum ei submittit.

1361. *Castrum* de *Waldeck*, ipsi submittitur.

1363. Weirich Puller ei subjicit partem suam *Castri Hohenberg*.

1367. Dieter. Kummerer & ejus fratres *arcem suam Dalberg* ei subjiciunt.

1376. Henr. Landschad ei subjicit *Castrum* suum *Ottersheim*.

1377. Dom. de *Steinbeck castrum hoc suum & urbem* ei subjicit.

1381. Conradus de Rosenberg ei subjicit 4. partem *Castri Boxberg* & ab eo in feudum recipit.

1384. Gerh. VVetzer de Gerbitzheim ei vendit *urbem* suam *Bibelnheim* & ab eo mox in feudum recepit.

1388. Dieter. de *Tringenberg* subjicit ei *castrum* hoc suum.

Sub Roberto 2. Electore.

A. 1391. Domini de Schomberg & VVesel ei subjiciunt *Castrum* suum de *Schomberg* & urbem *VVesel* & *Castrum Schönenberg*.

Sub Roberto 3. Electore & Imperatore.

A. 1395. Joh. de Hirschhorn ei subjicit 3. partem *Castri Elntz* & ab eo in feudum recipit.

A. 1398. Henr. Kammerer subjicit ei *Castrum* suum *Heuchelnheim*.

1399. Almericus, Hermannus, Reinhardus & Henricus de Sickingen eidem subjiciunt arces *Guttenberga & Falckenberga*.

1401. *Castrum Neuenthan*. eidem Electori subjicitur.

1408. Dom. de Ratsenhausen eidem subjicit *Castrum* suum de *Lützelburg*.

Sub Ludovico 3. Electore.

A. 1412. Dom. de *Guntheim Castrum* hoc suum Ludovico 3. subjicit.

eod. Otto Raugravius omnia bona sua eidem submittit ad ipsum, si sine liberis masculis aut fœminis moriatur, transferenda.

1414. Ganebrius de Guntheim ei subjicit partem in hoc castro.

1419. pro 1900 flor. Comes Zolleranus ei subjicit *dimidiam partem Comitatus Zollerani & urbem Hechingen* sibi allodialem & ab eo in feudum recipit.

1421 Schwiekardus de Sickingen junior vendit decimas in *Mecklesheim* & ab eo in feudum recipit.

1422. Joh. de Utzlingen ei subjicit *Castrum suum de Dirmstein*.

1427. Joh. & Philippus de Hirschhorn omnia sua bona ei subjiciunt.

1434. Conradus de Rosenberg omnia bona ei subjicit & in feudum recipit.

1435. Henricus Streinhauer ei subjicit *Castrum* suum *Essingen* propè Landau.

Sub Ludovico 4. Electore.

A. 1437. Joh. Dom. de *Homburg in Comitatu*

tatus sui societatem Ludovicum Electorem ascivit.

A. 1441. *Arx Fridberg* eidem Electori subjicitur.

1444. Reingravii de Stein eidem concedunt *Castrum* suum *Gottenfeld* propè Spinenberg, & ab eo in feud: recipiunt.

Sub Friderico 1. Electore.

A 1450. Marchio Badensis septem Imperii Comitum judicio damnatus arces suas *Graben & Stein* Friderico 1. Electori subjicit.

1462. Carolus March. Badæ oppidum *Pfortzheim* eidem Electori feudale constituit, ex Trithemio.

eodem Udalricus Comes de VVurtemberg *Marpach* oppidum feudale constituit.

1466. Conradus de Bedicken subjicit omnia bona sua Ottoni Comiti Palatino & ab eo in feudum recipit.

eod. Dom: de *Rhinberg* castrum hoc suum subjicit & in feud: recipit.

1467. Bernh. Joh. & Engelhardus de Solms fratres eidem Comitatum suum Solmensem subjiciunt & ab eo in feudum recipiunt.

1470. Ulricus de Dhauo omnia bona subjicit & in feudum recipit.

1471. Ludovicus Comes Pal. Veldentiæ Castra sua ei subjicit.

1472. Frid. de Fleckenstein *arcem* suam *Magdenburg* ei subjicit.

1476. Comes de *Gernsheim castrum* hoc suum ei subjicit & 30. malt. avenæ se soluturum spondet.

Sub Philippo Electore.

A. 1477. Philippus Elect. mandat Kastano de Dalheim Advocato Provincialis Abbatiæ, ut recipiat suo nomine submissionem *arcium & urbium Reichshofen, Oxenstein, Hochfelden, Morsmünster, Geroltzeck & Steinfelds.*

1478. Rabanus de Helmstad ei subjicit *Castrum Homburg.*

eodem Dom. de *Schöneck Castrum* hoc suum ei subjicit.

A. 1479. *Castrum de Hornberg* eidem subjicitur.

1503. Dom: de Sickingen ei subjicit *Cast. Langstul & Ebernburg.*

1481. Reinhardus Com. de Leiningen *Castrum Alt Leiningen ei subjicit.*

1484. *Arx Falckenstein* eidem subjicitur.

1505. Emicho Comes de Leiningen ei subjicit *Kalstad, Ungstad, Pfeffingen, Eisvveiler, Haslach, Bühel & Ogelsheim* & ea in feudum recipit.

Sub Ludovico 5. Electore.

A. 1512. *Arces Kirn & Kelburg* Ludovico V. Elect: subjiciuntur.

1542. Dom. de Sickingen Electoribus Trevirensi & Palatino & Landgravio Hassiæ pro indiviso subjicit arces *Ebernburg Nanstul, Homburg* & in feud. recipit.

eod. Joh. Reingravius *omnes Rheingraviatus arces & urbes* eidem Pal. subjicit.

eod. *Niedern-Saulnheim* eidem subjicitur.

1543. Christoph. de Druc subjicit castrum suum & valles *Berbenstein & Greventhan* & in feudum recipit.

eod. Herman. de *Rosenberg castrum* hoc suum ei subjicit.

Sub Friderico 2. Electore.

A. 1545. Comes de Dalberg ei subjicit plaustrum vini annuum à Capitulo VVormat. persolvendum & in feud. recipit.

1551. Baro de *Hoheneck* castrum hoc suum ei subjicit.

1556. Eberhardus & Philippus de Leyen ei subjiciunt *castrum* suum de *Hertenschvvang.*

Sub Friderico 3. Elect.

A. 1561. Frid. 3. tradit Georgio, Eberhardo & Valentino Comitibus de Erpach bona libera in *Guednau, Bedenbach & Reichenbach* à se deinceps in feudum tenenda.

1564. *Urbs Schvveinfurt* eidem Elect. submittitur.

Sub

Sub Ludovico VI. Electore.

A. 1578. Phil. de *Neiperg* ei subjicit *Castrum Streichenberg*.

eod. Dom. de *Nierstein Castrum* hoc suum cum *Ochsheim & Schwartzenberg* eidem Electori submittit.

1591. Praefectus & Consules *pagi Plopsheim* Electoratui Palatino se subjiciunt & 20 flor. annuos cum mulctis 12. flor. superantibus se soluturos spondent.

DESIGNATIO.

Aliquot accessionum & incrementorum feudu masculinis, quae Serenis. D. Elector Carolus possederat, à tempore Friderici Simmerensis annumerum.

Sub Friderico 3. Electore.

A. 1560. idem Elector emit unam domum in Dirmstein à Casp Hengler pro 126. flor.

1561. Idem emit à Georgio, Eberhardo & Valentino Comitibus Erpacensibus 2. domos in *Schorbach arcesque & oppida Muternhausen, Scheurberg, Mitteler, Knodeck, Breitenwiesen, Schaudenbach, Oberlauterbach*.

1565. idem emit 5. domos cum hortis in *Heidelberg*.

A. 1570 Idem emit à Nicol. Plex ejusque uxore *decimas* vini ad eos pertinentes *in Caub*.

1571 idem emit à Martino de Wachenheim 8. partem *pagi Dittelsheim* pro 300. flot.

1572. Idem emit ab haeredibus Bromser. 2. praedia in *Gavelsheim*.

1576. idem emit à Joh, de Dhaun Comite de Falckenstein domum & praedium in *Reipoltzkirchen* & aliud praedium *Ober-Diepach*.

Sub Ludovico 6. Electore.

A. 1577. Idem Elector declaratur proprietarius haereditarius *Nieder-Stockheim & ejus Praefectura*.

1578. Bona Christophori de *Steinkallenfelds* eidem Electori obveniunt.

eodem Idem Elector emit à Frentz de Dessingheim unam domum in *Stockheim, decimas in Westerfeld* & plurima alia in *Cleeburg*.

1579. Idem emit à Comitibus de Nassau *mediam partem* omnium *pagorum*, qui erant inter eos communes in *Praefecturis Altzey & Kirchberg*.

A eod. Idem emit ab haeredibus Joh. de Gemmingen 5. partem in *Scheuerberg*.

Sub Joh. Casimiro Administratore Palat.

A. 1585. Idem emit à Joh. & Bertholdo de Flörsheim magnas aedes in *Lautern* cum hortis, pomariis, molendinis pro 7000. flor., ex quibus est jam Electoralis domus in eâ Civitate.

1587. Buchardus de Angueloch ipsi vendit magnas aedes nomine Steinhauser in urbe *Wachenheim* pro 1000. flor:

eod. idem emit à Conrado de Scheutburg dimidiam partem *oppidi Pfedersheim* pro 1800. flor:

1588. emit ab Haeredibus Wendelini Keller magnas aedes eum horto, praedio, hospitio publico & molendinis in via, qua itur Spirâ Wormatiam, pro 820. & 2500. flor:

1590. emit à Phil. Erwin. 12. jug. vineär. in Neustadt.

1591. emit à Joh. Ringler vineam in Heidelberg pro 200. flor.

Sub Friderico 4. Elect.

A. 1606. Eberhardus Kämmerer Wormatiensis illi vendit sextam partem *pagi Dittelnsheim*.

eod. Eberh. de Dalberg ei vendit aliam sextam partem ejusdem pagi.

DESIGNATIO.

Bonorum Ecclesiasticorum saeculari usui restitutorum, quorum Serenis. Dom. Antecessores Caroli per Cessionem possidentium, aut alio quovis modo proprietatem sunt assecuti.

Sub Ludovico 2. Com. Pal. Electore.

A. 1261. Capitulum S. Quirini Spirensis ce-

dit Comiti Palatino omnia bona, quæ in *Wiſeloch* poſſidebat.

A. 1262. Conradus Magiſter ſupremus Ord. Teutonici Comiti Palatino vendit magnas ædes in *Heidelberg* dictas *Schön-eck*.

1281. Epiſcopus Herbipol: eidem donat *arces Löwenſtein & Murard* cum ejus præfectura.

1284. Epiſcopus VVormatienſis eidem donat *omnes reditus Regionis Neckeran*.

eod. Idem Elector acquirit ab Epiſcopo Spirenſi *arces de Disheim*, *Rods*, *Kinlach* & St. Helenæ.

1286. Abbas Schönavienſis eidem donat *pagum VVblingen*.

Sub Rudolpho Com. Palat. Electore.

A. 1298. Capitulum S. Germani Electori vendit molendinum de *VVeſthofen* pro 140. lib Obolorum.

Sub Roberto 1. Comite Palat. Electore.

A. 1361. Abbas Weiſſenburgenſis cedit Præfectura Hachenbacenſi in gratiam prædicti Electoris.

1364. Abbas Hornbacenſis concedit eidem Electori jus reluendi *oppidum Oſthofen*, quod ipſe cuidam civi VVormatienſi oppignoraverat.

1380. Clemens 7. P. Rom. *Abbatiam Lorſchem* pro eodem Roberto ſæcularizavit, qui ejus bona ſibi propria fecit.

1386. Frid Epiſc. Spirenſis eidem vendit mediam partem *arcis & pagorum Hercklinſtein & Reichling*.

1387. Abbatiſſa Monaſterii *Liebenau* eidem vendit 40 flor. annui reditus in *Altzey* percipiendos.

1390. Frid. Abbas Præpoſ. & totus Conventus Fuldenſis eidem vendunt *Umbſtad, Otzberg & Hering*, quam venditionem à Bonifacio 9. P. R. curant approbari, nec ſe redempturos pollicentur.

Sub Roberto. 2. Electore.

A. 1397. Monaſterium Höchſtenſe eidem vendit villam *Habitzheim* cum jure Patronatus & decimis pro 1600. flor.

Sub Roberto 3. Elect. Palat. & Imperatore.

A. 1400 Eccleſiæ VVormatienſis Capitulum ei vendit dimidiam partem in *Cherchheim* (juxta Heidelbergam.)

1403. Sigefridus Abbas Elvangenſis ei vendit *caſtrum Stralberg* (in oppido Schriesheim.)

1407. Abbas Franckenthalenſis ei vendit prædium aliquod.

eod. Abbas Maulbrunnenſis ei vendit pagos *Ettersheim*, *Weltersheim & Eſſelbrun*.

1408. Eccleſiæ Spirenſis Capitulum ei vendit Sylvam Kefchwald.

Sub Ludovico 3. Comit. Palat. Electore.

A. 1413. Decanus & Capitulum S. Pauli VVormat. ipſi donant dimidiam partem juſtitiæ in *Eich*

1417. idem Capitulum eidem cedit dimidiam partem *pagi Ubersheim*.

1419. Joh. Epiſc. VVormat. ipſi vendit pagos *Dirmſtein & Lammersheim* pro 3600. flor.

eod. Abbas Franckenthalenſis ipſi cedit *decimas in Mörs*.

eod. Capitulum Colonienſe ipſi vendit *reditus ex Bacharach*.

1420. Præpoſitus Capituli *Enckenbacenſis* ipſi vendit dimidiam partem pagorum *Enckenbach & Alſentz*.

1422. *Capitulum St. Spiritus Heidelbergenſis* ei vendit 1. domum & 2. hortos in Heidelberg.

eod. Abbatiſſa & Conventus Kirſchgartenſis ipſi vendunt *Kirſchgarthauſen* ad portas urbis VVormatienſis, venditionemque curant à Martino 5. Papa confirmari.

1426. Abbas Otterburgenſ. ei vendit domum in *Hilſperg*.

eod. Eccleſiæ Altzeianæ Matriculatii ipſi vendunt bona ad ejusd. Eccleſiæ fabricam pertinentia.

1430. Commendator & Equites Heimpacenſes ipſi donant ½ partem bonorum ſuorum in *Mosbach* propè Neuenſtadt.

A. 1431.

A. 1435. Abbas Hornbacensis ipsi vendit *Osthofen* cum omni jure proprietatis.

Sub Ludovico 4. Electore.

A. 1454. Abbas Otterburgensis ipsi vendit Domum in *Dachsweiler*.

Sub Friderico 1. Electore Palat.

A. 1545. Abbatissa & Conventus 11000. Virginum Coloniens. illi vendunt *pagum Engelstadt* & reditus, quos percipiebant in pagis *Langen-Lonsheim*, *Winternheim*, *Schwabenheim*, *Hessenheim & Werstadt*.

eod. Abbas & Conventus Ensbergensis ejus protectioni se submittunt, seque illi 16. libras Heller annuas soluturos pollicentur.

1455. Eadem Abbatissa illi donat omnia bona sua in Winternheim.

1460. Archi Episcopus Coloniensis ejusque Capitulum ipsi vendunt *Oppidum Schaulbenburg* & pagos *Hensisheim* (lege Hendschuchsheim. hodiè Hentesheim) & *Dossenheim* (hic errat Author, loca enim hæc non ad Coloniensem, sed ad Moguntinum spectabant.)

1462. Priorissa & conventus Pfortzheimensis eidem vendunt 10. malt. Siliginis annuatim ex molendino Heidelbergensi.

1463. Archi-Epis. Coloniensis ejusque Capitulum ipsi vendunt dimidiam partem *Castri Calomond*.

eod Capitulum S. Andreæ Coloniensis ipsi cedit *Jus patronatus Ecclesiæ Bacharacensis*.

1464. Præpositus & capitulum Ravengirsburgense propè Kirchberg ejus protectioni se submittunt & 150. malt. avenæ annuos pollicentur.

eodem Abbas & Capitulum Elwangense se ejusdem protectioni submittunt, seque ipsi 96. libras obolorum annuas soluturos pollicentur.

1469. Abbas Franckenthalensis ipsi venditingens pratum in Kirschgarthausen pro 900. flor. & *pagum Obstein* cum justitia.

eod. Idem Abbas ipsi vendit hospitium publicum propè Franckenthal & ½ partem Ebstein pro 4000. flor.

1472. Priorissa & conventus Pfortzhelmensis ipsi vendunt 10. malt. annuos ex molendino Heidelsheimensi percipiendos.

1473. Margaretha de Löwenstein Abbatissa Gundlingensis ipsi vendit ½ partem *pagi Offenheim*.

eod: Capitulum S. Andreæ ad Wormatiam ipsi cedit *Hembsheim prædium* propè Fridelsheim.

eodem Capitulum S. Mart. Wormatiense ipsi vendit ½ *partem Decimarum novalium in territorio Heidelbergensi*.

eodem Abbas & Monasterium de Sion ipsi cedunt dimidiam partem *Offenheim*.

1474. Abbatissa Monasterii de Libenau ipsi cedit bona sua *in Ruchen*.

Sub Philippo Com. Palat. Electore.

A. 1508 Decanus & Capitulum S. Crucis in Neuhausen ipsi vendunt *decimas in Kirschgarten*.

1512. Abbas Hornbacensis ipsi vendit dimidiam partem *pagi Melsheim*.

1524. Abbas & Conventus de VVald-Saxen se ejus protectioni submittunt.

1529. Abbas Maulbrunnensis ipsi cedit *pagum Unter-Ewersheim*.

1538. Commendator S. Antonii de Altzey ipsi donat *pagum Volxheim*.

Sub Friderico 2. Electore Palat.

A. 1545. Capitulum S. Mart. Wormatiense ipsi *jus Patronatus vendit & decimas in Manheim*, Episcopo consentiente.

eodem Monachi Erpacenses eidem quotannis certam telæ mensuram esse soluturos promittunt.

1551. Annuente Julio 3. Pontif. *Monasteria de Zell, de S. Lamberto, de Bambach*, &c. Academiæ Heidelbergensi unita sunt.

1553. Magister Ord. Teuton. ipsi vendit 5. plaustra vini in Weinheim quotannis percipienda pro 1000. flor.

A. 1554.

1554. Rector Academiæ Heidelbergensis ipsi vendit *Jus Patronatus Ecclesiæ Heidelbergensis.*
1555. Capitulum S. Petri Mogunt. ipsi vendit decimas in *Belicheim, Muhlhofen* & Oppenheim pro 4000. flor.

Sub Ottone Henrico Electore Palatino.

A. 1558. Capitulum S. Andreæ Coloniense ipsi vendit *decimas Vallium Bacharacensium*, consentientibus Archi-Episcopis Colon. & Trevirensi.

Sub Friderico 3. Elect. Palat.

A. 1560. Capitulum Moguntinense eidem Electori vendit Decimas suas in *Sobernheim.*

eodem Episcopus ipsi cedit dimidiam partem *Rotenburgi.*

eodem Prior & conventus Carmelit. Creutzenacensium ipsi cedunt plurima bona, jus Patronatus, Domos parochorum & decimas in *Sorn, Widerveller, Wallenau, Lützelhausen, Maram, Kembach, Schvvartzingen, & Buchen.*

eod. Abbatissa & conventus de Heyligsbruck ipsi cedunt Monasterium suum & omnia bona ab eo pendentia, promissis earum cuique pensionibus.

eodem Abbatissa & Conventus de Weideck ipsi cedunt Monasterium suum & omnia bona ab eo pendentia promissis earum cuique pensionibus.

eodem facta est in universo fere Palatinatu Religionis immutatio, & omnium bonorum Ecclesiasticorum occupatio, eodem Friderico 3. procurante, in cujus gratiam plurimi ejusmodi bona abdicarunt, sive ad Protestantes sive in alias Regiones promissis annuis stipendii, abituri, quorum sequitur bonorum enumeratio.

In Præfectura Heidelbergensi.

Abbatia Schönau celeberrima olim & ditissima.
Abbatia Welenbacensis.
Abbatia Monialium de Lobenfelds.
Capitulum S. Spiritus in Civitate Heidelbergensi.

In Præfectura Mosbacensi.

Capitulum Mosbacense.

In Præfectura Boxbergensi.

Abbatia Sintzheimensis Ord. S. Benedi & inde pendens Neuhausen.

In Præfectura Neostadiensi.

Abbatia Franckenthalensis Ord. S. Augustini.
Abbatia Franckenthalensis Monialium.
Abbatia S. Lamberti. Abbatia Uppenthal.
Abbatiæ Ingelheim, & Engelthal & Prioratus Hampaw.

In Præfectura de Altzey.

Abbatiæ Sion, Odernheimensis, Bockenheimensis.
Capitulum Neuhusanum & Hochheimense.
Præceptoria S. Antonii in Altzey.

In Præfectura Oppenheim.

Capitulum Oppenheimense.

In Præfectura Lauterensi.

Capitulum Lauterense olim Abbatia.
Abbatia Limburgensis olim ditissima.
Abbatia Otterbergensis.
Capitulum Enckebacense.
Prioratus Fischbacensis & Lubcaavlensis.

In Præfectura Bacharacensi.

Capitulum Bacharacense.

In Præfectura Creutzenacensi.

Abbatiæ Spanheimensis, Schwabenheimensis,
Lauresheimensis, Kirbergensis,
Capitulum Creutzenacense.
Prioratus S. Catharinæ, Prioratus S. Johannis.

In Principatu Simmerensi.

Abbatiæ Ravengirsburgensis, Caubensis, Marienburgensis.

In

In Præfectura Germersheimensi.

Abbatiæ Neoburgensis, Clingen-Monasteriensis, Euserthalensis, Seltzensis, Hertensis,
Capitulum Germersheimense.

A. 1561. Fridericus 3. emita Capitulo S. Guidonis 15. malt. Silig. annuos a Curia *Westheimensi* debitos.

1563. Academia Heidelbergensis cedit eidem 3. Monasteria *Münsterdreys*, *Waldeck*, *& Præceptoriam S. Antonii* in Altzey.

1567. Eadem Academia Electori cedit Abbatias & Monasteria *Zell*, *S. Lamberti*, *& Dambach* cum omnibus eorum appertinentiis, exceptis aliis bonis allodialibus.

1570. Capitulum S. Crucis Moguntiæ eidem Electori cedit decimas *pagi Ober-Hilbersheim.*

Sub Joh. Casimiro Administratore.

A. 1588. Capitulum Brusallense Spirensis diœcesis vendit eidem *prædium Schlüctern* pro 900. flor.

eodem Episcopus Spirensis eidem vendit quasi Præpositus Weissenburgensis domum suam in Heidelberg. den Speyerischen Hof.

Ex Chartulario Weissenburgensi.

A. 1522. Ludovicus 5. Elect. & Fridericus fratres acquirunt à Præposito Weissenburgensi dimidiam partem justitiæ in *Schlechtenbach & Bubenthal* cum vectigali aliisque.

1521. Iidem transigunt cum Abbate Rudigero Weissenburgensi circa 4. pagos *Altenstad*, *Schleithal*, *Seebach & Schvveighofen.*

1525. Præpos. & Capitulum Weissenburgense cedunt eidem Electori partem quartam *decimæ vini & Prætoriatum in Weissenburg.*

1544. Idem Præpos. & Capitulum cedunt eidem decimam vini & minutas decimas *in Mosbach.*

1531. Idem Præpositus & Capit. transigunt cum eodem circa molendina *Wusmühl*, *Schleiffmühl & Kupffermühl.*

DESIGNATIO.

Feudorum hereditariorum ditionumque & prædiorum, à divisione A. 1444. in gratiam Friderici Simmerensis & posterorum ejus, in feudum erectorum, &c.

A. 1247. Mechtildis Comitissa de Sain cessit & donavit Johanni, Henrico, Simoni & Eberhardo Comitibus de Spanheim, *Blanckenberg* castrum & oppidum cum feudis attinentibus, *Hochberg* castrum & Opp. cum feudis attinent, *Freusberg* castrum, quâ feudum est, *Sain* castrum, cum suis pertinentiis, *Hulckenradt* Castrum cum feudis attinent: *Saffenburg* Castrum cum feudis attinent., *Hadamar Comitiam*, *Advocatiam de Bonna. &c.*

1416. Elisabetha Com. Spanheimensis donat Ludovico 5. Elect. *partem 5. in Creutzenach* arce & urbe, *Ebernburg* Castro & valle, *Arenschvvant* Castro, *Gutenberg* Castro & valle, *Nunburg* urbe, *Coppenstein* Castro & valle, *Gemunden* Castro & urbe, *Kirchberg* urbe cum universis ditionibus. &c.

1467. Margaretha Com. Leiningo. Westerburgensis donavit Friderico 1. dimidiam partem omnium bonorum à Comite Hesso. Leiningensi fratre suo derelictorum, vi cujus donationis deinde Fridericus 1. accepit in feudum ab Episcopo Wormat., à quo movebantur, partem dimidiam Castri & urbis *Nevv Leiningen*, Præfecturæque *Osthofen* cum appertinentiis *pagi Vbernheim*, Jurisdictionis in *Ham* & integrum *pagum Rhein Durckheim*,

1585. Robertus 3. ductâ in uxorem Elisabethâ Friderici Burggr. Norimbergensis filiâ, *pagum Heidelsheim* in solutionem dotis accepit.

1401. Stephanus Roberti 3 Imp. filius ductâ in uxorem Annâ Friderici ultimi Comitis Spanhemii & Veldentiæ filiâ, prædictos Comitatus & alia loca quamplurima in Palatinam domum transtulit.

A. 1350. *Elisabetha Schombergensis* arcem suam *Schvvetzingen* Rudolfo 2. Comiti Pal. concedit.

1373. Kunigunda Spanheimensis *arcem suam Weinheim* Roberto 1 Comiti Palatino concedit.

1367. Eadem ei partem suam in *Alten-Beimburg* oppignorat.

1377. Margaretha Erpacensis eidem vendit pagos *Necker-Eltz, Nevvhausen & Frudelsheim* cum molendino & eorum locorum theloneis.

1379. Wenceslaus Imp. donat Elisabethæ Roberti 1. uxori partem *thelonii in Udenheim.*

1386. VVenceslaus Imp. oppignorat Beatrici Comitissæ Palat. partes theloneorum *Germersheim & Manheim.*

1381. Elisabetha de VValdeck cedit ei bona sua in VValdeck & alibi.

1381. Elisabetha de Birckenfeld cedit eidem *pagum Mosbach & curiam in Schifferstadt.*

1390. Mechtildis Marchionissa Badensis eidem Electori cedit bona sua in *Heydelsheim*, Wildsperg. Eppingen.

1391. Johannes Com. Spanheim. præcipit subditis suis & Vasallis, ut si ipsi fine masculis decesserint, filiæ suæ Elisabethæ *Roberti 2. Elect. Sponsæ* subjiciantur, tanquam veræ & legitimæ Dominæ, quam deinde Præfectus & Burgenses de Creutznach, se quasi Dominam observaturos pollicentur. Idem etiam præstant Præfecti & Burgenses in Kirchberg, Vianden, Castelaun & VVinterberg.

eodem Mechtildis de Spanheim Marchionissa Badensis cedit eidem Roberto 2. *arcem Besisheim.*

1394. Anna de Sickingen ei vendit *pagum Roxheim.*

1403. Elsa uxor Jacobi de Bacharach vendit Roberto Imperat. bona sua in Hundsrück.

1406. Elisabetha Henrici Comitis vidua eidem oppignorat *pagum Eich.*

eodem Mechtildis Marchionissa Badensis eidem concedit *arces suas Mosbach & Obernheim.*

1407. Margaretha de Hochberg Friderici Comitis Leining: uxor, eidem oppignorat decimas suas in *Weillersbach & Lambsheim.*

1408. vidua Philippi de Bohlanden eidem cedit *pagum Dievvweiler.*

1402. uxor Johannis de Löwenstein cum ipso conjuge eidem vendit *pagos Scheim, Bickenbach, Gugenheim, Malchen, Nitz, Bedenkirch, Kendig.*

1444. Anna Erbacensis vendit Ludovico 4. Electori Comitatum Löwenstein.

1470. Catharina de Helmstad, uxor Georgii de Boxberg vendit ei pagum *Alspach.*

1544 Claudia Com. Oettingensis donat Ludovico 5. Elect. pagos *VVestboffen, Gimbsheim, Bornheim.*

DESIGNATIO.

Feudorum Oblatorum.

A. 1338. Johannes Comes Spanheim: & uxor ejus obtulerunt Balduino Archi-Episc. Trevir. mediam *Castri Dille* partem, & quicquid habebant in pagis *Dille, Leimsheim, Dreise, Creutzenach, Schvvabenheim*, Claustro *Aldenfeld & Pferdenfeld*, Capella apud *Kirchberg, Kirn, Wintzenrodern, Gemunde*, molendino zu dem Hecken *Kervvyler, Dilledorff*, curia ante *Castrum Dille*, molandino & vallelbidem, *Seelbach, Belcke, Keltzrod, Rackenhausen, Buckenbiren, Soren, Wallenau*, molendino in *Honville, Kutzenhausen, Niedernvveiler*, & Sylvis videl. *Belckerstradt, Steiberstrod, Dille, Eichholtz, & Dürrscheid:* Item villam *Trarbach*, quæ deinde ab eo in feudum receperunt, à fœminis post exstinctos masculos possidendum. &c.

DESIGNATIO.

Feudorum Emptorum. p. 147.

Sub Ottone 2. Electore.

A. 1245. Henricus *Romanorum Imperator* cedit Ottoni Elect. *VValtrop* cum appertinentiis.

Sub

Sub Ludovico 2. Electore.

A. 1270. Simon Comes Bipont. vendit Ludovico El. *Castrum & pagum Merckingen* cum omnibus appertinentiis pro 300. marcis argenti.

1274. Poppo de *Dirn* vendit eidem *Wiblingen* cum appertinentiis.

1277. Rodolphus Hesso Marchio Badensis vendit ei *Castrum Lindenfels* pro 2300. marc. arg.

eod. Engelhardus & Conradus de VVinsperg vendunt ei partem suam in *Wiseloch*.

1284. VValterus ab Eltz cum uxore & consortibus vendit eidem *Castrum Stoltzeneck*, piscariam in *Croffelbach* & omnes reditus in *Raggenau* pro 120. lib. Heller.

1286. Fridericus Episc. Spirensis vendit ei dimidiam partem *Castri Waldrau* & pagorum *Hockenheim* & *Reitlingen* cum omnibus pertinentiis.

1290. Marquardus de Wilre vendit ei curiam suam in *Wiseloch*.

1291. Conradus & Fridericus de Strahlenburg vendunt ei *decimas in Bergheim cum curiâ* & pertin:

eod. Iidem vendunt ei partem, quæ ipsis competebat in monte de Alto-Saxenheim.

Sub Rudolpho 1. Electore.

A. 1298. Capitulum S. Germani Spirensis vendit Rodolpho Elect molendinum in *Wiseloch*.

1319. Ademarus de Zabern vendit eidem *pagum Gersberg* pro 3500. flor.

Sub Rudolpho 2. Electore.

A. 1339. Johannes de Kerweiler vendit Rodolpho Elect. partem in *Scharffeneck*.

1341. Henricus Knebel Eques vendit eidem *domum Grünau* cum pertin. pro 1800. lib. Heller.

1347. Reinhardus de Strahlenberg vendit eidem *Strahlenberg Burgum & Schriesheim Urbem* cum omnibus appertinentiis.

1349. Eberh. Rüd de Rollenberg vendit eidem *Domum Minnenberg* cum omnibus pertinentiis pro 2700. lib. Heller.

eod. Ormandus & Bertholdus de Eberstein fratres vendunt eidem *urbem Bretheim* cum omnibus appertinentiis pro 7900. lb. Heller.

1351. Phil. de Bohlanden vendit ei Burgum *Sandhusen & pagum Leinheim*.

Sub Roberto 1. Electore.

A. 1357. Siffridus de Strahlenberg vendit Roberto Elect: arcem Waldeck & pagos *Heyligcreutz, Steinach, Reitterbach, Lampenheim & Gertzbach*.

1358. Gothofredus Com. de Hohenloë vendit eidem den Wierlenheimischen Hof pro 1100. flor.

1359. Phil. de Bohlanden vendit eidem *urbem Simmern* in Hundsrück cum omnibus pertinentiis pro 4000 parvis florenis.

1361. VVilhelmus Com. de Eberstein vendit eidem *Advocatiam Hagenbacensem*.

1370. Johannes de Schmalstein vendit eidem *arcem & pagum VVeingarten*.

1380. Henricus de Reimshingen vendit Duci Roberto *Wald-Lanbertheim* & Sylvam *Labersheim*.

1386. Cuno & Rudolfus de Berg vendunt eidem pratum in Berg pro 350. flor.

1389. Henricus de Geinheim vendit eidem 17. malt. Siliginis ex molâ Heydelsheim annuè percipiendos.

eod. Gerardus de Sulpen vendit eidem *Præfecturam Heydesheim*, &c:

1390. Comites de Löwenstein vendunt eidem 12. Jugera prator: & 1. Jug. terræ propè Rupertseck pro 133. flor.

Sub Roberto 2. Electore.

A. 1391. Rodolphus Dom. de Ochsenstein vendit Roberto Elect. pagos *Reichshofen, Ochsenstein, Hochfelden, & Meisterfelden*.

1398. VVernerus de Lövvenstein vendit ei pagum *Warmbsstadt*.

Sub

Sub Roberto 3. Electore.

A. 1400. Pagus Felcksheim Roberto Electori conceditur.

1401. Comites de Löwenstein vendunt ei 32. Jug. Sylvæ, 8. Jug: vineæ. in finibus Heidelsheim pro 85. flor.

1403. Hubertus de Bacharach vendit eidem Electori aliqua bona in pago *Breydenbach*.

Sub Ludovico 3. Electore.

A. 1410. Henricus Bock vendit Ludovico Electori decimas in *Hedesheim*, *Wahlheim & Weinheim*.

1411. Idem Elector acquirit quartam partem pagorum *Gerichstadt*, *Alsheim*, *Zeissenhausen*, *Niefern*, *Offtersheim*, *Immersheim*, *Sultz*, *Sutzenheim*, *Kirchheim*, *Bessersheim*, *Dettersheim*, *Mertzheim*, *Ebersheim*, *Leitersheim*, *Bossenvveiler*, *Zugrenvveiler*, *Dieffenthal*, *Wachenheim*, *Hertingshausen*, *Zvvey. vveiler*, *Essenheim*, *Walen*, *Obernkeim*, *Monckstadt & Groskarlbach*.

1412. Johannes de Hirschhorn vendit eidem dimidiam partem pagorum *Ellen*, *Dabisheim*, *Burckheim*.

1413. Lud: Schenck de Limburg & ejus uxor vendunt Ottoni Comiti Palatino *arcem Lorbach* cum appertinentiis pro 6500. flor.

1413. Joh. de Hirschhorn vendit eidem Ottoni tertiam partem in *Elsentz*, & Ludovico Electori *Weyler* propè Aglusterhausen.

eod. VVolmarus de Wachenheim vendit eidem Electori mediam partem pagi *Nackheim*.

eodem Jac. de Saulnheim vendit ei 3. prædia in Seltzen.

1414. Eberhardus de Hohenfelds vendit Electori mediam partem pagi *Windesheim* pro 1100. flor.

eod Wolffgangus Richter de Knotelsheim vendit eidem Electori 12. plaustra vini annua in *Bleysvveiler*, & prædium *in Morlesheim*.

eod. Wolffgangus de Löwenstein vendit eidem Electori partem suam in prædiis *Stetten*.

1416. Johannes de Hirschhorn oppignorat eidem *Hoffsan*, *Eschelbach*, *Reichenberg*, *Aglatershausen*, *Schmittenvvag*, *Rodenburg & Funckelsbach* pro 6000. flor.

eodem Henricus Kammerer vendit eidem Electori quartam partem pagi *Gantheim*.

1418. Joh. de Hohenberg & Crafft-Frey de Dhaun vendunt eidem Elect. domum in *Darschheim* cum prædiis inde pendentibus & domum in *Fridelsheim* cum pertinentiis.

eodem Henricus de Genheim vendit ei 17. malt. Silig: annuos & 1. plaustrum vini in Hedesheim.

eodem Domini de Erligheim vendunt Electori *Stoltzeneck* pro 1000. flor.

eodem Wernerus de Nierstein vendit Electori dimidiam partem pagi *Eich*.

1419. Eberhardus & Kosmus de Keitzkeim vendunt Electori *Mühlstadt*.

eodem Zescheimenses vendunt ei molam propè Stromberg.

eodem Conradus de Winsperg vendit Electori pagum *Schvvartzach*.

1420. Joh. de Lövvenstein vendit ei *Scheim*, *Buchenbach*, *Gugenheim*, *Malche*, *Nitz*, *Badenkirchen*, *Krudrich*.

eodem Mart: Forstmeister cedit ei prædium & alia bona in *Alt-Haseloch* pro 400. libris Heller.

1421. Schvvieardus de Siekingen vendit Electori omnia bona sua in *Edigheim & Offenavv*.

eodem Hermannus de Odenheim vendit Electori quartam partem *arcis & pagi Eich* & census in *Sand de Munckhausen* pro 975. flot.

eodem Joh. de Helmstad vendit Electori quartam partem pagi *Babel* cum pertinent. pro 965. flor.

1424. Hermannus de Saulnheim & ejus uxor & consortes vendunt ei pagum *Freinsheim* pro 1900. flor.

1427 Gothofredus & Phil. de Randeck vendunt ei 8 partem in pago & Jurisdict. de *Gugenheim*.

1429. Joh. Strumpf de VVaideck vendit Electori dimidium pagi *VValdabersheim*.

A. 1431.

A. 1430. Fridericus de Monte Forti vendit Electori dimidiam partem pagi *Wolffsheim* & pagum *Albitzheim* integrum pro 8000. flor.

1431. Idem Elector acquirit prædium de *Haleneck* in finibus Caub

eodem Conradus de Wiofperg vendit Ottoni Comiti Palatino pagum *Schlüchteren* pro 1000. fl

1435. Joh. de Erligheim ejusque uxor vendunt Mechtildi Sabaudæ *Curiam in Schvvetzingen.*

Sub Ludovico 4. Electore.

1438. Johannes Wildgravius vendit Electori pagos *Flonheim, Bomheim, Wendesheim, Osthoffen, Werstad, Eichenloch, Bockenheim, Nidernhausen & Münsterappel.*

1440. Joh. Rud de Bodigheim senior vendit Ottoni Com: Palatino sextam partem pagi *Riedersbach.*

1441 Comites de Löwenstein vendunt eidem Comitatum Löwenstein, decimam frumenti in Heylbron & 9. plaustra vini annua cum dimidio.

eod. Burchardus Hoffel de Stauffenberg vendit ei Castrum *Hoffvveiler & Schitervvald* cum pertin. pro 700. fl.

1443. Eberh de Urbach vendit ei pagum *Sandhausen.*

eodem Bernhardus Kreys de Lindenfels vendit eidem pagos *Scherbach & Waldau.*

1444. Henno Rubenold de Simmern Præpositus in Nierstein vendit ei 7. jug. prat. propè Oppenheim.

1447. Henr. de Reimschingen vendit ei *arcem Weller.*

Sub Friderico 1. Elect.

A. 1450. Rheingravii vendunt Friderico Elect. Ducis Philippi tutori tres quartas partes in *Münsterappel, Ober- & Niderhausen* pro 2000. fl.

1453. Iidem Electores emunt *prædium in Lachen.*

1454. Iidem Electores emunt à Conrado do Lammersheim, *Alsmannsvveiler, Riedenvveiler, Rappenvveiler, & Heffsau* pro 800. flor.

1355. Gerardus de Saulnheim & A. 1465. Hermannus & Frid. de Saulnheim vendunt Friderico 1. Elect. Pal. pagum *Wald Algersheim.*

A. 1456. Guillelmus de Cleeberg vendit ei quartam partem pagi *Wendesheim.*

1463. Carolus March. Badensis cedit eidem quintam partem Comitatus Spanheimensis.

eodem Idem Marchio Electori cedit *urbes Besigheim, Lorchheim, Wahlheim, Brudenthal, Ingersheim, Hessingheim, Beinheim, & Lothheim.*

1464 Naguel de Dirmstein vendit Electori pagum *Bermersheim* cum decimis & jure Patronatus.

1466. Conradus de VVinsperg vendit eidem *Neustadt* am Kocher.

1470. Georgius de Richberg & Catharina de Helmstar uxor ejus vendunt Electori eidem pagum *Aspach.*

eod. Joh. de Schmalstein vendit Electori dimidiam partem arcis & pagi *Weingarten.* pro 5760. flor.

1673 Conradus de Schvvenheim vendit ei jurisdictionem & reditus in *Alsheim* pro 80 flor.

eod. Götz de Adersheim vendit ei *arcem Birckvveiler.*

eodem Abbas & Conventus Sion vendunt ei dimidiam partem Præfecturæ *Offenheim* & Abbatissa Gundlingensis aliam dimidiam ejusdem Præfecturæ.

Sub Philippo Electore.

A. 1477. Philippus Elect. emit *arcem Sobernheim.*

A. 1481. VVillelmus Rud vendit Ottoni Comiti Palatino sextam partem pagi *Ridersbach.*

Sub Ludovico 5. Electore.

A. 1544. Comites de Hanau vendunt ei quartam partem pagorum *Lorsch & Hennebach.*

Sub Ottone Henrico Electore.

A. 1557. Otto Henricus Elect. emit *arcem Tridelsheim* cum pagis *Weidenthal & Genheim* pro 2000. flor.

U Sub

Sub Friderico 3. Electore.

A.1571. Martinus de VVachenheim vendit Friderico 3. partem *Dietelsheim*,

Sub Johanne Casimiro Tutore.

A. 1587. Conradus de Schmitburg vendit ei dimidiam partem oppidi *Pfedersheim* pro 18000. fl.

Sub Friderico 4. Electore.

A. 1602. Eberhardus Kämmerer vendit Friderico 4. partem *Dietelsheim*
eodem Eberardus de Dalberg vendit ei reliquum omne ejusdem pagi.

DESIGNATIO.

Feudorum pignoratitiorum. p. 156.

Sub Rudolpho 1. Com. Palat. Elect.

A. 1300. *Castra Flosse & Darckenstein* ab Henrico Rege Rudolfo pro 2000. marcis argenti, servato reluitionis jure, oppignorata sunt.

1329. Ludovicus Imp. Oppignorat Rodolpho pro 6000. marcis arg. Civitates suas & Imperii, uti, tunc eas appellavit, *Mosbach & Sintzheim*, salvo reluitionis jure, in vigilia S. Barthol.

eodem Concessio Ludovici Imp. facta Rodolfo & Roberto Comitibus Palatinis, ut possint redimere *Gemünde* cum decimis, à Dominis de VVinsperg.

Sub Rudolpho 2. Com. Pal. Elect.

A. 1330. Ludovicus Imp. oppignorat Rodolfo & Roberto pro 6000. marcis argenti bona ad Imperium pertinentia, *Castrum & urbem Gemünde* & decimas, *Eberbach Castrum, Civitatem* & decimas. *Mosbach urbem, Sintzheim urbem, Driefels castrum, Neucastell castrum Germersheim castrum & urbem, Anvveyler* urbem, *Guttenburg castrum, Wulckenberg castrum, Weyelburg Castrum, Haselach* pagum & Bühel eâ lege, ut semper Imperatores ea possint reluere pro eadem summa 6000. marcarum. Si vero unum aut alterum istorum liberum non fuerit, sed alibi oppignoratum, tunc Comites Palatini debent ea reluere, iisque frui & gaudere, donec pretium reluitionis cum prædicta summa restituatur, die Lunæ post festum S. Agnetis.

1331. Idem Imperator concedit eisdem facultatem redimendi urbem *Weilstadt* ab Episcopo Spirensi pro 1000. lib. Heller, donec reluatur ab iis possidendam.

eodem Idem Imperator concedit iisdem facultatem redimendi *Pfedersheim* pro 600. lib. Heller, ab illis de Falckenstein, cui summæ adduntur 425. lib. Heller.

1332. Idem Imperator concedit eis facultatem redimendi pagum *Ricken*.

eodem Idem Imperator tradit Roberto Seniori omnes thuronos Vectigalium, quæ ipsi ex parte Imp. aperientur in *Bacharach* & quidem per oppignorationem, donec eos Imperatores repetant utendos fruendosque.

1335. Idem Imperator addit oppignorationibus *Driesfels, Anvveiler & Germersheim* 2000. marcarum argenti.

1338. Idem Imperator Roberto Seniori & Roberto juniori Com. Palat. oppignorat *arcem Neu-Castell*.

1339. Idem Imperator iisdem dat licentiam reluendi oppignorationem *Rosvveiler & Heyligenstein*.

eodem Rudolphus Marchio Badensis illis oppignorat *Castrum & urbem Bretten* 4400. libris Heller de Consensu Dominorum de Heberstein.

1340. Idem Marchio Badensis illis oppignorat *urbem Heidolfsheim* pro 2500. libris Heller, ad quos adjectis Ludovico Imp. solutis 150. libris Heller urbs ista illis salvo reluendi jure conceditur, itaut anno seq. urbes *Bretten & Heydolfsheim* homagium ipsis tanquam oppignoratæ præstiterint.

1341. Idem Imperator iisdem oppignorat *urbem Weissenburg* & totam *Landvogteiam de Spirgau*, cujus pars erat ista Civitas, pro 1600. lib. Hell. salvo jure reluendi:

A. 1341.

A. 1343. Idem Imperator iisdem concedit jus reluendi *castrum & urbem Weinsperg* ab Archi. Episcopo Moguntinensi.

eodem Idem Imperator iisdem oppignorat *pagos Gutvveiler & Burgheim.*

eodem Idem Imp. dat gratis Rudolfo 500. lib. Heller pensionis solvendæ in festo S. Mart. a Civitate Weissenburgensi, reluibiles ab Imperio pro 5000. lib. Heller.

eodem Idem Imperator iisdem concedit licentiam reluendi *urbem Landavv* in Spirgaw sitam ab Episcopo Spirensi, salvo jure reluendi.

1344. Idem Imperator iisdem oppignorat arces. . . . & *Rilebach* pro 1000. marcis arg.

1345. Idem Imperator iisdem concedit licentiam redimendi *Weinheim* ab Archi-Episcopo Mogunt. oppignoratum pro 5000. libris Heller.

1346. Iisdem iterum oppignoratur *Heydolffsheim* pro 5500. lib. Heller.

1347. Iisdem oppignoratur *Castrum Gleichen* pro 250. flor.

1349. *Ludovicus Imp.* iisdem oppignorat *Sinszheim* & Advocatiam Abbatiæ ejus loci.

eodem *Idem Imperator* iisdem oppignorat *Manheim* pro 2000. flor.

A. 1350. *Idem Imperator* Roberto 1. concedit licentiam reluendi *decimas de Heylbronn.*

Sub Roberto 1. Com. Palat. Elect.

A. 1352. Idem Elector reluit à Richardo de Sickingen oppignorationem de *Minnenberg* pro 800. flor.

1354. Idem Elector reluit à Rudolfo March. Badensi *Heydesheim* ab Imp. ipsi oppignoratum.

eodem Idem annuente Imperatore reluit *Sylvam Hagenauensem* pro 10000. flor.

eodem Nobilis Ludovicus de Stein Præfectus Bretiheimensis cum civibus & senatu testantur, eundem Electorem *Civitatem Bretheim* pretio sibi comparasse.

1355. Elector ad *oppignorationem Germersheim* 5000. flor. adjicit.

1356. Idem Elector à Francisco Romberg pagos *Santenheim & Aschemberg* pro 700. lib. Heller oppignorationis nomine sibi comparat.

1358. Cives Bolandenses oppignorant eidem *Alten Beimburg, urbem & Burgum Alten Simmern* pro 1500. flor.

eodem Carolus Imp. *arces Waldeck, Morach & Dreissvvitz* ab Eodem Electore redimi patitur.

1360. Eidem Electori Phil. de Bohlanden oppignorat pagos *Gondersvveiler & Gervveiler.*

1361. Electori Carolus Imp. oppignorat Advocatiam in *Wolffstein* & in *Lautern* pro 5000. flor. salvo jure reluitionis.

eodem Elector reluit ab Emichone Leiningensi *Belichheim, Gondramsheim, Steinvveiler, Erlebach & Clingen* pro 5000. flor.

eodem Idem Imp. eidem Electori confert *Præfecturam Hagenbach*, quam à Comite Eberfteinensi emerat, atque à Domino directo, quod Abbati Weissenburgensi competebat, liberaverat.

1362. Idem Imperator confirmat oppignorationes *Wintzheim* & *Mospach* in gratiam Comitis Palatini factas

1363. Idem Elector reluit à Carolo March. Badensi *urbes Belichheim & Belheim.*

1365. Idem Elector ab eodem Imperatore obtinet licentiam reluendi *urbes Gengenbach, Ortenberg & Offenburg* Episcopo Argentinensi oppignoratas.

1364. Literæ oppignorationis *Erntzhausen & Neuhausen.*

1365. Idem Elector emit dimidiam partem *Elsentz* ab illis de Sickingen pro 300. flor.

1366. Eidem Electori oppignorat Albertus de Lövvenstein pagos *VVüler & Risach.*

1367. Carolus Imp. concedit Palatinis ut redimant decimas majores de *Lichartshausen* propè Elsentz. &c.

1370. Emicho Com. Leining. de Consensu Albani Weissenburg. oppignorat eidem pagos *Grünstadt, Asselnheim, Kirchheim & Zutzenheim.*

A. 1371. Phil. de Bohlanden eidem oppignorat *Mittelburg* propè Alt-Beimburg pro 7000. flor.

eodem Idem Elector obtinet licentiam reluendi à vidua Johannis Springhard de Lautern pagum *Fischbach* cum jurisdict. ejus & decimâs in *Laubach.*

1375. Carolus Imp. eidem concedit facultatem reluendi à Civibus Moguntin. urbes *Oppenheim*, Schvvabsburg, Nierstein, Ingelnheim super. & Infer. Winternheim & Lautern cum pertin.

eodem Idem Imperator concedit ei facultatem vendendi & oppignorandi bona Imperii, ita tamen, ut unum quodque in sua qualitate vendant & oppignorent, pignus nempe pro pignore, feudum pro feudo.

1377. Carolus Imp. concedit ei facultatem reluendi bona vel pignora ad *Wolffstein* pertinentia, quod & Robertus fecit eaque reluita Johanni Gotzesburgensi Moguntino pro 5000. flor. salvô quoad Imperium reluitionis jure.

1379. Wenceslaus Imp. concedit eidem Electori licentiam reluendi pagum *Scheflin.*

1378. Joh. Jost de Schönenburg oppignorat ei jurisdictionem pagi *Argenthal.*

1378. Idem Imperator ipsi oppignorat *Gutenberg & Falckenberg* cum pagis quibusdam pro 4000. flor., ut ea omnia tamdiu haberet, & possideret, donec Imperator ea pignora cum omnibus aliis, quæ Comites Palatini ab Imperio habent, simul reluat

eod. Hartmannus Comes de Bitsch ipsi oppignorat partem, quam habebat in Castro *Landeck.*

1380. Joh. Comes Spanheim. in ejus gratiam cedit oppignorationem *arcium Ladenburg, Stein*, quas à Capitulo Wormatiensi possidebat.

1383. Idem Imperator Wenceslaus ipsi dat licentiam reluendi à Bernardo March. Bad. Civitatem Elpingensem (Eppingen.)

1381. Oppignoratio jurisdictionis in *Mörsfeldt.*

1383. Bernardus Marchio Badensis ipsi reddit urbes *Bellichheim & Belheim*, quas ab Imperio pignoris nomine possidebat.

1386. Simon Comes Bipontinus ipsi oppignorat dimidiam partem *Castri Kirchel* pro 400. flor.

eodem Albertus Comes de Löwenstein ipsi oppignorat pagos *Barbeln & Bisach.*

1391. Johannes Dom. de Lichtenberg ipsi oppignorat partem *Gerlingsdorff, Hatten, Kuthenshofen & Bettendorff.*

1393. Bernardus Marchio Badensis ipsi concedit licentiam reluendi loca *Wildberg & Heydesheim.*

1387. Fridericus Magister Ordinis Teuton. ipsi oppignorat *urbem Wegenheim* pro 2000. flor.

1395. Philippus Comes de Nassau renuntiat ei omni juri, quod habebat in *Alten-Beinburg Gondramstein & Unscheim.*

1398. Homines Regii inter Mosbach & Landen Comiti Palat. oppignorantur.

1392. Reluitio Molendini de *Richheim.*

1394. Roberto Duci reluendi Rockenhausen à Capitulo Moguntin. licentia conceditur.

Sub Roberto 3. Com. Palat. Electore.

A. 1400. Urbs & Burgum *Werde* Roberto oppignoratur pro 4. parte, salva reluitione.

1401. Philippus Ulmensis partem suam in *Dienelac* ex oppignerari patitur.

1402. Idem Robertus Imperator omnes oppignorationes Imperii Domui Palatin. confirmat, & consentientibus omnibus Electoribus pretium Oppignorationis adauget.

1405. Dimidia pars urbis *Werde* Henrico Eckbrecht pro 4000. flor. oppignoratur.

1406. Dietericus de Wachenheim oppignorat pagos de *Mannenheim* . . .

eodem oppignoratio Imperii de *Stuhlhasen.*

1409. Blicker de Rotenburg oppignorat partem decimæ de *Schvvagenheim.*

Sub Ludovico 3. Com. Palat. Electore.

A. 1410. Sigismundus Imp nondum electus promittit, quod priusquam eligatur

tur, oppignorationem *Seltz* confirmaturus sit.

A. 1412. Idem Elector reluit ab Emichone Comite Leiningensi, *Berchun*, *Bockenheim*, *Guntersblum*, *Waldersheim*, *Dalgenheim*, *Weissenheim*, *Babenheim*, *Bettenberg & Carlbach* pro 4000. flor.

1413. Oppignoratio *Otterberg* pro 3000. flor.

eodem Hermannus de Rodenstein miles oppignorat eidem Electori pagos *Wintercasten*, *Ludenau*, & Neunkirchen pro 200. flor.

1416 *Sintzheim & Clingen* oppignorantur salvo reluitionis jure.

eodem Pagi *Dalheim*, *Urbach*, *Hasmersheim*, oppignorantur.

eod. Joh. ab Hirschhorn ipsi oppignorat *Hoffstein*, *Eschelbach*, *Kirchenberg*, *Aglershausen*, *Schumensen*, *Mag*, *Rodenburg & Funckenbach*.

1417. Capitulum S. Pauli Wormatiæ ipsi concedit dimidiam partem jurisdict. *Ubersheim*.

1419 Oppignoratio dimidiæ partis *Mannenheim & Grevenstein*.

1424. Bernardus Marchio Badensis dimittit eidem Electori urbem *Eppingen*, quam ab Imperio oppignoratam possidebat pro 10000. flor.

eodem Idem Elector reluit ab eodem Marchione Badensi dimidiam partem *Heydesheim*.

eod. Schafman de Rippeviller oppignorat eidem 4. partem urbis *Rippenviller* pro 11000. flor.

1426. Ex oppignoratio dimidiæ partis jurisdictionis pagi *Morsfeld*.

1430. Conradus de Winsperg oppignorat ei pagum *Schlüchtern*.

1431. *Spanheim*, *Bibelnheim* & alia loca plurima Henrico Wolff oppignorantur.

1435. Curia *Kirschgarten* Ludovico Electori oppignoratur.

Sub Ludovico 4. Com. Pal. Electore.

A. 1442. *Arcis Grevenstein* exoppignoratio.

1441. Licentia reluendi pagum *Ryben* eidem conceditur.

1437. Sigismundus Imp. concedit facultatem reluendi *Ortenburg*, *Gengenbach*, *& Zell* ab Episcopo Argentoratensi, quæ deinde per Imperatorem Fridericum oppignorantur.

1448. Reluitio quorundam pratorum in Kirschgartwise ex Abbate Franckenthalensi.

Sub Friderico 1. Com. Pal. Electore.

A. 1453. Ludovicus de Werdenberg ipsi oppignorat quartam partem *arcis Wersb* pro 500. flor.

1457. Philippus Comes de Catzenelenbogen ipsi oppignorat 4. partem pagi *Hoffenweiler*, & omnium pertinentiarum *Castri Lichtenberg*, urbis *Rüchheim*, *Uberau*, *Beberau*, *Rosdorff*, *Gundershausen*, *Ramstad Modau*, *Rüsselsheim*, Burgum & oppidum *Rubenheim & Schilfurt*, *Babesheim* cum piscatura *Anren* propè Lorsch, & quartam partem sylvæ **der Hussertwald**.

1460. Oppignoratio facta ab Archi Episcopo Moguntino de *Castro Schauenburg* & pagis *Hendhuscheim*, *Dossenheim & Schickenheim*.

1461. Oppignoratio *Starckenberg*, *Heppenheim*, *Bensheim*, *Morlebach & Lorsch*.

1463. Archi-Episcopus & Capitulum Mogunt. ipsi oppignorant urbes & arces *Starckenberg*, *Heppenheim*, *Morlebach & Abbatiam Lorsch*.

eodem Martinus & Eberhardus Rotter ipsi concedunt jus reluendi *Greventhau*.

1465. Archi-Episcopus & Capitulum Moguntin. ipsi oppignorant *arcem & urbem Pfedersheim*.

eodem Reluit à Michaele de Myrbach *arcem Wolffsberg* cum valle, pro 2000. flor.

1467. Idem oppignorat Bertholdo de Windeck *Castrum Beinheim* & pagum *Leistein*, quæ ipse à Marchione Badensi oppignorata possidebat.

eodem exoppignoravit pagum *Altheim*.

1369. Marchio Badensis ipsi oppignorat *Comitatum posteriorem Spanheim*.

Sub Philippo Com. Palat. Electore.

A. 1486. Idem Elector obtinet à Friderico Imp. licentiam reluendi *Landau* ab Imperio oppignoratum.

1495. Idem Elector à Maximiliano 1. Imp. obtinet confirmationem omnium oppignorationum Imperii pro se & cunctis ab eo masculis orituris, quibus deficientibus eædem oppignorationes futuræ sunt irritæ.

1487. Frid. de Dalberg testatur, eundem Electorem exoppignorasse *Abenheim* propè Hernsheim.

1491. Dietericus Riede miles oppignorat eidem curiam *Sebebron*.

1498. Idem reluit *Dochelnheim* à Comitibus de Sickingen.

1507. Idem Elector oppignorat *Rherbach* Ord. Teuton. Magistro.

eodem Idem oppignorat *Ladenberg* Dieterico de Handschutzheim & uxori.

Sub Ludovico 5. Elect.

A. 1510. Reversales concessæ eidem Electori super oppignoratione *Wildeck*.

1518. Apocha Wolffii & Eberardi de Raven super oppignoratione *Winnenberg*.

1513. Literæ oppignorationem *Eberbach & Ubersheim* concernentes.

1518. Reversales Alberti de Mötsheim super oppignoratione Præfecturæ *Rockenhausen*.

1531. Præceptum Ferdinandi 1. Regis super oppignorat: *Neumarck*.

eodem Præceptum Caroli 5. Imp. circa eandem oppignorationem.

1523. Oppignoratio *urbis Eberbach* cum pagis aliquot & *Ubersheim*.

Sub Friderico 2. Com. Pal. Electore.

A. 1544. Cum Archi-Episcopo & Capitulo Moguntino inita conventio, quâ sancitur, *urbes in Strata Montana sitas*, neque *Sobernheim, Montzingen, Bockelnheim & Bockelheim*, eo Electore vivente non reluendas.

1549. Urbs *Umbstadt* oppignoratur pro 18000. flor. à Philippo Landgr. Hassiæ.

Sub Ottone Henrico Elect. Pal.

A. 1556. Otto Elector oppignorat *arcem & Præfecturam Schwartzach* Christoph. Landschad de Steinach pro 8000. flor.

Sub Friderico 3. Elect. Pal.

A. 1562. Idem Elector oppignorat *Castrum Wintzingen* cum pertinent. Eberhardo de Flersheim pro 1600. flor. salvo jure reluitionis post 20. annos.

1571. Idem oppignorat *Civibus Creutzenacensibus Insulam* ibidem.

1573. Idem Elector oppignorat pagum *Dombeim* Johanni Com. de Schwartzenberg pro 3000. flor.

1581. Ipse emit *Niedenfels* à Petr. Dentrich pro 55000. flor.

Sub Friderico 4. Com. Palat. Elect.

A. 1602. Reversales Pleickardi de Helmstad super oppignoratione arcis & Præfecturæ *Schwartzach*.

Sub Joh. Casimiro Administratore.

A. 1587. Joh. Casimirus oppignorat Præfecturam *Rockenhausen* Georgio Johanni Comiti Palatino pro 10864. flor.

1591. Domini de Doshelm cedunt Electori Palatino *urbem Plopsheim*, quam in pignus ab Imperio possidebant.

Ad

Ad pag. 385. sub lit: D. Ad Historiam Monasterii Laurishaimensis spectant quoque ea, quæ Auctor quidam in Diss. f. Deductione Juris Electoralis Palatini in Præposituram Laurishaimensem (vulgo die Probstey Lorsch) edita sub Carolo Ludovico Elect., tradit, cujus extractum hic subjicimus: Præpositura seu Abbatia hæc Laurishaim. non tantùm olim *titulo & jure Principatus* fulgebat, sed etiam Privilegiis, donariis atque bonis adeo aucta fuit, ut cum magno Episcopatu vel Principatu conferri potuerit, teste Frehero in Orig. Pal. c. *6.* Monasterium hoc non tantum ab initio à *Comitibus Palatinis* seu Rhenensibus, & quidem à *Cancore Comite Palatino* (1.) A. 764. tempore Pipini R. fuit fundatum, simul & ab eo ejusque filio & fratre vehementer locupletatum, neque ullius Episcopi vel Ecclesiæ juri aut Dominio subjectum v. Leod. in vita Frid. 2. Elect. Pal. p. 7 sed etiam ab illo tempore in patrocinio & protectione Electorum Palatinorum usque ad tempus Reformationis consequenter etiam, durante sæpedictà oppignoratione mansit, ut ex plurimis patet Documentis, in quibus Electores Palatini dicti Monasterii Protectores, Advocati & Domini Territorii Landsfürsten/Kastenvögt/Schuz- und Schirms-Herrn vocantur, ad quos etiam, ut tales, sæpedicti Monasterii Præpositus & Clerici ante & post factam Vogtiæ Laurishaimensis oppignorationem suas querimonias detulerunt, donec A. 1557. tempore Electoris *Ottonis Henrici*, Præpositus Monasterii *Johannes Carpentarius* à Religione Romana recessit, Reformatæ Ecclesiæ se junxit, simulque Electori Palatino Monasterium Laurisheim cum omnibus suis pagis, bonis, reditibus aliisque pertinentiis ex libertima voluntate donavit. Ex quo tempore Principes Electores Palatini hocipsum Monasterium non vi Oppignorationis Moguntinæ (quippe 100. ferè annos hanc donationem præcedentis) sed vigore dictæ donationis & introductæ Reformationis possederunt, eâque possessione ad motus usque Bohemicos *quietè* & absque ulla turbatione gavisi sunt. &c. Ipsam autem donationem Friderici 2. Imper. A. 1232. mense Aprili Aquilejæ Sigefrido Archi-Episc. Mogunt. factam (quam Antagonista Moguntinus in scripto producit) ipso jure nullam atque invalidam, Imperiali Authoritate non confirmari potuisse. Sive enim inspicias *Donatorem ipsum.* sive *Donatarium*, sive *Rem donatam*, sive *formam & modum ipsum*, in omnibus invenies, quæ donationem infirmant. Sanè Imperatorem sua donare posse, nemo ambigit; at aliena, & quidem Ecclesiastica, perpetuo jure Ecclesiæ & illius Monachis dicata bona, maximè invitis & se opponentibus Abbate & Monachis, contra intentionem, voluntatem & Testamenta Fundatoris, Donantium atque Testantium, In alios transferre, hoc est, quod jura negant, quod omnes boni contradicunt, quod Dom. Elector Moguntinus ipse, si de ipsius Archi-Episcopatu ageretur, vel quæstio foret, nunquam largiatur. Sanè Ottonem 3. Imp. ad petitionem Franconis Epis. Wormatiensis, quem à Consiliis multo tempore habuerat, Abbatiam Laurissensem Episcopatui Wormatiensi donasse Helwich in Antiquit: Laurisheim: notat, sed Abbatem ab Henrico Ottonis 3. successore, Monasterii libertatem vindicasse, & hanc illi confirmâsse statim subjungit. Tentavit hoc ipsum Henricus 4. Imp. qui (13. annorum puer) astutiâ Episcopi Bremensis (Adelberti) circumventus, Laurissam cum omnibus juribus & pertinentiis dicto Episcopo donavit, (A. 1063. ut Lambertus Schaf: & Chron: Laurish: p. 77.) Abbatem se opponentem Abbatiâ privavit, Monachis Laurissensibus obedientiam Abbati debitam remisit, imò renitentes Monachos obsessione & vi armata cogere nitebatur Donatarius; at malè successit res & ipse Archi-Episcopus nocturnâ fuga vix elapsus, adeoque con-

(1.) Fallitur hic Auctor, *Cancor* enim hic nunquam Comes Palatinus fuit, sed non nisi Comes Pagi Rhenensis, uti jam in Hist. Pal. p. 19. diximus; Ex tota enim Antiquitate Historica nunquam demonstrari potest, *Cancorem* hunc Comitivæ Palatii dignitate insignitum fuisse. Ita errat quoque Tentzelius in defensione Connugianal. de diplomate Lindaviensi p. 185. 186 quando eidem Cancori fratrem adscribit *Ruodgangum* Epis. Metensem & Abbatem Laurishaimensem. Cum certum sit, Episcopum hunc Ingeramni Com. & Landradæ Carolo Martello natæ filium fratrem habuisse *Gundelandum* Abbatem Laurishaimensem, ut rectè docuit Bolandus in Actis Sanct. ad 6. Mart. p. 454. 455. §. 6. & 10. Ex diplomate Caroli Mag. aliisque antiquis Documentis, quæ vide in Codice nost. Palat. Diplom. p. 5.

consilium Ahitophel infatuatum est, ut loquitur Helwichius. l. cit. Sanè illo tempore, *ipse etiam Sigefridus* Elector Moguntinus contra Imperatoris Henrici donationem, Abbati & Monachis pro justitia & libertate Ecclesiæ Laurissensis, & salubre consilium & fidele præstitit patrocinium; cur ergo hodiè Moguntinis & Moguntino Scriptori justum (a.) quod tunc temporis fuit injustum? cur hodiè donatio Imperatoris magis valida est, quàm olim Henrici 4. invalidum ipsi Moguntini judicarunt. Sed, inquis, Archi-Episcopum Bremensem Imperatorem astu Monasterium vi adortum esse; vereor, si acta Moguntina inspicere liberum esset, ne idem reperiatur. Illud saltem ex Helwichio proferre liceat, qui post formulam donationis Friderici 2. hæc subjungit formalia: *Hujusmodi donatione Imperiali simul & Regali confirmatione Principatus Monasterii Laurishaimensis susceptis, Sifridus Archi-Epis: Mogunt:, quo sibi & successoribus suis eundem Principatum perpetuâ firmitate* (vidit enim infirmitatem donationis) *stabiliret, Monachos ipsius Cœnobii* NB. *induxit, ut literas summo Pontifici Gregorio. 7. dirigerent,* & Monasterium suum cum Ecclesia Moguntina uniri postularent. &c. Ergo primum fundamentum ex inductione processit, nec successus poterat esse melior; *Monachi enim,* sunt verba Authoris, *mandatis Archi-Episcopi se opponere cœperunt, & per vim injuriosè bis dejecti, bis iterum Monachos Moguntinos fugarunt, & è Monasterio ejecerunt.* Tale fuit initium, talis progressus donationis laudatæ. Nec ex nunc demum credat Lector, à Scriptore Palatino controversiam Moguntinis de hac re moveri, fuit ab initio, fuit & postea per diversos Electores Palatinos prætensioni Moguntinæ contradictum, sicut documentis probare facile est; sufficiat, unicum subjungere, ex quo videre licet, jam tunc *Rupertum.* I. & II. conquestos esse, vi & injustè Archi-Episcopum Moguntinum Principatum Laurishaim: possidere.

Wir Ruprecht der alte und Ruprecht der junge Hertzog Adolfs seligen Sun/ Palintzgreven by dem Rin/ Hertzogen zu Beyern ꝛc. sprechen umme solliche ansprache/ als der Ertzbischoff von Mentze und der Captel zu Mentze/ den Nunnen geantwort hant/ daß so sprechent/ daß sye in dem Fürstendum ze Loirche gesessen sind zehen iair/ zwentzig iair. ꝛc. Daß antworten wir undt beclagen auch wir uns vor uch Nunnen/ daß sie so lange da inne gesessen sint/ mit gewalt ane recht/ wanne wir Vogt und Herren darüber syn/ daß wir wol bewisen wüllen mit guden urkunden/ und wanne wir Vogt und Herren über dasselbe Fürstendum sin/ daß sy und ir Stifft und ir fürfahren uns entherbet hant mit gewalt/ und entwerdet ane recht; und geren an uch Nunnen zu erfaren/ wie man einen Fürsten sins Fürstendums entherben solle/ und entweren mit den Rechten/ daß yme schedlich sy/ und geme nützelich sy/ der es ym da entweret hayt/ und ob wir nit billigen daß versprechen sullen/ sint wir Vogt und Herren darüber syn. ꝛc.

Quod & Trithemius jam suo tempore agnovit, dum in suo Chron. narrationem concludit his verbis: *Et sic nobilis illa Abbatia* (Laurissensis) *Sacro Ordini abla-*

sa, in

(a.) Forte eadem ratio esse poterit, quæ alibi in Historiola quadam memoratur. Ein Bauer klagte beym Schultzen auf einem Dorff/ wie daß seines Nachbarn Kuhe ihme in seinem Garten grossen Schaden gethan und alles ruiniret hätte/ sein Nachbar aber ihme für seinen erlittenen Schaden gantz nichts wieder erstatten wollte/ sondern ihn noch darzu die Haut voll gescholten hätte. Worauff der Schultz dieses antwortete: Daß danck ihm der Teuffel/ er muß dir den Schaden wieder bezahlen. Hierauff der Schultz den Beklagten citirende/ hat ihme so gleich angedeutet: er sollte den Schaden den seine Kuhe seinem Nachbarn zugefügt hätte/ alsobalden wieder erstatten: Der Bauer wollte hierauff antworten/ aber umsonst/ dann der Schultz drohete ihm so gleich mit der Execution, endlich bath er allein um Verhör/ dann es finde sich in der Sache eine gantz andere Beschaffenheit/ er wollte mit drey glaubhafften Zeugen darthun und erweisen/ daß es nicht seine/ sondern vielmehr deß Herrn Schultzen Kuh gewesen/ die den Schaden zugefüget hätte: worauff der Schultz antwortete: Ja deß ist ein anders / wann es damit solche Bewandnus hat. Der seltzame Mann hätte ja leicht dencken können/ daß ich meine Kuh nicht geheissen habe/ in seinen Garten zu gehen/ warum hat er den Garten nicht zugemacht.

ta, in manus aliorum, & Principatus ejus minus justè, ut multis visum fuit, Moguntina Ecclesia traditus est. Sed quid attinet diutius huic prætensæ donationi immorari, cum jura Palatina recentiori titulo muniri possint, idque tam particulari, quàm universali. Constat enim 1 ex transactione inter Archi-Episcopum & Elect. Moguntinum Sigfridum, ut & Electorem Palatinum Ottonem in A. 1247. (15. post sæpe laudatam donationem Imperialem Anno) inita, Electoribus Palatinis jus Advocatiæ expressè non concessum, sed olim competens confirmatum esse; verba Transactionis hæc sunt: In nomine Domini nostri JEsu Christi, Noverint universi, quod super Articulis, de quibus inter venerabilem Patrem, Dom. Sifridum Archi-Episcopum Moguntinum ex parte una, & Nobilem virum Dom. Ottonem Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, ex altera, discordia vertebatur, talis compositio intercessit. Jus Advocatiæ super Ecclesiam Laurissensem, dictus Nobilis (Palatinus Rheni) obtinebit, in omni jure pariter & honore, quo illi Prædecessores sui Comites Palatini Rheni in hæc tempora tenuerunt, nec ei dictus Archi-Episcopus aliquod impedimentum opponet, quo minus eo perfrui valeat pacificè & quietè. &c.

Notet ex his Scriptor Moguntinus, Electores Palatinos, etiam ante Donationem Friderici 2. habuisse jus Advocatiæ & post illam hac transactione hoc ipsum Eis confirmatum fuisse & quidem eodem jure, quo Prædecessores Illorum eo gavisi sunt, hoc est, jure perpetuo & hæreditario, quod **Erb-Vogtey/ Erb-Schutz- und Schirm-Herr** vocatur; ita enim Electores Ruperti in articulis contra Electorem & Archi-Epis. Moguntinum Henricum posuerunt, **daß Sie Erb-Vögt und Herren seyen über das Kloster zu Lorsch und über alles das darzu gehöret.** &c.

Quod eo minus dubii habet, ex quo certum est, quod fundatores Monasteriorum, maximè si illa dotent, jus Patronatus, & Advocatiæ eorum, etiam citra expressam ejus rei reservationem adquirant, uti Magerus de Advocat. Arm. c. 9. n. 530. & seq. intrepidè sustinet & defendit, quod in casu nostro omni dubio caret, quia Comes Palatinus Cancor & fundator & constructor, & pro magna parte dotator Cœnobii Laurissensis exstitit. Novit autem Scriptor Moguntinus, vel saltem nosse debet, quæ sint jura, qui sint effectus talis Advocatiæ vel Protectionis, maximè in Advocaria territorii jure radicata, ut quæ semper annexam habet jurisdictionem, defensionem & Inspectionem ac Curam, ne bona Ecclesiæ dissipentur vel male administrentur. Accedit 2. quod vigore conventionis, & literarum Reversalium Archi Episcopi Mogunt: Petri de A. 1308. (& sic 76. post donationem Friderici Imp. Anno) Electoribus Palatinis omnia bona *Abbatiæ superioris in* **Fürth** / cum jure Patronatus & aliis pertinentiis manere debeant; verba transactionis hæc sunt.

Wir Peter von GOttes Gnaden Ertz-Bischoff / deß Heil. Stuls ze Mentz vnd Ertz-Channceler deß Heil. Röm. Reichs über alle tütsche Lant / ton chunt allen den / die diesen Brieff ansehent / hörent oder lesent / daß wir umb solche Mißehellunge und Chriege / und zwischen vns vnd den Ertzbischoffen ze Maintz / die vor uns gewesen sindt / vnd der Stifft dasselbe ein halb / und den hochgeborn Fürsten Herrn Rudolfen und Lodwigen / Pfallentzgräffen bi dem Rine und Hertzogen ze Bayern / und ir vor dern anderhalbe / umb die Güte / die in der Abtey ze Lorse gelegen sint bißher gewesen sint / nach unser Fruinde / und nach vnsers Ratesrat / vnd sunderlich nach der Edlen lütherat / Graff Eberhardes von Chatzenellinbogen vnd Chunrads von Weinsperch / unserer getrüen / also verainet vnd verrichtet sin / als hernach geschrieben stet.

Deß ersten daß die Güte/ die in der Obern Abtei zu Fürtte gelegen sint/ die läute lebendig und tode/ vnd was zu den Guten gehört/ besucht uud unbesucht/ die vorgenanten Fürsten Hertzogen Rudolf vnd Hertzog Lodwig/und ir Erben angehören suln/ vnd sollen auch si haben ze rechten lehen von Vnß vnd von unser Stiffte mit andern Lehen/ die si von unser Stiffte habent/ die Gute auch vnd die läute lebendig vnd tode/ die in der niedern Abtei zu Moreibach sint/ sullen Vns und unser Stiffte ze Maintze angevallen; danne als viel/ was die Hertzogen in derselben Abtey Läute und eigenes Guts habent/ wie daß genant ist/ daß sie bißher gehabt habend/ es sey an Chirchensätzen/ an freyen Läuten/ wälden/ zehenten vnd an Buinden/ daß soll si auch angehören; Vnd was wir in der Obern Abtey freier Höffe eigenes Gutes an Wälden/ an Chirchensätzen/ an zehenden/ an Buinden/ an freien läuten hergebracht haben/ daß suln wir fürbaß haben in allem dem Recht/ als wir ander unser aigen Gut haben/ vnd suln auch deheim Vogtei haben/ uff den Güten/ die vns angevallen sind. &c.

Non minus 3 vigore mododictæ conventionis de A. 1380. Electoribus & jus certum in homines proprios, & jus centenæ in superiori Abbatia confirmatum & jus infeudandi Vasallos reservatum est his verbis:

Waß waß läute in unserm vorgenanten Vronhoff ze Weinenheim, und in dem Hoff ze Fürtte gehöret/ wo die gesessen sind/ die suln die Hertzogen angehören vnd ir Erben; da wieder waß läute in die Hoffe ze Möreibach vnd ze Virnhäim gehöret/ wo die gesessen sind/ die suln Vns angevallen/ vnd auch Vnß Zugehören; was auch Cente in der Obern Abtei ist/ die die Hertzogen angehoret/ die soll auch In und ihren Ambtläuten warten vnd niemand anders; waß aber Cente in der Niedern Abtey ist/ die vns angehört/ die sull Vns vnd unsern Ambtläuten warten vnd auch niemand anders: Es ist auch geredingt/ waß der fürgeschr. Hertzogen Burgman oder Manne rechten lehen habend/ in der Abtey/ die uns zugehöret/ die suln an irm rechten beleiben/ hin als her/ vnd sulln auch die lehenschafft von ihnen erkennen. &c.

Et ne quis putet, temporalem hanc fuisse conventionem, & ab Episcopo sine consensu Capituli initam; Illa ab arbitris ex utraque parte in A. 1344. scil. ab Archi-Episcopo Henrico & Capitulo Moguntino ex una, & Electoribus Palatinis Ruperris ex altera parte electis in hunc modum confirmata est:

Anderwert sprechen wir Viere vorgenante gemeine Ratlüte uff unseren Eyt/ vnd theilen es für ein recht/ umb die Gute/ die in der Obern und Niedern-Abtey gelegen sind/ mit nahmen ze Fürtte vnd ze Morlbach/ und umb daß daß darzu gehöret/ darüber Bischoff Peter sel. von sin und sines Stiffts wegen brieffe geben hat/ und auch Hertzog Rudolf sel. vorgenant/ vnd auch Hertzog Ludewig nu Römischer

Key-

Keyser ist / ihre brieffe geben hant für sich vnd ir Erben / daß sie dieselbe brieffe beydersyt einander halten sullent / wie die stent / als si geben sint in der Zyt / da die vorgenanten Gut in beyden Abteyen getheilet worden. &c.

Denique quartum sibi locum vindicat *Donatio Carpentarii Præpositi quondam Laurissensis*, qui reliqua Monasterii bona mobilia & immobilia, jura, reditus & pertinentias, Dom: Ottoni Henrico Electori Palatino libertima voluntate dono dedit, & quidem donatione remuneratoriâ, uti videre est ex instrumento Donationis reciprocæ dicti Electoris, de cujus validitate pro nunc disputare superfluum, quia etiam præsuppositâ, non tamen concessâ ejus invaliditate, in pari tamen causa melior foret conditio Electoris Palatini, ut qui vigore Instrum. Pacis in pristinam possessionem ante omnia venit restituendus, meritis causæ utriusque partis ad Petitorium Judicium remittendis.

Et hoc est, quid Scriptor Palatinus in fine Scripti sui ex Instrum. Pacis probatum dedit nimirum: *Possessionem sæpe dicti Monasterii cum suis juribus & pertinentiis vigore Instr. Pacis art. 4. §. 6. ex capite Amnestiæ ante omnia Electori* Palatino restituendam esse, ut qui ante motus *Bohemicos in ejus possessione fuerit; Religionem verò ejusque statum ad idem tempus redintegrandum, non obstante eo, quod caeterùm Annus 1624. pro termino ex capite Gravaminum restituendis constitutus sit.* Quod Scriptor Moguntinus tot phaleris verborum invertere & involuere, sed vano ausu, conatur. Sed ut rem ad pauca reducamus & verbis Instrum. Pacis concludamus: *Palatinatus Inferior cum omnibus & singulis Ecclesiasticis & secularibus bonis, juribus & pertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores Principesque Palatini gavisi sunt, restituatur plenariè, nec quisquam, qui ex inde aliquid tenet, se huic restitutioni ullo modo opponat. &c.*

Restituatur ergo ab Electore Moguntino supradictum jus Advocatiæ super Monasterium Laurissense, Electoribus Palatinis à fundatione primâ competens; Restituantur omnia bona Abbatiæ superioris in Fürth cum jure Patronatus & aliis pertinentiis; Restituatur jus Centenæ, jus investiendi vasallos, jus in homines proprios; quæ omnia Palatinis etiam post jactatam Donationem Imperialem, & ante oppignorationem Stratæ Montanæ jure proprio competiisse, & adhuc deberi, supra demonstratum est; Restituantur denique Monasterium & bona illius per donationem Carpentarii in Electores Palatinos translata, vel ad minimum restituatur Possessio illorum Palatinis, donec de meritis Causæ in Petitorio cognoscatur, nec se opponant ulterius huic restitutioni Moguntini, nisi velint contraventores Instrumenti Pacis & Rei fractæ Pacis audiri. &c.



DIPLO-

DIPLOMATA
AD CODICEM DIPLOMATICUM PALATINUM.


Ad pag. 127. sub lit. F. Instrumentum hoc de A. 1095. exstat apud Miraum in Notitia Eccles: Belg: c. 118. pag. 263 h. m. (1.)

NOtum sit omnibus, quod *Henricus Comes*, Conradi piæ memoriæ filius, Bertrami Defensoris Ecclesiæ nostræ deceptus consiliis, jus Advocati in aratura & messione in numeris à bonæ memoriæ *Abbate Regimberto* servitiorum & donorum impendiis redemptum, & regali concessione traditum nobis abstulit, & omni honore & jure, quo usi sumus sub omnibus ejus & nostris antecessoribus, nos privavit & exuit; Sed miserante Deo postea in se rediit, & ablata reddidit, & *præsente Domino Henrico Palatino Comite* (2) *cui ab Imperatore Henrico* (*A in Italiam* (*A 1090*) *Exercitum ductante Imperii commissæ sunt habenæ*, in integrum hoc ordine restituit. Jurare fecit honestiores nostros & suos Scabinos, ut neque pro amore neque timore illius dimitterent, quin secundum veritatem, quid Advocatus, quid juris Fiscus noster ex antiquitate justè retinuisset, liquido edicerent. Igitur jure jurando obstricti affirmaverunt, quod non liceret Advocato constituere ullum subadvocatum, nisi ex familia Ecclesiæ & per electionem & consensum ejusdem familiæ, & quod quotidiani servitores, qui Coquinam, qui ad pistrinam, qui ad molendinum, qui ad lavatorium, qui ad custodiam Monasterii, qui ad quotidianum fratrum servitium pertinent, nihil illi debeant persolvere. Hæc acta sunt Anno millesimo, nonagesimo quinto, Indict. III. Anno Imperatoris Henrici XL. Imperii XII. annitente Domini *Abbatis Regimberti successore Thifrido*. Testes autem hujus concessionis & confirmationis Nobilissimi sunt isti: *Henricus Palatinus, Hermanni Comitis filius & frater ejus Theodoricus*, Bezelinus de Arlon, Adelbertus & Bezelinus de Engelinga, Anselmus de Edinga, Rupertus filius ejus, Johannes Bulza, Thibolt & filius ejus Giselbertus, Hugo, Heslo.

(1.) Gravissimè hic errat Miræus, quando hoc Scripto jura Advocati Abbatiæ Laurishaimensis explicari tradit. Non enim hæc jura ad Laurishaimensem, sed ad Abbatiam potius Epternacensem spectant, quod ex ipso hoc instrumento clarissimè patet cùm certum sit, quod I. *Henricus* hic Comes Conradi Comitis in itinere Hierosolymitano 1086. defuncti filius non solùm, sed & omnes antecessores ejus Comites fuerint Lucenburgenses & simul etiam Advocati Ecclesiæ Epternacensis, non Laurishaimensis, in quam Ecclesiam planè nihil juris unquam habuere Lucenburgici. De primo Comite Lucenburgico *Sigefrido*, præter ea, quæ jam in Historia Palat. p. 13. 14. diximus, Imperatorum quoque diplomata docent: Ottonis 1. dat: A, 971, 10. Mart. Magdeburgi, quo Monachos restituit in Monasterium Epternacense, ubi hoc modo · *Hortatu igitur venerandi Comitis Sigefridi fidelis nostri, in eodem monasterio vita Monastica religionem restituere decrevimus*, &c. Et aliud Ottonis 3. Imp. datum A. 997. 5. id. Aprilis Aquisgrani. *Monasterio Epternacensi ad preces Sigefridi Comitis Lucenburgici, Advocati ejusdem Monasterii.* v. Miræi Notit. Eccles. Belg. p. 137. 138. 119. II. quod *Regimbertus* ejusque successor *Thefridus* Abbates in hoc instrumento memorati, fuerint Epternacenses, non Laurishaimenses. III. Instrumentum quoque hoc à Miræo malè descriptum fuit; rectius And, du Chesne in Hist. Lucenb. in Pro-

bat. p. 31. hoc modo: Henricus Comes, Conradi piæ mem. filius, Bertrami defensoris nostræ Ecclesiæ circumventus & deceptus muneribus & fraudibus jus Advocati in aratura &c.. Testes: *Henricus Comes Palatinus*, *Hermannus filius Hermanni* (Comitis scil. Lucenburgico-Salmensis, Regis postea Romanorum, cujus relictam Adelheidem idem Henricus Comes Palatinus Rheni Dominus de Lacu matrimonio sibi junxerat) *& frater ejus Theodoricus*.

(2.) *Henrico Comite Palatino* Rheni, Domino de Lacu, qui Ezonis seu Erenfridi Rheni Palatini ex fratre Hezelino nepos & simul Henrici jam memorati Comitis Lucenburgici consanguineus seu cognatus extitit,. Pater enim hujus Henrici Conradus Comes Lucenburgensis, frater fuit Hermanni Com. Lucenburgico-Salmensis postea Regis Roman. cujus Anno 1088. defuncti relictam Adelheidem Henricus Rheni Palatinus, Dominus de Lacu in hoc diplomate memoratus sibi circa A. 1089. matrimonio junxit, uti videre est in seq. Schemate Genealogico.



Diploma Adalberonis Epis. Herbipolens: de A. 1075. ex Chronico Coburgensi Paul: Hönnii Consil. & Secret. Ducis
Sax. Coburg: p. 2. p. 7.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adelbero Sanctæ Ecclesiæ Würtzeburgensis humilis minister notum esse volumus præsentibus & futuri evi fidelibus, qualiter nos, qui donum & pacem electis Dei conservata tota intentione consequi nitimur ad misericordiam Dei & suffragia Apostolorum Petri & Pauli confugimus. Hinc est etiam, quod nos eorundem Apostolorum Principum Ecclesiam *Coburg* dictam petitione & consensu Domini *Annonis* Coloniensis Archi-Epis. quo divina dignatio nobis contulit, sublimare decrevimus. Et hic (Anno) ex traditione *Nobilissimi Cunrat Ducis Bavariæ* (1) *& Richze Polonorum Reginæ*, (2) *quæ* venerabilis filia idem Indentius reverentiâ devotè intuita est, dispersit, dedit pauperibus, orphanis & viduis, & *Ecclesias Dei nostram videlicet & Coloniam magnificè ditavit hereditate suâ*, quâ devotionis benevolentiâ venerabili *Adelberto Salveldensis Ecclesiæ fideli Ministro* cunctisque successoribus suis Abbatibus, Mona-

chis

(1.) *Conradus* hic Dux Bavariæ Ezonis seu Erenfridi Com. Palatini Rheni ex filio Ludolfo primogenito Mathildis Zutphaniensis marito nepos fuit, Dux Bavariæ electus 1048. 1. Febr. in locum Henrici Lucenburgici 1047. m. Octobri defuncti. sed eodem Ducatu A. 1053. à Cæsare privatus obiit exul in Hungaria 1055. de quo in Hist. Pal. egimus.

(2.) *Richza*, Rixa seu Richenza Ezonis S. Erenfridi Rheni Palatini & Mathildis Ottone 2. Imp. natæ filia, ab Ottone 3. Imp. avunculo Miesiko 2. Boleslai Polon. Regis filio Gnesnæ A. 1000. desponsata, & ipsi A 1013. vel seq. matrimonio juncta, defuncto marito in Germaniam rediit A. 1034. vel seq., deinde multum diuque *Coburgi* (qui locus antiquitus *Trufalistat* dicebatur) morata, tandem Salfeldiæ in Thuringia (quod oppidum Ezo pater ejus ab Henrico 2. Imp. obtinuit) consenuit & circa A. 1063. ibidem obiit, de quâ fusius in Hist. Pal. p. 259. & seq. egimus.

ehis dedimus proprietatem ligandi & solvendi in verbo Domini, Baptizandi, Sepeliendi, confessiones Domini percipiendi, in his locis: *Vullebach, Crudeliz, Kezendorf, Trufielstat, Kurtindorf*, & in curiis suis Dominicalibus: *Sithmarsdorf, Lüter, Miersdorf*. Si quis etiam habuit famulos sive censuales infra unum miliare in quacunque Parochiâ nostri Episcopatus sepeliatur ad Ecclesiam suam, ut omnia, eis Sacerdotum jura procurent, excepto Synodo & feriis rogationum, præterea *si qua plantata fuerint novalia in Silvulis, qua ad Cameram servierunt præfate Regine sub arbe Aborn* gemeinholze, ut prescriptas villas procurent & ut nullus circumjacentis parochiam impedimentum ab hoc paciantur. Statuimus hec igitur non ex nostro solum arbitrio, verum ex mandato Domini *Honori* Apostolici & *Sigifridi* Moguntini, quorum Epistolas legimus & privilegia decrevimus, & hoc ipsum privilegium nostrum, quod eidem contulimus Ecclesie, Stabile & inconvulsum permanere, in nomine Patris & Flii & Spiritus sancti, potestate beati Petri & nobis concessa corroboravimus. Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis M L XXV. Indictione XIII. sub Rege Henrico. Hujus rei testes sunt. Anno Archi-Episcopus. *Cunradus Dux* [3] *Otto Dux de Svuinfurte*, Gerhardus Advocatus Coloniæ, item Gerhardus Advocatus in Coburg, hi Capellani nostri Cuno Lunebarr, Hezil Swiboto, Ministeriales nostri Gozwin Helmbol, Opert, Adelhold, Scakko & alii plures.

Diploma Lotharii II. Imp. datum A. 1134. Monasterio S. Ægidii Brunsvvicensi à Gertrude matre Richezæ Imperatricis A. 1115. fundato.

IN namen der hilligen ungedeilden Dryfoldichelt. Lotharius van Göddlicher gnade Käyser der Römer/ vermehrer deß Riches ꝛc. Wy willen witlick tho synde/ allen Christen menschen/ dene de noch tho kamen werden/ unde nu gegenwerdig syn/ dat Gertrud Marggrävin tho Sachsen/ ein Dochter Eckberti deß Marggraven/ hefft gebuwet ein Kloster/ in di ehre der Telerinnen Goddes Marien/ indi Stidde Brunschwig genönnet unde gegeven ewig tho blyvende/ by den regeln eines geistliken Levendes/ unde hefft dat begifftet und begavet mit Vulbort örer erven/ alse dat wöhnlick ys/ unde bevolen tho der tydt Abbet Henrico von Bursvelde, vormiddelst welckes vorsichticheit/ unde derselben Gertrudis Koste und Hülve/ ydt lückliken vollkamen dat Huß unde geendigt an dem jahre/ do man schrefft na Goddes gebort/ dusent/ hundert unde Veffteín/ in der negenden Indiction, unde hefft geeschet den allerehrwirdigsten Herrn/ Herrn Diderick Legaten

[3] *Conradum Ducem* hunc nullum alium, quàm supramemoratum Bavariæ Ducem, Richezæ Reginæ ex fratre Ludolfo nepotem, erroremque in Anno, quo diploma hoc datum fuerat, Amanuensium vitio commissum fuisse autumo; ratio istius est, quia Ottonem Sueviæ Ducem Schvvinfurtensem dictum, defuncto Ottone Palatino Sueviæ Duce, Richezæ Reginæ fratre, in Sueviæ Ducem A. 1047. electum & A. 1057. vel seq. ut Lambertus Schafnab. defunctum fuisse certo constat, proinde diploma hocce non A M L XXV. sed circa A. M L III. datum conjicio, antequam videlicet Conradus Bav. Dux. in Hungariam abiit.

gaten der Römischen Kercken/ unde ock den ehrwirdigsten Herrn/ Herrn Reinhart Bischoffen tho Halberstadt/ tho wygende dat sulve Closter/ da de beede gekamen syn/ unde in unser gegenwerdicheit unde unser Hußfruen Rickensen/ der vorgenanten Gertruden Dochter/ unde in gegenwerdicheit untelliker schar/ Ebte/ Provestе/ papheit unde Volcks hebben dat gewyget an dem Dage der Calenden September, dat ys S. Egidien Dache/ dartho daßülvige Marggrävinne thate/ dat se verglauet hadde gade unde sinen Hilligen/ tho Vögende de Möncke/ de dar Gade scholden denen/ de hefft geoppert/ unde mit Vullbort öhres Erven/ nemlichen Ottonis öhres Sohns unde öhrer Döchter Rickensen unser fruen/ unde (a) Gertrudis Palandes-Grävinnen bey dem Ryne/ in gegenwerdicheit der Papheit unde alles Volckes/ dat deß Dages versamlet was/ hefft geoppert acht unde drüttich hove Landes tho Valbergen/ dar veerteget fry manck syn/ unde tein hove Landes tho Bayerstidde, tho der Kleidungen der Geistlicken Bröder/ in Freisland by Northeimb (Motheim) ein Vorwerck/ dat alle iar rentet twintich punt der Münte/ alse dar genge ys. Do de Marggrävinne düt also geoppert hadde/ unde in gegenwerdicheit Goddes van den hilligen Engeln/ so wy Löuen gebracht ys/ hefft de vorbenante Legate mit Römischer macht/ unde de Bischop van Halverstad by sinem banne/ so dane giffte bestediget unde bevestet. So icht yemand were/ de ienniger ley wyse gewalt dede/ an deß Closters güdern/ dede gegeven syn/ effte in tho kamenden tyden möchten gegeven werden/ de schölde mit Judas dem Verreder/ den Düvel unde synen Engeln/ mit voriger Verflokungen bevohlen syn/ darna do Gertrud Marggrävinne von Dodes wegen verfallen ys/ ys dat Closter gefallen Gerdruden Palandes Grävinne in öhr anpart/ effte wegen deß Erfalls dat Closter tho verwahrende/ de nicht minden ör Moder Vlyt gethan hefft/ dat Closter Vorttho settende/ ende hefft därtho gelegt tein hove Landes in Borcheim mit eigen lüden man unde fruen unde na rade Herren Hinricks Abtes/ hefft einen eigen Abt gesettet/ tho düssem Closter nemliken Boswin van Ilseborch/ den de Bischop van Verden hefft gekrönet in unser gegenwertichеit/ na verlope överst ichtes welcke iahre hebben wy der Palandes Grävinnen Gertrudis den Deil öhres Erves vor ander güder afgebütet/ unde dat vorgerorde Closter under unser Gewalt genammen/ tho verhegende/ unde darumb wy dem Closter frede und gemack möchten schaffen/ unde den ienigen de dar Godde denen scholden/ hebben wy dat Closter/ mit alle deme/ dat öhme gegeven ys/

unde

unde in tho kamenden tyden noch gegeven werden / mit unser macht und gewalt bestedigt / unde mit dem Käyserlichen Banne bevestet / unde schrifft der Privilegien gestercket / de Vogedye an er effte weltlick gerichte / beholden wy unß unde unsern Erven dem Schlode *Tanckvverderoda*, dat wy vermiddelst unser dener nu regiren lathen willen / ane yennige gifft effte ungerechticheit / welck unser dener drie im iare dat gedinget / effte gerichte mach solden und tho synem verdenste / so als Gertrud sülvest hefft urgesettet / so schal he nehmen effte hebben ein Schwin van ein schillinche / dry himbten Roggen / ein Kannen bier und festich Habergarue tho verdenende / unde weret sake / dat he in den gödern effte saken diß Closters iennige gewalt doe effte unrechtferdigen bewysede / so schal öhne de Abts eins / twi effte drie vermahnen lathen / dat he sick darinne betere / wühe dat nicht endede / schal he syner macht beröver syn / unde de försie / under deß Gewalt die stiste were / scholden einen andern schicken / de dem Closter mütte unde bequeme were / de Abt schal ock vollmechtig syn / de Vorwercke unde güter deß Closters uth tho sondern unde mit synem gesinde schicken / alse öhme gut düncket / daran schal sick de Voigt nicht mede bekümmern effte was undermathen / ydten were denne / dat he van dem Abte dartho geeschet wörde / were iemand / der wedder düt gesette unde gebodt iennigerley wyse dede / der schal brecken tein punt Goldes / de helffte tho unser Kammer unde de andere helffte dem Closter. Dat düt alle in tho kamenden tyden stede vnd vest geholden weret / hebben wy düße schriffte / mit unserm Jngesegel gedrucken lathen / gegeuen tho Goslar, im jahr na Goddes gebordt dusent / hundert im veer unde drittigsten / Indiction dertwölfften / an dem negenden iahre unsers Rikes unde Käyserdoms am andern.

V. Braunschweigische Historische Händel. *p. 1. p. 138.*

(a) Gertrudis hæc uxor fuit *Sigefridi Comitis Palatini Rheni*, privigni Henrici Rheni Palatini Domini de Lacu: Idem Sigefridus filius exstitit Hermanni Comitis Lucenburgico-Salmensis, postea Regis Romanorum & Adelheidis, Rheni Palatino postea nuptæ. Ejusdem quoque Gertrudis, ut & mariti ejus Sigefridi Palatini meminit Henricus 5. Imp. in diplomate dato Monasterio Reinhartsbronnensi A. 1111. super concambio prædii Steinfurst, in quo hæc verba leguntur: *Nec non erga Palatinum Comitem* (Rheni) *Sigefridum ejusdemque conjugem Gertrudem* (Richenfæ scil. supra, memoratæ Imperatricis sororem) *qui partem ad se pertinentem felici commutatione tradiderunt.* &c. v. Tentzelii diss. de secundis decimis Hennebergensibus.

Ejusdem Sigefridi Palat. meminit quoque Henricus 4. Imp. in diplomate d. 1101. 18. Kal. Jun. Aquisgrani. ubi pro animæ nostræ & progenitorum nostrorum æterna remuneratione, *Conradi* videl: avi nostri, *Gisilæ* aviæ nostræ, *Henrici* patris nostri, *Agnetis* matris nostræ, *Berthæ* conjugis nostræ ac *Henrici* filii nostri, interventione Archi-Episcopi Coloniensis Friderici, Burchardi Monasteriensis, Cononis Wormatiensis, Adalberonis Metensis, Wal-

thers

theri Cameracensis Episcoporum, *Friderici Ducis*, Burchardi Marchionis, *Hermanni Marchionis* (Badensis) *Sigefridi Comitis Palatini* (Rheni) Alberti Namurcensis & filii ejus Godefridi, Godefridi Lovaniensis, Arnulfi Loffensis, &c. v. Miræi Notit. Eccles. Belg. p. 275.

Diploma Friderici I. Imp. dat. Henrico Abbati Bildhusani Monasterii A. 1158.

FRidoricus Dei gratia Rex Romanorum Augustus primus dilecto Patri Adam venerando Abbati Ebracensi & fratribus suis. Ad hoc nobis Imperii Romani summa à summo Imperatore Deo commissa est, ut Dei servos paternis affectibus diligamus & eo amplius studeamus ipsorum devotionem modis omnibus confovere, quo ferventius ipsi disciplinis Ecclesiasticis & Sanctorum Patrum regulis inhærere noscuntur. Tunc enim Deo gratus à nobis impenditur famulatus, si sanctorum locorum salubris institutio, rigor & ordo nostris patrocinils in Religionis puritate fuerint conservata: Quapropter dilecte in Christo Pater postulationibus tuis clementer annuimus & venerabilem fratrem Henricum Abbatem cum fratribus suis & Abbatiam, quam fundasti in prædio *Nobilissimi Principis nostri Hermanni Palatini Bilhildhusen*, sub Imperialis nostræ tuitionis defensionem suscipimus & præsentis scripti privilegio communimus. Et non solum pro petitionis tuæ devotione sed etiam pro affectione pii Principis, quem pro fidelitate & probitate quamplurimum dileximus, & à rebus humanis excessisse fideliter & pio transitu certissimè scimus, quæ justa sunt & pia præfato loco solita clementia semper impendimus. Mirabilis siquidem Dominus mirabilia in eo operatus est, cui & inspiravit unctione Spiritus sui, ut & *mundi gloriam & honorem Palatii nostri*, æternæ retributionis obtentu *desereret* seq; & omnia sua Christo donare disponeret. Verùm quia priusquam hæc omnia ad certum finem perduceret, ex hac luce subtractus est & *Contheralis ejus Gertrudis* religioso studio, consilio & opesua, quæ vivens maritus ejus facere decreverat, laudabiliter consummavit. Decet Clementiam nostram, ut & illius devotioni utrisque religionis actibus congaudeamus, & pro animæ nostræ salute locum præfatum *Bibildhusen* & Abbatem & fratres ejus cunctasque possessiones eorum solita benignitate nostra tueamur, quatenus ipsis, ipsorumque successoribus integra & illibata permaneant. In quibus hoc propriis duximus explicanda vocabulis locum ipsum cum omnibus suis appenditiis *Holnstat*, *Ramfeltshusen*, *Utenhusen*, *Rapertshusen*, *Löheroth*, *in Weingheim* Dominicale, & VII. mansos in *Jancker shusen*. Decrevimus itaq; ut nulli omnino hominum liceat contra ordinis vestri statuta novi aliquid vobis inducere, vel loca vestra temere perturbare, aut possessiones præfatæ Abbatiæ, quas in præsentiarum justè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, largitione fidelium seu aliorum justis modis, Deo propitio poterit adipisci, auferre, retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra serventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si quæ verò in futurum Ecclesiastica secularisve Persona hanc nostræ institutionis paginam sciens contra eam temerè venire præsumserit, secundò tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, ream se de perpetua iniquitate cognoscat & centum libras auri puri legibus componat. Cunctis autem justa eidem loco conservantibus sit pax Domini nostri JEsu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Hujus rei testes sunt: Gerhardus Episc. Herbipol., Conradus August. Episc., Conradus Eichstetensis Episc., Fridericus Dux Alemanniæ, Marchio Adelbertus & filius ejus, Otto Palatinus de Wittelnsbach & fratres ejus. Comes de Hunland, Richardus de Blassenberg, Richardus Urbis Præfectus, Hermannus de Bramberg, Gebhardus Comes

do Bildstein, Christianus de Hiltenberg, Mangoldus de Thondorf, Marquardus de Grumbach & filius ejus Gothofredus de Luten & fratres ejus. H. de Trimberg & fratres ejus. Acta sunt hæc Anno Domini M C LVIII. Indict. V. Datum Herbipoli. Ego Rudigerus Cancellarius vice Arnoldi Moguntini Archi-Episcopi & Archi-Cancellarii recognovi.

Diploma Henrici Brunsvvicensis Comitis Palatini Rheni dat. A. 1226: Monasterio S. Egidii Brunsvvicensi.

HInrick van Goddes Gnaden Hertzoge tho Sachsen / Palandes Grave deß Rines. Nademe wy allen Kercken unde Klöstern/ de in unserm gebede syn/ um Goddes willen tho bysthan plichtig syn/ so ys ydt doch billich unde redelick / dat de Stidde/ de van unsern Over-Oldern gebuwet syn / unde dar wy beschermer tho wesen / verplichtet syn/ mit groterem begere leiff hebben/ unde by öhren Vorsettingen unde fryhyden grothen Vlyt dhon/ unde hierumb si witlick allen unsern nachkömelingen/ dat dat Kloster S. Egidien in Brunschwick van unsern Over-Oldern gestifftet ys/ unde es van öhre mit velen Ehren unde güdern begifftet ys/ unde begauet/ manck welcken güdern/ ys dat dorp Valberg/ mit allen rechten unde Vullenkamenheit deß rechten dem Kloster gegeuen/ mit sodaner fryheit das de Abt deß Klosters de Vorwercke/ höue/ mit der möhlen ahne jennige hinderungen der forsten edder syner Vögede mach uth dhon / unde dat neen Voigt jennige macht hebben schal/ ydtert were denn/ dat he vam Abte dar tho geeschet worden / umme redelicke sake willen/ unde wenne he deß jahres drie dat gedingen holdet/ so mach he dar Mahl tydt holden/ eddernien mach dat mit seß schillingen lösen/ de Abt aber schal dat fry hebben von allen denste/ unde düse fryheit bestetige wy mit unser macht/ unde tho befestinge de bestedinge hebben wy düße schriffte heten schryuen / unde mit unserm segele versegelen/ düt ys geschehen im jahre na Goddes Gebordt ein dusent / twe hundert / seß unde twintich/ in der veerteinden Indiction, hyr tho sind gewesen Willhelm Marschalck/ Johan von Bornem/ Hinrick Esbeck unde vele andere.

V. Braunschweigische Historische Händel. p. 1. p. 139.

Ad Hist. Palat. p. 361. sub lit. H. Adde ea diplomata, quæ in eam rem J. M. Heineccius in Antiq. Goslar. l, 3. p. 260. producit: Agnes, inquit, Henrici Palatini Rheni vidua, cui alimenta assignata erant ex Metallorum Goslariensium decimis nuper Ottoni Brunswicensi ab Imperatore concessis. Hæc sicut plurimos exstruendis monasteriis sumptus impenderat, ita animo quoque concepit, Cisterciensibus Monachis ex decimis his concedere domicilium. Non putabat ex alio cœnobio se rectius Coloniam novellam esse petituram, quam ex Riddageshusano, cujus tunc maxima erat ob disciplinæ integritatem celebritas. Hinc evocato ad se Ab-

bate

bate Arnoldo, multis consilium expoposcit & rogavit, ut novi Monasterii exstruendi curam in se susciperet: cui Abbas author fuit, ut Isenhagen potissimum novo domicilio eligeret, sibi enim ob gratam solitudinem & amœnum secessum nullum aptiorem locum videri; Annuit Palatina, totamque villam una cum adjacentibus suo ære ab Ottone Duce Brunswicensi redemit, quam Arnoldus pulchro templo aliisque splendidissimis ædificiis ornavit, Coloniæque 12. Monachorum è suo Monasterio deductæ dedit inhabitandam, præposito iis Ditmaro Abbate sibique reservato jure inspiciendi visitandique collegium. In hanc rem literæ Ottonis D. Brunswic. ex Meibomii diss. de Metallis Hartzicis.

IN Nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Dei gratia Otto Dux de Brunswic omnibus in perpetuum. Quia vergentis in senium seculi corruptelam non solum sapiunt elementa, sed creaturarum dignissima ad imaginem condita Creatoris, ut si fuerit in potentatibus Octoginta amplius sit labor & dolor, ad falsam impiorum assertionem tollendam acta digna memoriæ scriptis publicis & authenticis roborantur. Quapropter notum omnibus tam præsentibus quam futuris esse volumus, quod cum *Sanctæ devotionis Domina Agnes, vidua quondam Palatini* (Rheni) *bonæ memoriæ Henrici, patrui nostri, nobis Pheodo nostro Decimam montanam in Goslaria sibi ad tempora vitæ deputatam*, de libera voluntate pro quadam pecuniæ summa cederet, eidem viduæ dedimus proprietatem nostram in *Isenhagen* ad exstruendam domum Monachorum Cisterciens. ordinis per manum Abbatis de Riddagshusen (Arnoldi) & fratrum ejusdem loci, & in ea justam & perpetuam Warandiam præstabimus tam in decimis cum voluntate Episcoporum & Ecclesiarum, ad quas pertinent, quam villis & curiis, quarum nomina hæc sunt: *Windershutle, Glussinge, Danhorst, Rickenhagen, Wenedorpe Oyessem, Isenbecke*, cum Molendinis, Molendinum juxta Danhorst, cum omnibus attinentiis suis, utilitate si qua nunc est, vel in futurum haberi poterit, & determinationibus hactenus habitis, tam in pascuis, quàm pratis, paludibus, nemoribus, Sylvis & aquis libera ab omni servitio, judicio, angariis & parangariis, prout suas possessiones consuerunt liberas possidere, secundum privilegia Roman. Pontificum ordini indulta, cum planrare & plantatum fovere, sacram religionem modis omnibus debeamus. Ut autem dicta donatio de voluntate & assensu hæredum nostrorum facta stabilis in perpetuum permaneat præsentem paginam sigilli nostri appensione & testium inscriptione roboravimus. Testes sunt: Luthardus de Meinersen, Bernwardus & Conradus de Dorstad, Anno de Heimborg, Baldwinus de Blanckenborg, Fridericus de Esbecke, Ebertus & Borchardus de Wolffenbutle, Anno Dapifer, Heino de Wenethen, Ludolfus & Gevehardus de Bortfelde. Acta sunt hæc Anno gratiæ MCC XLIII, Indict. III. Non: Junii, data per manum Henrici notarii nostri Canonici S. Blasii in Brunswic.

NOs Otto Dux de Brunswic, tenore præsentium protestamur, quod *dilecta nobis vidua* (Agnes) *felicis memoriæ Palatini* (Rheni Henrici) *patrui nostri* pro decima in Goslaria concordavimus in hunc modum. Dabimus dictæ Dominæ mille & centum marcas puri argenti, quarum octingentis persolutis & in festo Michaelis centum & quindecim marcas solvere debemus: pro summa, quæ supra est, dedimus proprietatem nostram *Isenhagen* cum omni utilitate ejus et pertinentiis, ita ut si quis de proprietate illa aliquid impetat, ab omni impeditore à festo Johannis infra annum debeamus totaliter expedire. Si verò partem aliquam proprietatis ejusdem expedire infra dictum terminum non possemus, super eo secundum Abbatis de Riddageshusen (Arnoldi) consilium faciemus. Ut autem summam prædictarum centum quindecim Marcarum persolvamus festo Michaelis proxime nunc venturo, ut etiam proprietatem Isenhagen ad datum nobis terminum ab impeditore quolibet absolvamus, ipsi nos promisimus, fide data

data & nobiscum duodeni de nostris ministerialibus promiserunt, si non fuerit quod promisimus, observatum, Brunswic. intrent, inde non exituri, nisi in Dominæ supradictæ & Abbatis de Riddageshusen fuerit voluntate. Nomina eorum, qui nobis cum promiserunt, hæc sunt: Ecbertus de Asleberg, Anno de Heimborg, nsarius Pincerna, Anno Dapifer, Heino de Wenesten, Fridericus de Esbecke, Insarius de Harlingsberge, Borchardus de Wolfenbutle, Baldevvinus de Blanckenberg, Gevehardus & Ludolfus de Bottfelde, Bertramus de Velden. Qui autem promissum receperunt hi sunt: Dom: Bernhardus de Dorstad, Conradus filius suus, Lutha rdus de Meinersen Nobiles, Nicolaus, Aries, Conradus de Stathen, Elvvardus de Loneburg milites. Cum autem dilectos *soceros nostros illustrem Ducem Saxoniæ & Dominos Marchiones de Brandenborg* poterimus attingere, illis similiter promittemus. Datum Brunsvvic Anno Incarnat. Dominicæ M CC XLIII. III. Non: Junii.

NB. Monasterium hoc Isenhagense non multo post ferali incendio absumptum in Marienrodam translatum fuit.

Friderici II. Imp. Litteræ investituræ, quibus & Ottonem cogn: Puerum in Ducem Brunsvvicensem constituit. Moguntia. 1235. 21. Augusti.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem & Siciliæ Rex. Gloriosus in Majestate sua dominantium Dominus, qui Regna constituit & firmavit Imperium, de cujus Clementia vivimus, de cujus & munere est, quod feliciter imperamus, ad hoc nos supra Reges & Regna præposuit, & Imperiali Solio Sublimavit, ut nobis factori nostro gratitudine devota subjectis pacem & justitiam moderamina nostra contineant, & qui sumus præ filiis hominum ab eo, qui præeminet, Orbi terræ sublimius exaltati, viros dignos honoribus & non immeritos ad sollicitudinis partem admitti, liberaliter ad decus & decorem Imperii nominis & honoris titulo decoremus. Hinc est ergo quod per præsens scriptum noverit præsens ætas & futura posteritas, quod dum diu propositi nostri foret, ut dilectum *Consanguineum nostrum Ottonem de Lüneborg* ad fidem Imperii & devotionem nostram efficeremus arctius obligatum, nec loci vel temporis opportunitas affuisset, quo conceptam erga eum intentionem nostram prosequi nos deceret, contingente causa nostri felicis adventus in Allemanniam & pro reformatione totius terræ status, In dicta Moguntiæ curia generali, dictus Otto ad eandem Curiam vocatus accessit inqua dum assidentibus nobis Principibus nostra Serenitas resideret. de reformando terræ statu disponens, nominatus Otto de Luneborg flexis genibus coram nobis omni odio & rancore postpositis, quæ inter proavos nostros existere potuerunt, se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis & mandatis, & insuper proprium *castrum suum Luneborg*, quod idiomate Teutonico vocatur Eigen / cum multis aliis castris, terris & hominibus eidem castro pertinentibus, in nostram proprietatem & Dominium specialiter assignavit, ut de eo quicquid nobis placeret, tanquam de nostro proprio faceremus. Nos autem. qui tenemur modis omnibus Imperium augmentare, prædictum Castrum de Luneburg cum omnibus castris pertinentiis & hominibus suis, quemadmodum ex ejusdem Ottonis assignatione in proprietatem accepimus, in præsentia Principum in Imperium transtulimus & concessimus, ut per Imperium infeudari deberet, *Civitatem* insuper de *Brunsvvick*

cujus medietatem proprietatis Dominii à Marchione de Baden (a) *& reliquam medietatem à Duce Bavaria* (b) *dilectis Principibus nostris emimus, pro parte uxorum suarum, quæ fuerunt quondam filiæ Henrici de Brunsvvic Comitis Palatini Rheni, patrui dicti Ottonis*; similiter in eadem Curia Imperio concessimus proprietatem nobis debitam in Dominium Imperii transferentes. Præterea Ottoni in ipsa generali Curia in manibus nostris connexis palmis super sancta cruce Imperii, quæ ibidem tenebatur, præstante fidei juramentum; nos attendentes, quam pura fide sincera & prona devotione se totum mandato nostro & voluntati commisit & in proprietatem nostram concessit propriè, proprium castrum suum, de quo nemini tenebatur, & humiliavit se modis omnibus coram nobis: considerantes insuper, quod nunquam per eum fuerit offensum Imperium & nec contra honorem nostrum ad suggestionem alicujus voluerit inveniri, dignum & utile vidimus circa statum & augmentum ipsius Imperiali munificentia providere. Quapropter cum Consillo, assensu & assistentia Principum Civitatem Brunsvvic & Castrum Luneborg, cum omnibus castris, hominibus & pertinentiis suis univimus & creavimus inde Ducatum & Imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum Ottonem Ducem & Principem facientes, Ducatum ipsum in feodum Imperii ei concessimus ad hæredes suos, filios & filias hereditariè devolvendum, et eum solenniter juxta consuetudinem investivimus per vexilla, de affluentiori gratia concedentes eidem decimas Goslariæ, Imperio pertinentes. etc. ad hujus itaque concessionis memoriam et robur perpetuò valiturum præsens privilegium fieri et bulla aurea typario nostræ Majestatis impressa jussimus communiri. Hujus autem rei testes sunt; S. Moguntinus, H. Coloniensis, E. Saltzburgensis, T. Trevirensis et Bisuntinus Archi-Episcopi,. W. Magdeburgensis Electus, E. Papenbergensis, S. Ratisbonensis, Imperialis Aulæ Cancellarius, H. Constantiensis, S. Augustensis, B. Argentinus, H. Basiliensis, C. Hildesheimensis, J. Leodiensis, C. Cameracencis, J. Metensis, Tullensis, Monasteriensis. E. Nuenburgensis, Trajectensis, C. Osenburgensis, R. Passaviensis, H. Eystedensis, C. Spirensis, E. Mersebutgensis, G. Verdinensis, C. Frisingensis, Episcopi. Frater H. Domus Hospitalis S. Mariæ Teutonicorum in Jerusalem Magister, Murbacensis, Augensis, Elvvacensis Abbates.

O. (Otto Cogn. Illustris) *Dux Bavariæ, Palatinus Comes Reni*, H. Dux Brabantiæ, A. Dux Saxoniæ, B. Dux Carinthiæ, M. Dux Lotharingiæ, H. Landgravius Thuringiæ, Palatinus Comes Saxoniæ, H. Marchio Misn., H. (Hermannus) *Marchio de Baden*. J. & O. Marchiones de Brandenburg, H. Comes Seinensis, H. Comes Barrensis, D. Comes Clevensis, H. Comes de Hanald & alii quàm plures.

Signum Dom. Friderici II. Dei gratia invictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, Jerusalem & Siciliæ Regis. Ego Sigefridus Ratisbon. Epis. Imperialis Aulæ Cancellarius vice Dom. Moguntini Archi-Epis. totius Germaniæ Archi-Cancellarii recognovi. Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnat: Millesimo, ducentesimo tricesimo quinto, mense Augusto, Octavæ Indictionis, Impetante Domino nostro Friderico Dei gratia Serenissimo Imperatore Rom. semper

(a) *Marchione de Baden*. Id est Hermanno 5. Cognomine Pio & Bellicoso, Hermanni 4 in Syria A. 1190. defuncti filio, qui ductâ *Irmengarde* Henrici Brunsvvicensis C. Palatini Rheni *filiâ natu majore*, vid. A Crantzii Saxon. l. 7. c. 40. p. m. 201. post Soceri sui absque masculis 1227. 4. Kal. May defuncti obitum, eodem adhuc anno medietatem urbis, & territorii Brunsvvicensis & alteram quoque partem suam Otto Comes Palat. Rheni & Dux Bav: Friderico Imp. pro non adeo magna pecuniæ summa vendidit, uti jam in Historia Palat. p. 362. ex Alberto Stadensi & H. Meibomio diximus.

(b) *à Duce Bavariæ:* id est *Ottone* Cogn. *Illustri* Comite Palatino Rheni, qui Henrici Rheni Palatini *filiam natu minorem Agnetem* A. 1225. Straubingæ in Bavaria Matrimonio sibi junxerat. Idem Otto A. 1234. 3. Non. Jul altenburgi fuit apud Henricum Regem Rom. Friderici II. Imp. filium, ut apparet ex diplomate ejus dato Ecclesiæ Goslariensi, testibus: *Ottone Comite Palatino Rheni, Duce Bavariæ*, Alberto Duce Saxoniæ, Henrico Comite Ascaniæ & Henrico filio ejus, Henrico Landgravio Thuringiæ, *Hermanno Marchione de Baden* (Irmeogardis Rheni Palatinæ marito jam memorato) Henrico March. Misniæ, Conrado Burgravio Norimbergensi, Egnone Com. de Urach, Ottone Com. de Ravensperg. v. Heinecii Antiq. Goslar. p. 249.

Augusto, Jerusalem & Siciliæ Rege, Anno Imperii ejus decimo sexto, Regni verò Siciliæ tricesimo octavo feliciter Amen. Datum Moguntiæ Anno, mense, indictione præscriptis.

Friderici II. Imp. Epistola ad Ottonem Com. Palat. Rheni D. Bav. de A. 1243. v. apud Baluzium in tom. 1. Miscellan. p. 452.

FElices processus nostros incidentia prosperorum successuum, quibus Dominus Exercituum provexit & provehit Statum nostrum, tanto propensius ad notitiam Regiæ Serenitatis conferendo referimus quanto eorum insinuatione gaudentes, consortes & participes voti nostri. Primò quidem latere vos nolumus, quod tam nos adjunctiva guerra Ligurium moverit ad desolationem & dispendia Romanorum. Sanè popolus hic duræ cervicis & ab experto jam fastu nostri fœderis odiosus, ad nos & Imperium nostrum, cui totum jus suum transtulit ab antiquo, reverentiam gerens, quosdam vicinos suos fideles nostros, Campestri expeditione præsumpta, frequenti obsidione aggredi & depopulari non timuit, graviores iis excessus exaggerans, dum violentas manus irreverenter extendunt ad præcellentes personas venerabilis Ecclesiæ Cardinales dilectos amicos nostros, quorum aliquos in odium nostrum duro carcere, nonnullos etiam diversis afflictionibus & penuria coartarunt, intendentes Ecclesiasticam libertatem penitus inculcare, cui velut Advocati & defensores Ecclesiæ potenter adesse nos modis omnibus competebat. Cumque forent irrevocabiles ab excessu, ut nec ad satisfactionem meditarentur induci, saniore resumptâ provisione Consilii, quia potius ad depopulationem fidelium continuata vicissitudine temporum inservirent, ne usu reprobo cogitarent, quod nullus posset eos eruere de manibus prosequentium, nos justis motibus incitati, justè converti contra eos potentiæ nostræ manum præfigentes anno præterito in eorum territorio castra nostra, si damna forsan illata & recens vexatio indomito populo intellectum afferrent, cum pulvere labentium turrium segeres quoque ac prædia ferro flammaque vastata, quorum fumus tenerrima bellica prænuntiis eos poterit edocere, & præ foribus urbis aspicerent & victrices Imperii aquilas suæ præsumptionis ultrices eorum vinculis insistentes formidaret coram quibus illa dudum magni nominis Roma, & ingentis linguæ populus & potius latere condixerat quam videri. Denuo in præsenti ad verba ipsorum insanuerat vivos eorum per vaniloquia jactitantes, quod noster ad eos tam vicinus non tentaretur accessus, arma paravimus, nostram & quorundam fidelium provinciarum nostrarum potentiam convocantes; cum quibus contra jactantia eorum viciniora prædia urbis adivimus; ut ubi castris nostris admotis, prælecta militia & infinita copia peditum armatorum, cui patrem libitus Anibaldi (*lege parem Lybicus Hannibal*) vix legitur habuisse, quam plures dies publicis eorum depopulationibus noster instabat victoriosus exercitus, per quem de foris gladio & intus pavore nimio premebantur; nec abinde recedere credebamus, nisi Roma per cædes & damna publica humiliata foret & penitus consternata. Demum prævenerunt nos venerabiles Cardinales Anagniæ commorantes per solennes nuntios ad nostrum exercitum destinatos, videlicet Venerab. Rotomagensem & Messanensem Archi-Episcopos & N. . . . . Episcopos, pro parte totius universalis Ecclesiæ ac ipsorum attentius supplicantes, quatenus fratres eorum, qui erant Romæ, præsente Prætoribus Romanis exercitu aggredi formidabant, & cum eis ad provisionem Ecclesiæ, de qua apud eos fervens instabat voluntas apud Agnaniam convenire, castra nostra de . . dignaremur præsidiis removere, ne propter nos provisionem Ecclesiasticam impediri contingeret vel differri, data nobis insuper de creatione summi Pontificis indubitata fiducia proce-

procedendi. Nos igitur summo Zelo clementer inducti, quod Sedi Apostol. per summam unitatem & concordiam debeat provideri primo magistrum Ottonem S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconum Cardinalem, ac demum Penestrinum Episcopum, de cujus liberatione vix à voluntate nostra propria obtinere conscientia confidat præter spem & creditum, ut miraculosius accideret, inspetatum ad fratres prædictos petentes eum instantia remisimus de nostra custodia liberatos; ac subsequenter Prælatos cæteros, Abbates & Clericos transalpinos, cum eorum familiis, pro quibus omnibus preces recolimus recepisse, ob honorem vestrum liberos abire permisimus; licet remotio castrorum nostrorum nobis & nostris fidelibus molestius offerretur, salutis Apostolicæ provisionis commoda cogitantes, omni utilitate publica speciali postposita, prorsus à finibus Romanis abscessimus, necessariis contra Romanos in terris nostrorum fidelium præsidiis ordinandis ad resistendum Romanis, si procedere attentarent. Speramus autem juxta præstitam nobis fidem & provisionem infallibilem atque firmam, quod Ecclesiæ Dei concorditer providebunt ad publica dissidia removenda. Ceterum *ad tractandum & ordinandum consummationem Matrimonialis fœderis inter Conradum in Regem Roman. electum & regni Hierosolymitani hæredem & dilectam filiam nostram Isabellam sororem vestram* (lege dilectum filium nostrum & Isabellam filiam vestram) venerabilem Abbatem & Magistrum Gualterum de Ocra, Notarium & fidelem nostrum excellentiæ nostræ legatos & nuncios speciales duximus ad vestram præsentiam destinandos.

Diploma Henrici Brunsvvicensis Comitis Palatini Rheni de A. 1197.

HEnricus Dei gratia Dux & Palatinus Comes Rheni. In perpetuam notitiam tam præsentium quàm futurorum fidelium venire cupimus, quod *Albertus Saltza* consentientibus hæredibus suis Alexandro, Ludovico fratribus suis & sororibus suis Ode & Petersche, & matre suâ Petersche duos mansos in *Badere, coram nobis & fratre nostro Wilhelmo*, & nobis assensum præbentibus, quia Ministerialis noster est, Monachis de Walckenrede, cum omni integritate, pascuis, Sylvis & piscationibus pro decem & novem marcis vendidit. Hujus rei testes sunt: Folbertus S. Cyriaci in Brunsvvic Præpositus, Præpositus David, Albertus Notarius S. Blasii Canonicus; Laici Lutharius de Veltheim, Baldevvinus de Volckmarode, Anno de Blanckenburg, Eberhardus Bere. Facta sunt hæc Anno domini MCXCVII. Indict. XV. ne autem contra hanc venditionem tam rationabiliter factam imposterum quis venire præsumat, præsenti Chartula testimoniali supradictam Ecclesiam sigilli nostri impressione Signata communivimus.

V. J. Georgii Leuckfeldii Antiquitates Monasterii Walckenrid. p. 410.

Aliud ejusdem Palatini Rheni de A. 1203. apud Leuckfeldium l. cit. p. 421.

HEnricus Dei gratia Dux Saxoniæ Comes Palatinus Rheni. Ad hoc divinitate propitia terræ potestatis culmine prædîti sumus, ut potestatis nostræ auctorem Deum recognoscentes, religiosorum utilitatibus perpetua benevolentia consulamus & cautela, quâ possumus, imposterum prospiciamus. Itaque plerumque humanæ mortalitatis successio anteacta viventium subducit memoriæ non

non solum modernis, sed etiam generationi omni, quæ ventura, notificare duximus, quod Abbas de Walckenried & fratres sui quinque mansos in *Schoven ab Hartvvigo Ministeriali nostro*, cum consensu omnium hæredum suorum concambii titulo commutaverunt, aliis quinque mansis, quos iidem fratres in *Winningestede* possederant: & alios quatuor mansos item in Sehoven cum nostra permissione, voluntate septuaginta mareis coemerunt, cum omnibus prædictorum possessionum utilitatibus & attinentiis, aquis, sylvis, paseuis, pratis, cultis & incultis. Ut ergo prædictæ commutationis & emtionis contractus nulla in perpetuum fraudulentia aut violentia valeat convelli, infringi aut immutari, præsentis paginæ communitionem sigilli nostri impressione consignavimus & idoneorum testium subscriptione communi vimus, quorum nomina hæc sunt: Anno de Blanckenborg, Henricus de Sehovvon, Ludovicus de Altavilla. Acta sunt hæc Anno ab Incarnatione Dominica MCC III, Indict. III.

Aliud ejusdem Palatini dat. Monasterio Bebenhusano Anno 1208.

IN nomine Dei omnipotentis. Noverint præsentes, & sciant posteri, quod ego Henricus Dei gratia Dux Saxoniæ, & Comes Palatinus Rheni ob honorem Dei & ejus sanctæ genetricis Mariæ jure hæreditario *à dilecto Socero nostro* (*) *ad me usque translatum Schönaugiense Cœnobium* (**) ordinis Cisterciensis defendere & donis amplificare summa diligentia decrevi. Proinde hanc libertatem *Monasterii Bebenhusen* novellæ videlicet plantationi jam dicti Cœnobii donavi, ut quicunque hominum & Ministerialium sive fidelium meorum se vel sua eidem monasterio divinæ retributionis intuitu conferre voluerit, de mea permissione securus sit. Hujus rei gratia præsentem paginam, ne à quoquam possit in irritum deduci, conscribi feci & sigilli mei impressione roboravi. Hujus rei testes sunt Justartus Abbas de Hainerode, Waltherus Abbas Sconaugiensis, Albertus cellarius de Bebenhusen, Johannes notarius, Plebanus de Wesele, de Laicis: *Marggravius de Baden*, Comes Hirsutus, Warnerus Dapifer & alii quam plures. Acta sunt hæc Wormatiæ. Anno Dominicæ Incarnationi Millesimo, ducentesimo octavo.

(*) Scil. Conrado Com. Palatino Rheni (**) Juxta Heidelbergam

Diploma Sigefridi Archi-Episc. Mogunt. de A. 1208.

SIgfridus Dei gratia Sanctæ Moguntinensis Sedis Archi-Episcopus. Quia labilis est hominum memoria, & nemini est certa dies crastina, scripto commendari necesse est, quæ rationabiliter aguntur, ne ant ex oblivione aut perversitate hominum imposterum retractentur, aut mediante justitia finem legitimum receperunt. Noverit igitur tam præsens ætas Christi fidelium, quam successura posteritas futurorum, qualiter nobis *Burchardus Comes de Mansfeld* octo mansos, qui Hollandenses mansi juxta vulgarem consuetudinem appellantur, in arundineto prope Rotenburg jacente, quos ab eo *Burchardus de Honstein* & Henricus de Libentode milites nomine Eeclesiæ in Walckenried tenuerunt, *Nobili Principi Ludovico Duci Bavariæ, à quo ipsos habebat in feudo*, resignavit, hac postulatione accedente, *quod Dux ibidem mansos ipsos, quos ab Ecclesia nostra tenebat*, in manus nostras resignaret, & eos memoratæ Eeclesiæ in *Walckenried* peteret à nobis conferri. Præfatus itaque Dux inclyto Domino nostro *Ottone* Romanorum Rege præsente, prout ipsius Regis assertio testabitur, per manus Nobilis viri Gevehardi Magdeburgensis Burgravii prætaxatos mansos nobis resignandos transmisit, ef-

fectuose

jectuosè postulans & jubens, ut eosdem Ecclesiæ sæpedictæ liberè & liberaliter concedere dignaremur. Nos igitur piam & laudabilem petitionem ipsius benignè prosequentes affectu & voto Serenissimi Domini nostri Regis grato concurrentes assensu, mansos ipsos tutelæ ac protectioni ipsius Regis assignavimus, cum quo Henricus Abbas Claustri prædicti simul de manu nostra nomine Ecclesiæ suæ recepit eosdem, quos eidem Ecclesiæ pietatis instituet, ab sublevationem ipsius loci pro animæ nostræ salute, cum omnibus pertinentiis videl. pratis, pascuis aquis & aquarum decursibus, cultis & incultis, sine cujuslibet contradictione, prout ad nos de jure pertinebant, provida liberalitate & tranquilla libertate contulimus, præcipientes distinctè sub & interminatione Anathematis inhibentes, nequis Ecclesiam jam fatam in bonis ipsis indebitè molestare præsumat. Ad majorem autem hujus facti evidentiam præsentem paginam cum ipsius facti serie conscribi eamque sigilli nost i munimine justimus insigniri. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ donationis infringere & temere contraire. Quod siquis attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & B. Mariæ genetricis ejus, & B. Martini se noverit incursurum. Testes hujus rei sunt Principes venerabiles in Christo fratres nostri Conradus Spirensis & Johannes Cameracensis Episcopi & Johannes Abbas Hersfeldensis, Conradus Abb. S. Jac. Mogunt. Wernerus majoris Ecclesiæ Halberstad. & Burchardus de Monte S. Petri in Goslaria Præpositi, *Waltherus Domini Regis protonotarius*, Gevehardus de Gidlidie, Stephanus Capellanus, item Laici: Gevehardus Burgravius Magdeb., Burchardus de Mansfeld & Emicho de Liningen Comites. *Vritzlaus filius illustrissimi Regis Ottacari* Bohemorum. Acta sunt hæc Anno D. M CC IIX. Datum Moguntiæ XII. Kal. Decembris.

v. J. G. *Leuckfeldii* *Antiquitates Monasterii Walckenrid*, p. 403. c. 19.

Privilegium Friderici II. Imp. dat. 1218.

Vdalrico 2. Episc. Patavienss. Dietboldi Com. à Diesheim & Gisala Com. Vogburgensis filio. v. Bruschii Pataviam l. 2. Crus. Ann. Suev p. 3. l. 1. p. 7.

FRidericus II. divina favente clementia Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliæ. Votis fidelium nostrorum præserti m quæ ad manifestos Ecclesiarum usus cedere videntur, de consueta Regiæ Serenitatis munificentiâ pium semper favorem volentes impendere, præsentis scripti certitudine, ad notitiam præsentis ævi, atque ad memoriam futuræ posteritatis volumus veniri: quod ad instantiam & obnixas preces dilecti ac fidelis Principis nostri *Vdalrici* Pataviensis Episcopi (quem in obsequiis nostris ac sacri Imperii jam dudum non tantum modo invenimus devotum, verùm etiam in fidelitatis suæ favore credimus, imò non dubitamus, constantem, ut in antea permansurum) ad recognitionem laudabilium meritorum suorum, quoddam feudum, quod de Concambio, antiquitus inter Imperium & Cathedralem Ecclesiam Pataviensem, de Regali tunc Cœnobio Sanctimonialium intemeratæ Virginis & Dei genetricis Mariæ, facto, nunc cessit Imperio, quod feudum tunc Vexilli vulgo Fahn-Lehen appellatum, illustris quondam *Otto Dux Bavariæ* ab Imperio dignoscitur assecutus: hocidem feudum *dilectus Consanguineus & fidelis noster Illustris Ludovicus Palatinus Comes Rheni & Dux Bavariæ* (*) ad preces nostras, in manus regiæ Celsitudinis voluntariè resignavit:

 nosque

(*) Idem Ludovicus Rheni Palatinus Dux Bav. A. 1223. 10. Kal. Octobr. Northusii fuit apud Henricum Regem Rom. Frid. II. Imp. filium, uti apparet ex ejusdem Regis diplomate, dato Ecclesiæ in Northusen & testibus subter notatis: *Ludovico Comite Palatino Rheni Duce Bavariæ*, Ludovico Thuringiæ, Henrico Comite Ascaniæ &c. v. Heineccii Antiq. Goslar. p. 196. & Leuckfeldii l. cit. p. 195.

Et A.

nosque illud in continenti præfato Ulrico Patavensi Episcopo & suæ Ecclesiæ liberaliter dignati sumus conferre et confirmare. Ipse autem Episcopus sollicitè procurans Ecclesiæ suæ utilitatem: Ipsum feudum statim titulo legalis successionis contulit præfato Duci Bavariæ: ab Ipso Episcopo & suis successoribus, non ab Imperio ratione feudi de cætero recipiendum & possidendum: ut itaque hæc apud posteros inconvulsa permaneant & perpetua firmitudine observentur, hoc privilegium ob dilectionis evidentiam, memorato Episcopo suæque Ecclesiæ indulsimus, sigillo aureo majestatis nostræ roboratum. Testes sunt: Sigefridus S. Moguntinæ sedis Archi-Epis., Eccenbertus Bapenbergensis, Sifridus Augustensis, Henricus Basiliensis Episcopi. Leopoldus Dux Austriæ & Stiriæ, Bernhardus Dux Carinth.; Otto Dux Meraniæ, Henricus Nobilis de Nyffen, Anshelmus de Justingen, Marschallus Imperii, Walrherus de Sipff. Pincerna, Dietho Camerarius, Philippus de Bolandia Hadmarus de Wesin, Henr. de Londorf, Waltherus de Tannenberg, Otto de Morsbach & alii quam plures. Actum Norinbergæ. A. 1218.

Diploma S. Edictum Friderici II. Imp. de terra Mathildis Comitissa de A. 1220. v. Baluzii t. 1. Miscellan. p. 448.

FRidericus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus & Rex Siciliæ. Per præsens scriptum notum facimus universis tam præsentibus quàm futuris, quod cum ad resignationem Comitatus, terræ & poderis quondam Comitissæ Mathildis faciendam S. Romanæ Ecclesiæ venerabili matri nostræ, ad quam pertinet pleno jure, Serenitas nostra contra quoslibet detentores speciale mandatum dederit, et etiam generale tam per literas, quàm per dilectum fidelem Conradum i Venerabilem Metensem & Spirensem Episcopum Cancellarium nostrum, sub pœna mille Marcharum argenti & dictus Cancellarius castrum *Gonzag* cum pertinentiis suis, quod est de Comitatu Comitissæ prædictæ invenerit occupatum à filiis Comitis Alberti de Casalod & Nerisii, quibus sub pœna prædicta injunxerit resignandum & eidem super hoe parere contempserint ad non modicam injuriam regiæ majestatis, propter quod sine alia citatione in metum aliorum, præter pænam prædictam animadvertendum erat in eos, tamen ut excellentia nostra potius ad veniam, quàm ad vindictam pronior videretur, laboravimus per ipsorum amicos & consanguineos cum citati non comparuerint coram nobis, ut sine metu pænæ nobis resignarent castrum ipsum & mandatum nostrum contempserint in hac parte, de consilio venerabilium Principum nostrorum Patriarchæ Aquileiensis, Episcoporum Tridentini, Brissinensis, Vicentini, Paduani, Feltrensis, Mantuani, Cremonensis, Bergamensis, Laudensis, Parmensis, Astensis, & Taurinensis, taliter contra eos duximus procedendum, confirmantes primo, quod factum est contra eos de banno & pænâ injunctâ per Cancellarium memoratum, & ex nune personas ipsorum ponimus sub perpetuo banno Imperii, & etiam bona eorum jubemus ubicunque fuerint, confiscari, sine aliqua spe remissionis seu revocationis, firmiterque ad diem Dominicum proximè venturum dictum castrum cum omnibus pertinentiis

Et A. 1226. 6. Kal. Octob. Eslingæ fuit apud eundem Regem, teste diplomate ejus dato Monasterio Deckendorsensi, præsente *Ludovico Duce Bavariæ* (Comite quondam Palatino Rheni, sed Palatinatum filio Ottoni cessit, cum is A. 1225. Agnetem Henrici Brunsvvicensis Comite Palatini Rheni filiam uxorem duxisset) Alberto Comite de Rotenburg, Eberhardo & Conrado fratribus de Wintersletten v. Francis. Petri Sueviam Ecclesiasticam. p. 262.

Item 1227. mense Martio Herbipoli fuit apud eundem Regem Henricum, prout docet diploma ejus datum Abbati Bremb. in Novillis v. Crusii Annal. Suev. p. 3. p. 16.

Item 1228, 7. Idus Septemb. Eslingæ fuit apud eundem Regem, teste diplomate ejus v. Crusii l. cit. p. & Non. Kal. Sept ejusdem Anni Eslingæ fuit, ut ejusdem Henrici R. diplomate apparet, quo Leopoldo D. Austriæ socero suo Diadema Regium & Circulum Coronæ aureum pileo ejus serrato portare concessit, v. Cuspiniani Austriam & Crus. l. cit. p. 19.

tinentiis detentis ab eis non resignaverint in manus Alatrini & Rainoldi Capellanorum Domini Papæ vel eorum alterius, vel in nostras, S. Romanæ Ecclesiæ resignandum. Quod si non fecerint, quicunque de bonis ipsorum detinear, vel ex tunc occupaverint, sive quocunque alio modo acquisiverint, liberè possideant & authoritate nostra detineant. Et super hoc præcipimus Cremonensibus, Parmensibus, Regiensibus, Mutinensibus, Bononiensibus, & generaliter omnibus aliis fidelibus nostris, ut memoratis Nobilibus & aliis adjutoribus, fautoribus & detentoribus memorati castri faciant vivam guerram, firmiter inhibentes Mantuanis, Veronensibus, Ferrariensibus, Brixiensibus, & omnibus aliis fidelibus nostris sub obtentu fidelitatis & gratiæ nostræ communitati cuilibet prædictarum sub pœna mille Marcharum, Marchionibus, Comitibus, Baronibus sub pæna ducentarum Marcharum, militibus centum & aliis inferioribus quinquaginta, quod eis nullum præstent auxilium, consilium, adjutorium vel favorem & tam de castro prædicto, quàm de aliis Castris scil. Pegugnag, Bonden & Bonden, nec non de toto ipso Comitatu, podere, ac terris Comitissæ prædictæ dictos Capellanos nomine Romanæ Ecclesiæ investivimus, & eos constituimus possessores, et mandavimus de Castris prædictis per venerabilem Episcopum Taurinensem Vicarium nostrum in corporalem possessionem induci, præcipientes tam militibus & habitatoribus castrorum ipsorum, quam omnibus aliis Vasallis de ipso Comitatu seu terris et poderis Comitissæ præfatæ, quos omnes ad præsens absolvimus ab omni juramento, quo nobis tenentur ratione terrarum ipsarum, quod dictis nunciis Dom. Papæ vel alteri eorum, seu cuilibet alii ab Ecclesia Rom. misso, abjuratis aliis juramentis contrariis istis, præstent fidelitatis nomine Rom. Ecclesiæ Juramentum. Quod si non fecerint, sciant, se ex nunc omnibus bonis Comitatus, poderis sive terrarum ab eisdem possessis hac nostra sententia in perpetuum fore privatos & milites et habitatores ipsius Castri *Gonzaga* desuper ponimus in perpetuo banno nostro. Præterea injungimus firmiter & mandamus Potestatibus, Consulibus seu Rectoribus Civitatum sub pœna mille marcharum, ut omnes possessiones Comitatus prædicti detentas ab ipsis sub pœnâ prædicta mille Marcharum sine difficultate ac mora restituant & absolvant omnes homines de Comitatu & terris prædictis ab omni juramento, districtu & obligationibus, quibus ratione alicujus jurisdictionis, quam hactenus exercuerunt in eos, tenentur eisdem et removeant Consules, Rectores, Bajulos et si quos officiales posuerunt in eis, et extrahant quoscunque posuerunt in banno de terris ipsis sub obtentu fidelitatis et gratiæ nostræ; ipsis nihilominus injungentes, ut dictis Capellanis vel eorum alteri seu cuiliber alii ad hoc à S. Romana Ecclesia destinato, ad retinendam possessionem terrarum, quas habent, et recuperandam, quam non habent, præstent auxilium, consilium et favorem. Verùm quia ipsi filii dictorum Comitum nostram contemserunt sententiam et mandatum, prædictum castrum infra terminum sibi datum nequaquam, ut superius legitur, resignantes, nostram promulgatam sententiam contra ipsos et omnes alios detentores Comitatus prædicti, poderis, seu terrarum in nostra publicâ Curiâ publicari fecimus, et ut firma semper et inconvulsa permaneat, Majestatis nostræ Sigillo jussimus communiri. Principes autem Imperii et Prælati et Nobiles Italiæ, quibus præsentibus hæc omnia acta sunt, sunt hi: Patriarcha Aquilegensis, Conradus Metens., et Spirensis, Episcopus Imperialis aulæ Cancellarius et totius Italiæ legatus, Episcopus Pataviensis, Sifridus Augustens. Epis., Bertholdus BrixinensisEpis. Abbas Augensis, *Lodovicus Dux Bavariæ & Comes Palatinus Rheni*, Anselmus Marschalcus Imperii et Guarnerius de Bollandia Senescalcus, Episcopus Taurinensis & Italiæ Vicarius &c. Item Azo Marchio Estensis. &c. Datum in Castris apud S. Leonem VIII. Kal. Octob, & publicatum apud S. Lambertum pridie Kal. ejusdem mensis Anno Domini Millesimo CC XX, Indictione. VIIII.

Ad

Ad p.374. sub lit. F. Quod ex seq. diplom. Henrici R. Rom. d. 1222. m. Majo clarum est.

NOverint universi, quod cum Aquisgrani Henricus Rex Rom. sederet pro tribunali, in solenni curia, sub frequentia Principum; Præcipit *Illustri Duci Lothar. & Brab.* (Henrico) & in fidelitate Imperio præstitâ injunxit eidem, quod jura Imperii firmiter observaret, & in terra sua faceret observari; hoc fecit tam per sententiam Principum, quàm per obtentum gratiæ Imperii. Inventum igitur & sententiatum est ibi, quod in jure feudali omnis Ministerialis Feudatarius æque judicare possit super feudis Nobilium & Ministerialium; exceptis tamen feudis Principum. Adhæc sententiatum est ibi, quod quilibet Nobilis sive Ministerialis feudatarius, à Domino suo jure feudali prima citatione ad quindenam potest citari. Iterum si aliquis sive Nobilis sive Ministerialis Allodium Ducis de Duce tenet in feudum, ipse Dux eum citare potest super illo Allodio, super alium locum, ubi habet Allodium, ubicunque voluerit; si autem illud feudum sit ab alio Principe obtentum, tunc Dux suum feudatarium Citare potest super quamcunque partem illius feudi, quod ab alio Principe descendit: Cæterum quemcunque Dux de jure sicut tenetur, citaverit, ille si citatus non compareret ad primam citationem, emendam solvere tenetur, quæ *Boëta* vocatur. Insuper si Dux sententiam ab aliquo requisierit, ille requisitus tenebitur dicere sententiam infra terminum, quo Dux sedet pro Tribunali illa die, nisi ipse Dux de gratia sibi remittat. Ad hoc de jure feudali nullus potest esse Advocatus, nisi sit ipsius Ducis feudatarius. Advocatum appellamus patronum causæ. Additum quoque ibi est per sententiam, quod servi post stipitem & parentelam ex parte matris provenientem sunt retinendi. Insuper quicunque exactus fuerit pro patrono causæ, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum exegit, & negare non potest dummodo sciat loqui usualiter. Additum ibidem per sententiam fuit Duci adjudicata tutela parvulorum ad duodecimum annum, de feudis quæ ab ipso tenentur. Prolationi istarum sententiarum interfuerunt hi Principes & testes: *Sifridus* Moguntinus, Engelbertus Colon., Theodoricus Trevir. Archi Episcopi, Conrardus Metens., & Spirensis Epis. Imperialis Aulæ Cancellarius Herbipolensis, Augustensis Episcopi, Comes de Dietz, *Comes Palatinus Rheni* (& Dux Bavariæ Ludovicus) Ludovicus Com: de Wertenberg, Adolfus Com. de Marka. Fridericus Com. de Althena, Theodoricus de Heinesberg, Comes Lutsel de Hostade, Comes de Castele, Henricus Dapifer de Walburg. Pincerna de Lyp, Wernerus de Bolandia, Gerhardus de Senseca. & alii. Actum Aquisgrani in solenni Curia in nostra Coronatione Anno Dominicæ Incarn. M CC XXII. mense Majo. (v. Miræi Notit. Eccles. Belg. p. 547.)

V. Butkensii Troph. Brabant. in probat. p. 68. ubi & aliud seq.

HEnricus Dei gratia Rom. Rex semper Augustus omnibus hoc scriptum videntibus in perpetuum. Noverint. &c. Quod Nobilis vir *Henricus* illustris Dux Loth. & Brab. &c. sibi de Consilio & Voluntate Principum concessimus, omnia, quæ felicis mem. Philippus Rom. Rex in solenni Curia apud Confluentiam in rectum feodum concessit eidem & post modum Carissimus pater noster Fridericus II. divus Roman. Imperator in solenni curia, apud Francoforde ipsi recognovit & concessit. &c. testes Sifridus Mogunt. &c. Abbas Indensis, Comes Palatinus (Rheni & Dux Bavariæ Ludovicus) Gerardus Gelrensis, Theod. de Cleve, Florentius de Hollandia, Lutsel de Hostade Comites. &c. Actum apud Aquisgranum in solenni Coronationis nostræ Curia Anno Dom. Incarn. M CCXXII. mense Mayo.

De-

Decretum Electionis Henrici VII. Regis Rom. ad Clementem V. P. R. transmissum v. Baluzii Miscellan: t. 1. p. 268.

EGo Rudolphus Comes Palatinus Rheni prædictus, de mandato & voluntate speciali Co-Electorum meorum omnium prædictorum, eundem Henricum Comitem Lutzenburgensem elegi solemniter in hunc modum. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Cum vacante regno seu Imperio Romanorum per mortem bonæ memoriæ Domini Alberti, quondam Romanorum Regis, vocatis, qui fuerant evocandi & qui jus in Electione futuri Rom. Regis habere dignoscuntur, & præsentibus die ad eligendum præfixâ (27. Nov. Francofurti) omnibus, qui debuerunt, voluerunt & potuerunt commodè interesse, placuerit omnibus ad Electionem procedere futuri Regis, inquisitis votis omnium & singulorum jus in Electione ipsius Regis habentium, omnes & singulos Electores prædictos apparent ex præmissis direxisse concorditer vota sua, in illustrem virum Henricum Comitem Lutzenburgensem, in eum consentiendo et ipsum nominando in Roman. Regem eligendum, per cujus quidem Comitis expertæ Strenuitatis merita ac fidei puritatem et constantiam speratur Sacro Sancta Romana et universalis Ecclesia potenter ac utiliter posse defensari, ac in spiritualibus et temporalibus votiva suscipere incremen ita, ac etiam Respublica providè dirigi ac pariter superno sibi suffragante auxilio gubernari; ego Rodolphus Comes Palatinus Rheni vice mea et CoElectorum meorum omnium jus in ipsa electione habentium, ex potestate mihi ab eisdem tradita specialiter et concessa, eundem Henricum Comitem Lutzenburgensem invocatâ Spiritus Sancti gratiâ eligo in Roman. Imperatorem futurum promovendum, in Advocatum Sacro-Sanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ ac defensorem viduatum et Orphanorum. Electione autem hujusmodi celebratâ, eam omnes et singuli Electores alii prædicti approbavimus et Te Deum laudamus alta voce fecimus decantari, et dictum nostrum Electum, qui præsens exstitit, et Electioni de se factæ divinæ nolens resistere voluntati, interpellatus à nobis reverenter consensit, ad Ecclesiam fratrum prædictorum in Franckenfurt deduximus, et deinde Electionem ipsam clero et populo fecimus solenniter publicari. Eapropter Sanctitati vestræ tam devotè quàm humiliter voto unanimi supplicamus, ut ipsum Henricum sic devotè et concorditer electum in Rom. Regem, ut est dictum, paternis ulnis amplectentes eidem munus consecrationis conferendo, sibi de Sacro-Sanctis manibus vestris S. Imperii diadema dignemini loco et tempore favorabiliter impertiri, ut sciant et intelligant universi, quod posuerit in lucem gentium vos Dominus, ut per vestræ Sanctitatis arbitrium orbi Terræ post nubilum exorta serenitas illucescat. Ceterum ut Beatitudo vestra cognoscat evidentius vota nostrûm omnium in prædictis omnibus & singulis concordasse ac impetitione hujusmodi existere unanimes et concordes, præsens Electionis nostræ decretum Sanctitati vestræ transmittimus, sigillorum nostrorum appensione ex certa nostra scientia robotatum, quod etiam ad majorem horum certitudinem per manum Henrici Lobruoch Clerici Notarii infra scripti in hanc publicam formam redigi fecimus et conscribi, quemadmodum hoc idem decretum etiam nos Rodolphus Comes Palatinus Rheni, et Rodolphus Saxoniæ Duces ac Waldemarus Marchio prædicti per Arnoldum de Puteo Clericum Coloniensem publicum Notarium similiter de nostro et præfati Coloniensis Archi-Episcopi mandato, publicari fecimus et conscribi, ac per ipsum Arnoldum et Heidenricum de Essende Notarios publicos huic decreto subscribi. Acta sunt hæc in Domo fratrum Prædicatorum in Franckenvort, præsentibus venerabili Patre Dom. Johanne Episcopo Argentinensi, et hono-

norabilibus viris D. Henrico Abbate Fuldensi, Ernesto Decano Coloniensi, Simone de Marvilla Thesaurario Metensi & Petro de Esch Clerico, testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis. Anno Domini die & loco prædictis Indictione 7. (A. 1308. 27. Nov. feria 4. ante festum B. Andreæ Apostol. in Franckenfort.

Literæ Rudolfi Elector. Palat. ad Joh. II. D. Brabant. de A. 1308. quas exhibet Christ. Butkensius in Trophæis Brabant. prob. p. 90.

NOs Rudolphus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ notum facimus. &c. quod anima *Illustris Ludovici genitoris nostri* dulcissimi ex homicidio, quod in persona Dominæ *Mariæ conthoralis suæ* committi mandavit, sustineat pœnas; saluti animæ ejus cupientes consultum ptimo vero Nobili Domino *Joanni* Illustri Duci Brabantiæ, tanquam nunc proximo ejus amico emendam hujusmodi suo & dictæ Mariæ materteræ suæ nomine recipienti pollicemur, quod ad sepulchrum ejusdem Dominæ Mariæ in oppido nostro Werda missam perpetuam et lumen perpetuum faciemus, et si ad partes transmarinas pro expugnatione Sepulchri Domini, vel ad Ruthenos contra Saracenos processum fuerit, mittam quatuor milites, ad remedium animæ illius. Item promittimus Duci Brabantiæ ducentos milites in armis contra omnes, excepto Imperio. &c. Datum Heydelbergæ Anno Domini 1308.

Privilegium Ludovici IV. Imp. dat. A. 1344. Rudolpho Elect. Palat.

Daß Pfaltz angehörige nirgends anders/ als für Dero beklagt werden sollen. Ex Archivo Palatino Elector.

WIr Ludwig von GOttes Gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer. 2c. Bekennen offentlich mit diesem Brief/ daß wir umb der steten getreuen und danckbaren Dienst willen/ die Uns und dem Reich/ der hochgebohrne Churfürst Rudolph das Heil. Röm. Reichs Oberster Trucksäß unser lieber Sohn und Vetter zu Rome/ zu Lampern/ zu Teutschlanden williglich gethan und noch täglich mit gantzem Fleiß thut und auch thun mag und soll/ die besondere gnade und freundschafft für allen andern Churfürsten gethan haben und auch thun mit unserer Kayserl. Gewalt/ mit diesem Brieff/ daß wir wollen/ daß alle Sein und seines Leibs Erben/ die Söhne seind/ die von Seiner oder derselben Söhne früchte/ affterkunffe und Erben kommendt/ daß Söhne seind/ die seind ihr diener/ Männer/ Ritter oder Knechte/ arm oder reich/ oder wie sie genant seind/ oder wer sie seind/ über alle in seiner herrschafft zu Bayern und am Rheine/ oder wo Er oder seine Leibes-Erben/ die Söhne seind/ ihr Herrschafft gebreiten möchten/ umb keinerley sachen/ die iemand hiezu zu sprechen

chen oder zu klagen hätte/ nindert anderstwo zu recht stehen solten/ dan vor Jhme/ oder seinem Ambtman/ den er von seinet wegen zu dem mal setzt/ es wehre dan/ daß den Klägern von unserm obgenanten Sohne und Vettern/ oder von seinem Ambtman/ den er dan setzt/ recht verziehen oder verzogen wurde/ unmüglichen. Daß mögen die Kläger dan an Uns und das Reich bringen/ und sollen auch danne/ seine diener und manne/ umb dieselbe Sachen/ darinnen ihnen das recht verzogen oder verziegen ist/ von uns und dem Reiche zu recht stehen und nindert anderstwo/ ohn alle gefehrde. Diese besondere Gnade haben wir unserm vorgenanten Sohne und Vettern und seinen Leibes-Erben gethan für allen Churfürsten/ als vorgeschrieben ist / und daß diese ihm und seinen Leibes-Erben/ wahr,/ stet und vest bleibe; So haben wir Jhme und seinen Leibes-Erben diesen Brif geben und versigelt/ zu einem wahren urkundt/ mit unserem Kayserlichen Insigel/ der geben ist zu Nürnberg am S. Vites Abendt/ da man zahlt/ von Christus Geburt/ 1344. iahre/ in dem 30. iahre unsers Reichs und in dem siebenden unsers Kayserthumbs.

V. Chur-Pfältz- gründlicher Gegen-Bericht auf den Cölnischen in Druck gegebenen Bericht die Gräfl. Wiedische Sachen betreffend ed. Heydelberg. A. 1661. p. 105.

Extractus Literarum Ruperti Senioris & Ruperti Junioris.

WIr Ruprecht der alte und Ruprecht der junge Hertzogs Adolfs selgen Sun/ Palentzgreven by dem Rin/ Hertzoge zu Bayern ꝛc. sprechen umme soliche ansprache/ als der Ertzbischoff von Mentze und der Capitel ze Mentze den Nunnen geantwort hant/ daß sye in den Fürstendum ze Loirche gesessen sind/ zehen iair zwentzig iair. ꝛc. Deß antworten wir/ und beclagen auch wir uns vor uch Nunnen/ daß sie so lange da inne gesessen sint/ met gewalt ane recht / wanne wir Vogt und Herrn darüber syn/ daß wir wol bewisen wöllen mit guten urkunden/ und wanne wir Vogt und Herrn über dasselbe Fürstendum sin/ daß sy und ihr Stiffe und ihr Fürfaren uns entherbet hant mit gewalt und entlidet ane recht; und geren uch Nunnen zu erfahren/ wie man einen Fürsten sines Fürstendums entherben solle/ und entweren mit dem Rechten/ daß yme schedlich sy/ und geren nützelich sy/ der es ym da entweret hayt/ und ob wir nit billigen daß versprechen sullen/ siter wir Vogt und Herrn darüber syn. ꝛc.

V. Deductionem Juris Electoralis Palatini in Praeposituram Laurishaimensem ed. Heydelbergae sub Carolo Ludovico Elect.

Lit-

Literæ Ruperti Senioris Elect. Palat. ad Carolum V. Regem Francor. de A. 1379.

Serenissimo Principi ac Domino, Dom. Carolo Regi Francorum Domino & Consanguineo nostro Carissimo.

SErenissime Princeps ac Domine, Consanguinee carissime, recommendatione præmissa debita cum promptitudine in singulis complacendi juxta vota. Excellentissimæ Dominationis vestræ literas tam amabiles de mense May nobis transmissas recolimus recepisse, ex quarum tenore jocundam post tristia recepimus de convalescentia vestra consolationem, quæ de præsenti rescripto Reverendi Patris Dom: Episcopi Parisiensis amici vestri sinceri, de meliori statu & prosperis successibus Serenitatis vestræ lætius exstitit multiplicata & de statu vestro incolumi sæpius lætam suscipere informationem affectamus, quem nobis pro speciali consolatione nostra delectat sæpius intimare. Et si de nostro audire cupitis, notificamus vobis nos hospitari & votivis in Domino successibus prosperari. Insuper Illustrissime Princeps & Domine, supplicamus humiliter, ut de mora per nos habita in rescribendo illico, prout Serenitati vestræ decuisset, nobis parcere velitis, cum hoc non ex malitia, sed ex simplicitate processerit, præsertim quia revera nos insufficientem, *qui solâ materna linguâ utimur & simplex laicus sumus & literas ignoramus*, ad tanta & præmaxima puncta, quæ salutem respiciunt animarum, reputamus congruè & debitè respondere. Unde volumus prius & clarius plurium Prælatorum ac Sacrorum Theologiæ & Canonum peritorum & aliarum notabilium personarum opinionibus & determinationibus informari ad respondendum Serenitati vestræ. Et quia nunc clarè & multifarie informati sumus tam in parlamentis Regalibus, in quadragesima proximè præterita, & nuper de mense Septembris cum Principibus Electoribus & aliis Principibus Ecclesiasticis & secularibus in sacra pagina & in utroque jure peritis viris, Dominis & Civitatibus in numero excessivo ibidem congregatis solemniter habitis, ubi sole clarius deductum fuit, quomodo Sanctissimus in Christo Pater & Dominus *Urbanus* ad Papatum per reverendissimos in Christo Patres Dominos Cardinales pro tunc electus, assumptus, Coronatus & ornamentis Pontificalibus redimitus fuerat, in conspectu innumerabilis populi diversarum nationum & ab ipsis Cardinalibus pro vero summo Pontifice cum reverentiis & obedientiis debitis & solitis habitus & tractatus, quodque eis ad ipsum & ab ipso patuit accessus & discessus prohibito voluntatis Fuerunt etiam ibidem plures literæ Cardinalium in numero citra XVIII. quædam extra urbem, ubi nullus affuit metus, & aliquæ aliquorum ipsorum manibus propriis & quam plures per Dom: Cardinalem Gebennensem scriptæ, in medium productæ, visæ, lectæ & publicatæ inter cætera in effectu continentes, quod dictus Dom. noster Dominus Urbanus summus Pontifex per ipsos Dom. Cardinales post celebrationem Missarum ex instinctu Spiritus Sancti servata juris forma fuit electus, & quod idem Dominus noster Apostolicus etiam in Papatus ipsius possessione per multa tempora quievit, prout possidet de præsenti. Quibus omnibus sic deductis, visis & auditis, & singulis opinionibus & conclusionibus eorum receptis, per omnes singulos Christicolas ibidem existentes, solum Deum præ oculis habendo publicè declaratum fuit, quod hunc Dominum Urbanum convenit Christi vicarium credere & Papam approbare, tenere & sine dubio profiteri, à quibus & tam sancta fide nos non licet discedere, nec contra conscientiam propriam veniendo ad Gehennam ædificare. Insuper voluimus vestræ excellentiæ committere copiam unius epistolæ inter alias etiam ibidem publicatæ, quondam divæ memoriæ Imperatori Karolo & aliis Regibus per ipsos Dominos Cardinales transmissæ, & quandam responsionem alias ipsis Dominis Cardinalibus per communitatem Florentinam destinatam, ad clarius informandam animo sincero

Sere-

(a) *Luthuinus Dux* seu Leodevinus conversus postea Archi Episcopus Trevirensis Electus Anno 698. Basini Archi-Episcopi Antecessoris sui ex sorore Gonza nepos, Sanguinis regii & celsissimo Ducis officio functus apud Childebertum Regem Austrasiæ, tandem in urbe Rhemensi, cujus Ecclesiam, pulso Rigoberto Archi-Episcopo à Martello Majore Domus, eo, quod sibi adversus Childericum moventi civitatis portas Clausisset, quoque rexerat, obiit A. 713. Kal. Octob. sepultus in Monasterio Mediolacensi à se fundato, Successorem habuit filium *Milonem*. v. Frodoardi Chron. & Hist. Rhemen. l. 2. c. 11. 12. Brovveri Annal. Trev. ad 714. p. 363. & ad 718.

eidem loco pro restauratione concessi. Itaque *de beneficio* (b) *Lutherdi Comitis, qui mihi, ipso mortuo sine harede aliquo* ad proprios usus contigit, quicquid in villa *Kerne* & in *Syrtzenich*, *Lorich*, *Hederischrode*, atque *Cervia & Grimelrode* habui, fratribus Deo & S. Paulino famulantibus donavi; talique conditione tradidi, ut neque advocatus aliquis, neque laicalis aliqua vel mundana potestas, & super his, quæ in valle Treverica, vel ubicunque sint ista ad usus fratrum pertinentia, habeat potestatem aliquam regendi defendendi, judicandi; nisi ipsius loci Præpositus, dum debita fratribus administrat stipendia; & ego & posteri mei Archi-Episcopi cum stola sua, si opus fuerit, adversus potentes & rebelles personas. Et quia earundem possessionum summa à nobis restituta, vix ad decimam partem pervenit bonorum, quæ fuerant ablata; ne propter rei familiaris inopiam monasteriale dilaberetur ædificium, communi consilio fidelium nostrorum clericorum & laicorum mihi atque successoribus meis in deinceps constitui, atque banno meo confirmavi agendum, ut eâdem curâ eademque diligentia & solicitudine, qua domum B. Petri ædificant, & huic monasterio trabes, laquearia, fenestras ponant; Casulis, Dalmaticis; Cappis vetustate consumtis meliores restituant, Præposito ipsius monasterii cætera in ædificiis procurante; custode vero lineas vestes in Ecclesia utendas reparante: Hanc traditionem feci *& scripto confirmavi ipso festum, die S. Paulini* ad altare ipsius Sancti. In celebratione vero missarum ejusdem solennitatis, post consecrationem Eucharistiæ, coram multis astantibus, corpus Dominicum accepi in manum, denuncians anathema omnibus iis, qui aut sua voluntate, aut aliorum instructu ex eodem monasterio, quicquid illi ante vel tunc, vel postea datum aut constitutum esset, auferre fuissent ausi precatus ad hæc, ut Dominici corporis sacramentum in perniciem iis damnationemque cederet, ni aut melioribus vel paribus certe beneficiis, ablata compensassent, Hanc Chartam ego Egbertus Archi Episcopus, *ipsa die solennitatis conscriptam*, adstante clero & populo recitari jussi & signi nostri impressione, atque propria manus subscriptione firmavi. Acta feliciter sunt hæc Treveris. Anno Domin. Incarn. D CCCCLXXXI. indict. VIII. Regnante Ottone II. Rom. Imperatore Augusto.

(L. S.) Signum Benignissimi Egberti Archi Episcopi Primatis & Cancellarii. (c)

Sig: Luzonis Præpositi ejusdem loci, S. Ansgeri Præpositi, S. Adalmari Præpositi, S. Ehrenberti Decani, S. Roberti Archidiaconi, S. Hermanni Chorepiscopi, Sig. Gerardi Chor-Episcopi, S. Alsadi Præsbyteri S. Adelberti presbyteri, S. Udalrici Presbyteri, S. Martini Diaconi. S. Roberti subdiaconi.

Sign. Theodorici Comitis, S. Christiani Comitis Cognom: Vesani. S. Regeneri rerum S. Mariæ Advocati. S. *Siffridi Comitis & rerum S. Maximini Advocati*, S. Udonis. S. Dietfridi. S. Luzonis. S. Epponis. S. Eberwini. S. Burgizonis. S. Alaframni. S. Adelberti. S. Megingaudi.

Literæ Folcmari Abbatis S. Maximini Trevir. ex Archivo ejusdem Monasterii v. A. du Chesne Hist. Lucenburg. in Prob. p. 8.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Volcmarus Dei gratia Abbas. Noverit omnium industria fidelium tam præsentium, quam futurorum, quod religiosa Domina *Bertha* viri illustris Volcmari Comitis relicta & persemet ipsam & strenuissimos nuncios Beringerium videlicet fratrem suum S. Trevericæ Sedis ... & Co-

(b) *Lutherdi Comitis*, Integro Comitatu ejus potitus Egbertus Archi-Epis. morte Luthardi Comitis Clientis ejus, qui absque liberis decesserat.

(c) *Egbertus Archi Epis. Trevir.* Theodorici Comitis Holland & Frisiæ, & Hildegardis. Ludovico 4. Cogn. Transmarino Rege Franc. & Gerbergâ Ottonis I. Imp. forore natæ & A. 988. ii April defunctæ & Egmondæ sepultæ filius, Arnulphi vero 3. Com. Hollandiæ frater, tandem A. 993. 5. id Decemb. defunctus, v. Brovverum ad A. 993. §. 65.

& *Comitem Henricum* (*) *Monasterii nostri Advocatum* aliosque viros Nobiles adierit nos fratresque nostros Cænobitas scil. S. Maximini Christi Confessoris, qui in suburbio Trevericæ Urbis requiescit: postulans quasdam villas ad utilitatem Monasterii nostri successorumque nostrorum consulentes, detrimentumque penuriæ nostræ pro illarum commoditate parvi pendentes præfatis petitionibus aures nostræ consensionis accomodavimus. Dedit itaque nobis, quod & nos recepimus per manum prænominati *Advocati nostri Henrici* in pago Moselensi in *Comitatu Waldelevinga, cui Gislebertus Comes* præesse videtur, villam *Mudenfurt* nominatam, quam sibi præfatus senior suus Comes Volcmarus in dotalitium dederat, eique exinde potestatem, quicquid facere vellet, concesserat & usque ad terminum vitæ suæ absque ullius contradictione multorum testimonio confirmaverat, firma adstipulatione cum Ecclesia omnique ejus decimatione & casa Dominicali cum 12. mansis ingenuilibus & 20. servilibus, cum omnibus ad eam pertinentibus, tam in mancipiis, quam in ædificiis, vineis, sylvis, pratis, pascuis, molendinis, mobilibus & immobilibus, aquis aquarumque decursibus, cultis & incultis, exitibus & reditibus. Dedimus ei è contra in precario per manum sæpe nominati *Advocati nostri Comitis Henrici* in eod: pago & in Comitatu villam *Dalheim* nominatam cum Ecclesia & ejus decimatione & manso dominicali, cum 12. mansis ingenuilibus & 20. servilibus, & inter villas *Burmeringa & Druseleviinga* 10. mansos serviles cum omnibus ad eos pertinentibus tam in mancipiis, quam in ædificiis, vineis, pratis, pascuis, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, aquis aquarumque decursibus, exitibus & reditibus, ea scil. ratione, ut quod dedit & accepit jure precario usque ad terminum suæ solius vitæ possideat; post obitum autem illius in perpetuos usus prædictorum S. Maximini Cænobitarum omnia cum integritate absque ullius contradictione redeant: Insuper & præter prædictum precariæ jus ad dies vitæ suæ singulis annis 4. Carradas vini nostra largitate ei accomodavimus. Si quis verò vel Cohæredum præfatæ religiosæ Dominæ Berthæ vel Senioris quondam sui Comitis Volcmari hanc precariæ traditionem infringere voluerit, vel annihilaverit, Domna Bertha legibus coacta aut præsentis astipolationem traditionis sanciat aut in eodem Comitatu tantundem, vel, sicut moris est, in proximo duplum, in tertio triplum restituat: aut *Advocatus noster quia hæc omnia gessimus ejus consilio* & instinctu, si negligens exactor exstiterit, præfatæ traditionis vel retributionis, ne advocatiæ negligentia feriatur, detrimentum monasterii de suo componat. Acta est hæc traditio publicè in eodem Comitatu, in loco *Wasenesbant* dicto, me astante aliisque Cænobii nostri fratribus sub fidejussoribus, quos vulgo *Saleburgiones* vocamus: Bertramo, Berone, Gisilberto, Hildrado: coram testibus, quorum hæc sunt nomina: Friderich, Comes Boso, Wintrich, Luzo, Fridelo, Rudolf, Wiserich, Luidfrid, Thietbold, Diefrid, Isobarr, Ruprecht, Nopreth, Wiketin, Wolmar, & alii quam plurimi. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI, regni autem Domini Ottonis III. XIII. Imperii verò I. Indictione. IX.

Diploma Sigefridi Comitis Lucenburg: dat. Monasterio Epternacensi A. 997. Ex ejusdem Abbatiæ Archivo. v. apud Bertelium in Hist. Lucenburg.

HÆc ego *Sigefridus* licet indignus, *honore tamen Comitis* sublimatus considerans, quod ex Regia donatione Abbatiam Sancti Willibrordi pro bene-

(*) Hic Henricus Comes fuit Lucenburgicus, Sigefridi supra memorati Comitis 1. Lucenburgici & Hadvvichæ filius. A. 1004. in festo S. Benedicti id est 21. Mart. Ratisbonæ ab Henrico II. Imp. qui sororem ejus S. *Cunegundem* circa A. 999. sibi matrimonio junxerat, in Bavariæ Ducem electus v. Adelboldi Epis. Traject. vitam Henrici II. Imp & A. 1027. 1. Sept. vitâ defunctus fuit v. Aventini A. B.

ficio suscepi eamque permultos annos potestativè direxi. &c. Acta sunt hæc Anno DCCCCXCVII. &c.

Traditio facta Abbatiæ S. Maximini Trevir. ex ejusdem Archivo v. And. du Chesne in Hist. Lucenburg. Prob. p. 8.

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Noverit omnium industria in Christo fidelium tam præsentium quam futurorum, me *Irminardum* propriis animi corporisque utilitatibus providentem tradidisse S. Confessori Christi Maximino &c. mei juris possessionem hæreditariâ mihi parentum meorum successione provenientem *in Comitatu Ardennensi, qui Henrici Comitis subjacet procurationi, in valle Alsuntiensi, in villa Heckesdorff*, quicquid ibi visus sum habere, tam in mancipiis, quam in ædificiis, vineis terris, cultis & incultis, sylvis, pratis, pascuis, exitibus & reditibus, viis & inviis. Ea scil. ratione, ut eandem possideam usque ad terminum vitæ meæ & à provisoribus Cœnobitarum, qui nunc venerandi *Abbatis Folcmari* subduntur regimini, omni anno mihi dentur duæ Carradæ vini ante festivitatem S. Martini, & duæ denariorum libræ ante Domini Natalem, & sylvæ pastionem juris eorum ad præd. villam Heckesdorf aspicientem. Post obitum vero meum totum absque ullius contradictione possideant. Mancipia quoque trado, & posteri eorum, qui in eadem villa sederint vel nupserint, tali libertate & servitio perfruantur, sicut Confessoris Christi inibi manens familia. Si qui vero foris nupserint, vel manserint, vel aliàs vagati fuerint, unusquisque eorum in festivitate S. Maximini persolvat unam denariatam ceræ pro remedio animæ meæ. &c. Acta est hæc traditio Treveris publicè in Monasterio S. Maximini, astante prædicto venerabili Abbate ejusdem loci Folcmaro cæterisque inibi Deo famulantibus Monachis, me Irminardo hanc traditionem stipulante sub fidejussoribus, quos vulgo *Saleburgiones* vocamus, Hildrado, Gozlaro, Thiedone, Rudolfo, Rudolfo, coram testibus Thietfrido, Otperto, Wiserico aliisque multis.

De Henrico II. S. juniore, Duce Bavariæ, Friderici Comitis II. Lucenburgici filio. Ex Archivo Abbatiæ S. Arnulfi Metensis apud And. du Chesne in Hist. Lucenburg. in probat. p. 17.

DOmino cooperante notum sit omnibus, qui liberali professione censentur, quod Dominus meus vir Udilo mihi Friderundi, vel filiabus ab ipso conceptis, firmiter habendum tradidit prædium *Bibera* dictum, situm *in pago Musslechgovve, in Comitatu* verò *Henrici filii Friderici*. Quod prædium regio munere susceptum, videlicet *Conradi* Regis dono, cum areis, ædificiis, vineis, cæterisque utilitatibus, scilicet pratis, campis, piscationibus, venationibus, molendinis, ut supradictum est, mihi in hæreditatem absque ulla contradictione tradidit in loco *Wavenethant* dicto, coram idoneis ac liberis testibus videlicet *Siccone*, Wasigone, Walmaro, Regiogero *Richizone*, Adalberto, Roricho, Lamberto, Bernachero, Gezone, item Adalberto, Walchero, Azelino, Udilone, Wezilone. Ut authoritas tantæ donationis stabilis & inconvulsa permaneret, hanc paginam conscriptam reservavi. Actum publicè V. Kal. Februarias Anno Dominicæ Incarnationis M XXV. anno vero Domini Conradi Regis. II.

Ex Huberti Leodii Comment. de origine Comitum Palatinorum Rheni p. . . .

PRæterea certum est, Pipinos totam Brabantiam (ut nunc dicimus:) possedisse atque ipsam *Arduennam* sylvam, præsertim ubi Rhenum attingit, & *Vetus Palatinatus*

natus etiam num hodie appellatur. Qui fuit amplissimus, etiamsi ea, quæ sunt adhuc juris Palatini, duntaxat adnumerentur, hoc est, quæ in feudum à Palatinis hodie accipiuntur, videl. quicquid fere est inter Confluentes & Andernacum, totus Comitatus de *Virnenberg*, de *Nuenar*, de *Wida*, de *Scinis*, de *Manderscheid*, *potissima fere pars Ducatus Juliacensis*: in quo Palatinus (cujus nomen non occurrit) Monasterium post modum ædificavit, cui nomen *Bruvveiler*, uno à Colonia Agrippina distans milliari. Et *Ezelinus Comes Palatinus Rheni* (*a*) *frater Kunigundis*, Ecclesiam in Kayserswerd infra eandem Coloniam construxit.) Quæ omnia cum tota Lotharingia *Eberhardus* & *Giselbertus*, qui ex posteritate Caroli Magni *& Comites Palatini* fuerunt (*b*) sub Ottone I. possidebant, sub quibus Leodium, Caprimons, Trajectum, Jupilla, Harstallum, Marsna, Litta, pluraque alia continebantur. *Godefridus Comes Palatinus Rheni* septem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur Dahnsleben, morte septem Nobilissimorum Ecclesiæ Laurishaimensium fidelium, obtinuit à Bennone Abbate & ad *generum illius Welphonem* pervenerunt sub Henrico IV. Fuerunt *Fridericus* (*c*) *& Sigefridus Comites Palatini ad Rhenum* sub Henrico III. Imp. Et ut clariora hæc omnia fiant, adponam, quæ antiquitati faventissimus Princeps Johannes Comes Palatinus Rheni Dux Bav. & Comes in Spanheim sua diligentia in veteri Palatinatu requisita mihi tradidit, *Henricus*, inquit, *Comes Palatinus Rheni & Dominus de Lacu, quod sine liberis esset, annuente uxore sua Adelheida, ædificavit Monasterium ad Lacum patrimonium suum Anno salutis MXCIII, regnante Imperatore Henrico III dedit que eidem Rheidam, Bellam, Bedendorff, Kraft, Alke & Lacum.* Et in literis fundationis ad finem habetur: Adfuerunt *Sifridus privignus meus*, *Henricus Dux de Limburg*, *Wilhelmus Comes de Lutzelburg Cognati mei.* In literis verò privilegii Henrici IV. Roman. Imp. hæc verba continentur: *Post mortem vero prædicti Palatini Comitis Henrici* (Domini Lacu) *Sigefridus, qui in Comitatu Palatii successit, de patrimonio suo Mylen in Brabantia, Overhoven & Geneheiden Monasterio ad Lacum dedit.* Neque propterea (quod aliqui hîc facere nituntur) quisquam putet, extra lineam Palatinorum Comitatum devenisse. Sed potius credendum ipsam *Adelheidam* & priorem ejus maritum *patrem Sigefridi*, *Palatinos* quoque fuisse (*d*) *Sigefridi* autem *conjunx Gertrudis* vocabatur, & est in Monasterio Lacensi depicta gestans in capite coronam. In veteri vero Palatinatu, in quodam sacello divæ Virgini dedicato scriptum invenitur, *Sigefridum* Comitem Palatinum arcem nunc dirutam non procul ab oppido Meyen & Monasterio Lacensi, quam *Hohensimmeren* appellant, inhabitasse, habuisseque in uxorem Ducissam Brabantiæ *Genovefam*, quam Consilio & suasu cujusdam Equitis, cui nomen erat Golo, voluit igni tradere. Idem Sigefridus *Monasterium in Brabantia fundavit* nomine *Hafligemium* (*e*) Supradicta *Adelheidis in eodem monasterio coronata etiam juxta maritum suum cernitur depicta.*

(*a*) Fallitur hic Auctor, Ezelinus seu Ezo id est Erenfridus non fuit frater Kunigundis Imper. uti jam alibi ostensum fuit.

(*b*) Hi non rectâ seu Masculinâ, sed fœmininâ lineâ à Carolo magno descendere. Deinde Giselbertum Lothar. Ducem nunquam Comitem Palatinum fuisse, neque ab ullo Veterum hoc dignitatis titulo insignitum fuisse, infra ostendetur.

(*c*) Lege Henricus, uti recte monuit And. du Chesne in Hist. Lucenburg: p. 15. in margine. Fridericus enim hic non Rheni sed Saxoniæ Palatinus fuit, uti jam alibi ostensum fuit.

(*d*) Fallitur hic Auctor. Sigefridi enim Rheni Palatini pater fuit Hermannus Comes Lucenburgico-Salmensis postea Rex Roman. uti supra ostendimus, hic verò Comes Palatinus non fuit, neque etiam ex Historica Antiquitate ostendi poterit.

(*e*) Fallitur iterum hic Auctor. Monasterium enim hoc A. 1086. fundatum non à Sigefrido, qui eo tempore non nisi infans 6. vel 7. annorum fuit, sed à fratribus ejus uterinis Henrico & Gothofredo Lovaniensibus Brabantiæ Comitibus & matre Adelheide, quamvis hi, si accuratius loquendum est, illud non fundarunt sed potius dotarunt. v. Alberici Chron. ad 1083. 1086. & Miræi Donat. Belg. c. 39. p. 162. c. 14. 17.

RE-

RESPONSIONES

AD

CLARISSIMI CUJUSDAM VIRI OBJECTIONES.

CUm ante aliquot menses Heidelbergæ, quæ jam è cineribus quasi reviviscens paululum resurgere cœpit, in Bibliotheca cujusdam Amici inter alios lectu dignos libros tractatum de Jurisprudentia Juris Publ. ante pauculos annos à Viro quodam Celeberrimo secundâ vice editum, mihique hactenus invisum nescio quo casu inspicerem, perlustratis cursoriè capitibus, ex improviso in caput ejus ultimum videlicet 33. oculos injeci, in quo statim animadverti, ea, quæ de rebus Palatinis ex Antiquitate Historica in illâ ante 8. annos in lucem emissâ Historiâ Palatinâ retuli, in dubium vocari, ita quidem, ut simul omnia, quæ in hisce Palatinis posui fundamenta, certè in cerebello meo non conficta, sed permultis Scriptorum ut plurimum coævorum fideque dignissimorum summâ curâ à me perlectorum, Veterum quoque testimoniis Eruditorum consensu ad res stabiliendas firmissimis, aliisque Antiquitatis documentis, imò etiam Imperatorum & Principum Palatinorum literis antiquissimis innixa, uno quasi ictu detruncare, destruere atque evertere conatus fuerit, nullâ quidem nominis, aut Operis mei mentione factâ, quod quâ de causâ reticuerit, divinare non valeo; cum tamen Clarissimi Viri nomen & lectu & auditu mihi semper gratissimum, Eruditionem quoque Insignem admiratus, ejus omnes Ingenii fœtus exosculatus fuèrim. Interim pro eo, quod magnifacio, Historicæ veritatis studio, operæ pretium, imò etiam necessarium esse duxi, ut ad objectiones ejus condignè responderem, ea quidem intentione ac fine, ut aberrantem, utpote cui infinitis aliis negotiis districto jamque ad Senium provecto, quamplurima vel memoriæ ex lapsu Intercidisse libentissimè credo, reducerem in viam, meaque simul ex Antiquitate Historicâ prolata, ex eadem ulterius firmarem. Verùm, ut ingenuè fatear, optassem, ut Clariss: Vir non tot tantisque negotiis districtus Veterum Annales, Chronica, Imperatorum & Principum Diplomata aliaque Antiquitatis documenta prius Ipse legisset, quam mea iisdem ceu fundamentis solidioribus innixa atque infulta,, refutare conatus fuisset. Porro & hoc monendum esse censeo, quod solis ratiocinitis subtilioribus, præsertim ubi & rerum documenta atque Diplomata, & Veterum inprimis coævorum ex asse probantium testimonia desunt, res non conficiantur, sed potius eædem, deficientibus illis, obducti quasi caligine magis obfuscentur, quàm explicentur. Additiones denique has, quod iterum paucis monuisse sufficiat, eo potissimum fine in lucem emittere statui, ut pateat, me non solùm æquo animo veritatem Historicam sectari, sed etiam proprios errores non diffiteri, melioraque edoctum promtè sequi; ea verò, quæ Probatissimorum Auctorum, antiquissimorum Monumentorum & genuinorum denique MStorum fide nituntur, pro vero habere, nec facilè ab eo recedere. Quo autem magis constet, quæ Celebertimi Viri sententia sit de iis, quæ in Historia Palatina retuli, placet ipsius verba ex allegato capite & quidem §. 8. proponere, measque responsiones subjungere.

§. 8. c. 33. p. 502. *Sub Carolingis & omnia officia Aulica fuisse arbitraria & Comitem Palatii nudum officii nomen certa Annalium fides est. Et licet tum quoque innumera Ducum nomina occurrant, non tamen illi fuere Provinciciarum Duces, nec cum propria potestate, sed nuda officia & sæpe promiscuè dicti fuere Comites & Duces v. Ditmar. l. 2 p. 38. At Carolingis in Germania exstinctis demum cœperunt officia hæc summa* Pro-

Provinciis cum propria potestate cohærere; sed non perinde omnia eodem tempore. Bavaria quidem & Saxonia certum Ducem ac jure proprio fuisse, in comperto est, c.3. sect. 1. & 3. Quemadmodum & Suevia proprium Ducem eodem jure consensu Conradi. 1. sibi constituit. c.3. sect. 2. §. 23. At non ita tum quidem temporis in Francia & Terra Rhenensi: Francia enim vel à Conrado 1. vel ab Henrico, vel ab Ottonibus Ducem, qui toti Provinciæ præesset, constitutum fuisse, istorum quidem temporum annalibus non apparet; quin Eberhardo ne nomen quidem Ducis sed Comitis saltem Franciæ tribuitur à Luitprando. Ursperg. in Ottone 1. p. 156. & aliis. Terra Rhenensis quoque proprium Ducem tunc non habuit, sed pars fuit Lotharingiæ seu Austrasiæ, cujus Ducatum tenuit Giselbertus, & eam inprimis partem, in quâ Aquisgranum Palatium Rheni & Regni erat. Sed & Ducum tractus Mosellani, qui & ipse partem terræ Rhenensis complexus est, ævo isto frequens fit mentio; inter quos occurrunt duo Conradi, pater & filius, ex veteri Francorum prosapiâ orti. v. §. 35.

Resp. 1. Jam. sub ultimis Carolingorum temporibus & quidem sub Ludovico 3. R. Arnulfi. Imp. filio, *Conradum* Conradi Franciæ Comitis seu Marchionis A. 905. cæsi filium, postea Imperatorem, *Franciæ Ducem* fuisse, ex diplomate Ludovici ejusdem Regis dato A. 909. 4. Id. Febr. Francofurti, apud Browerum in Annal. Trev. ad 910. clarum est, in quo Ludovicus R. eundem Conradum *Egregium Ducem & fidelem nepotem suum* vocat. Quâ autem ratione Rex hic eum nepotem suum appellaverit, jam non disquiro, & num forsan *Glismodis* mater ejusdem Conradi Regis, cujus ipse Conradus Rex in diplomate apud Browerum in Antiq. Fuldens. l. 2. c. 7. p. 128. meminit, Ludovici R. Arnulfo Imp. nati amita fuerit, hic non definio, sed illud saltem addo, quod Conradus A. 911. Rex creatus eundem *Ducatum Franciæ Orientalis seu Marchiam circa Rhenum* in fratrem suum *Eberhardum* Palatii Comitem transmiserit; Hinc idem Eberhardus *Dux* audiit passim apud Scriptores Veteres, Hepidanum videlicet in Annal. ad A. 939. apud Goldastum, Regionis Continuatorem ad 937. Ditmarum l. 2. aliosque, & in Chronico Laurishaimensi ex edit. Freheri p. 68. *Marchio Orientalis* scil. Franciæ vocatur, verba autem ejusdem Chronici notatu dignissima hæc sunt: *Cunradus* (postea Rex) *frater Eberhardi Marchionis Orientalis* (Franciæ) *Regni partem circa Rhenum* (id est Terram Rhenensem) *tenuit* &c. Deinde idem quoque Conradus à Witekindo l. 1. Annal., Ditmaro l. 1. p. m. 9. Auctore Annalium Hildesheimens: *Dux Francorum* vocatur: & Auctor in vita S. Johan. Abbatis Gorziensis apud Mabillonium in Act. Sanct. Ord. Bened. sæc. 5. p. 401. disertè quoque testatur: *quod Eberhardus noster tenuerit Franciæ Austrasica partem aliaque transRhenana loca.* &c. Scilicet ea loca, quæ jam frater ejus Conradus, uti ex Chronico Laurishaimensi vidimus, *circa Rhenum* possederat.

Quibus certè luce meridianâ clarius patere puto, Conradum jam memoratum sub ultimis Carolingorum temporibus non solùm in Ducem seu Marchionem Franciæ Orientalis evectum fuisse, sed & ipsam *Terram Rhenensem*, quæ nihil aliud, quàm ipsa *Marchia Franciæ Orientalis*, postea Palatinatus Rheni dicebatur, revera possedisse, indeque in supremum Regiæ dignitatis fastigium evectum, eandem in fratrem suum Eberhardum cum Ducis vel Marchionis titulo transmisisse. Deinde idem Eberhardus, quem, ut supra ex Regionis Continuatore, Hepidano, Ditmaro, *Ducem Francorum* appellatum fuisse vidimus, à Luitprando & ex eodem quoque ab Urspergensi κατ᾽ ἐξοχὴν *Potentissimus Comes*, id est Judex Sacri Palatii Cæsarei ductus fuit, qui aliâs ab aliis *per Comitem Palatii* rectius effertur, videlicet à *Sigeberto*, imo ab omnibus etiam Præstantissimis Historicis, *Alberico* videl. in Chron. ad 938. ex edit. Leibnitzii, *Engelhusio* in Chron. ex edit. Maderi p. 30. *Trithemio* in Chron. Hirs. t. 1. p. 75. & 78. *Nauclero* gener. 32. p. m. 139. *Mutio* Chron. Germ. l. 13. p. 98 *Æg. de Roya* in Annal Belg. ad 941. & seq. *Crusio* l. 4. Annal. Suev. p. 2. p. 105. l. 12. c. 5. *Albino* in Chron. Misn. p. 403., *N. Cisnero* Consil. Palat. Elect. in Orat. de Ottone 3. Imp. p. 14. *Aventino* l. 4. Annal. Bav. p. 380. *Spangenbergio* in Chron. Sax. ad 936. *Zeilero* in Topograph. Alsat. *Lehmanno* in Chron. Spir. *Erichio* in Chron.

Juliac. *Freinsheimio* in Tract. de Vicariatu Palat. p. 74. *Sprengerol.* de Fontib. Jur. Publ. p. m. 1126. J. *Bæclero* in Impp. Germ. p. 305. *Fr. de Rosieres* in Hist. Lothar. p. 188. *Bolando* in Actis Sanct. ad 27. Febr. n. 709. 710. *Buntingio* in Chron. Brunswic. p. 28. 29. 30. *H. Bangertio* in not. ad Helmoldi Chron. l. 7. p. 502. *Hertzogio* in Chron. Alsat. l. 2. c. 14. p. 17. 18. *Joh. Cluverio* in Hist. Univers. p. m. 395. *Ezech. Spanheimio* in Tract. de Vicariatu Palat. p. 266. *Ulrico Obrechto* in Prodromo Alsat. c. 3. p. 125., *Pregizero* in Hist. Geneal. Princip. Zollerens. c. 15. p. 147. aliisque.

2. Fallitur Excellentiss. vir, Eberhardus enim Palatinus noster utique Princeps fuit *Terræ Rhenensis*, imo & ejusdemque *Dux seu Marchio*: deinde Terram Rhenensem jam Ludovici 3. Regis Carolingi tempore, Ducem suum *Conradum*, postea Imperatorem, & sub Conrado I. *Eberhardum* Palatinum habuisse, jam supra non solum ex Chronico Laurishaim. optimæ notæ, sed etiam ex ipsius Ludovici III. R. diplomate, item ex Witekindo, Ditmaro, Hepidano, Annalibus Hildesheim., Browero Meibomio not: ad Witekind. p. 675. satis superque ostensum fuit, quo simul, ut paucis me expediam, §. seq. 9. ruit.

Quibus ostensis, sequitur *Giselbertum* Raginerii I. Motensis Hannoniæ Comitis & Albradæ filium, Lotharingiæ Comitem postea Ducem, Terræ Rhenensis possessorem, adeoque adeo vi illius Comitem Palatii neque fuisse, neque esse potuisse, neque etiam totam Austrasiam seu regnum Lotharingicum, quale Zuendibolchus Arnulfi Imp. filius adhuc A. 900 possederat, sub sua potestate tenuisse, sed pro statu illorum temporum, quo permulta in Imperio immutata fuere, à Regibus s. Impp. hisce Franciæ Orientalis Ducibus bonam Austrasiæ s. Regni Lotharingici partem, inprimis vero illam, quæ circa Rhenum sita, *Marchia Franciæ Orientalis* dicta erat, concessam fuisse, ex jam memorato Chronico Laurisheim. & Auctore antiquo vitæ S. Johan. Abb. Gorziensis clarissimè dispalescere puto, ita quidem, ut quilibet, qui Historias istius ævi vel leviter cognitas habet, veritatem in supradictis facile perspicere possit.

Cæterum *Aquisgranum* in Austrasia s. Lotharingia situm, *Civitatem Rhenensem & Palatium* in eo *Rhenense* dictum quondam fuisse, in nullo antiquo rerum Francicarum Scriptore me legisse, neque etiam in diplomatibus Cæsareis, in quibus tamen sæpius ejusdem mentio facta est, me observasse memini, de quo infra pluribus dicturi sumus.

§. 10. p. 604 *His præmissis existimo, Giselbertum Ducem Lotharingiæ, in inauguratione Ottonis I. gessisse vices Comitis Palatii Rheni; Eberhardum vero neutiquam. Cum enim ille inter summos Germaniæ Principes in Curia Regali ministraverit, non potuit alterius Principatus intuitu hoc factum videri, quam Terræ Rhenensis, quia non fuit alius Germaniæ Principatus, cujus vi ipse in actu inaugurationis Regis Germani inter summos Germaniæ Principes recenseri ac ministrare potuerit. Et cum ex Witekindi saltem loco constet, Giselberti tum fuisse Aquisgranum adeoque Principatum illum Rhenensem, in quo fuit Palatium Rheni seu Regni, non potuit in illo ipso Palatio & vi illius Principatus alius vices Comitis Palatii gerere quam illius Princeps Giselbertus. Quod & disertè Witekindus d. lib. 2 princ. docet, cum ait, eum omnia procurasse, & quidem ideo, quia locus iste ad ejus potestatem pertinuerit: Procuratio autem publici solennissimiq; negotii in Palatio expediendi utique est Præsidis seu Comitis Palatii.*

Resp. *Giselbertus* in inauguratione Ottonis I. A. 936. peractâ neutiquam vices Comitis Palatii gessit; Et posito, sed non concesso, eum casu quodam extraordinario vices Comitis Palatii gessisse, an statim est Comes Palatii? quem tota Antiquitas ignorat. Deinde officium hoc *vi Terræ Rhenensis* gerere non potuit, quia eadem Terra Rhenensis ad eum nunquam spectabat; *Eberhardo* potius, & Terræ Rhenensis possessio à fratre Conrado jam Rege acquisita, uti jam supra ostensum fuit, & per consequens etiam suprema Comitivæ Palatii dignitas eidem annexa, cum Imperii Archiofficio & honore adscribenda est, uti alibi cum Eruditiss. Ezech. Spanhemio locuti sumus. Porro Aquisgranum Imperii sedes non ratione potestatis

vel

vel jurisdictionis territorialis, sed ratione solius Situs pertinebat ad Giselbertum, quia illud ejusq; Palatinum non Rhenense, sed Imperiale, non in terra Rhenensi, sed in ipso ejus Ducatu Lotharingiæ Mosellanico, cujus jam pridem pater ejus Raginarius Dux seu Marchio extitit, constitutum erat, adeoque Giselbertus non ratione terræ Rhenensis, cujus nunquam possessor erat, Palatii Comes esse potuit: Contra vero Eberhardum Palatinum nostrum, qui tam ratione sanguinis, quam ratione dignitatis honorisq; longè præcedebat Giselbertum Lotharingiæ Ducem, eadem dignitate Palatina insignitum fuisse, constanti Historicorum assertione testimonioque tam veterum quàm recentiorum clarum, imò certum indubitatumq; est. Et quidem,

1. *Ratione Sanguinis.* Eberhardus enim noster Dux Franciæ Orientalis & Comes Palatii è stirpe Caroli Magni oriundus, Ludovici Pii ex filia Alpaide Begoni Comiti Parisiensi nuptâ atnepos erat, uti aliquando in peculiari tractatu rationibus & probationibus ex antiquitate Historica petitis, fusius ostendam; quod certè de Giselberto Raginerii Comitis Hannoniæ Montensis & Albradæ filio dici non potest (qua in re etiam Leodii error notandus est) ut pote qui aliam planè originem habuit, quam in Monumento Erchinoaldino etiam aliquando clarissimè ob oculos ponam. Hinc Eberhardus noster graviſſimè tulit, Imperii Coronam, quæ hactenus in posteris Caroli Magni constantiſſimè resederat, jam extra familiam hanc Carolinam toto Orbe celeberrimam ad Ignobiles Saxones à Witekindo Caroli Magni hoste oriundos, translatam fuisse. v. Lehmanni Chron. Spir.

2. *Ratione dignitatis Comitivæ Palatii*, quæ jam sub primordiis Monarchiæ Franciceæ prima semper ac proxima juxta Regem dignitas erat, juxta ea jam alibi à me producta antiquitatis documenta; Eberhardum autem nostrum hac dignitate apud Cæsares non solum floruisse, prout jam supra ex omnium etiam præstantiſſimorum Historicorum consensu ad §. 8. probavimus, sed & eadem hac Palatina dignitate jam ante gavisum fuisse, quam Giselbertus in Lotharingiæ Ducem electus fuerat, quod paulo post, quando ad §. XI. respondebimus, probaturi sumus.

3. Giselbertum etiam à nullo antiquo bonæ notæ Historien *Comitem Palatinum*, sed à Luitprandô l. 4. c. 9. Flodoardo in Chron. ad 931. 932. 939. *Widekindo*. Hepidano aliisque coœvis, item ab Alberto Stad. ad 939 non nisi *Lotharingorum Ducem*, & ante electionem ejus in Ducem, simpliciter *Lotharingorum Comitem* (v. Ditmat. l. 2. aliosque) appellatum fuisse certum est, ita quidem, ut neque Chr. Butkensius, qui satis accuratus rerum Brabant. Scriptor est, in Trophæis Brab. l. 2 c. 4. ubi ex professo Historiam hujus Giselberti fusius prosecutus est, neque Nic. Vignierus in Chron. Burg., neque ullum diploma sive Regis sive Principis alicujus, unquam istius Giselberti ut *Comitis Palatini* mentionem fecerit. Vid. inter multos alios Eruditiſſimi atque in omni antiquitate versatiſſimi D. Blondelli Genealogia Franc. passim & Meibomii not. ad Witekind, p. 675. 687.

Hoc 4. adeo clarum est, ut ipse etiam Giselbertus Eberhardo tanquam summo ac potentiſſimo Comiti Palatii, qui non solum imperii insignia, defuncto Rege, ex more Veterum custodire solebat, ea que etiam Henrico Aucupi futuro Imperatori deferebat, sed etiam in Regis Rom. electione plurimum poterat, honorem prærogativamque exhibuisse videatur, quod unicuique Historiam rebellionis Eberhardi atque Giselberti contra Ottonem Magnum legenti rerumque circumstantias & causas accuratius consideranti manifestiſſimum esse potest. Non quidem abnego, Giselbertum Loth. Ducem potentiſſimum in *maximo* quoque honore inter alios Imperii Principes habitum fuisse, idque potiſſimum ratione potentiæ & consanguinitatis seu affinitatis, ut qui Ottonis magni sororius, magnâ apud Henricum I. & Ottonem I. Impp. gratiâ florebat, imò propter eandem consanguitatis rationem in inauguratione Ottonis R. affinis sui A. 936. peractâ, omnia procurabat, & non vi Ducatus Lotharingiæ, neque etiam vi Terræ Rhenensis, quam nunquam possedit, imo ne glebam quidem ex tam vastis Eberhardi Palatini ditionibus.

Porro

Porro Aquisgranum Imperii sedes per peculiarem Caroli magni constitutionem apud Goldastum t. 1. Const. p. 8. propriè ad Giselberti potestatem non pertinebat: Palatia enim Imperialia in diversis Imperii Provinciis vel Ducatibus constituta, ad harum Provinciarum Duces propriè non spectabant, licet illa in eorum territoriis vel Ducatibus sita essent, sed ea Palatinis Provincialibus specialiter ad jus dicenda custodiendaque ab Imperatoribus tradita fuisse, jam alibi diximus. Deinde ipsum Aquisgranum ejusque Palatium in Terra Rhenensi situm antiquitus non fuerat, cum illud nunquam *Palatium Rhenense* vel ipsum *Aquisgranum* nunquam *Civitatem Rhenensem* ab antiquis rerum Francicarum Scriptoribus vel in diplomatibus aliisque veterum monumentis nuncupatum fuisse certum sit. Nec tamen Aquisgranum ab Eberhardi Palatini nostri ditionibus & inprimis à Castro suo *Tonaburg* in ipsa Provincia Rhenensi juxta oppidum Rhinbach sito (in quo ipse Eberhardus ordinariè, interdum etiam Wormatiæ sedem fixerat) adeo longè distabat; hocque Castrum occiso A. 939. Eberhardo, successor ejus Hermannus Bavarus statim occupaverat & sedem quoque suam in eo cum familia fixerat, prout jam in Historia Palatina diximus. Hinc ejusdem Hermanni Palatini filius, hæres & in eadem dignitate successor Ezo, id est Erenfridus Rheni Palatinus, qui defuncto A. 1024. 3. id. Jul. Henrico 2. Imp. jam Imperii Vicariatum exercens, ex eodem Castro & sede sua Tonaburg, Aquisgranum ad Procerum conventum mense Novembri ejusdem Anni se contulit, in suo sibi concredito Palatio Imperiali occupatus non absque ratione legitur apud Monachum Browillerensem in vita Ezonis (cujus verba in Hist. Palat. p. 241. adduximus) accepto de morte conjugis suæ nuncio, relicto Palatio, ad funus ejus & exequias peragendas citò advolasse. Mathildis autem conjugis Ezonis annum emortualem Gelenius in Annum 1024. Papenbrochius in A. 1025. collocat, Monachus vero Browillerensis refert, Annum 1024. instasse, quo Mathildis defuncta fuit, post decennium vero maritum quoque Ezonem Palatinum denatum tradit, cum quo convenire videtur Auctor Annalium Hildesheimens., qui eundem Ezonem nostrum, quem *Hizzonem Palatinus* errore, ut puto, amanuensium vocat (Hezzo enim legendum) A. 1034. defunctum scribit.

In hac urbe Aquisgranensi antiquissimi Palatini jam commemorati multa jura atque Regalia exercentes, non solum Palatii Imperialis Comites, sed etiam Ecclesiæ Aquisgranensis Advocati exstitere; donec in magno illo Imperii dissidio, quo suborto Philippum inter & Ottonem 4. ut & Fridericum II. Impp. bello, civilibus Germania motibus turbabatur, Rheni Palatino Henrico Brunswicensi à Cæsare proscripto multa Regalia juraque in dicta urbe competentia, & simul cum his etiam Ecclesiæ Advocatia penitus ablata & in Comitem Juliacensem (de quo in Hist. Palat p. p. 94. quædam diximus) transmissa fuerunt (quamvis alii hæc eadem ab ipso Palatino cum aliis feudis in Juliacensem Vasallum quondam suum translata fuisse statuant) unde hodieque Serenis. Elector Palatinus quâ Dux Juliacensis eadem adhuc jura in dicta urbe exercet, inter alia die Scholasterey daselbsten zu bestellen / das Burgerliche und peinliche Gericht / die Administration und Verleihung derer darzu gehörigen Aemter / ita ex Actis Imp. & Comitiorum de A. 1582. zu Augspurg im kurtzen Bericht von den Achischen Sachen Vid. Limnæi Jus Publ. addit. ad l. 5. c. 10. p. 884. & lib. Consil: in causa urbis Fridbergensis contra Burgravium ejusdem urbis. p. 1. p. 1156. p. 45.

§. 11. 505. *E contrario Eberhardum fuisse Principem terræ Rhenensis non apparet, adeoque non potuit ille vi hujus Principatus Comitatum Palatii Rheni gessisse. Et licet bona in Terra Rhenensi habuisset non tamen illa constituerunt Principatum terræ Rhenensis, nec ad Terra Rhenensis sed ad Franciæ Principem illa pertinuerunt. &c. Cum enim Giselbertus ceu Dux terræ illius, in qua Palatium Rhenense erat, & inauguratio tum fiebat, summam secundum Regem in ea potestatem haberet c. 15. §. 14. non potuit*

alius

alius Palatii illius Præses fuisse, quia hic, tanquam totius Regni primarius Princeps ac Minister, superior fuisset ipso Duce Provinciæ, Porro, Eberhardus ratione Franciæ, atque ut Princeps Franciæ inaugurationi isti interfuit & ministravit; non ergo ratione terræ Rhenensis, seu ut Comes Palatii Rheni: cum distinctæ hæ sunt provinciæ Regni scil. duæ, **von den vier Landen/** *quarum ratione 4. Principes ministraverunt: & proinde, uti Arnolphus vi Bavariæ & Hermannus vi Sueviæ, ita Eberhardus vi Franciæ & Giselbertus vi Terræ Rhenensis. Et aliâs, si Eberhardus ratione terræ Rhenensis Archi Officium gessit, quis nam ratione Franciæ? Et cujus Principatus ratione Giselbertus illud exercuit? Neque adeo Eberhardus ante Comes Palatii esse potuit, quam Giselbertus Dux Lotharingiæ; hic enim diu ante & non ab Henrico Aucupe primum, sed à Lotharingiæ Proceribus sub Carolo Simplice R. Gall. & contra hunc Dux electus fuit: Masson. Annal. l. 2. p. 286. & quidem tum cum Galli & non Germani eam possiderent Æmil. in Carolo 3. p. 90. Postea demum, cum Gallorum nonnulli, exclusis Carolingis, Rudolfum Burgundum in Regem adsciscerent, eumque Lotharingi quoque probarent, Giselbertus se Henrico I adjunxit & Lotharingiam cum ejus beneficium retinuit Mason. l. c. p. 189. Ursperg. in Henrico I. p. 151. Rectè vero dici potest, quod Palatinus Franciæ sit ipse Palatinus Rheni, quia est Palatinus Regni Franciæ, non verò quod Dux Franciæ sit Palatinus Rheni.*

Resp. 1. Pro convenienti ad §. XI. responsione necesse est, ut primum *Franciæ Orientalis*, cujus omnium primus Rex per Imperii divisionem A. 835. Theodonis villæ à Ludovico Pio factam, constitutus fuit Ludovicus Cogn. Germanicus, distinguatur à *Francia Occidentali*, quam eodem tempore cum Regis quoque titulo obtinuit Carolus Calvus Ludovici frater. Atque hæc Francia Orientalis postea etiam Ludovico R., victo fratre Lothario Imp., Viroduni in Principum conventu A. A. 843. mense Sextili confirmata fuit. v. Annales. Franc. ad h. a. Eâ quoque tempestate videtur, ejusdem *Franciæ Orientalis*, quæ pro limitibus habuit Rhenum aliaque Rheno adjacentia loca, *Marchionem* aliquem à Ludovico Franciæ Orientalis Rege primitus constitutum fuisse, eâ quidem intentione ac fine, ut eosdem limites contra irruptiones ex Francia Occidentali, atque adeo ex partibus Lotharii Imp. & Caroli Calvi pertimescendas custodiret. Et vero mihi simile videtur, inprimis in bello illo permagno atque Calamitoso, Lotharium I. Imp. inter & fratres ejus Ludovicum Regem Germ. & Carolum Calvum, quo totum Imperium intestinis motibus concussum fuit, ita, ut uno die unoque in prælio juxta Fontanidum & Altissiodurum A. 841. 25. Junii commisso, 100000. Francorum una cum tota ferè Nobilitate Francica exstincti cæsique fuerint, prout Francorum Annales illo scripti tempore narrant (v. Nithard. l. 2. Annales Franc., Annal. Fuldens. & Annales Metens. ad 841. apud A. du Chesne t. 2. & 3. Ser. Fr. adde Reginonem & Sigebertum ad 842. Avent. l. 4. ex Jordano Osnabrugensi, Belforest. Ann. Franc. p. 250.) à Ludovico R. Germ. ejusque filiis Ludovico jun. R. & Carolo Crasso Imp. *Eberhardum* Ludovici jam memorati ex Sorore Alpaide nepotem (v. Flodoardi Hist. Rhemens. Epis. l. 2 c. 12. p. 221. l. 4. c. 46. p. 390. & Blondelii Pleniorem Assert. Genealogiæ Franc. p. 206. & in Præfat. Apologet. p. 30. *2.) eoque defuncto filium ejus *Utonem* (de Utone hoc vide ea, quæ tradunt Annales Fuldens. ad A. 886.) & successu deinde temporis *Conradum* postea Imperatorem, & *Eberhardum* Palatinum nostrum, Eberhardi supra memorati pronepotes, *Marchiones Franciæ Orientalis* constitutos fuisse. Hinc idem *Uto*, qui Ecclesiam Wetzlariensem ab ejusdem filio Rudolfo Episcopo Herbipol. A. 897. prid. Non. Octob. consecratam v. Broweri Annal Trev. p. 437. & Winckelmanni Hist. Hass. p. 2. p. 179. non A. 790. sed A. 890. fundaverat (cujus Genealogiam majoresque scire summoperè efflagitaverat Nobiliss. & Ampliss. Dominus ab Eyben Cameræ Imper. Assessor, in consilium eâ in re frustra vocatis Joh. Schiltero Prof. Argent. (v. observ. in Chron. Jac. à Königshofen p. 1067. aliisque per totam ferè Germaniam Eruditissimis viris, qui omnes tamen inscitiam suam ingenuè confessi, nodum hunc Gordium solvere hactenus non potuerunt) uti aliquando libro peculiari, ubi Veram antiquissimorum Comitum & Ducum

Franconiæ Genealogiam cum rationibus & probationibus exhibiturus sum, fusius ostendam, in ejusdem Utonis Epitaphio Wetzlariensi *Dux Alsatiæ* vocatur & ejusdem Udonis ex filio Conrado nepos *Eberhardus Marchio Franciæ Orientalis* circa Rhenum & Comes Palatii, in Chronico Australi à Frehero edito *Alsatiæ Comes* appellatur, de quo plura infra dicemus. Et non obstat, quod Uto hic sæpè etiam Comitis id est Judicis titulo efferatur, ita Meibomius in not. ad Witekind. p. 67. eos *Comites Franciæ Orientalis* vocat. In Veterum enim scriptis haud raro observatur, Marchiones & Duces sæpè etiam Comites dictos fuisse, annotante Baluzio, solenno, enim inquit, in observ. ad Lupi Abb. Epist. 122. p. 450. per eas tempestates, ut viri Principes interdum Comites appellarentur, interdum Duces &c. quod ibidem multis exemplis docet. Sic *Otto* Henrici Aucupis Imp. pater ejusque frater *Bruno* communi Historicorum etiam coævorum consensu *Saxoniæ Duces*, Ludolfi Saxoniæ Ducis filii ejusdemque in Ducatu paterno jam successores à Ludovico 2. Germ. Rege in diplomate dato A. 877. 6. Kal. Febr. Francofurti apud Bodonem in Syntagmate, *fideles Comites* appellantur v. Meibomii op. Hist. t. 2. p. 485. & differtat. de Ducibus Saxoni p. 48. in fin. Deinde Marchiones etiam interdum Duces appellantur, eo quod plerumque etiam Duces Exercitus fuerint, quod etiam Utonis ejusque nepotis Eberhardi Palatini nostri exemplo confirmatur, cujus Genealogiam ex Eruditiss. D. Blondelli Pleniori Assertione Genealogiæ Franc. p. 206. & in Præfat. Apologet. p. 30. . 2. hìc subjicere placuit.

Ludovicus Pius Imp.

Lotharius I. Imp.	Alpais primogenita Begonis Com. Parisiensis 817. defuncti uxor.	Ludovicus R. Franciæ Oriental. 835.	Carolus Rex Franciæ Occidental. A. 835.
Lethardus Comes	Eberhardus March. Franciæ Orient. ob. ux. N.		
Berengarius Com.	Uto March. Franc. Orient. ob. 895. ux. N.	Waldo Abbas . . . ob.	Hermannus Comicus Wetlar.
Rudolfus Epis. Herbipolens. ob. 908.	Conrados Marchio 5. Com. Fr. occisus ab Alberto 905. 27. Febr. ux. Glismodis.	Eberhardus Com. occisus ab Alberto 902.	Gebhardus C. Wetterav. prælio cæsus. 910. ab Hunnis.
Conradus I. Imp. Marchio Franciæ Orient. seu Dux Terræ Rhenensis ob. 919. ux. Cunigundis, vidua Luitpoldi Marchionis Bav. Orient.	Wernerus Com. . . . ob. . . . . ux. N.		Eberhardus Comes Palatii & Dux seu Marchio Franciæ Oriental. id est Terræ Rhenensis cæsus. 939. 3. Oct. . . . . ux. N. . . . .
Regulinda ux. 1. Burchardi 2. D. Aleman. 2. Hermanni D. Aleman. d. 926 ob. 952. . . . . io Aufnau Sep. in Mon. Einsidel.	Conradus Sapiens Dux Loth. Burgravius Wormat. prælio cæsus ab Hunnis 955. 10. Aug. Sep. in Mon. Laurishaim. ux. Luitgardis f. Ottonis I. Imp. d. 947. ob. 953. Sepulta Mogunt. ad S. Alban.		Conradus Com Franc. occisus in rebellione Lotharingorum contra Conradum D. Loth. A. 953. . . Sep.

Eberhardum interim Palatinum nostrum in posteris temporibus Marchionem Franciæ Orientalis constitutum quoque fuisse, ex optimæ notæ Chronico Laurishaimensi certum est. Deinde Terram Rhenensem cum Marchia Franciæ Orientalis eo tempore conjunctam, unam eandemque fuisse ex ejusdem Chronici Laurishaim. verbis notatu dignissimis jam supra memoratis p. 68. ex edit. Freheri clarissimè elucescit, h. m. *Conradus* (postea Imperator, seu ut eum Pontificia loquar, Rex) *frater Eberhardi Marchionis Orientalis* (Franciæ) *Regni partem circa Rhenum tenuit.* Hæc autem *Regni pars circa Rhenum* nihil aliud fuit, quam ipsa *Terra Rhenensis*, cujus *Dux*, teste Ludovico III. Imp. in diplomate dato 909. 4. id. Febr. Francofurti apud Browerum in Annal. Trev. ad A. 910 teste etiam Witekindo l. 1. Annal. & Ditmaro, l. 1. Chron. p. 9., idem *Conradus* fuerat, qui postea in Regem A. 911. electus, fratri suo Eberhardo Palatino eandem *Terram Rhenensem* Ducis titulo, quo ipse hactenus usus fuerat, administrandam tradidit; Hinc etiam idem Eberhardus *Dux Franciæ* vocatur à Reginonis Continuatore ad A. 937. Ditmaro l. 2, He-

Hepidano ad A, 939, aliisque & in Chronico Laurishaim. *Marchia Orientalis* scilicet Franciæ nuncupatur.

Hic Ducatus autem seu Marchia Orientalis Franciæ latissimè se extendens, à partibus videlicet Rheni inferioribus usque ad Superiores, atque adeo etiam ad extremam usq; Alsatiam, vastissimum terrarum tractum complectebatur, prout ex Witekindi verbis, quantum ad Alsatiam, clarum est. *Erat* (Otto I. Imp.) *pugnans contra Brisg.* (Brisacum, de quo v. & Luitprandi l. 4. c. 14.) *& alias urbes, quæ erant Eberhardi ditionis*, v. & Ursperg. in Ottone I, p. m 204, Hinc etiam, rectè annotante Eruditis. Blondello in Præfar. Apologer, p. 30. * 2. idem Eberhardus noster in Chronico Australi *Comes* quoque *Alsatiæ* vocatur.

Atque hunc vastissimum Terrarum tractum seu Provinciam Rhenensem in Alsatiam usque (quæ Austrasiæ seu Regni Lotharingici postea in varios Ducatus Comitatusque scissi quondam pars erat) uti jam ostensum est, se extendentem solus Eberhardus Palatinus noster possedit & non Giselbertus Loth. Dux. Hic inquam, Eberhardi Ducatus seu Marchia Franciæ Orientalis nihil aliud fuit, quàm ipsa *Terra Rhenensis*, seu, ut ex Chronico Laurishalm. ostendimus, *Regni pars circa Rhenum*, dicta & nuncupata seq: temporibus *Palatinatus Rheni*, cujus intuitu *Comes Palatii* & in inauguratione Ottonis I, A 936. simul *Archi Officialis* vocatus fuit Eberhardus noster, neutiquam autem Giselbertus Loth: Dux, ne glebæ quidem ex tam vastis Palatinis ditionibus possessor Hinc nullis Imperatorum vel Regum diplomatibus nullisque Principum literis, nullis denique Veterum testimoniis probari poterit, Giselbertum hunc *Palatini Comitis* titulo insignitum unquam fuisse, neque etiam talis à quoquam fingi nisi audacissimè potest. Huc quoque pertinent supra allata hic denuo inculcanda, quæ Auctor antiquus in vita S. Joh. Abb. Gorziensis apud Mabillonium in Act. Sanct. sæc. 5. p. 410. de Eberhardo nostro testatur: *quod tenuerit in sua potestate Franciæ Austrasicæ partem* (vel, ut Chron. Laurishaim: loquitur: Regni partem circa Rhenum) *aliaque trans Rhenana loca.* &c: Nobiscum denique sentit quoque Claris. Leibnitzius, de quo in Hist: Pal. p. 31. diximus & inprimis Eruditis. H. Conringius l, 3. de Jud Germ. p. 261. *Franconiæ* inquit, *Palatinus videtur esse is, qui aliàs Palatinus Rheni hodieque nuncupatur, utraque enim Rheni ripa ad Franciam pertinet Orientalem.* &c. cujus Franciæ Orientalis, uti supra vidimus, Marchio s. Dux erat Eberhardus noster. Atque hæc sufficiant, quæ Excellentis. Viro ad §. XI. responderi possunt ac debent & quidem ad verba ejus: *quod Palatinus Franciæ sit ipse Palatinus Rheni, non verò quòd Dux Franciæ sit Palatinus Rheni.*

2. Diximus in Hist. Palat. & jam supra ad §. 10., Eberhardum Palatinum officio Comitivæ Palatii in Cæsaris Aula jam ante functum fuisse, quam Giselbertus in Lotharingiæ Ducem electus esset, quod hoc modo probo: Si Giselbertus Raginerii Comitis postea Ducis, seu, ut cum Carolo simplice R. in diplomate loquar, Marchionis Mosellanici, & Albradæ filius, in Ducem Lothar. electus fuit, electionem hanc demum post patris ejus Ducis A. 917. defuncti obitum factam fuisse necesse est, & hæc prima electio ejus non quidem ab omnibus Lotharingiæ Proceribus, sed à paucissimis Ricuino videlicet Comite aliisque Consanguineis illius revera etiam facta est A. 920., in odium Caroli Simplicis R. Fr. Occident., & quidem occasione Abbatiæ S. Servatii Trajectensis, quam Raginerio Patri ejus à Zuendibolcho Lotharingiæ Rege quondam gratitudinis testandæ ergo donatam, atque diplomate firmatam, idem Rex Carolus Rutgero Archi-Episcopo Trevirensis alio diplomate, dato A. 919. restituit: quo tempore Eberhardus jam dudum Palatii Curam gesserat in Aula fratris sui Conradi I. Imper. A. 911. electi; Proinde nihil contrarii infert, nec obstat distinctio, quæ facta est inter primam Giselberti D. electionem A. 920. juxta Flodoardi testimonium factam, & secundam sub Henrico I. Imp., quæ incidit, in A. 925., teste eodem Flodoardo in Chronico. De prima autem Giselberti electione placet hic subjicere Chr. Butkensii ex ipsis actis & Re-

gum

gum diplomatibus loquentis sententiam, l. de Trophæis Brabantiæ l. 2. c. 4 p. 59 h. m. *Etant le Prince Raginier son pere tres passé* (A. 917.) *il* (Giselbert) *luy succeda en la plus part des benefices & honneurs, qu'il avoit tenu & entr' autres en l'Abbaye de S. Servais à Mastricht; ce que causa peu apres des querelles entre luy & Ruoger Archevesque de Treves, qui reclama la dite Eglise incontinent apres la mort de Raginier de qui luy & Ratbode son predecesseur avoyent aucunement redoubté la puissance, les plaintes furent donneés à Charles Roy de France, qui pour lors tenoit aussi le Royaume de Lorraine, & fut l'affaire remit aux Comtes & Eschevins du Palais Royal & autres du Conseil, qui en l'an 919. jugerent, que ladite Eglise competoit de droit à l'Evesque de Treves, ce que le Roy Charles confirma par ses lettres donneés en son Palais à Herstal le 6. Juin* 919. &c. *Et pour plus grande asseurance de cet arret le Roy le rassia encor par autres lettres donnees à Thionville* 9. *Juill. A.* 919. (v. Miræi Donat. Belg. l. 2. c. 55.) *Cecy desplent merveilleusement au Prince Giselbert, qui jugeoit, que son pere avoit tant merité au service du Roy Charles, qu'il ne devoit etre traité de la façon, il commenca à machiner Choses nouvelles, sur le Changement de l'Etat, & come il estoit Prince puissant & valeureux, le Comte Rienin & autres des premiers de Lorraine s'attacherent à son party, & abandonnants celuy du Roy Charles, l'esleverent pour leur Prince, come rapporte certain Autheur* (*Flodoard.*) *sur l'an* 920. &c.

§. 12. p. 506. ad verba: *quod nudum Aulæ officium* (dignitas scil. Comitivæ Palatii) *pro arbitrio Regum concedatur, non vero, quod Principatus Rhenensi annexum sit.*

Resp. Distinguenda sunt tempora; Caroli enim Magni tempore, qui rejectis & abrogatis Majoribus Domus, & Imperii Ducibus, Palatii Comites omnium primus instituit, officia hæc non perpetua & ad hæredes transitoria, sed ambulatoria fuisse facilè, cum distinctione tamen concedimus: exstinctis vero Carolingis, Imperioque ad Saxones translato, officia hæc & specialiter quidem dignitatem Comitivæ Palatii Principatui seu Marchiæ Terræ Rhenensis certissimè annexam jam fuisse, vel solo Eberhardi Palatini jam memorati ejusque successoris Hermanni exemplo ostenditur atque firmatur; Illo enim A. 938. proscripto & A. seq. occiso, Hermannum Bavarum Arnulfi Ducis filium in ejusdem Eberhardi locum, videlicet in Palatii Comitem, seu, ut Aventinus loquitur, Prætorio Præfectum à Cæsare electum, simul etiam dicto Eberhardo Palatino & Duci seu Marchioni in eadem Marchia Franciæ Orientalis seu Terrâ Rhenensi eidemque annexis juribus & Privilegiis v. gr. in Archi officio, Advocatiâ Ecclesiæ Trevirensis, Aquisgranensis aliarumque in Wilhelmi Com. Juliacensis literis recognitionis feudalis de A. 1230. expressarum, quas ex Freheri Orig. Palat. in Historia Pal. c. 3 p. 96. dedimus, plenissimè successisse, ex supradictis & ejus ævi Historiâ, inprimis etiam ex Monacho Browillerensi Ezoni Rheni Palatino Hermanni dicti filio ferè coævo, non minus certum quàm indubitatum est; atque hæc jura & Privilegia à Majoribus accepta ejusdem Hermanni filii & nepotes, Ezo videl. Otto, Henricus de Lacu cæterique Rheni Palatini constanter retinuerunt atque ad posteros transmiserunt.

§. 15. p. 507: *Certè hac facem præferre videntur ei, quod in primis ludis Equestribus sub Henrico I. & florentibus Eberhardo ac Giselberto, duo Conradi memorantur, alter Dux Franciæ, alter Comes Palatinus Rheni, qui ut summi Duces ludis Equestribus ratione utriusque Provinciæ præfecti fuere apud Goldast. t. 1. Const. p. 213. & sic vixit tum Conradus ex Veteri Francorum prosapia, Dux tum ad Mosellam, tum bellorum, qui* (lege quæ) *tunc in Lotharingia inter vicinos gerebantur v. Melancht. & Peucer. in Chron. Carion. l. 4. p. 526. Hic itaque Conradus, qui terram Rhenensem superiorem Ducatu suo complexus est, vel filius saltem ejusdem nominis, videtur fuisse ille, qui primis ludis Equestribus ratione terræ Rhenensis præfuisse dicitur. Ita & alius tum fuit Conradus Dux Franciæ & ipse dictus ac Wormatiæ (hæc enim non pars Lotharingiæ, sed ex divisione filiorum Ludovici I. inde separata, & Franciæ pars fuit) qui adeo alter ille videri potest, qui ratione Franciæ præfuit his ludis.* Unde patet, quod diximus, utriusque

hujus

hujus Provinciæ nondum constitutum fuisse certum Ducem, sed personis variatum fuisse.

Resp. Hic egregiè fallitur quoque Excellentiss. vir, dno hic & §. 8. Conradi, pater & filius memorantur, quorum alter *Conradus Senior* dictus, bello implicitus fuit ad Mosellam, quod, misso cum copiis in Lotharingiam filio suo Conrado, cum vicinis Gerhardo videl. ejusque fratre Matfrido Comitibus gesserat, cujus Melancht. & Peucer. in Chron. l. 4. p. 526. ex Reginone ad A. 905. meminere, & ego in Hist. Pal. c. 7. p. 177., pater fuit Conradi I. Imper., teste Reginone ejusque Continuatore Witekindo l. 1. cujus etiam Genealogiam jam supra ad §. XI. exhibuimus; Hic verò ludis Equestribus sub Henrico Aucupe A. 935. Magdeburgi, ut volunt, celebratis, interesse per leges naturæ non potuit, ratio istius est, quia idem ille Conradus jam dudum ab Alberto Comite Bambergensi Consanguineo suo, quem Hepidanus in Annal. *Decus Francorum* appellat, A. 905. 27. Febr. juxta Fritzlatiam occisus fuerat, testibus Reginone ad 905. ejusque Continuatore ad A. 911. & Witekindo, *sepultus*, ut idem Witekindus. *ab uxore* (Glismode) *& filiis* (Conrado postea Imperatore & Eberhardo Palatino nostro) *Wileneburgi* id est Weilburgi, quod oppidum & Castrum hodie Nassovicum, sedes quondam Conradi jam memorati, à fluviis die Wils, Weil, & die Lahne / Lane confluentibus nomen obtinuit. Si itaque Conradus hic, qui bellum in Lotharingia gesserat, jam A. 905. occisus fuerat, quomodo ludis his Equest. ab Excellentiss. viro memoratis Annoque 935. celebratis interesse potuit? wird also nothwendig dieser Conradus haben müssen wider vom den Todten aufferstehen / wann er auf dem A. 935. zu Magdeburg angestelten Tournier, wie behauptet werden will / mit andern erschienen. Proinde Veterum monumenta prius penitius inspicienda esse moneo, quam aliorum Scripta iisdem tanquam solidioribus fundamentis innixa refutare.

2. Conradum *Franciæ Ducem* fecit, quem Veteres Regino ejusque Continuator, Annales Hildesheim. ad 905. Marianus Scotus, Chronicon Reichersbergense p. 128. ex edit. Gobwoldi, adde Meibomii not. ad Witekind. p. 674. non nisi Comitem vocarunt. Certè falsissima quoque sunt, quæ tradunt Urspergensis & Albertus Stadens. in Chron. ad A. 907. & cum his Trithemius in Chron. Ducum Bav. & Comitum Palat. Rheni, A. Crantzius in Sax. l. 2. c. 33. l. 3. c. 1. p. 66. & in Metrop. l. 2. c. 25. Lazius l. 8. Migr. Gent. p. 410. Irenicus Exeg. Germ. l. 3. p. 80. Bunting. in Chron. de Brunsw. p. 20. Henningesius & Æl. Reusnerus in Genealog., Hedio in Chron. p. 3. p. 343. Browerus in Ann. Trev. ad 910. p. 445. & ad A. 905. p. 443. J. L. Gothofredus in Chron. 4. Monarch. p. 5. p. 477. Gewoldus l. de septemv., Hofman in Genealog. Comitum Palat Rheni aliique recentiores quando *Conradum* hunc non solum *Lotharingiæ Ducem*, sed etiam *Arnulfi Imp. filium* fecere, qualis nunquam fuerat, ut aliquando libro peculiari ex antiquitate Historica ostendam. Gravissimè quoque errant Gobwoldus, Lehmannus in Chron. Spir. l. 2. c. 16. Vadianus apud Goldast. t. 3. Antiq. Alem. p. 51. J. Tackius in Arbore Genealog. Landgrav. Hass., Lazius, Henningesius, Hofmannus aliique supra memorati, quando eundem Conradum nostrum Arnulfi mali Bavariæ Ducis (quem Arnulfi Imp. filium fingunt) fratrem quoque constituunt, à Trithemio proculdubio decepti, qui in Chronico Ducum Bav. & Comitum Palat. Rheni *Ludovicum III., Conradum* nostrum *Lotharingiæ Ducem*, Conradi I. Imp. Herbipoli sepulti patrem, & *Arnulfum* Bavariæ Ducem, *fratres*, atque ex uxore 2. Arnulfi Imp. nomine *Lücardâ* natos, & simul Ludovicum Arnulfi Imp. filium *Lucardis*, quæ Ludolfi D. Saxoniæ filia & Henrici Aucupis amita fuerit, maritum fuisse somniat. Quod verba, tot somnia. Nam 1. falsum, quod Conradus noster Dux fuerit Lotharingiæ 2. falsum, quod Conradus I. Imp. *Herbipoli* sepultus fuerit, 3. falsum, quod Arnulfus Imp. 2. uxores habuerit, quarum altera non uxor, sed concubina ejus fuerat, ex quâ natus Zuendibolchus Loth. Rex. 4. falsum, quod Arnulfus Imp. uxorem habuerit no-

mine Lucardem, & ex eâ procreaverit Ludovicum; Ipse enim Ludovicus Rex in diplomate dato A. 903. 2. id. Aug. Oetingæ Monasterio S. Emerani matrem suam non Lucardem sed *Outam* vocat. v. Gretseri l. de Divis Bamberg. p. 525. Aventinus eam *Utam* & ipse Arnulfus Imp. in diplomate apud Meibomium Conjugem suam *Odam* vocat. 5. falsum, quod Arnulfus Imp. ex uxore Lucarde præter filium Ludovicum etiam Conradum nostrum & Arnulfum Malum Bav. Ducem procreaverit, cum ex testimonio Reginonis Continuatoris ad A. 907. Auctoris Coævi, Chronici antiqui Monasterii. S. Galli apud And. du Chesne t. 3. Script. Fr. p. 570., Ottonis Frising. in Chron. l. 6. c. 16. certum sit, Arnulfum Bavariæ Ducem non Arnulfi Imp., sed *Luitpoldi* Ducis Bav. Oriental. A. 907. 9. Aug. juxta Ansburgum prælio contra Hunnos cæsi filium fuisse, consentiunt Aventinus l. 5. A. B. Meibomius in not. ad Witekind. l. 1. p. 676. Crusius p. 2. Ann. Suev. l. 1. p. 16. Brunnerus l. 7. A. Bav., N. Cisnerus in Frid. 2 Imp. p. 142. Mich. Beuterus in animadvers. ad Geneal. Bav. Bolandus in Actis Sanct. ad 25. Febr. p. 540. D. Blondellus in Geneal. Franc. p. 205. §. 6. Adlreitzerus in Annal. Bavar. aliique quamplurimi.

Conradus itaque neque Dux Franciæ, neque Dux Lothatingiæ unquam fuit, sed Marchio potius dicendus Franciæ Orientalis. *Ducatum* quidem *Thuringiæ* sed non nisi exiguo tempore tenuit, teste Reginone ad A. 892. h. m. *Ducatus* (Thuringiæ) *quem tenuerat* (usque ad A. 892. Poppo, Henrici Marchionis à Normannis A. 867. juxta Parisios occisi frater) *Conrado* (Franco, Domino Wilenebur-gi) *Commendatur, quem pauco tempore tenuit, & suâ sponte eum reddidit. Deinde Burcardo Comiti committitur, qui eum hactenus strenuè gubernat.* v. & Meibomii not. ad Witekind. p. 674. Hic Burcardus Dux A. 910. (alii A. 908. & A. 907. ponunt) prælio cæsus fuit ab Hunnis v. Annal. Hildesh. ad A. 909. Marian. Scot. ad 908. Lambert. Schafnab. ad 909. Chron. Austral. ad 911. adde Sâgittarii Epist. ad Schilterum p. 43, Bucelini Annal. Germ. p. 56.

3. Fallitur quoque in eo, quando vel Conradi jam memorati filium *Conradum ratione Terræ Rhenensis* ludis Equestribus A. 935 sub Henrico Aucupe interfuisse autumat, cum ex omnium etiam coævorum Historicorum unanimi consensu certissimum sit, Conradum hunc Conradi A. 905. occisi filium jam dudum ante Henricum Aucupem è vivis excessisse, adeoque ludis hisce per naturæ leges interesse non potuisse, siquidem is in Regem A. 911. electus vitam jam A. 919. cum morte commutaverat. Et si forte alium adhuc *Conradum* Henrico I. Imp. coævum ex Francis itidem oriundum, mihi licet nondum objectum, in medium producere velimus. Eberhardi videlicet Palatini nostri filium in rebellione postea Lotharingensium A. 953. occisum: neque etiam hunc ludis hisce A. 935. vel Comitis Palatini Rheni vel Franciæ Ducis titulo interfuisse ex eo liquet, quod Conradus ille vivente adhuc Patre Palatino & Franciæ Duce atque in Aula Henrici I. summâ gratiâ florente, Ducis vel Comitis Palatini Rheni titulum gerere per ætatem puerilem, in quâ adhuc constitutus erat, non potuerit, cum eâ tempestate Ducum vel Principum filios *non Duces* sed *Comites* appellatos fuisse, jam dudum à Blondello in scriptis contra Chifletium, Andreâ du Chesne, J. Schiltero aliisque Eruditis. Viris ex Antiquitate Historica luce meridianâ clarius ostensum probatumque fuerit. Deinde Comitis Palatini Rheni titulum sub Henrico I. nondum usitatum fuisse firmiter mihi persuadeo, atque tamdiu credo, donec ex antiquitate Historica contrarium probetur; sub Hermanno demum Bavaro, Eberhardi Palatii Comitis successore, eo in primis tempore, quo rerum & Provinciarum Imperii facies multum immutata, Lothatingia ante hac amplissima in varios Ducatus Comitatusq; divisa, & Bruno Archi-Episcopus Coloniensis simul novo & hactenus inaudito, imo Veterum Francorum ævo penitus abhorrente exemplo *Archi Dux Lotharingiæ* à fratre ejus Ottone Cæsare constitutus fuerat, Comitis *Palatini Rheni* titulum primitus in usum receptum, Hermannumque Palatinum de Eberhardi ditionibus Du-

cis

cis & simul novo hactenus incognito Comitis Palatini ad Rhenum titulo omnium primum à Cæsare investitum fuisse verisimile judico.

4. Fallitur & in hoc Excellentiss. Vir, quando adhuc alium *Conradum* Ducem, quem Frisingensis *Wormatiensis* titulo distinxit, alii *Sapientis* cognomine illustrarunt, iisdem ludis Equestribus sub Henrico I. A. 935. Magdeburgi celebratis Franciæ Ducis titulo interfuisse putat. Hic verò Eberhardi Palatini Ducisque Franciæ ex fratre Wernero Comite nepos & Ottonis I. Imp. gener; cujus Genealogiam supra dedimus, iisdem ludis eâ inprimis ex ratione *Franciæ Ducis titulo* insignitus interesse non potuit, quia ejusdem Patruus Eberhardus summâ apud Henricum Aucupem gratiâ benevolentiâque florens, eandem dignitatis prærogativam adhuc A. 935. constanter retinuit: Deinde etiam cum idem Conradus, A. 947. quo Ottonis I. Imp. filiam uxorem duxerat, adhuc juvenis dicatur, eandem dignitatem & quidem adhuc ante A. 935. per ætatem obtinere non potuit.

Porro Conradum hunc Cogn. Sapientem Lothar. Ducem cum Meibomio in not. ad Witekind. p. 684. aliisque non confundendum esse obiter moneo cum alio Conrado Oeningensi Meraniæ Duce, etiam Ottonis I. Imp. genero, qui defuncto jam Conrado Franco Loth. Duce, cum Ottone I. Imp. A. 962. in Italiam profectus est, de quo Eccardus l. de Calib. M. S. Galli c. 31. apud Goldast. t. i. Antiq. Alem. p. 244.

Deinde num Conradus Francus noster Werneri Franciæ Comitis filius præter Lotharingiæ Ducatum, illum quoque Franciæ unquam obtinuerit, res nondum satis clara, egoque ipse dubius adhuc hæreo, licet in Hist. Palat. p. 23. potissimum ex autoritate Ottonis Frising. illud cum aliis affirmaverim, qui tamen expressis verbis hoc nondum testatus est, eundem l. 6. c. 20. non nisi *Illustrem Ducem Wormatiensem* vocando: quo tamen Wormatiensis Ducis titulo nihil aliud, quàm *Burgraviatum Wormatiensem* certis quidem sed paucis limitibus distinctum intelligo. Deinde Otto Frising. de ejusdem Conradi avo, Conrado, Conradi I. Imp. patre sibi ipsi non certo constat l. 6. c. 20. ubi de Origine ejus hæc tradit: *Hunc* (Conradum I. Regem) *quidam Ludovici* (3. Imp.) *fratris* (Conradi Com. Franconiæ) *filium fuisse dicunt*, &c. quod tamen falsissimum, alibi libro peculiari ostendam. Somniat quoque Trithemius, quando in Chronico D. Bav. & Comitum Palat. Rheni crassissimis erroribus referto, Conradum Francum nostrum *Bavariæ* quoque *Ducem* vocat & Megiser, qui in Chron: Carinth: eum etiam *Archi Ducem Carinthiæ* constituit.

Hoc interim ex veterum testimoniis certum est, Conradum Francum desponsatâ sibi Luitgarde Ottonis I. filiâ, Lotharingiæ Ducatum defuncto A. 944. Ottone Duce obtinuisse v. Flodoard ad 944. & 945., sed postea ob rebellionem cum Luitolfo Cæsaris filio concitatam, eodem iterum A. 953. privatum, in gratiam tamen A. 954. receptum, Burgraviatum Wormatiensem, retento tamen, ut verisimile, Ducis titulo, à Cæsare obtinuisse, hinc *Wormatiensis* ab Ottone Fris. aliisque dictus fuit, de quo Reginonis Continuator hæc tradit: *Conradus Dux omnium divitiarum, quas habuit, nudus, in gratiam tamen intromittitur. vitâ, patria & prædio* (NB. non Franciæ Ducatu, sed Comitatu, quem pater Wernerus possedit) *contentus*. &c. Et Trithemius in Chron. Hirs. t. 1. p. 100. h. m. Ad Imperatorem lacrymis revertitur, orans Deum, ut in pœnam & satisfactionem perfidiæ suæ in bello Hungarico ab Hungaris perimeretur, quod & factum est, &c. prælio scil. Ottonis I. contra eos A. 955. 10. Aug. in Campis Lycatiis juxta Augustam Vindelic. v. Witekind. Ditmar. Ottonem Frising. &c.

Ex omnibus itaque jam memoratis Conradis ne unum quidem ludis hisce Equest. sub Henrico I. A. 935. celebratis, Franciæ Ducis vel etiam Comitis Palatini Rheni titulo interfuisse vel interesse potuisse certum est. Proinde falsissima, quoque esse, quæ Georg. Rüxnerus lib. de Torneamentis ex proprio cerebello confinxit aliisque incautis ad credendum obtrusit, utpote qui Comites quosdam addu-

adduxit, nominaque eorum malitiosè effinxit, qui nunquam in rerum natura fuere, atque non uno tantum in loco, sed centies ab Eruditis jam falsitatis convictus fuit, ut a Stumpfio, Münstero, Aventino, Spangenbergio in Chron. Querf. l. 4. c. 43. & in Chron. ejus Mansfeld p. 170. Goldasto, Hundio in Præf. ad **Bayerisch Stamb**, Meibomio NB. in not. ad Chron. Schauenb p. 530. & in Chron. Corbej. p. 738., Boeclero, Casp. Sagittario diss. MSta de Ruxnero exenterato, Tentzelio diss. de Beichlingiis Com. p. 9. ubi Ruxneri l. de Torneam: Monstrosis figmentis refertum vocat. Et Boeclerus lib. de rebus seculo 9. & 10. gestis p. 263. h. m. Dousa in Annal. Holland. aliique notarunt in libro Torneam: magnum argumentum à silentio Historicorum ejus ævi omnium. &c. Sic quantum discrepat annotatio temporis, Ruxnerus A. 939. alii 938., Cuspinianus A. 940. natalibus harum legum ab Henrico latarum deputant, manifesto errore post Henrici obitum; rectius Aventinus diligentissimus investigator Antiquitatis Patriæ rem confictam prætereundo damnavit. huc usque Erudit. Bœclerus. Quomodo autem librum suum consarcinaverit Ruxnerus, J. Tentzelius in Dial. Menstr. de A. 1704. p. 310. & seq. exposuit hoc modo: Georgi Ruxnerus author libri Torneam: **hat seinem Vorgeben nach zu Magdeburg einen alten** Codicem **von Turnier-Spielen in Nieder-Sächsischer Sprach gefunden / und weil er derselben nicht kündig / an Johannis Pfalzgrafen zu Simmern Hoff von Joh. Kirchbergern in das Hoch teutsche übersetzen lassen / worauf dieser auf Rüxners Begehren / in dessen Gegenwart das alte** MStum **ins Feuer geworffen / daher Rüxner prahlet / daß diß Ritterspiel von niemand anders als von ihm an das Tageslicht gebracht worden &c.** Et paulo post: **daß er viel in** Genealogicis fingiret / **neuere vor älter ausgegeben und viel andere Schnitzer mehr / die** Casp. Sagittarius in Rüxnero exenterato diss. adhuc MSta **angezeuget / begangen habe.** Struvius l. de Bibliothecis **Zeuge / daß es mit dem Madeburg nur ein Gedicht und der** Codex **nur dem Kirchberger** privatim **zugehöret habe /** de quo etiam fusius in Struvii disp. de Ludis Equestr. sub præsidio D. Schubarti.

Pro dictorum denique confirmatione unicum saltem exemplum ad res Palatinas spectans ex Rüxnero subjiciamus tradente, *Ottonem Comitem Palatinum Rheni cum uxore sua Gertrude, Henrici Palatini filiâ, in Torneamento Wormatiæ A. 1209. die lunæ post festum Purificationis S. Mari celebrato adfuisse.* Quam falsa verò hæc sint atque conficta, nemo non videt, qui ejus temporis res Palatinas vel leviter cognitas habet. 1. Anno enim 1209. non Otto, sed Henricus Brunswicensis Rheni Palatinus exstitit, quo A. 1215. à Friderico 2. proscripto, Imperator Palatinatum Rheni in Ludovicum Ducem Bavariæ, Ottonis jam dicti patrem demum transmisit. 2. Ottoni, (qui A. 1205. vel 1206. natus fuit, patre Ludovico D. Bav. & Ludmillâ Alberti Comitis à Bogen viduâ, quam A. 1204. exeunte sibi matrimonio junxerat v. Hist. Palat. p. 369.;) jam A. 1209., si Displacet, Rheni Palatino, eo tempore 3. vel 4. annorum infanti uxorem adscribit Gertrudem Henrici Palatini filiam. 3. Henrico Rheni Palatino filiam affinxit nomine *Gertrudem*, quæ jam ante annum 1209. Ottoni Palatino Rheni nupserit, cum ex antiquis literarum documentis certo certius constet, eam non Gertrudem, sed Agnetem dictam, eamque non jam ante A. 1209. quo vix nata erat sed A. demum 1225. Straubingæ præsentibus multis Principibus ipsi matrimonio junctam fuisse. v. Hist. nost. Palat. n. 17. p. 376.

Quare cum omnia supradicta Excellentiss. Virum latere non possint, mirari satis non possum, quòd causam Ruxneri jam dudum ab Eruditissimis rerumque Historicarum callentissimis viris explosam notoriéque falsam, hîc §. 16. defendendam susceperit: meo certe judicio Rüxnerum, si ad huc in vivis, ob manifestissima crimina falsi, quibus non uno in loco, sed centum aliis jam ab Eruditis luce Meridianâ clarius ostensis tot tantasque Illustrissimorum Principum ac Comitum Genealogias inquinaverit, eadem pœnâ, quâ Franciscus de Rosieres ob similia crimina

falsi

falsi & manifestam corruptelam in diplomatibus Regum & Principum deprehensam affectus, ita ut A. 1583. publicè flexis genubus coram Henrico Gal. Rege Palinodiam edicto Regis ad posteritatis cautelam divulgatam, canere coactus fuerit, afficiendum quoque esse non sine ratione pronuncio, Atque hæc ad §. 16. respondisse sufficiant.

§. 17. p. 509. *Hermannum verò & ejus filium Ezonem non nisi nudum Comitis Palatini officium gessisse in Aula Regis, non autem fuisse Comites Palatii Rheni existimo. Non enim fuere illi Principes terra Rhenensis: neque ex eorum temporum monumentis apparet, ipsos successisse Conrado Ottonis I. genero in Ducatum Lotharingia; sed huic in illo Ducatu Brunonem Ottonis fratrem successisse memorant, nulla hujus Hermanni mentione facta v. Ditmar. Chron. l. 2. p 30. Witekind. l. 1. circa fin. Reginon. l. 2. p. 441. (qui Brunonem ait totius Lothariensis regni Ducatum suscepisse.) Sigebert ad A. 957. Æmil. l. 3. in Lud. 4. p. 93.*

Resp. Veteres quod sua ad posteritatem transmittenda non ita clarè & distinctè in Scriptis suis exposuerint, de hoc jamdudum quamplurimi Eruditi conquesti sunt; Si enim Veterum Francorum Annales & Chronica, imo ipsa etiam Principum diplomata rudi quandoque penicillo exarata inspiciantur, certè quam plurima incondita, intricata, atque dubia paucis iisq; obscuris verbis pro sæculi ruditate tradita, imò quandoq; somnia aliaq; inutilia diligenter annotata, res vero scitu maximè necessaria minimè offendes v. Melancht. Præfat. ad Ursperg. & A. Crantz. qui l. 4. Sax. c. 28. & 39. h. m. Mira, inquit, temporum incuria, quod res præclaras non miserint in literas, quâ in re flagitiosa Scriptorum negligentia detestanda est. Et Camerarius in Comment. ad Chronol. Nicephori ita: Veteres, qui quasi posteri præsentes essent, atque omnes æquè ac ipsi, quæ exponerent, explorata haberent, ita nihil explicatè, nihil distinctè retulerunt; addè Rittershus. ad Ligurin. Freheri. not. ad Pet. de Andlo, Freinsheimii tract. de Vicariatu Palat. &c. Ita Ex gr. in literis Henrici Epis. Wormat., quibus A. 1225. Rheni Palatino Castrum cum Burgo Heidelberg & *Comitia Stalbubel* in feudum concedebantur, comitia illa, quæ qualisque fuerit, ubinam locorum sita, quibus pagis vel limitibus distincta, hæc ceu essentialia & relatu maximè necessaria supinâ quadam negligentiâ incuriâque Veterum penitus omissa fuere, ita ut hodieque ignoretur, ubi Comitia illa extiterit.

Pari quoq; ratione, quod in Veterum Scriptis & Principum diplomatibus, *Rheni, Saxonia, Bavaria, Suevia* vocabula tituliq; Palatinis non adjecti fuerint, id sæculi ruditati condonandum esse censeo, cum ea non tantum sæculo 10. sed & 11. imo 12. & adhuc sub Friderico I. usu stiloque Curiæ receptum fuisse constet, ita quidem, ut quasi superflua judicata, eo quod Palatini notorii & in Imperio omnibus noti fuerint. Ex gr. in Diplomate Lotharii II. Imp. dato A. 1135. 16. Kal. April. hi testes memorantur: *Wilhelmus Palatinus, Fridericus Palatinus, Otto Palatinus.* v. Cod. nostr. Diplom. Pal. p. 42. Certe siquis Historiam istius temporis non probè cognitam habet, non facilè definiet, quinam & cujus Provinciæ Palatini isti fuerint; qui vero Historiam resque eorum gestas optimè exploratas habet, non hæsitabit, sed facili negotio eos distinguendo se expediet. *Wilhelmus*, enim hic memoratus *Palatinus* fuit *Rheni*, Sigefridi Palatini Rheni A. 1113. defuncti filius, *Fridericus* verò *Palatinus Saxonia*, Friderici Senioris Sommerseburgici Saxoniæ Palatini A. 1120. defuncti filius, & *Otto* denique *Palatinus* fuit *Bavaria*, Ottonis III. Wittelsbachii in Palæstinâ A. 1103. prælio cæsi filius & Ottonis V. seu Magni A. 1180. in Ducem Bavariæ electi pater. Ita in alio ejusdem Imperatoris diplomate d. 1134. 7. May testes adducuntur: Albertus Marchio, Conradus Marchio, Henricus Marchio, *Fridericus Comes Palatinus* (scil. Saxoniæ) *& Wilhelmus Comes Palatinus* (scil. Rheni) v. Maderi Antiq. Brunsw. p. 230. In alio Conradi III. diplomate d. 1138. 4. id. April: testis *Wilhelmus Comes Palatinus.* In alio ejusdem Regis d. 1138. 5. id. April. testis *Wilhelmus Comes Palatinus.* In alio ejusdem d. 1138. 3. id. April. testes hi: Wilhelmus Comes Palatinus, Walramus Dux, Henricus filius ejus &c. Ne quis

autem hunc Wilhelmum alium, quam Rheni Palatinum sibi fingat, ex ejusdem Sigillo probo, quod in Originali vidi, ubi hæc verba leguntur: *Willehelmus Comes Palatinus De Reno* v. Hist. nost. Palat. p. 227. & 364. Ita in Henrici IV. Imp. diplomate dat. 1104. 4. Non. Mart. Mentio fit *Friderici Comitis Palatini* (scil. Saxoniæ) *& Sigefridi Comitis Palatini* (scil. Rheni) v. Cod. nostr. diplom. Pal. p. 35.

Quod vero Veteres vocabulum titulumque *Rheni* hisce Palatinis antiquissimis non adjecerint, hac in re non mea sed veterum oscitantia & negligentia incusanda est (daß sie nicht mit grösserer accuratezza geschrieben) Interim, ut Cl. Viro satisfaciam, *Hermannum*, ejusque filios & nepotes sibi invicem succedentes, *Ezonem* videlicet & *Ottonem*, *Henricum Dominum de Lacu*, & hujus in Palatinatu Rhenano successorem *Sigefridum*, ejusdemque filium *Wilhelmum*, non nudos Palatinos Aulæque Cæsaris Officiales, sed revera *Rheni Palatinos*, Rhenique Palatinatus perpetuos possessores exstitisse ostendam.

Diximus jam supra ad §. 10. & 12. 1. Hermannum Arnulfi potentissimi Bavariæ Ducis filium, & Arnulfi Schirensis Bavariæ Palatini fratrem, Eberhardo Palatino proscripto atque non diu post A. 939 defuncto, qui, ut supra ostendimus, Marchiam Franciæ Orientalis, id est Terram Rhenensem, seu, ut ex Chronico Lauristhaimensi vidimus, *eam Regni partem, quæ circa Rhenum est*, indubitatè possedit, in eadem dignitate terrisque Palatinis Cæsaris beneficio successisse, quemque Aventinus diligentissimus certè Historiæ patriæ Scriptor, qui hæc non ex proprio cerebello confinxerat, sed ex antiquis probatisque rerum Documentis, quorum bona pars adhuc inedita, hauserat, *Prætorio Præfectum* non sineratione nuncupans, eodem quoque tempore à Cæsare electum l. 4. Annalium Bav. rectè docuit; quod non solum Ditmarus l. 4. p. m. 92. sed etiam Monachus Browilletensis in vita Ezonis Palatini Hermanno jam dicto nati clarissimè confirmare videntur.

2. Hermanno hoc Palatino in eadem dignitate Terraque Rhenensi suffectus filius *Ezold est Erenfridus*, teste Monacho Browillerensi Scriptore antiquissimo fideque dignissimo, eo quod ipse A. 1060. vixit in Monasterio Browillerensi ab ipso Ezone Palatino A. 1024. fundato, cujus verba ex editione Papenbrochii in Actis Sanct. t. 5. May. p. 50, & Clarif. Leibnitzii in Script. rer. Brunswic. p. 314. hæc sunt: Erenfridus totius Galliæ Principum cum esset corporis elegantia venustissimus, mentis industriâ prudentissimus, animi magnitudine fortissimus, ad disponenda negotia tam privata, quàm publica discretissimus, *Regalis Palatii Apicem jure paterni Sanguinis Strenuissimè gubernando* eo profecit honoris, ut suam semper gloriam pluris, quam accepisset, efficeret decoris. &c. Siquidem *Imperatrix* (Theophania Ottonis III. tutrix) *in disponendis Galliæ Germaniæque negotiis viri prudentissimi Domini Ezonis semper intenta consilio, cujus nunquam adhuc decenter perficienda vacabat auxilio*, in Aquisgrani Palatio morabatur cum filio (Ottrone III.) ac ipsum (Ezonem) etiam apud avum (Ottonem I. Imp.) apud patrem (Ottonem II.) postremo apud semetipsum (Ottonem III.) plurimum potuisse &c.

Porro Imperatores *Henricus II.* in diplomate dato Romæ 1014. apud Baronium in Annal. Eccles. ad 1014 & Goldast. t. 1. Const Imp. p. 229. & *Henricus III.* in diplomatis Monasterio Browilletensi A. 1051. 10. Kal. Aug. concessis. v. Cod. nost. Diplom. Palat. p. 24. 26. 27. 28. superiora confirmantes, eundem *Ezonem S. Erenfridum* agnoverunt quoque *Comitem Palatinum* scil. *Rheni*, eâ quidem ex ratione, quod ejusdem Ezonis ex fratre nepos, & Ottonis Palatini Ezone nati in Palatinatu Rhenano successor, Henricus videlicet Dominus de Lacu se ipsum in literis & Sigillo scripserit Comitem Palatinum Rheni v. Hist. nost. Palat. p. 227. & 364. & in Cod. Diplom. Palat. p. 32.

3. Erenfrido autem hoc Palatino, Mathildis Ottone II. Imp. natæ marito A. 1034. 21. May. defuncto, successit in eadem dignitate Palatina *filius Otto*; atque hoc Rheni Palatino A. 1045. in Sueviæ Ducem electo, testibus Hermanno Contracto, Monacho Browillerensi, Ursperg., Aventino, Crusio &c. Patruelis ejus

Hen-

Henricus Dominus de Lacu in ejusdem Palatini locum Goslariæ eodem tempore substitutus est à Cæsare Henrico III., teste Monacho Browillerensi coævo in vita Ezonis h. m. *Otto* igitur filius ejus (Ezonis) qui erat aspectu venustus, statura procerus, affatu jucundus, *patriis rebus & honore dignus hæres substitutus est*, &c. Qui (Henricus II.) cum regnare cæpisset (A. 1039.) exortâ contra eum Gothofredi Ducis (Lothar.), & Baldewini Comitis (Flandriæ) invidiâ ad excitandum plurimis perniciosissimum Mortalibus tumultum, multa quidem passus est adversa; quæ quamvis cum difficultate, supradicto tamen Archi-Episcopo (Coloniensi) *Hermanno & fratre ejus Ottone Comite Palatino, quos præomnibus sui semper laboris & gloriæ consortes habuit*, laboriosissimè secum decertantibus, simul & eum gloriosissimè in omnibus adjuvantibus, superavit universa. Si quidem Imperatori *Comitis Palatini* (Ottonis) non solum fidem sed & virtutem sibi summoperè appetendam fore ea res maximè suadebat, quæ & tunc recens erat, & magnam ubique viro laudem circumferebat. &c. Hinc Imperator majoris volens dignitatis gloriâ virum extollere, acceptâ ab eo *Insulâ S. Suviberti* atque *Duysburg* Suevorum ei committit Ducatum (A. 1045 in Pasehate Goslatiæ v. Herman. Contract.) *Henrico ejus Patrui* (Hezelini, fratris Ezonis, teste Henrico III. Imp. in diplomate de A. 1051. v. Cod. nost. Diplom. Pal. p. 27. sub lit. G. & p. 26 sub lit. B. & E. ad & Aventino l. 5.) *filio* (Domino de Lacu) *Palatii officium substituto* (A. 1045.) quittraditum omnium ferè mortalium favorabili erga eum habita dilectione gloriosè gubernans, tertio proh, dolor! ejusdem Ducatus Anno VII. idus Septembris (quem diem emortualem nullus Veterum annotaverat) immatura morte in Castro Conabs (lege Tonabc., id est Tonaburc ordinaria Ezonis cum familia sedes, ubi etiam ipse Otto in lucem editus fuerat) diem clausit extremum &c. hucusque Monachus Brovvillerensis.(Anno 1047. vel seq., quæ confirmant Hermannus Contractus, Marian. Scot., Annales Hildelheim. ad Anno 1047.)

Henricum autem hunc *Dominum de Lacu*, Ottonis Palatini & Sueviæ Ducis patruelem atque in Palatinatu Officioque Comitivæ Palatii successorem, ab ipso Cæsare Henrico III. electum, & A. 1045. Henrico Imp. Francofurti gravissimè decumbente, ad ipsum Imperium destinatum, teste Aventino l. 5., verum & indubitatum *Comitem Palatinum Rheni* exstitisse, probo ex ejusdem Henrici Sigillo & literis ante sexcentos & quod excurrit annos exaratis, quas vid. in Cod. Diplom Palat. p. 32., quarum autographum & Originale ego vidi in Monasterio Lacensi ab ipso fundato diæceseos Trevir: in quibus hæc verba leguntur: *Ego Heinricus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dominus de Lacu*, &c. Et in sigillo ejus hæc: *Henricus Comes Palatinus Rheni & Dns de Lacu.* Quæ proindeverba notatu dignissima ad perpetuam rei memoriam, & veritatis testimonium, ne quis sibi alium aliquem Palatinum Provincialem, vel, cum Excellentiss. Viro nudum aliquem Aulæ Cæsareæ Officialem sibi fingeret, æri incidenda curavi v. Hist. Palat. p. 227. & 364.

4. Henrico deinde huic Rheni Palatino, eum is A. 1095. è vita excessisset, *Sigefridus* ejusdem privignus atque ex testamanto hæres, in Palatinatu Rhenano successit, Henrico IV. Imp. illud confirmante, quod ex verbis Privilegii ejusdem Cæsaris luce meridianâ clarius apparet h. m. *Post mortem vero prædicti Comitis Palatini* (Rheni) *Henrici, Sigefridus, qui in Comitatu Palatii successit, de Patrimonio suo Mylen in Brabantia Osterhofen & Geneheiden Monasterio ad Lacum dedit* v. Leod. l. 1. in vita Frid. ... El. Pal. p. 12. Trithem. Chr. Hirsch p. 291. & Bucelinus in Stemmatograph. t. 2. p. 2 h. m. *Henricus morte præventus* (A. 1095.) *cum Monasterium* (ad Lacum) *non absolvisset, id ipsum Sigefrido Palatino Rheni hæredi & privigno suo commendavit, &c.* Sigefridum vero eodem, modo, quo Vitricum *Rheni Palatinum* se scripsisse, ex ejusdem Sigillo, quod æri incidi curavi v. Hist. Palat. p. 364. clarissimè apparet.

5. Porro *Sigefrido* hoc Rheni Palatino A. 1113. vitâ defuncto, in Palatinatu successit *filius Wilhelmus*, teste non solum *Henrico V.* Imp. in literis ad Gothofredum Archi-Episcopum Trevir. A. 1115. post Pascha in itinere Aquisgranum versus exa-

exaratis, ubi hæc verba notanda sunt: *Rumore etiam nuntiisque ad me perlatum est Wilhelmum Palatinum Sigefridi filium armatorum globo septum istuc in vestratem agrum parare jam irruptionem* &c. v. apud Browerum in Annal. Trev. t. 2. p. 21. & 77. Sed & *Wilhelmo ipso*, in cujus Sigillo hæc verba leguntur: *Willehelmus Comes Palatinus de Reno.* Quæ ceu notatu dignissima, ut & sigillum ipsum, cujus Originale inspexi in Nobilium Monasterio Sprenckirsbach diœceseos Trevirensis, æri incidendum quoque curavi, v. Hist. Palat. p. 227. & 364.

Quibus Veterum testimoniis omni exceptione majoribus fretus fultusque me satisfecisse confido: Stat itaque stabitque sententia firma, non obstante itaque quorundam semper obloquendi studio, *Henricum* Comitem Palatinum Rheni Dominum de Lacu ejusque Majores, *Ottonem* videl. Palatinum, & hujus Patrem *Ezonem* (qui A. 1034. moriens usque in Conradi II. Imp. tempora Palatinatui Rhenano præfuit) & avum *Hermannum veros & indubitatos Rheni Palatinos* sibi invicem succedentes, & non solùm Terræ Rhenensis possessores; sed etiam Eberhardi supra memorati Palatini successores exstitisse, quos Excellentissimus Vir paragraphis 8. 11, 17. 18, 19. 20., qui simul hisce dictis Veterumque testimoniis firmatis probatisque penitus ruunt, frustra impugnare conatus est. Deinde gratulor quoque mihi, Eruditissimos rerumque Historicarum peritissimos viros D. Papenbrochium ceterosque Actorum Sanct. illustratores t. 5. May. p. 50. ut & Clariss. D. Leibnitzium in Script. rer. Brunsw. p. 314. n. 27. nostræ quoque sententiæ accedentes, Hermannum ejusque filium Ezonem & nepotes Ottonem & Henricum Dominum de Lacu pro veris Rheni Palatinis, quoque agnovisse. Werden also wohl obgemeldte Pfaltzgrafen Hermann, Ezo, Otto, wie auch Ezonis Bruders Sohn/ Henricus Dominus de Lacu, und dessen Stieff-Sohn und Successor Sigefridus, wie auch Wilhelmus auffrichtige ehrliche Pfaltzgrafen bey Rhein seyn und bleiben/ auch wohl bey der Posterität davor gehalten werden biß an der Welt Ende.

§. 18. p. 510. *Nec obscurè ex ipso Ditmaro l. 4. p. 92. colligitur, eos non fuisse Principes aut Comites Palatii Rheni. Apparet enim inde, Ottoni III. & aliis displicuisse, quod ipsius soror Mathildis nupserit Ezoni Comiti Palatino: nec dissimulatur causa, scil. nimia inæqualitas generis & fortunarum; adeo enim impar Ezo nuptiis Mathildis habitus est, ut hujus dignitas vilescere his nuptiis visa fuerit & frater ejus, ne id fieret, illustria beneficia plurima in eum cumulare necesse habuerit. Ita enim integer locus habet Ditmar. l. 4. p. 92. Soror Cæsaris Hermanni Comitis Palatini filio Ezoni nupsit & hoc multis displicuit; sed quia id non valuit emendari legaliter, tulit hoc unicus frater illius patienter, dans ei quam plurima, ne NB. vilesceret innata sibi à parentibus summis gloria. Atsi Ezo ejusque pater fuissent Principes Terræ Rhenensis aut Lotharingiæ, eoque Comites Palatii regni, nulla equidem causa fuisset dedignandi has nuptias, nedum verendi, ne sponsæ dignitas vel vilitate vel paupertate mariti sordesceret: nam & Ottonis magni soror nupsit Duci Lotharingiæ & omnes ferè Cæsarum proximæ cognatæ Principibus Regni.*

Resp. 1. Ezonem Palatinum ejusque posteros non solùm *Principes*, sed etiam *Rheni Palatinos* fuisse, jam supra ostensum fuit. 2. *Ezonis* Rheni Palatini Nobilitatem & Claritatem generis ex Ditmari lib. 4. impugnare conatur E. V. Verùm nemo in Veterum Historia adeo rudis, qui nesciat, *Arnulfum* famosissimum Bavariæ Ducem, tam ratione sanguinis, utpote ex Stemmate Caroli Magni oriundum (v. Aventin. l. 4. p. m. 481.) quam ratione etiam potentiæ nulli Principum in toto Imperio secundum, adeoque ob eandem etiam, exstinctâ in Ludovico R. R. Regiâ familiâ Carolinâ, à quibusdam Principibus tam contra Conradum I. quàm contra Henricum Aucupem, ipso Arnulfo ratione prærogativæ Sanguinis Carolini multo inferiorem, ita ut ejus amicitiam idem etiam Henricus ambire non dubitaverit, in Regem Rom. bis electum, teste Aventino l. cit., non solum in maximâ inter Imperii Principes versatum fuisse authoritate, sed etiam *ob Nobilitatem generis*, ita quidem

dem

dem, ut ejus patrem *Luitpoldum* Bavariæ Orientalis Marchionem omniumque Rheni Palatinorum Ducumque Bavariæ, unanimi Historicorum consensu, Trithemii videl., Andreæ P. Ratisbonensis, Leodii, Münsteri, Itenici, Aventini, Carionis, Melanchtonis, Peuceri, Freheri, Henningesii, Reusneri, Beutheri, Gebwoldi, Casp. Schioppii, Limnæi, Parei, Hofmanni, Speneri, Bucelini, Winckelmanni, Chifletii, Adlzreitzeri, Cælestini Abbatis S. Emerani Ratisbon. in mausolæo S. Emer. &c. felicissimum satorem, non solum Arnulfus Imp. in diplom. d. 891. 4. Non. Oct., sed etiam ejusdem filius Ludovicus III. R. in diplomate d. 900. 15. Kal. Febr. & 903. 16. Kal. Martii apud Hundium in Metrop. Salisburg. p. 130. 249. 351. *Dilectum propinquum suum*, appellaverint, ipsos etiam Ottones Impp. præcessisse, eosque ceu ignobiles Saxones à Witekindo Caroli Magni hoste descendentes ob prærogativam Carolinæ stirpis atque Originis longè superasse. Ea propter non video, quâ ratione Excell. Vir *Hermanni Palatini* Arnulfo memorato fortissimo Duce geniti, (v. Aventin. l. 4. A. B.) ejusque filii *Ezonis seu Erenfridi*, item ejusdem Ezonis ex fratre nepotis ac *Ottonis* Ezone nati in Palatinatu Rhen. successoris, *Henrici* videl. Rheni Palatini, Domini de Lacu, qui non solum A. 1090. *Imperii Vicarius* longè spectatissimus, uti in Hist. Palat. Palat. p. 127. ostensum fuit, sed etiam quâ Palatinus Rheni, propter ea Palatinatui Rhenano annexa notissima jura atque privilegia, *ipsius quoque Cæsaris Judex*, uti in Hist. Pal. p. 113. probavimus, exstitit, nobilitatem generis impugnare, vel iisdem vilitatem seu obscuritatem stirpis, eo quod hosce Palatinos ne quidem *Principes* agnoverit, jure exprobrare potuerit. Cum Veterum Historias accuratius expendentibus manifestissimè pateat, ejusdem Ezonis filium *Hermannum* Archi-Epis. Coloniensem, & filiam *Richezam* Reginam Poloniæ non solum ab Henrico III. Imp. in diplomatis magnoperè prædicatos. v. Cod. nostr. Dipl. Pal. p. 26. 27. 28., sed etiam *Hermannum* Specialiter à Scriptoribus permultis ob nobilitatem generis adeo commendatum fuisse, ut eum etiam expresso *Nobilis* Cognomento illustraverint atque honoraverint v. Annales Hildesheim. ad 1037. Chronograghum Saxonem ex edit. Leibnitzii ad A. 1036. Lambertum Schafnab. ad 1054., Trithemii Chron. Hirs. p. 172. Catalogum Archi-Epis. Colon. apud Meibom. t. 2. p. 6.

De illa verò Excell. Vir legere potuisset Æg. Gelenii Vindicias ejusdem Richezæ Reginæ Polonorum calumniis oppositas, ubi nobilitatem generis satis ostendit. *De Ezone s. Erenfrido* Palatino nostro Monachus Brovvillerensis testis certè locupletissimus, eo quod antiquissimus ac Ezoni ferè coævus, atque in ipso Monasterio Brovviler. ab eodem Ezone exstructo enutritus, certissimum de Nobilitate æque ac dignitate Palatina ejus præ cæteris ferre potuit testimonium, inprimis audiendus est, cujus verba jam supra allegata, sed hic pro re nata denuo inculcanda apud Papenbrochium l. c. t. 5. May. p. 50. & Dom. Leibnitzium l. c. p. 314. hæc sunt: *Erenfridus* &c. *Cum esses corporis elegantia venustissimus, mentis industria prudentissimus, animi Magnitudine fortissimus, ad disponenda negotia tam privata, quàm publica discretissimus, Regalis Palatii* (Aquisgranensis) *Apicem jure paterni Sanguinis strenuissimè gubernando* eo profecit honoris, ut suam semper gloriam pluris, quam accepisset, efficeret decoris. &c. *Et si Nobilitate, quâ summè præditus fuerat*, vestium auro fulgebat nitore, plus tamen equitatu, venatu atque quolibet militari corporis motu desidiosa proterens otia, valetudine armorum delectabatur & fulgore, quatenus inimicis terrori & amicis esset amori. &c.

Siquidem Imperatrix (Theophania) *in disponendis Gallia Germaniaque negotiis viri prudentissimi Domini Ezonis semper intenta consiliis, cujus nunquam adhuc decenter perficienda vocabat auxilio, in Aquisgrani Palatio morabatur cum filio* (Ottone III.) &c. *Ipsum* (Ezonem) *etiam apud avum* (Ottonem I.) *apud patrem* (Ottonem II.) *postremò apud semetipsum* (Ottonem III.) *plurimum potuisse, proposita condicionis fidem manus in manum confirmat impositione*, quatenus castum Connubium & immacu-

maculatum thorum in sua servaret sorore (Mathilde) &c. *Cujus* (Mathildis 1024. 4. Nov. defunctæ) *transitum in Aquisgrani Palatio properè cognito, nam ibi tunc Comes Palatinus* (Ezo) *erat occupatus cum totius Lotharingiæ Majorum Colloquio*. &c.

Quibus dictis non video, quâ fronte Ditmarus Magnus ille Somniator, diligens Somniorum potius ac quisquiliarum, quam utilium ad Imperium Remque Publicam pertinentium annotator, juxta sententiam Melanchtonis in Præfat. ad Ursperg. Chron. et in literis ad Spalatinum de A. 1530. v. H. Meibomii Introduct. ad Hist. Sax. Infer. p. 93. & Joh. Cluveri in Hist. Univers. (ubi p. m. 450. eum curiosum somniorum Monasticorum annotatorem appellat) aliorumque Eruditorum Virorum, qui multoties crassissimos ejus errores stylumque ejus absurdum perstrinxerunt (v. Hist. nost. Palat. p. 247. sub lit. D. v. & N. H. Gundlingii P. P. otia l. 3. p. 203.) Ezonis Rheni Palatini nostri, Principis gloriosissimi atque ex Caroli Magni stirpe, adeoque ex famosissimo ac potentissimo Arnulfo Bavariæ Duce rectâ seu masculina serie oriundi Nobilitatem atque Claritatem generis impugnare potuerit, nisi forte, quod privatâ invidiâ, malitiâ vel avaritiâ Monachis admodum familiari, aliisque passionibus commotus, hæc imprudenti calamo scripserit, ita quidem, ut Matrimonium Ezonis cum Mathilde Ottonis II. filiâ, jam Monasticæ vitæ destinatâ, cum qua ejusque amita Mathilde Abbatissâ Quedlinburgensi, (quæ, ut alibi ostendimus, pertinaciter quoque dicto matrimonio restitit,) Monasterium Essendiense quam plurima bona acquirere potuisset, ipsi Ditmaro potius atque Mathildi Abbatissæ, aliisque Monachis lucrum inde pro Monasteriis exspectantibus, non vero Cæsari, neque Theophaniæ Imperatrici, neque filiæ ejus Mathildi, sine quorum consensu matrimonium irritum nullumque fuisset, displicuisse videatur.

Porro si Hermannus Palatinus noster ejusque filius Ezo f. Erenfridus adeo ignobiles, ut ne quidem in numerum Principum, prout ex falsâ Hypothesi astruitur, reponendi essent, cur ejusdem *Hermanni Palatini soror Juditha Henrico* Henrici I. Imp. filio, Ottonis I. fratri & *Kixa* (Aventino l. 4. aliisque Gerberga Henrici I. imp. filia. sed errant; hanc enim 1. Giselberto Loth. Duci A. 929. 2. Ludovico Reg. Franc. A. 939. matrimonio junctam fuisse alibi ostendimus) *Henrici I. Imp. vel Regis filia, Arnulfo* Bavariæ Palatino Schirensi, Hermanni Palatini nostri fratri matrimonio junctæ fuere? v. Aventin. l. 4. p. m. 486. & Nic. Cisnerum in vita Frid. 2. Imp. p 145. & 142 J. Bœcleri lib. de rebus seculo 9. & 10. gestis p. 226. Certè tum temporis non vilescebat innata summi Ottonis Imp. gloria, neque etiam ulla de vilitate vel inæqualitate generis Bavarorum mota fuit quæstio.

Verùm vilescebat conditio & Status horum 3. fratrum, Hermanni videl. Palatini nostri, Arnulfi & Eberhardi, qui certè eo tempore fuit miserabilis, eâ potissimum ex ratione, quod A. 938. Otto I. eos avito & paterno Ducatu amplissimo privaverit, eundemq; postea in fratrem suum Henricum transmiserit. Verum enim vero, immutatâ postea rerum facie, non solum in Lotharingiâ in varios Ducatus Comitatusque scissâ, sed etiam in ipsa Bavariâ jam à Cæsare subactâ, *Arnulfum* fratremq; ejus *Hermannum* Arnulfi Bavariæ Ducis filios natu minores, proculdubio patrui Bertholdi Bavariæ Ducis nepotum suorum imprudentiam, juventutem atque incogitantiam apud Cæsarem egregiè excusantis precibus in gratiam receptos atque in Comites Palatinos, seu, ut loquitur Aventinus, in *Pretorio Præfectos* clementissimè evectos, illumq; *primum Bavariæ Palatinum Provincialem* constitutum, hunc verò, quem Rex impensius amaverat, novo & hactenus inaudito Rheni Palatini titulo & honore A. 939. à Cæsare insignitum fuisse nullus dubito. Diximus Primum Bavariæ Palatinum Provincialem constitutum fuisse Arnulfum: Sub Carolo enim Magno Bavariam, subacto castigatoque non unâ vice perfido Thassilone, antiquissimæ Agilolfingicæ familiæ Principe Bavariæq; Duce ultimo, in Provinciam redactam

&c pau-

& paulo post ex Ducatu in Regnum evictam, Caroloq; Caroli Magni primogenito, addito Regis titulo traditam, deinde sub Ludovico Pio A. 815. Lothario filio quoq; primogenito, sed mox aliâ factâ Imperii divisione, Ludovico alteri filio Regis quoque titulo (qui *H. Ruodoltum* Palatii Comitem in Aula suâ habuit v. Annal. Fuldens. ad A. 857., quem Aventinus l. 4 p. m. 412. *Rudolfum* vocat) A. 833. concessam, ab eoque ad posteros suos transmissam fuisse ex Annalibus Francorum non minus certum quam indubitatum est.

Deinde *Hermannus* quoque Palatinus noster Arnulfi Bavariæ Ducis ex stirpe Caroli Magni, uti supra ostendimus, oriundi filius, ratione sanguinis Carolini toto Orbe celeberrimi, *Giselbertum* Lotharingiæ Ducem Ottonis I. Imp. sororium, de quo hoc dici non potest, utpote qui planè aliam habuit Originem, longè superabat.

Interim aliam Monachus Browilletensis hujus matrimonii, Ezonem Palat. inter & Mathildem Ottonis III. sororem, occasionem & rationem illâ Ditmati relatione vero multo similiorem attulit, quam in Hist. Pal. p. 231. exposuimus, quia *Cæsare* Ottone III. *jubente.* & Mathildis *matre; Theophaniâ Imperatrice volente*, id est utriusque consensu Matrimonium contractum fuisse asserit.

§ 19. *Idem ex diplomate quoque Henrici II. de A. 1014. quod exhibent Goldast. Const. t. 1. & Baron. in Annal. cernitur; ubi Ezo Comes Palatinus, post omnes Comites, quin inter nuda Aulæ officia subscripsit ac signavit; cum, si ipse vi Principatus Rhenensis Comes Palatii regni fuisset, primus & ante omnes seculares Principes signare debuisset. Fuit igitur ne Comes quidem vel inter Comitum ultimos.*

§. 20. *Nec movet, quod Henricus II. in alio diplomate de A. 1023. aliquid donaverit Ezoni Palatino, Henrico Duci & Ottoni Comiti, adeoque Ezonem prius nominaverit quàm Henricum Bavariæ Ducem. Nam 1. non ibi dicitur Dux Bavariæ, nec ostendi potest, intelligi Henricum Bavariæ aut alterius Provinciæ Ducem, quin plurima sunt, quæ id refellunt. Innumeri verò isto ævo Duces appellantur, qui nuda tantum officia fuere, non Provinciarum Duces cum propria potestate, quippe qui paucissimi fuere nec plures quàm Provinciæ sup. c. 12 §. 5. cui add. Sigeb. ad A. 914. & Ursperg. p. 144. 2. Ex nudo scribendi ordine non infertur prærogativa dignitatis, quippe qui arbitrarius est & nutu scribentis statuitur, inprimis in donando. At ex subscriptionum ordine infertur; illæ enim solent ex ordine dignitatis fieri, inprimis in negotiis publicis & inter Principes. Unde tot lites & protestationes in ordine subscribendi Recessibus Imperii.*

Quibus hæc discimus, 1. Ezonem Rheni Palatinum ex opinione Excell. Viri ne quidem in Comitum (multo minus in Principum) numerum, vel certè inter Comitum ultimos referendum esse, eâ quidem ex ratione, quod diploma Henrici II. de A. 1014. post Comites subscripserit. 2. Solum Comitem Palatinum Rheni, *vi Principatus Rhenensis & regni Palatii* (Aquisgranensis) omnium primum locum obtinere, & ante omnes seculares Principes Imperatorum diplomata subsignare debere. Ezonem verò neutiquam Comitem Palatinum fuisse, eo quod illud diploma non primo loco subscripserit. Cum verò 3. ex alio ejusdem Imperatoris diplomate de A. 1023. in Hist. Palat. p. 4. & in Cod. Diplom. Palat. p. 22. sub lit. E. ostensum fuerit, Ezonem Rheni Palatinum ratione Principatus Rhenensis, & supremæ post Regem dignitatis Comitivæ scilicet Palatii Aquisgranensis rectè præpositum fuisse Henrico Duci Bavariæ, sed ad hæc ab Excell. Viro responsum, 1. factum hoc fuisse ex solo nutu scribentis, ex nudo enim scribendi ordine non inferri prærogativam dignitatis, cum ille sit arbitrarius & ex nutu scribentis statuatur. At aliam rationem esse in subscriptionum ordine, quod illæ soleant ex ordine dignitatis fieri. 2. Henricum in diplomate memoratum minimè Bavariæ vel alterius Provinciæ Ducem fuisse, neque ostendi hoc posse, imo plurima esse, quæ id refellant, Duces etiam isto Henrici II. Imp. ævo innumeros fuisse, non Provinciarum, sed solo tantùm titulo vel officio Ducis gavisos esse.

Resp.

Resp. ad 1. Ezonem s. Erenfridum Comitem Palatinum Rheni non solùm *Comitem* (qualem negationem utpote Veterum testimoniis repugnantem ab Excell. viro nunquam exspectâssem) & quidem omnium Comitum primarium, sed etiam *Principem* simulque quà Palatinum Rheni (uti ex Historicorum testimoniis atque consensu *Trithemii, Leodii*, *Witekindi* in Geneal. Sax. *Freheri, Henningesii, Reusneri, Parai, Gelenii, Theod. à Rhay* è Soc. Jesu, *Stangenfolcii, Papenbrochii, Leibnitzii*, aliorumque, imo etiam ex *Henrici D. de Lacu* Ezonis ex fratre nepotis literis & Sigillo jam supra & in Hist. Palat. p. 9. ostensum fuit) & Palatii Imperialis Aquisgranensis summum & perpetuum Præsidem, Imperii insuper Vicarium & ipsius etiam Cæsaris Judicem inter omnes Imperii Principes *supremum* (v. Nicolai Cisneri Orat. de Ottone III. Imp. p. 65.) fuisse, jam supra & in Hist. Palat. probatum dedimus. Præter hæc Monachus quoque Browillerensis Auctor certe antiquissimus audiendus est: *Erenfridus*, inquid, *Regalis Palatii* (Aquisgranensis) *Apicem jure paterni sanguinis strenuissimè gubernando eo profecit honoris, ut suam semper gloriam pluris quam accepisset, efficeret decoris &c.* Siquidem *Imperatrix* (Theophania *in dispendendis Gallia Germaniaque negotiis viri prudentissimi Domini Ezonis semper intenta consilio*, cujus nunquam adhæc decenter perficienda vacabat auxilio, *in Aquisgrani Palatio* morabatur cum filio (Ottonis III. puero) &c. *Ipsum* (*Ezonem*) *etiam apud Avum* (Ottonem I.) *apud patrem* (Ottonem II.) *postremo apud semetipsum* (Ottonem III.) *plurimum potuisse. &c. Cujus* (Mathildis conjugis suæ A. 1024. 4. Nov. defunctæ) *transitum in Aquisgrani Palatio properè cognito nam ibi tunc Comes Palatinus* (Ezo) *erat occupatus cum totius Lotharingia Majorum colloquio &c. Otto igitur filius ejus* (Ezonis Rheni Palatini A. 1034. defuncti) *patriis rebus & honore dignus hæres substitutus est: &c.* (cui successit ejus patruelis Henricus Comes Palat. Rheni Dom. de Lacu)

Proinde ex jam dictis apparet, Ezonem Palatinum non solum *Comitem* sed et *Principem*, ratione dignitatis Palatinæ rectè primo loco & quidem ante Henricum Ducem in diplomate Henrici II. Imper. de A. 1023. (quem Bavariæ Ducem & D. Cunigundæ Imperatricis fratrem fuisse, infra probaturi sumus) memoratum & collocatum fuisse, id quod ipsa quoque ratio dictitat.

Deinde Principum & Comitum ordinem, eo quo debuisset modo, tam in ipso Diplomatum contextu, quàm in subscriptionibus, atque adeo etiam ab antiquis Annalium Scriptoribus non solùm ævo Carolino, sed etiam adhuc sæculo 10. 11. 12. & 12. non semper nec præcisè observatum fuisse, ex sexcentis amplius diplomatibus clarum est. Ex. gr. A. 838. in Conventu Principum Neomagi in traditionibus Fuldens. à Pistorio editis p. 474. Testes memorantur hoc ordine: Adelbertus Comes, Helphricus Comes, Albricus Comes, item Albricus Comes, *Gebawvinus Comes Comes Palatii, Ruotbertus Comes Palatii*, Hatto Comes, Madalgerus, Gebehartus Comes, Adalgarius Comes, &c. Et A. 876. mense Junio Instrumentum electionis Caroli Calvi Imp. in Palatio Ticinensi Imperii Principes hoc ordine subscripserunt: Boso Sacri Palatii Archiminister, Richardus, Walfridus, Liutfridus, Albericus, Suppo, Hartvingus, *Bodradus Comes Palatii*, Cunibertus, Bernhardus, Hilboldus Comites. v. And. du Chesne t. 2. Script. Franc. p. 459. Et A. 891 in Bretannia prælio cæsi fuere Gausbertus juvenis, & *Hilmeradus Comes Palatii* v. A. du Chesne. l. c. p. 389.

Ita in diplomate Lotharii II. Imp. d. 1134. 7. May Quedlinburgi testes hoc ordine adducuntur: Albertus Marchio, Chonradus Marchio, Henricus Marchio, Fridericus Comes Palatinus, *Wilhelmus Comes Palatinus*, Otto Comes de Rhinecke v. Maderi Antiq. Brunsw. p. 230. Et aliud ejusdem Imperatoris diploma d. 1135. 16. Kal. April. Babenbergæ, hi testes subscripsere: Henricus Dux Bav., Dietpoldus Marchio, Adelbertus Marchio, *Wilhelmus Palatinus*, Fridericus Palatinus, Otto Palatinus, Udalricus Dux filius Engelberti Ducis (Carinthiæ) vid. Hundii Metrop. Salisburg. t. 3. p. 460. Wilhelmum verò hunc Palatinum

Excell.

Excell. Vir velit nolit, pro *Rheni Palatino* habere, adeoque per eas jam supra adductas probationes, & quod se ipsum in Sigillo, quo usus fuit, Rheni Palatinum scripserit, agnoscere tenetur, cui etiam ecu Rheni Palatino, *vi Principatus Rhenensis* ex propria Excell. Viri §. 19. confessione, primus in subscriptionibus locus jure assignari debuisset, tamen in hisce diplomatibus quintus in ordine, incuriâ scribentis testis appositus fuit. Et in Conradi III. Imp. diplomate d. 1146. prid. Non. Jan. Spiræ testes hoc ordine memorantur: Fridericus Dux Suev. Conradus Dux Burg: *Hermannus Comes Palatinus de Rheno* (Wilhelmi Rheni Palatini successor) Henricus Com. de Arlon: v. Nic. Zillesii defens. Abbatiæ S. Maximin: Trevir. Et in alio ejusdem Imperatoris d. 1147. Francofurti testibus: Friderico Duce Suev. & Alsat., *Hermanno Comite Palatino de Rheno*, Conrado Duce de Ceringa, Conrado March. de Wetin, Adelberto Marchione de Brandenburg Ottone filio ejus, Adelberto Marchione, Ludovico Comite Palatino de Thuringia, Hermanno Marchione de Baden. &c. v. Paulini differt. de Monast. Virg. Keminadensi p. 104. Et in Friderici I. Imp. diplom. d. 1155. 4. Kal. Januar. Treveris testes hoc ordine recensentur: Henricus Dux Sax., Matthæus Dux Loth., Gothofredus Dux Lovan. Welpho Dux Spoleti, Marchio Tusciæ Rector Sardiniæ, *Herimannus Comes Palatinus de Rheno*, Otto Com. Palatinus de Witelinesbach, Fridericus Palatinus de Summerseboreb, Theodoricus Comes de Flandria. &c. v. Miræi Dipl. Belg. c. 1. 59. In alio ejusdem Cæsaris d. 1156. 15. Kal. Jul. testes hoc ordine adhibentur: Henricus D. Sax. & Bav., Fridericus D. Suev., Conradus Dux frater Imperatoris, Welpho D. Spoleti, Mathæus Dux Loth., *Hermannus Comes Palatinus Rheni*, Otto Comes Palatinus de Witteliuesbach & frater ejus Fridericus, Wilhelmus Marchio de Montferrato, &c. v. Ughelli Ital. Sacram l. de Epis. Bergomens: Et in alio ejusdem Imp. d. 1156. 15. Kal. Oct. his testibus: Welphone D., Conrado Duce fratre Imperatoris, Friderico filio Regis Chunradi, Henrico Duce Carinth. Engelberto March. de Istria, Alberto March. de Baden., Dietpoldo March de Vochburg, *Herimanno Comite Palatino de Rheno*, Ottone Comite Palatino & fratre ejus Friderico de Schiern & Wittelsbach &c. v. Goldast. t. 1. Const. Imp. & And. du Chesne in Hist. Lucenburg. Et in alio ejusdem Cæsaris d. 1153. 3. Id. Jun. Wormatiæ, testibus: Henrico D. Sax., Henrico D. Bav., Bertholdo D. Carinth. Theodorico Comite Holland., *Hermanno Comite Palatino* (Rheni) In alio ejusdem d. 1158. 10. Kal. May. testibus: Henrico D. Sax., *Conrado Comite Palatino de Rheno*. &c. v. Lindenbrog. Script. Septent. p. 189. 186. Et in alio ejusdem dat. A. 1159. 15. Kal. Mart. in Italia apud Maringam, ubi hi testes: Otto Comes Palatinus, Radulphus Comes, Obizo Marchio de Malaspina, *Conradus Comes Palatinus de Reno* &c. v. Ughellii Ital. sacr. Item in Decreto Comitiorum Herbipolensium A. 1166. Kal. Jun. Principes hoc ordine recensentur: Henricus Dux Sax. & Brandenburgensis Marchio Albertus Senior, *Conradus Comes Palatinus de Rhena*, Ludovicus Landgravius, v. Goldast. Const. t. 3. p. 342. Et in alio diplomate Frid. I. d. 1174. 14. Jan. in obsidione Roboreti, præsentibus his testibus: Ulrico D. Boh., *Conrado Com. Palat. Rheni*, Ottone Com. Palat. de Wittelinsbach. v. Ital Sac. p. 231. & sexcentis aliis si opus esset, quibus Rheni Palatinum non observato ordino, neque primo etiam loco, uti aliàs fieri debuisset, sed 2. 3. 4. 5. & sexto loco ex nutu vel incuriâ scribentis memoratum fuisse, luce meridianâ clarius constat. His itaque ostensis ruit quoque penitus §. 19.

4. Comiti Palatino Rheni, vi Principatus Rhenensis, & Comitivæ Palatii Aquisgranensis primum inter Principes locum debere, eumque ante omnes secūlares Principes Imperatorum diplomata signare debere, rectè quidem ab Excell. Viro docetur, sed non statim inde infallibile argumentum sumi potest, quod si quis Palatinus non primus in ordine positus, potest alios Principes & Comites ea signaverit, Rheni Palatinus esse non possit, cum certum sit, ordinem in recensendis Principibus, ut testibus, incuriâ scribentium non semper & ubique servatum antiqui-

tus fuisse, uti jam supra ex Antiquitate Historica, imò ex sexcentis aliis Veterum documentis, si opus esset, ostendi posset.

Ad 3. Resp. Distinctio frigida, imò nulla, quæ occasione Ezonis Palatini nostri in Henrici II. Imp. diplomate de A. 1023. primum locum & quidem ante Henricum Bavariæ Ducem occupantis facta est, hoc est, uti objicitur, aliam rationem esse Ordinis Principum, quorum mentio fit *in literis donationum*, vel etiam in ipso Diplomatum contextu, quod is ex solo nutu scribentis statuatur, & aliam rursus rationem Ordinis esse, qui *in subscriptionibus* observatur, adeoque ex his potius, non vero ex illâ de Principum prærogativa certè judicari posse, cum illæ soleant fieri ex ordine dignitatis. Hæc distinctio, inquam, nulla est, ratio illius est, quod Principes idem jus suum, quod ratione præcedentiæ in alios sibi arrogant, vel ipsis de jure competit, omni tempore & loco, sive in publicis sive in privatis, sive in literis donationum sive in aliis, strictè nulla distinctione adhibitâ, sibi semper conservari studeant, licet is ordo, uti jam dictum, antiquitus non præcisè, nec omni in tempore in literis observatus fuerit; Hinc Principes antiquos, non ut hodie, tot tantisque honorum titulis superbientes, prærogativam etiam non adeo exactè, ut hodie fieri assolet, affectâsse colligere licet.

Deinde *Henricum Ducem* in diplomate memoratum non alium, quàm *Bavariæ Ducem* esse & fuisse, non minus certum quàm indubitatum est, imò *ostendi* quoque *posse* & quidem clarissimè, hìc assero atque probo. Sciendum enim est, eundem Henricum Lucenburgicum, postea *in Bavaria Ducem* electum, ejusque patrem *Sigefridum* Com. Lucenb., ratione Comitatus Lucenburgici, *Advocatos* fuisse *Abbatiæ S. Maximini Trevirensis* in suburbio sitæ, quod ex antiquissimis authenticis literis ejusdem Abbatiæ probant Nic. Zillesius in Defens. Abbatiæ S. Maxim. contra Archi Episcopum Trevirensem, & And du Chesne in Hist. Lucemb. In Egberti enim Archi-Episcopi Trevir. literis donationis de A. 981. hi testes adducuntur: Theodoricus Comes, *Sigefridus Comes & rerum S. Maximini Advocatus*, Otto Comes. &c. v. & Broweri Annal. Trev. ad A. 982. Et in literis Folemari Abbatis S. Maximini Trevir. de A. 996. h. m. Noverit omnium industria fidelium tam præsentium, quam futurorum, quod religiosa Dominæ Bertha viri illustris Comitis Volemari relicta. &c. *Comitem Henricum* (Sigefridi jam memorati filium) *Monasterii nostri Advocatum* aliosque viros nobiles adierit. &c. Omnia gessimus *Comitis* Henrici Advocati nostri consilio & instinctu. &c. v. Zilles. l. c. & And. du Chesne l. c. Atque hi quoque Advocati propter onera Advocatiæ beneficia quædam ab Ecclesiis feudi nomine receperunt. *Ezonem* vero s. *Erenfridum* cæterosque Rheni Palatinos Ecclesiæ Trevirensis Advocatos fuisse, jam in Hist. Palat. p. 245. & seq. ostendimus, adde Freheri Orig. Palat. p. 85. 86. Kyriandri & Broweri Annal. Trevir. t. 2. p. 7. Hic, inquam, Henricus Lucenburgicus, etiam Hetzilo dictus, D. Cunigundæ Imperatricis frater, A. 1004. Ratisbonæ in festo s. Bened., id est, 21. Mart. in Bavariæ Ducem electus v. Adelboldi Epis. Traj. vitam S. Henrici II. Imp. Ditmar. l. 6. Chron. p. m. 60., Herman. Contract., Sigebert, Aventin. l. 5. vitam S. Meinwerci Epis., sed non diu post A. circiter 1006. ob rebellionem cum fratribus suis Theodorico Epis. Metensi, & Adelberone Archi-Epis Trevir. concitatam proscriptus, & Ducatu ab eodem Cæsare privatus v. Ditmar. l. c Herman Contract. ad 1007. sed mediante sorore ejus Cunigundâ Imperatrice A. 1017. mense Decembri Bambergæ in gratiam receptus, pristinis honoribus restitutus fuit, de quo Ditmarus l. 7. h. m. Rex dilectum sibi locum Babenberg visitat, ibi tunc mense Decembri (A. 1017.) Henricum etiam quondam Ducem Bavariæ suâ depositum culpâ pristinis restituit honoribus die Dominica, sicut ei firmatum est prius à Poppone Archi-Episcopo Trevirensi. &c. Et tunc illic (Aquisgrani) cum consilio Heriberti Archi-Epis. (Colon.) Thiedricum Metensem Epis. & Henricum fratrem ejus placavir. &c. v. Avent. l. 5., vitam s. Meinwerci. Wird man also verhoffentlich diesen Henricum in diplomate Imperatoris Henrici II.

in

in gratiam Advocatorum Ecclesiæ Trevir. & S. Maximini A. 1025. concesso memoratum (v. Cod. Diplom. Pal. p. 22.) vor einen aufrichtigen Herzogen in Bayern passiren lassen.

§. 21. p. 511. *Pariter nec Otto Wittelsbachius, Dux deinde Sueviæ factus, fuit Comes Palatii Rheni, sed Bavariæ. Radevic. de Gest. Frid. I. l. 2. c. 29. in fin. Aventin. Annal. Boi. l. 7. in princip. notum satis est; hujus demum pronepotem, Ottonem illustrem fuisse, qui primus Comitatum Palatii Rheni in hanc familiam intulerit. Sed nec fuit ille filius Ezonis apud Aventin. l. c. 7. princ. cui, in rebus præsertim Bavariæ, maxime fides habenda. Sed & necdum fuere tum feuda hereditaria, etsi filiorum plerumque ratio habita fuerit. 1. T. 1. §. 4. c. 15.*

Resp. Hic egregiè iterum fallitur Excell. Vir 1. *Ottonem* enim Palatinum hunc iti Sueviæ Ducem Goslariæ A. 1045. electum, non Wittelsbachium Bavariæ Palatinum, neque Ottonis Illustris Comitis Palat. Rheni D. Bav. proavum, sed *Rheni Palatinum*, Ezonis f. Erenfridi Rheni Palatini & Mathildis Ottone II. Imp. natæ filium, & NB. *Henrici Rheni Palatini Domini de Lacu patruelem* fuisse, teste ipso Aventino, ut & Papenbrochio, Leibnitzio, jam supra ad §. 17. & in Hist. Palat. p. 267. ostensum fuit, qui *Henricus* eidem Ottoni in Palatinatu Rhenano A. 1045. succedens, se ipsum *Rheni Palatinum* scripsit, restibus ejusdem literis ante 600. & quod excurrit annos, exaratis, quæ adhuc in Originali in Monasterio ad Lacum unicuique ostendi possunt.

2. Gravissimè quoque errat, quando Radevicum l. 2. c. 29. & Aventinum l. 7. A. B. de Ottone Palatino & A. 1045. Sueviæ Duce differentes memorat. Hi enim lib. cit. non loquuntur de Ottone Sueviæ Duce, Ezonis Rheni Palatini filio & Hermanni Archi-Epis. Colon. Ludolfi Palatini & Richezæ Reginæ Polon. fratre & Henrici Palatini Domini de Lacu (qui Ezonis ex fratre Hezelino, cujus meminit Aventinus, nepos exstitit) patrueli; sed de Ottone Bavariæ Duce hujus nominis 5. seu Magno, Wittelsbachio Bavariæ Palatino, Ottonis IV. Wittelsbachii A. 1146. in Palæstina defuncti filio, qui plerisque Friderici I. Expeditionibus in Italiam susceptis interfuit, & A. 1180. Altenburgi in Bavariæ Ducem electus v. Chron. Pegav., & Ratisbonæ. 3. id. Jul. à Friderico I. Imp. investitus & tandem A. 1183. 11. Jul. vitâ defunctus fuit, Anno videlicet. 136. post Ottonis jam dicti Sueviæ Ducis A. 1047. defuncti obitum.

Radevicus enim Ecclesiæ Frisingensis Canonicus, qui Ottonis Epis. Frising. ut & Ottonis de S. Blasio Chronicon de gestis Frid. I. continuavit, Ottonis Palatini nostri Sueviæ Ducis ne verbo quidem, Ottonis verò Wittelsbachii Palatini Bavariæ sæpissimè in omnibus libris & capitibus ejus, mentionem fecit ex. gr. l. 1. c. 15. 16. 17. 20. 25. & l. 2. c. 21. 23. 53. 59. ubi inter alia. l. 1. c. 20. hæc notatu digna de eodem Ottone Wittelsbachio memorat. Quidam de melioribus terræ ad Græcorum legatos iverant & cum ipsis colloquium familiare habuerant. Quâ re commoti & in iram versi pro eo quod se despexisse & Græcos spe lucri præposuisse viderentur. Otto Comes Palatii (Wittelbachius) nec suorum paucitate, nec illorum remoratus numerositate, gladio exerto in meliorem & Nobiliorem omnium Ravennatensium nomine Guilelmum Cognomento Maltraversor manum misit, seque eum captivum abducturum comminatus est, omnibus aliis præ timore & pavore silentibus & non contradicentibus. Magna & mirandæ præfati Comitis (Palatini) animositas, quem nec copiosus ejusdem Nobilis Comitatus, nec vicinæ civitatis metus permovit, quin ut legatus Imperatoris (Friderici I.) ubi ratio postulabat, authoritate Imperiali uteretur. Tandem senioribus urbis & multa supplicatione mitigatus & placatus ceptum iter peregit. &c. Ex ipso autem Aventino, quem ut gravissimum fideque præsertim in Bavariæ rebus dignissimum Scriptorem tantoperè laudat atque in sententiæ suæ testem provocat, & quidem ex libro Annalium ejus 5. meliora, Ottonem Sueviæ Ducem ejusque familiam concernentia discere potuisset, si eum accuratius, & antequam hæc mea Veterum testimoniis infulta refutare conatus

natus est, majori cum attentione perlegisset; Veterum enim Monumenta Scripta que non obiter legenda esse moneo. Ita autem Aventinus l. 5. p. m. 413. *Henricus III. Imp. reversus A. 1045. ab Hungaria, Engelbertum Episcopum Bathav. constituit, inde Francofurtum se confert, ubi gravissimâ ægritudine decubuit, adeo ut desperatâ ejus salute, Hainricus Dux Bavariæ* (Cognomine junior; Comes Lucenburgicus, & Henrici Senioris Ducis Bavariæ jam supra memorati ex fratre Friderico Comite 2. Lucenburgico nepos) *& Otto Dux Sueviæ* (eodem A. 1045. in Paschate Goslariæ electus, Ezonis seu Erenfridi Rheni Palatini filius) *& Episcoporum plerique Hainrico* (Comiti Palatino Rheni, Domino de Lacu) *filio Hezelini* (fratris Ezonis Rheni Palatini) & *Ottonis Sueviæ Ducis NB. Patrueli Imperium destinarint. Sed consilium istud frustra fuit. Cæsar enim sanitatem viresque recuperat, Goslariam in hyberna concedit.* &c. Ubi Aventinus *Ottonem Sueviæ Ducem* ab Ottone Wittelsbachio Bavariæ Duce rectè distingens, imò nobiscum sentiens, expressè *Henrici* Rheni scil. Palatini, Domini de Lacu *patruelem*, eundemque Henricum Henzelini filium vocat, qui Hezelinus Ezonis Palatini frater exstitit, teste non solùm Monacho Browillerensi, sed ipso etiam Imperatore Henrico III. in diplomate de A. 1051. v. Cod. Diplom. Palat. p. 27. sub lit. G. Deinde hanc quoq; Aventini (v. & l. 5. p. m. 529.) sententiam, quod videlicet Otto Dux Sueviæ fuerit patruelis Henrici Palatini Domini de Lacu, confirmat non solum *Monachus Browiller.* Author coævus testisque oculatus, sed etiam sæpedictus Henricus III. Imperator in diplomate citato, ubi de Richeza Regina Polon. Ottonis Suev. Ducis & Hermanni Archi-Episcop. Colon. sorore loquitur, *Henricum* quoque *hunc Palatinum Patrui sui* Ezelini s. Hezelini, fratris Ezonis) *filium* apellat. v. Cod. Diplom. Palat. p. 26. sub lit. B. & E. De Ottone hoc nostro Naucierus gener. 35. p. 152. & gener. 43. p. 233. hæc quoque tradit: *Hermannus D. Suev. filius Gisalæ Imperatricis obiit peste in Italia A. 1038. cui* (in Ducatu Suev.) *Otto Comes Palatinus* (Rheni) *de genere Hermanni, ut fertur,* &c. Hic vero Hermannus Suev. D. juvenis, Ernesti I. D. Suev. & Gisalæ filius, pronepos exstitit Eberhardi, fratris Hermanni Rheni Palatini nostri.

Ottonem deniquenostrum Sueviæ Ducem Eruditissimi rerumque Historicarum peritissimi viri D. Papenbrochius in Actis Sanct. t. 5. May & D. Leibnitzius in Script. rer. Brunsw. non Wittelsbachium, sed Rheni Palatinum & quidem Ezonis Rheni Palatini Comitis & Mathildis Ottone II. Imp. natæ filium & Hermanni Archi Epis. Colon. fratrem rectè quoque agnoscunt. Quod etiam confirmatur ab Authore Chronici Magni Belg. p. 105. ubi Ottonem recte Hermanni Epis. fratrem vocat. Et erit etiam mihi Magnus Apollo, quicunque Historicorum vel potius Genealogorum veris & probatis Veterum inprimis coævorum documentis, vel Regum etiam, Imperatorum, aut aliorum Principum diplomatibus, Ottonem videlicet Palatinum & A. 1045. Sueviæ Ducem, non Ezonis s. Erenfridi Rheni Palatini, sed Ottonis potius Wittelsbachii, Bavariæ Palatini filium fuisse ostenderit.

Confunditur itaque ab Excell. viro Otto Rheni Palatinus & A. 1045. Sueviæ Dux, cum Ottone Wittelsbachio Bavariæ Palatino A. 1180. in Bavariæ Ducem electo, & A. 1183. post 136. annos ab excessu Ottonis Sueviæ Ducis, defuncto. **Ist also diß ein Chronologischer Fehler nur von 136. Jahren / wie auch derjenige / der man c. 3. Sect. 6. §. 9. in beyden Sigefridis Palatinis begangen / nur ein Fehler von ohngefehr 400 Jahren.**

3. Gravissimum quoque errorem Genealogicum committit, quando Ottonem Illustrem Comitem Palatinum Rheni & Ducem Bavariæ A. 1252. defunctum, nullâ temporis ratione habitâ, Ottonis jam memorati Sueviæ Ducis A. 1047. defuncti nepotem fecerit, cum ex Historicâ antiquitate certum sit, Ottonem hunc Sueviæ Ducem non solùm nullos filios reliquisse, sed Ottonem etiam Illustrem omni-

omnium Rheni Palatinorum Ducumque Bavariæ, qui hodieque superſunt, feliciſſimum ſatorem, Ottonis V. ſeu Magni Wittelsbachii Palatini, poſtea Bavariæ Ducis ex filio Ludovico Comite Palatino Rheni, D. Bavar. non pronepotem, ſed nepotem exſtitiſſe. Et ut hæc clarius eluceſcant, Genealogiam Rheni Palatinorum & inprimis Ottonum Wittelsbachiorum Bavariæ Palatinorum, ex Aventino hic ſubjicere, deinde ipſa quoque Aventini verba annectere placuit.

Arnulphus Dux Bavariæ. ob. 937. 14. Jul. ux. Geberga f. Rudolfi Com. Francon. & exinde Epiſ. Herbipol.

1. Eberhardus exilio mulctatus in Suev. Marchionum Auſtriæ ſator, juxta Aventin. Blondell. Spener. ux. N. . . | 2. Arnulfus Comes Schirenſis Bavariæ Palatinus. juxta Ratisbon. cæſus 953. ux. Rixa. | 3. Hermannus Cog. Puſillus Comes Palatinus Rheni, occiſus circ. 959. ux. Heilavvigis. f. . . . . | Juditha ux. Henrici f. Henrici Aucupis.

Lupoldus Marchio, Auſtr. ſagittâ trajectus ob. Herbipoli 994. ux. Richardis f. | Bertholdus Schir. cæſus in prælio Ottonis II. contra Sarac. 983. 15. Jul. ux. N. . . . | Ezo. C. Pal. Rheni. ob. 1034. 21 May. ux. Mathildis f. Ottonis II. Imp. ob 1024. | Hezelinus Com. Pal. ob. . . . ux. N. . . . | Henricus D. Bavar. ob. 995. 5. Oct. ux. Giſala.

Henricus March. Auſtr. ob. 1018. ux. Suanechildis. | Babo C. Palat. Schir. ob. . . . ux. N. . . . | Hermannus. Archi-Epiſ. Col. s. 1056. | Ludolfus C. Pal. ob. 1032. ux. Mathildis, Zutphan. | Richeza Regina Polon. ob. 1063. | Otto D. Suev. ob. 1047. ἄπαις. | Henricus C. Pal. Rheni Dom. de Lacu ob 1095. ux. Adelberd. | S. Henricus II. Imp. ob. 1024. ux. S. Cunigundis.

Albertus I. March. Auſtr. ob. 1056. . ux. Adelheid. f. Petri R. Hungariæ. | Otto I. C. Pal. Bavariæ Schirens. ob. 1040. ux. Jutha. f. Ottonis Com. Naſſov. | Henricus C. Pal. Rheni ob. in Monaſt. Epternacenſi. circ. 1095. ux. Mathildis. | Conradus Dux Bavariæ. El. 1048. ob. exul in Hungaria veneno. 1055. ἄπαις.

Otto II. C. Pal. Schir. ob 1079. ux. Hageza. f. . . . .

Otto III. Wittelsbachius 1. Com. Pal. Bavar. ob in Palæſtina Prælio. 1101. ux Richardis. f. . . .

Otto IV. Wittelsbachius Comes Palat. Bav. ob. in Palæſtinâ. 1146. ux. Helica.

Otto V. ſeu Magnus Wittelsbachius Com. Pal., El. 1180. Dux Bavariæ, ob. 1183. 13. Jul. ux. Agnes f. Ludovici Com. Loſſenſis.

Ludovicus Dux Bavar. & A 1215. Comes Palatinus Rheni, occiſus 1231. 17. Sept. Kelheimii. ux. Ludmilla f. Frid. Ducis Bohem. d. 1204.

Otto Illuſtris Comes Palatinus Rheni. Dux Bavar. natus 1205. vel ſeq. ob 1253. 28. Nov. Landshutæ. ux. Agnes. f. Henrici Brunſvvicenſis Comitis Palatini Rheni, d. 1225. Straubingæ. ob. 1269.

Aventinus l. 7 Annal. Bav. in princ. p. m. 653. de Ottonibus Wittelsbachiis Bavariæ Palatinis hæc tradit: "Ottonis Ducis (Bojorum) tritavus *Bertholdus* Præfectus Prætorio Bojariæ, curator Templi Fruxinorum, filius *Arnulphi I* " Schirorum Dynaſtæ, qui author originis & cognominis, nepos *Arnulphi* Reguli " ſummi Bojorum, Vindelicorum, Nariſcorum, Noricorum, amitinum ſuum, ſi- " cut ſupra l. 5. narravimus, concitavit. Hujus filius *Babo*, Babonem ab Abens- " berg patriæ meæ Regulum, & *Ottonem I*, progenuit. Hic Præfectus Prætorio " (ſicut in diplomate Henrici III. Imp. legimus) fuit Bojariæ & Kelheimorum, ex "

 " Tuta


" Tuta uxore *Ottonem II., Eckhardum I., Arnulphum*, qui à Dachau, Comitem tulit, Fruxini sepultus est: Secundus (Otto) cum uxore Haziga, Vischpachau " condidit, D. Benedicti sacris initiavit, ubi ambo sepulti fuisse perhibentur Schi- " ram deinde translati sunt. Reliquere 3. filios: *Eckhardum II., Bernhardum* " *& Ottonem III., is in Wittelsbach habitavit, unde & Soboles ejus cognomen sortita est.* Cum Welphone Duce Bojorum Hierosolyma profectus, ibidem obiit mortem cum fratre Eckardo A. 1101. Uxor ejus Richarda filia Magni Ducis Saxoniæ, soror Wolhyldis, (Wulfildis) quæ Henrico 8 duci Bojorum nup- " sit. Ex his nascuntur *Ulricus, Ludovicus & Otto IV.*, quem apud Nariscos " Enstorff D. Benedicto, in Vindelicia Understorff flaminibus Augustalibus con- " didisse constat. Ex Helica *Ottonem Ducem*, qui & major, *Fridericum Barbum*, *Conradum Archi-Mistam Moguntinum atque Juvavensem, & Ottonem minorem* " procreavit. &c. Otto junior ex Benedicta filiâ Mangoldi Verdunensis *Ottonem* " *ultimum* tulit. Fridericus cælebs vitam finiit. *Otto Major* magni animi Princeps, " laboribus atque bellis asper, viribus corporis ingeniique dotibus pollens, domi " forisque præclarus, consilio atque manu juxta valuit. A pugione atque " Aquila Imperat. Friderico I. Barbarossæ Cæsari Augusto fuit, sæpius susceptâ " legatione in Italiam Romam, in Græciam ab Imperatorem Orientalem, Con- " stantinopolim profectus est. Modestè Augusto parendo omnem suam ope- " ram Reipublicæ devovit. Plurima in Italia præclara facinora fortiter edi- " dit, auspiciis Augustalibus. Complura de eo Guntherus Vates Germanus, Otto Fruxinensis Pontif.. *Richevinus* (Radevicus) *ejusdem fani Mysta in Annales retulerunt.* Quamobrem in celebri Reginoburgi concilio, suffragio Opti- " matum Imperii, abdicato crimineque læsæ majestatis condemnato Henrico " (Leone) duodecimo, valentissimum Imperii Ducatum Bojariam, in fidem " virtutis ergo à Friderico I. Imperat. accepit tertio idus Julii, qui dies D. Hain tico secundo Cæsari Augusto testus est, A. 1180. &c. Hic *Kelhamorum urbem* " ad confluentem Alemanni Danubiique, *ubi in regiâ ejusdem Cognominis tum* " *munitissimâ natus fuit*, exstruxit. *Landshutam* civitatem nobilissimam, præto- " rium Principum nostrorum in ripa Isaræ, Judæis quoque deductis eo Colonis, " auspicatus est, ita vetus diploma apud Scheftlarn ostendit. &c. Otto hic Dux " cum annos 3. diebus duobus minus Bojariam administrasset, moritur quinto idus Julii A. 1183. *Sophiam & Mathildem* filias, *Ludovicum filium impuberem* ex Ha- " gua filiâ Theodorici à Wasserburg Tetrarchæ reliquit, &c. Et p. 662. *Ludovi-* " *cus* hic Bojariæ Rector ab eo (Friderico II. Imp.) *Rhenanum Ducatum*, quem *Palas* " vocant, officii & singularis obsequii ergo impetravit. &c. Id factum esse A. 1215. " diploma Friderici Cæsaris indicat: ubi dilectus consanguineus & fidelis (inquit) noster illustris Ludovicus Palatinus Comes Rheni & Dux Bojariorum &c. " Atque ab eodem tempore hactenus Bojariâ oriundi Rheno potiuntur. &c. Et " p. 664. Cujus Ludovici uxor Laodamia (seu Ludmilla) mater Alberti Comitis à " Bogen exstitit. Hisce diebus (A. 1225) Ludovicus Bojus nuptias *Strubingæ* pa- " rat: Ottonem filium emancipat, eum armis more Germano ornat, eidem *Agnetem Rhenanam* (Henrici scil. Brunswicensis Rheni Palatini filiam) connubio " jungit, cœnam exquisitissimam nuptialem dat Principibus & Episcopis Bojo- " rum. Hosque convivas fuisse reperio: Eberhardum Archi M. Juvavensem, " Hermannum Würtzburgensem, Eckbertum Bambergensem, Gebhardum Ba- " thavensem. Sigefridum Reginoburg: Sibothonem Augustanum. Carolum Secco- vensem. *Ulricum Laventinum, qui ibidem inunctus est*, Item *Hainricum Cæsarem* " filium Friderici II. Augusti, Luitpoldum Austriacum, Bernhardum Charionum, " Ottonem Meraniæ Regulum vocatos interfuisse traditur &c.

§. 22. p. 512. *Idem vero Otto rectè quoque Wittelsbachius dicitur, etsi Castrum ejusdem nominis eo mortuo demum exstructum sit; cum non à solo Castro, sed*

à totâ

à totâ terrâ & Comitatu Wittelsbach (de quo Cruſ. Annal: Suev: p. 2. l. 3. c. 11.) Wittelsbachii nomen hoc acceperint.

Reſp. 1. Ottonem hunc Sueviæ A. 1045. Ducem, de quo hîc ſermo eſt, *Rheni Palatinum*, non verò Wittelsbachium fuiſſe, jam ſupra oſtenſum fuit. 2. Eundem Ottonem *Wittelsbachium* dici non poſſe certum eſt, ea quidem ex ratione, quod Caſtrum *Wittelsbach*, à quo tota familia & integer Comitatus nomen accepit, poſt mortem demum ejus exſtructum fuerit; Bavariæ enim Palatini ante Caſtrum hoc conditum non Wittelsbachii, ſed *Schirenſes* dicti ſunt, à Caſtro Scheuren poſtea in Monaſterium verſo, quod Arnulfus Bavariæ Palatinus Arnulfi Bavariæ Ducis filius exſtruxerat, ſedemq; in eo cum familia fixerat, hinc idem ejusq; poſteri illud pariter inhabitantes Schirenſes dicti ſunt. 3. A Solo hoc caſtro *Wittelsbach* totus Comitatus, & non vice verſâ nomen obtinuiſſe non minus certum quàm indubitatum eſt, eodem videlicet modo, quo à Caſtris quoque antiquiſſimis *Naſſau*, *Lutzenburg*, *Limburg*, *Iſenburg*, *Weilburg*, *Dillenburg*, *Hanau*, *Witgenſtein*, *Sayn*, *Solms*, *Leiningen*, *Erpach*, centumque aliis integri hi Comitatus, non vice verſâ à territoriis, Caſtra nomina inde ſua obtinuiſſe conſtat: Sic certum quoque, à ſolo Caſtro Naſſau 10. Principatus & Comitatus Naſſovios nomina ſua retinuiſſe: Ex. gr. **die Fürſtenthümer** Naſſau-Idſtein, Naſſau-Uſingen, Naſſau-Dillenburg, Naſſau-Siegen. 2. **Fürſtenthümer/** Naſſau-Hadamar, Naſſau-Dietz, Naſſau-Schaumburg. **Und die Graffſchafften**: Naſſau-Weilburg, Naſſau-Sarbrucken, & Naſſau-Ottweiler.




COR-

CORRIGENDA.

P. 3. in med, gleriosissimus lege *gloriosiss*: p. 4. in fin. Azonem hanc lege *hunc* p. 5. in Genealog. Hugo Cum. lege *Comes.*, p. 6. med. pro alluntur lege *falluntur*, p. 8. in fine dimitteret lege *dimittere*, p. 14. circa fin. Pomum illum lege *illud*, p. 15. princip. nullo modo lege *ullo modo* p. 16. med. pro fererat lege *fuerat*, & circa fin. pro exstictos lege *exstinctos*, p. 22. in princ. Eccelsiæ lege *Ecclesia*, p. 29. in princ: B. Eberhardum hanc lege *hunc*, p. 17. princ. charitus refrigeseit, lege *charitas refrigescit*, p. 18. fin. innocuma lege *innocua*, p. 19. princ. in quo & ipsi lege *ipse*. & p. 80. ad A. 1577: lege *relutionis jure*, p. 103. in princ. detinear lege *detineant*. p. 131. fin. consanguitatis lege *consanguinitatis*, p. 132. med. Annum 1024. instasse lege *instituisse*, p. 134. princip. solenne lega *solenne*. &c.

Quan-



QUando hisce Historiæ Palatinæ supplementis ultimam manum adhibuissem, atque ea, quæ hactenus vel ipse observaveram, addidissem, vel aliorum injectis dubiis satisfactum arbitratus fuissem; En Homo quidam novus ex latebris dicam vel insidiis potius erumpit, atque *Animadversiones* in Historiam nostram Palatinam stringit, quas quidem, ut innocenti chartæ parcerem, negligere possem, nisi Lector aliquis Titulo satis specioso seductus, operosam refutationem forte exspectaret, vel mihi æquê ac ipsi hominem illum peregrinum planè & ignotum esse arbitraretur, aut denique ipse Auctor pro eâ, quam adeò studiosè mihi pronuper obtulit, amicitiâ, sese indignè nimis à me neglectum conquereretur. Quo itaque *nomen* ipsi, tanquam præcipuum laboris pretium, non invideam, sciat B. L. ipsum esse *Georgium Christianum* Johannis, Prof. Bipontinum, ut audio. Hic quando in Historia nostra quædam reprehendere in animum induxisset, ita rem suam instituit, ut de misero Tollnero actum esse putares; licet enim in Præfatione suâ Virorum Celeberrimorum de Opere nostro benignissima judicia cumulet, sine dubio, ut amicum erga nos animum testetur, pro sua tamen, quam profiteri vult, sinceritate, non modo *hallucinationes*, sed & *satis graves eosque non raros errores*, imo etiam *contradictiones* ostendere nobis promittit, idque non *incidenter*, ut aliâs fieri solet, sed ex professo, & quidem Titulo *Animadversionum*. &c, quarum specimina *numerat*, ac si totum Historiæ opus subversum ire velit. *Parturiunt montes!*

Equidem de toto hoc scripto judicium ferre nondum possumus, cujus primas tantum paginas vidimus, si verò ex ungue Leonem æstimare liceat, & ultima respondeant primis, utique *levia* sunt admodum, quæ objecit, illas verò majoris ponderis atque momenti res Historicas æquè ac Genealogicas in nostris inprimis notandas vel perstringendas, penitus neglexit, imò ut insignis rerum Historicarum hospes ne primis quidem digitis attigit, plus dicam, rerum ignarus non intellexit: Non diffiteor in hisce quosdam errores hallucinando admissos, quos jam ante annum, obtentis & inspectis quibusdam antiquissimis rerum documentis, in hisce Additionibus, quas Publico sisto, solo ex veritatis studio amoreque adductus nondumque monitus correxi. Prætor, ut dici solet, *minima* non curat; At verò hic noster Adversarius *maximis* transmissis, minimis inhæret. **Es ist aber dem Römischen Reich gar wenig daran gelegen / ob** Münsterus **an Pfaltzgraf Johann von Zweybrücken/ oder aber an Pfaltzgraf Johann von Simmern/** pro obtinenda rerum Palatinatum informatione, **geschrieben? Auch ist dem** Publico **wenig daran gelegen/ ob** Fridericus Victoriosus Elect. Pal. A. 1451. **oder aber** A. 1452. **die Grafen von Lützelstein in ihren Schloß belägert?** Cum animus non fuerit in capite 21 de Incrementis Palatinatus prolixam condere Historiam, sed paucis tantum ostendere, Fridericum I. Elect: Comitatum Lutzelsteinensem jure belli acquisivisse; hisce tamen & aliis quisquiliis integras plagulas implevit.

Sed sit ita, trahit sua quemque voluptas, sunt homines, qui in minimis etiam non parvam gloriam quærunt; Fatum hoc omnibus Scriptoribus commune, ut omnis generis Lectores & Censores experiantur. Homo etiam sum, & quum nihil humani à me alienum esse putem, lubens fero, imo gratus accipio, si quis lapsus meos modestè indicaverit: quod si & Cl. Author me penitus ignorasset, aut meas ad Historiam Palatinam Additiones & correctiones prælum jam exercere nescivisset, ingenio ipsius donandum aliquid esse, justum censerem. Quod si

vero B. L. rationem hujus instituti mecum considerabit, hunc virum in hoc saltem negotio exemplum ingratitudinis & malitiæ edidisse, mecum judicabit sine dubio. Quando enim ante ante aliquot menses Dan: Paræi Historiam Palatinam cum notis & animadversionibus, typis repetendam aggressus, me multoties suis fatigabat literis, eo quidem fine, ut, transmissis ad me quamplurimis dubiis & quæstionibus eandem Historiam Palatinam concernentibus, ipsi, (qui quidem mihi antea ignotus fuerat) manus in edendo Opere novo darem auxiliatrices. En verba ejus ex literis pridie Kal. Octobr. 1708. ad me datis: *Dixi, Eruditissime Tolnere, Historiam Paræi Palatinam typis repetendam me adornasse. Ut ornatior procedat editio, tu unus omnium maximè facere potes ac præstare: quippe qui à multis jam annis omni in id incubuisti studio, Palatinam ut Historiam nobis dares cum pleniorem tum exactiorem.* Annui, ad quæstiones mihi propositas respondi, fecique quod potui in commodum ejus, juxta humanitatis unicuique exhibendæ leges omnibus præscriptas. Respondit perhumaniter in literis A. 1708. XI. Kal. Nav. datis inter alia his verbis: *Quam importunus ego hospes sim abunde satis experiris* &c. *En notulas Paræo dictis locis subjungendas, quibus quod eruditissimas observationes tuas tanquam purpuram laciniæ adsuerim, tuique mentionem tam sæpè fecerim, haud ægrè feres. Scis enim hominis ingenui esse, profiteri, per quem profecerit. Istas vero meas cum tuo submittam judicio, liberè emendes, dispungas, reseces, demas, quæcunque consistere haud posse existimaveris. &c.*

Quis credet Virum operam nostram tam serio & repetitis precibus implorantem, eamque tam facilè impetrantem, quin & de eâ, ut præ se tulit, tam magnificè sentientem, eo ipso temporis articulo *Animadversiones* in Historiam nostram moliri? nonne jure quodam meo *Pompeji* in *Marcellinum* ingratum hominem dicta, in Adversarium vertere possem, illumque ita compescere: *Non te pudet Cl. Domine Johannis, ei maledicere, cujus beneficio ex Muto factus es facundus.*

Fortè autem hoc gratitudinis loco rependere mihi voluit, ut quem de quibusdam quæstionibus instruxeram, suis ille me Animadversionibus vicissim docere vellet; Num hoc velint verba Epist. cit. *Ego, licet tenuitatis meæ probè sim conscius, nec quæ polliceri possim, habeam, operam tamen dabo, ut videas, reque ipsâ comperiaris, nulli me observantiâ erga te, ac voluntate, officiorum etiam promptitudine unquam concessurum.* &c. sanè nescio. Et benè se habuisset, si privatim me monuisset maximè, quum in literis ad me datis proderet, sibi ignotum non esse, me supplementa & Correctiones in Historiam meam adornare. Ita enim in literis ad me datis Idib. Octob. Biponti. *Cæterum te Additiones ad Historiam tuam Palatinam parare, uti lætus intellexi; ita ut brevi perficias, ex animo opto. Habebimus enim tum, quæ rectius nos edocueris, tum quæ illustraveris magis, clarioraque reddideris. Ego sanè, qui in recensendis priscis istis Palatinæ gentis Principibus te praeuntem sequutus sum, nihil magis quam eas videre desidero.* &c.

Novum autem hoc planè gratitudinis genus est, alicujus operâ uti, & inter ea ex insidiis quasi eundem petere; Metuit sine dubio, quod si per literas, quas de ipsa Historia Palatina me consulendi gratia nuperrimè dedit, harum animadversionum mentionem facerer, fore, ut vel ipsi scrupulos eximerem, vel si quid rectius observasset, meis hisce Additionibus insererem, quo ipso omnis *ex Animadversionibus* in Tollnerum gloriæ captandæ periisset occasio. Sed non opus est, ut *ulteriorem* ipsi notam inuramus; Plato nos sic satis solatur ex Laert. l. 6. c. 1. *Regium est, cum beneficeris, audire male.*

(o)

